E cutrunt multa genera creaturarum.i.personarum. Et primo quidem est ibi lux,i.natura angelica,quę habet homines illuminare,& errorum obscuritatem fugare.Sunt ibi aquæ inferiores & superiores,i.sancti q̃ sunt in patria,& iusti,qui degunt in uia. Est etiã ibi firmamentũ inter utrasq; aquas medium.i.status prælatorum & ecclesiasticorũ,qui.s.inter Deũ & populũ medius currit,& inter superiora & inferiora firmus in fide & moribus persistit.Item ibi sunt herbæ virētes .i.simplices populares,arbores fructificantes,i.boni actiui, & seculares stellę lucentes.i.clerici atq; doctores,pisces natantes.i.viri deuoti.Aues volantes.i.viri contẽplatiui.Ibi est sol.i.Christus , qui per charitatẽ calefacit,luna,i. beata virgo,quæ noctem.i.peccatores per pietatem humectat, & rigat,terra seu arida,i.viri ficci seu abstinentes,Maria , i.viri amari & pœnitẽtes.Ibi sunt iumenta,i.illi,qui per eleemosynas alios iuuant.Reptilia.i.illi,qui circa terram repunt,i.illi qui agriculturæ vacant,bestiæ & ferę.i.nobiles qui liberi p mundi syluam perambulant,hõ ad imaginem Dei factus, i. iusti,qui perfectionem Christi , & mores in se & suis actib. repræsentant.Iste est ergo ille mundus, de quo dicit dominus.Io.9.Quandiu sum in mundo,lux sum mundi . Et illud. Io.1.Mundus per ipsum factus est.¶Vel dic q̃ firmamentum est bonus prælatus,qui.s.debet esse solidus,& firmus , inter aquas superiores,i.inter Deum,angelos & sanctos,& aquas inferiores,i.fideles , & subditos est mediator , & medius,& duob. magnis luminarib. i. duabus spiritualib.uirtutibus,s. sole indefectibili.i.iustitia,luna mutabili,i.clemẽtia, & stellis lucentibus,i.prudẽtia debet esse munitus.Iste ergo debet esse firmamentum per constantiæ firmitatem medius inter Deum & populum per orationum suffragium,& per prælationis auctoritatem,mediator vero inter alios per concordiam & charitatem,illuminatus,& stellatus per sapientiam, & sagacitatẽ,per iustitiam & pietatẽ,necnon per multiplicitatem uirtutum.Vnde. Fiant luminaria in firmamẽto cęli. ¶Vel dic,q̃ aquæ superiores quæ sunt cristallinæ , solidæ & lucidæ , sunt viri iusti,qui super cœlos spe,& cõtẽplatione morant, & qui per sapientiã lucidi, & per constantiã solidi dinoscuntur.Ps.148.Benedicite aquæ,q̃ super cęlos sũt dño. Dan.3.Aquę aũt inferiores q̃ in vnũ sunt cõgregatæ,& Maria ab amaritudine sunt dictæ,& fluctuosæ , & tumultuosæ, significant pctores,q̃.s.p. malã amicitiã inuicẽ cõgregati, p inuidiã amaricãtur,per incõstãtia sũt fructuosi,& p discordiã tumultuosi.Vñ dr̃.Esa.57.Impii quasi mare feruẽs,q̃ quiescere non ualet.Firmamentum igitur.i. bonus prælatus debet istos ab inuicem diuidere & inter eos dijudicare & distinguere,& ab inuicem eos seperare.Vnde Matth. 25. Diuidet agnos ab hedis,& ponet agnos a dextris, hedos autẽ a sinistris.¶Vel dic q̃ aquæ de quibus tam pisces q̃ uolucres sunt creati,significant istã mortalẽ vitã,vel etiam istius seculi voluptatem, quæ.s.est principium & origo piscium. i. malorũ, & uolucrum.i.bonorũ,sed pro certo pisces.i.uoluptuosi,in istis aquis per cõplacẽtiam remanserũt,uolucres vero.i.cõtemplatiui & iusti,sursum ad bona spũalia & æterna p effectum euolauerunt,& aquas uoluptatis seculi in quibus fuerant nati,reliquerunt.Mali.n.nõ solent locũ natiuitatis suæ .s.mundum dimittere,sed ibi gaudẽt more piscium enatare. Vnde dr̃ Aba.j.Facies hoi sicut pisces maris.Boni vero iustũ locum solent fugere,& ad paradisi gloriã euolare.Vnde canitur in hymno.Qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti partim,leuas in aera.¶Vel si vis,dic,q̃ illi,q̃ sunt volucres.i.scientifici & spũales,libenter relinquunt patriã suã & natiuitatis suæ locum,sciẽtes illud,q̃ nemo propheta acceptus est in patria sua.Luc.4.Pisces autem.i.uoluptuosi, imbecilles & ignari,nesciunt patriam suam dimittere vel exire &c. ¶Vel dic q̃ Deus in principio fecit lucem primordialem,de quo dicit historia scholastica,q̃ ipsius materia in solem cessit,itaq; de ea sol postea factus fuit.Ista igit quamuis sole esset prior in tpe,fuit tamẽ minor in opere quia licet non erat ita clara ista lux primaria q̃ præcessit,sicut sol postea qui successit. Talis lux vĩ esse beata virgo , quæ re vera fuit purissima more lucis.Vnde dr̃. Vidit Deus lucem q̃ esset bona.De ista.n.fuit factus sol iustitiæ Christus,quia ab ipsa fuit humanitus incarnatus.Illa ergo quamuis in tempore ipso sole Chro homine fuit prior,in virtute tamen & efficacia fuit minor.Vnde de ista potest dici.Host.10.Fons paruus creauit in fluuium magnum,& in lucem solemq; cõuer G sus est.¶Vel dic q̃ ista lux,quæ præcessit solem, & ante solis creationem vices ipsius exercebat,significat legẽ ante gratiam.Ioannem ante Christum,gratiam ante gloriam,initiũ ante perfectionem.Ioannem ante saluatorem,quia.ista tã quam minora & imperfectiora præcesserunt,illa vero tanquam maiora & magis utilia successerũt.Vnde Augustinus in homelia,Præmittitur inquit Ioannes ante Christum,paranymphus ante sponsum,seruus ante dominum &c.Senarius numerus in hoc videtur priuilegiatus , quia Deus omnia opera constitutionis & creationis mundi sex diebus cõpleuit.In hoc etiam q̃ Christus sexto die & sexta hora diei mortuus fuit,& quia ẽt hõ sexto die fuit creatus.Et qa dies ista septimæ diei quæ significat requiem,fuit coniunctus,p istum numerum possum intelligere laborem bonę operationis.Vnde dr̃.Exo.23.Sex diebus operaberis,quia procerto iste numerus.i.bonus labor bene numeratus & mensuratus nobis in hoc cõmendatur , quia Deus ipsum mundum creando sacrauit,& ipsum recreando per suæ passionis ministerium benedixit.Istum ẽt dies septimus.i. æterna requies immediate sequitur,quia.f.post honestum laborẽ iustũ est q̃ cœli requies habeatur.Vñ dr̃.Apo.14.Amodo iã dicit spiritus ut requiescãt a laboribus suis.Sexta ergo die fuit creatus hõ, ad denotandum q̃ ipse debet esse labori bonorum operum deditus,quia dr̃.Luc.13.Sex dies sunt,in quib. operari oportet.Iob 5.Homo nascitur ad laborem.

CAPITVLVM SECVNDVM TEXTVS. Igitur perfecti sunt cœli & terra. Moralitatum. Cap.2.

SIcut dr̃ in Gen.2.Dominus a principio paradisum uoluptatis in orientali plaga plantauerat , & ibi posuit hominem quem formauerat . Erat aũt paradisus ille terrestris locus amenissimus prope globum lunarem positus, & in se creta mundi parte locatus,diuersis arboribus consitus,fontibus & fluminibus irrigatus.Ibi. n. est fons qui ascendebat de terra,irrigans superficiem paradisi , qui tandem in quatuor flumina diuiditur , q̃ ad diuersas mundi partes mittuntur. Ibi erat lignum vitę, de cuius esu uita poterat cõtinuari.Ibi ẽt erat lignũ scientiæ boni & mali per cuius esum intellectus poterat illuminari,& mens scientijs informari.Homo igitur formatus ibi ponitur,& vt vĩ,paradisum operetur & seruet,& ibi dñs deputetur.¶Paradisus potest significare virginem gloriosam,q̃ ꝓculdubio i oriẽte lucis gratię fuit sita , sursum ad cœlestia per affectum & contemplationem erecta a mundo per contemptum diuisa in se solitaria, & secreta,aquis gratiarum irrigata,& uirtutum arboribus fœcundata.In ipsa.n.& in eius medio fuit lignum vitæ.i.charitas,lignum scientiæ.i.veritas,fons cuncta irrigans.i.pietas: quadruplex fluuius.i.suę pietatis quadruplex ꝓprietas.Fõs .n.misericordię virginis benedictæ in quatuor partes est diuisus,& in quatuor flumina dispertitus, quia. s. unus de suis fluuijs uadit ad angelos,& ad sanctos,vt lætificẽtur,alius ad miseros vt in tribulationib.consolentur,alius ad iustos , vt in bono fortificentur,alius ad peccatores,vt a criminib. releuentur.Bernardus.n.dicit q̃ ista omnib.omnia facta est,& q̃ in ipsa inuenit angelus lętitiam,iustus gratiam , miser cõsolationem,peccator veniã.Vnde legitur.Ezec.31.Flumina eius manebant in circuitu eius.In isto ergo horto deliciarũ posuit Deus pater hominem quem formauerat.i. Chrm,& ipsius fecit ipsum principalem custodem & dominum qđ .f.factum est,cum uerbum extitit incarnatum. Ps. 86.Homo natus est in ea,& ipse fundauit eã altissimus.¶Vel dic q̃ paradisus est ecclesia sancta & alta,& super sectas alias eleuata,& in oriente fidei constituta,vbi.f.est fons sapientię, verbum Dei.f.Christus, qui p quatuor flumina. i. quatuor euangelia aquã suę gratię nobis fundit,vbi lignum vitę.i.crux q̃ viuificat peccatores,vbi lignum scientiæ.i.fides quę sciẽtia significat ignorantes.Ibi igitur ponitur homo.i.quilibet fidelis vt nutriatur,& uiuat,quia alibi non est salus.Vel & ibi debet poni & prefici in prælatum & dominum homo.i.persona rationabilis & iusta , vt eum operetur & exerceat vt eum seruet & custodiat.Homo.n.debet esse & non fera.i.rationalis,& humanus cui paradisus committit cui custodia & regnum ecclesię commendatur.¶Vel dic q̃ paradisus est conse-

A consciẽtia viri iusti alta,secreta,illuminata,irrigata,ibi est fons,f.gratiæ,& quattuor flumina.i. quattuor virtutes cardinales.lignum vitæ.i.memoria crucis,etiam lignum scientiæ .i.virtutis fidei,& discretionis , atq; sic homo.i.Christus,istũ Paradisum per gratiam habenter intrabit, ipsumq; custodiet & seruauit.Ps.120.Dominus custodit te,dominus protectio tua , super manum dexteram tuam. ¶Quattuor flumina fuerũt in Paradiso terrestri,quæ per diuersas orbis partes se vndique diffundebant.Primum.n. flumen erat Phison, qui circumit terrã euilath,vbi est aurum optimũ, bdellium & onychinus.Secundum est Gion, qui circumit Aethiopiam . Tertium flumen est tigris, quod vadit contra assyrios. Quartum aũt est Eufrates . Ista quattuor flumina pñt significare quattuor virtutes quæ in Paradiso cordis nostri esse debent. Phison.n. qui interpretatur oris mutatio, significat cõfessionẽ, quæ.f.terram euilath qui interpretatur dolens .i. cõtritionẽ debet circumire,vbi.f.aurum.i.sapientia , bdellium stringẽs .i.abstinentia,onychinus, qui oculos facit tremulos.i. timor & tristitia debet esse. Gion qui interpretatur luctatio.i.consideratio, quæ.f. contra spirituales hostes debet luctari,quæ debet æthiopiam .i. uitiorum,& inferni caliginẽ circumire. Tigris qui interpretatur velocitas , est diligentia quæ debet opera bona velociter exercere. Eufrates qui interpretatur frugifer, ex eleemosyna quæ fruge sua dẽt pauperes enutrire.Ista.n. quattuor flumina.i. istæ quattuor virtutes debent a fonte pœnitentiæ deriuari,vt inde possit Paradisus consciẽtiæ irrigari.Vnde dicitur.Eccl 37.Ex corde quattuor oriunt.

CAPITV. SECVNDVM TEXTVS. Sed & serpens erat calidior. Moralitatum Cap. 3.

HOmo positus in Paradiso, omnia ligna habuit in sua potestate, & ipsum lignum vitæ , quod erat in medio Paradisi,excepto tamẽ ligno & fructu scientię boni & mali , & quod solum sibi Deus interdixit . Veruntamen sic factũ est q̃ de nullo legitur comedisse nisi de illo quod fuerat B ibi interdictum.¶Quod ad hoc potest applicari, quòd homo naturaliter nititur in vetitum. Minus .n. appetit homo illa quæ sibi sunt libera & concessa, licet plus valeant quam illa quæ fuerũt denegata, quinimo res eo ipso cõcupiscitur quo denegatur.Sicut narratur de quodam qui centenarius vixerat,nec vnquam ciuitatem suam exiuerat . Quod rex admirans,vocauit eum,& sibi interdixit exitum ciuitatis. Qui ista tim exire tentatus fuit nec quieuit , quousq; rex exeundi licentiam sibi dedit.Vnde dr̃.Prou.1.Stultiæ quę sibi sunt noxia cupiunt.Vnde Apostolus Ro.7. Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me oẽm concupiscẽtiam.¶Vel dic q̃ lignum vitæ est diuina grã,lignum scientię est rerum noticia,quæ.s. pro eo homini interdicitur, quia.f. non est bonum q̃ circa scientias animus plus debito occupetur, quinimo necesse est q̃ a nimio scientiæ appetitu p debitam prudentiam refrenetur. Apostolus. Ro.12. Non plus sapere,& hoc quia scientia inflat,charitas aũt ædificat,sicut dr̃ alibi.1.Co.8.Veruntamẽ quidam sunt sicut Adam, q̃ plus diligunt scire q̃ viuere, & citius ad scientiam quã vitam vel gratiã currunt, & potius appetunt fieri docti q̃ boni esse , sicut sunt illi qui quærunt sciẽtias curiosas & damnatas.Sicut etiam sunt illi qui pro scientia dimittũt horas vel similia, & propter hoc tales de Paradiso ,i. de statu salutis eijciũtur, & à ligno vitæ quam contemperunt.i.a vita æterna,gladio diuinæ scientiæ,& igne gehennę finaliter excludũtur,Apostolus.Ro.12. Non plus sapere quam necesse est. ¶Vel dic q̃ lignum vitæ est sacra scriptura,lignum vero scientiæ est mũdi scientia & doctrina , hoc est verum q̃ Adam & Eua qui erãt in Paradiso & in statu ecclesiæ militãtis citius cucurrerunt ad lignum scientiæ mundanæ & lucratiuæ quam ad lignum vitæ sacræ scripturæ,& gratiæ diuinæ: propter qđ digni fuerunt abinde eijci,& boni ecclesiastici spoliari. Iuxta illud. Oze.4.Quia tu scientiã repulisti, expellam tene sacerdotio fungaris mihi.c.2. ¶Deus de vtero.i. de limo terræ fine semine virili sexta die formauit Adã,quem quia nolebat esse solum, decreuit sibi dare simile adiutorium, & ideo in ipsum soporem misit,& de costa eius Euam formauit,quam vxorẽ & sociam sibi dedit. ¶Terra ista inuiolata est virgo immaculata,de qua.f.secũdus, Adam Christus sine virili semine sexta die.i.sexta ætate fuit factus. Vnde illud Ezec.35. Illa terra C inculta est quasi hortus voluptatis.Tãdem vero sopor mortis in ipso immittitur,& Eua,i.sancta mater oĩm fidelium ecclesia de eius costa,i.de eius latere constituitur & formatur, quæ cum ipso per fidem socialiter despõsatur. Vnde Oze.2. Sponsabo te mihi in fide. ¶Vel dic q̃ in hoc q̃ mulier facta est de viri latere,non de capite vel de pede,datur intelligi q̃ vir debet vxorẽ suam tanquam sibi collateralem & sociã diligere,nec eam sibi pficere,nec ei obedire,quia de viri capite non est facta, nec eam plus debito vilipẽdere debet, quia de pedib non est creata,sed eam debet quasi sibi similem honorare,& eam sociã reputare,quia de medio,s. de latere est formata. Vnde dr̃.Gen.3.Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit &c.¶Vel si uis allega contra loquacitatem mulierum, q̃ vir creatus est de terra , quæ est muta & non sonora . Mulier vero facta est de osse,de re.s. quæ est sonora & dura.Plenus.n.saccus terræ non,sonat,plenus vero saccus ossibus tumultuat,& ide fit q̃ mulieres quę de ossibus factæ sunt , sunt loquaces.viri vero de terra formati sunt taciturni. c.3. ¶Cũ Adam & Eua essent in Paradiso positi , & ad producendum prolem inuicem coniugati,serpens qui erat sapientior cunctis animantibus terræ,accepit de fructu ligni vetiti.Et primo decepit mulierem, promittens ei si comederet, scientiã & aliqualiter deitatem,dicẽs.Eritis(inquit) sicut dij, sciẽtes bonũ & malum.Mulier.n. decepta comedit , & viro suo pomum comedendum tradidit,quæ etiam ad mulieris vocem contra præceptum domini manducauit,propter quod vter que maledictionem incurrit, & de paradiso eiectus fuit, & Deus etiam ante Paradisum Angelũ & ignem.i. murũ igneũ & gladium versatilem ad custodiẽdum ianuam collocauit. ¶Allegoricè per Adam principem vel prælatum magnum intelligo, per Euam vxorem eius aliquem consiliariũ & collateralem ipsius assumo, serpens autem inferiores ballinos denotat , pomum vero vetitum substantiam designat. Dico ergo q̃ Adam est quandoque in paradiso.i.princeps vel prælatus in suo deliciarum palatio,vel suæ autoritatis fastigio, vbi pro certo semper vt communiter habet Euam coniugẽ D .i.aliquem magnum consiliarium .i. collateralem, sibi igitur & collaterali suo à Deo omnis rapina interdicitur,& ne comedant poma ligni scientiæ ,i. ne deuorent vel rapiant bona subditorum,& maximè clericorum,religiosorũ,& scientificorum virorum,eidem denegatur. Vnde dicitur. Eze.45. Sufficiat vobis principes,Israel iniqratem & rapinas intermittere,iudicium & iustitiam facite.Sed quid pro certo serpẽtes venenosi.i.inferiores balliui,lignum scientiæ cũ fructu suo pulchro, & ac vescendũ suaue.i.diuites subditos cũ suis diuitijs primo.Euæ,i. illi principali consiliario magistri sui deferunt,& ad poma.i. ad bona eorũ rapienda eos inducunt,occasionesque faciendi exactiones & affligendi populum ipsis significant,& ostendunt illis dicentes ipsis illud q̃ ibidem sequitur.Si comederitis, nequaquam moriemini.i.si rapueritis bona talium,nequaquã peccabitis , quia.f.in hoc & in hoc deliquerũt, quia etiam bona subditorum in necessitate sunt vestra &c.Huiusmodi vero inquiunt,si sic feceritis,eritis sicut dij.i.apparebitis aliorum domini & magistri. His ergo ablatis & delatis,Eua .i. malus consiliarius Adæ viro suo.i. principi vel prælato,illud ipsum loquitur, & sic de comedendo pomo vetito .i. de exigendo à subditis indebita subsidia,de imponẽdo falso crimine inter eos cõferitur. Quapropter & serpens defereus, & Eua consulens, & Adã consentiens & autoritatem præstans,idest balliui, & consiliarij,& magistri à Deo maledicuntur,erumnis culpę,& pœnæ finaliter supponũtur, & à Paradisi gaudijs excluduntur. Et si uis , dilata etiam contra seculares officiales, & principes,qui consilia facere non cessant,quomodo bona clericorum (quæ tamen sunt eis vetita) comedant,& consumant. ¶Vel dic quòd Adam est ratio vel spiritus Eua sibi coniuncta est caro , sensualitas siue corpus,pomum est temporalis delectatio, serpens vero est diabolus,& tẽtatio.Igitur dico quòd Adam & Eua.i. spiritus, & caro inuicem coniunguntur,ut prolem bonorum operum Eua.i. caro pariat,cum caro seu corpus sit principium operandi, inuicem despõsantur.Sed pro certo serpens.i.diabolus, pomum vetitum.i.malam delectationem,primo mulieri.i.carni præsentat,quæ viro suo.i.spiritui vt consentiat flatim portat. Sic ergo Adam

E Eua mediante comedit, quando animus carne instigante malę delectationi consentit, quapropter vterque paradisum.i. salutis, & gratiæ statum perdit, & maledictionem vterq; incurrit, q̃a & spiritus amaritudinem, caro vero miseriã inde sentit. Ignis vero & gladius .i. concupiscentia & desperatio ipsis opponitur, propter quæ ab ingressu Paradisi.i. a reditu ad gratiam secluduntur. Psalm. 139. In ignem deijcies eos, & in miserijs non subsistent. Constat .n. quòd Adam & Eua .i. anima & caro postquam serpenti diabolo consentiunt, & pomum vetitum comedunt. i. opus prohibitum faciunt non solum paradisum. i. statum salutis, & gratiæ perdunt, imo miseriam mentis, & corporis concupiscentiam, & iracundiam tanquam ignem, & gladium incurrunt, necnon difficultatem pœnitendi, & ad Paradisum gratię reuertendi sentiunt, ita quòd laboribus & miserijs extra subsunt ideſt incurrũt. Genesis 22. Vnde Abraam autem portabat in manibus suis ignem & gladium c. 3. ¶ Postquam Adam & Eua peccauerunt aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se nudos, & ad vocem domini timuerunt, & se quia nudierant, absconderunt, & folijs ficus suas turpitudines abscõderunt. Reprehensi autem a domino veniam non petierunt, sed se excusantes, Eua in serpentem, Adam vero in Euam, & etiam in Deum culpas suas retorserũt, propter quæ paradisi palatium perdiderũt. ¶ Sic vero peccator videns se reprehensum, & cunctis gratijs viduatum & nudatum vocem & consortium bonorum metuit, quapropter quantum potest se excusare contendit, & sub diuersarum palliationum folijs se abscõdit, nec vero dum redarguitur, veniam petit sed peccatum suum in alium repercutit & refundit, quapropter veniam nõ mererur, imo Paradisi gloriam perdit iuste, quia proculdubio qui turpitudines suas occultat & celat, & de peccatis suis veniã nõ petit, sed ea potius operit & excusat, iustum ẽſt q̃ paradisi gloriã amittat & perdat. Vnde dicitur Proue. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur a domino. Qui autem cõfessus fuerit & dimiserit ea misericordiam consequetur. capit. 3. ¶ Angelus qui custodiebat viam ligni vitæ & tanuam paradisi, habebat gladium igneum & versatilem, ad prohibendum ne Adam post peccatum de ligno vitæ sumeret, & ne aliquis
F peccator Paradisum intraret. ¶ Sic vero Angelus, ideſt prælatus cui committitur custodia Paradisi terrestris, ideſt ecclesiæ militantis, summe debet cauere ne Adam post peccatum, ideſt ne quicunque peccator aut indignus ingrediatur ibidem, & ne quocunque modo sumat de ligno vitæ, ideſt de officijs vel beneficijs, quæ sunt in Paradiso ecclesiæ, & propter hoc talis Angelus vel prelatus debet habere gladiũ seuerę iustitiæ, quæ tamen debet esse ignea, id est charitatiua, & debet esse versatilis, ideſt vertibilis, & discreta, vt scilicet posset indignos ab ingressu ecclesiæ cohibere, & ipsis lignum vitæ ideſt fructus ecclesiæ denegare. Gladius .n. iusti tiam significat, qua delinquentes punit & truncat. Ista tamẽ debet esse ignea per charitatem, versatilis vero per mutationis diuersitatem. Prælatus .n. quando iustitiam vel seueritatem facit, vel quando aliquem gladio percutit, semper hoc debet ex charitate facere, ipsumque gladium iustitiæ non semper æqualiter infligere, imo vertibiliter, nunc vno modo, nunc alio, nunc interimendo, nunc remittendo, debet .n. variare, sic quòd gladius iustitiæ versatilis dicitur quando secundum conditionem locorum: temporum, causarum & personarum diuersimodè variatur. 2. Re. 10. Varius est euẽtus belli, & nunc, hunc nunc illum consumit gladius.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Adam verò cognouit vxorem suam Euam, quæ concepit & peperit Cain, dicens possedi hominem per Deum. Moralitatum Cap. 4.

ADam & Eua primo genuerunt Cain, qui fuit malus, postea Abel q̃ fuit bonus Deus .n. munera Cain cõtẽpsit, ad Abel vero & ad eius munera respexit. Tandem vero Cain inuidia motꝰ, Abel occidit, propter quod ipsum Deus male dixit, & signum. s. tremorẽ, capitis in facie eius posuit. Ipse vero ex tũc vagus, & profugus factus fuit. ¶ Adam est pater noster Deus. Eua est synagoga, quæ fuit primaria eius vxor, Cain primogenitus fuit populus iudæorum de quo dicitur, Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Abel vero innocens fuit Christus. Dico allegoricè q̃ Adam id est Deus, primo Euam, G ideſt synagogam habuit in vxorem, de qua dicitur. Ozeæ 1. Accipe tibi vxorem fornicariam, & fac filios fornicationum. Et primo in ista vxore sua pessimum Cain filium, ideſt duriſſimum populum iudaicum genuit, tandem verò fratrẽ ipsius Cain scilicet Abel id est Christum innocentissimum produxit ad cuius scilicet opera, sacrificia & munera respexit Deus ipsaq; pro redemptione humani generis acceptauit. Cain vero, ideſt ipsius populi iudaici munera, ideſt sacrificia & opera, quæ neminem iustificabant, contempsit. Vnde Esaias 1. Non offeratis mihi sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi, Cain igitur, ideſt populus iudaicus, Abel fratri suo, ideſt Chro eiusque sanctitati, & miraculis inuidet, dum de Pilato scriptum est Matth. 27. Sciebat .n. q̃ per inuidiam tradidissent eum, ipsumq; p crucem occidit, & mordet. Quapropter iste Cain iudaicus populus vagus & profugus super terram ad litteram efficitur, & signum ẽ eius facieponitur, vt ab omnib. cognoscatur. Iudæi .n. ad litteram cognoscuntur in facie, & propter peccatum mortis fratris sui Christi vagi & profugi sunt in orbe. Vnde dicitur per prophetam. Ozeæ 9. Abijcit eos dominus Deus, quia non audierũt eum, & vagierunt in nationibus. ¶ Vel si vis, dic quòd Adam est spiritus, Eua caro. Isti ergo ante Abel producunt Cain, quia scilicet prius faciunt mala opera, quam bona, & magis naturale est mala facere quàm honesta. Vnde Seneca dicit quòd virtutes magistro indigent, sine magistro vitia discuntur. ¶ Vel dic generaliter contra inuidos, qui. s. quandoque vident alios magis acceptos inuidentes eis & dolent, vnde quãtũ ad vitam, vel famam occidunt eos. ¶ Vel dic quòd Cain, qui interpretatur possessio, est auarus, cuius caput est tremulum, quia. s. auarus semper est in timore. Iuxta illud Senecæ. Quãrum accessimus ad successum, tantum accessimus ad metum. Tales etiam sunt vagi super terram, quia nunquã sunt solidi, nec in aliquo statu fixi. ¶ Vel dic q̃ Adã est Deus, primogenitus eius est lucifer qui est principium viarum Dei Iob 40. Iste ergo inuidens, secundum filium, i. hominem occidit. Ipse vero nũc vagus & ꝓfugus ꝓ hũc mũdũ discurrit.

CAPITVLVM SEXTVM TEXTVS.

H Cumque cœpissent homines multiplicari super terram & filias procreassent, videntes filij Dei filias. Moralitatum Cap. 5.

GEnesis sexto dicitur q̃ vidẽtes filij Dei filias hominum q̃ essent pulchræ, acceperũt vxores ex omnibus quas elegerant. Exinde autem geniti, sunt gigantes, qui in seculo fuerunt viri famosi & potentes. ¶ Filij Dei sunt viri ecclesiastici, qui per spiritualem vocationem à Deo sunt in ecclesia generati. Isti tamen quandoque vident filias hominum esse pulchras, & exinde accipiunt concubinas, filij autem sui adulterini gigãtes sunt, inquãtum. s. patres eorum de bonis eccłę aliquotiens ditãt eos, ita q̃ in seculo magni fiunt. ¶ Vel dic q̃ filij Dei sunt quicunq; fideles, filij hominum sunt carnis delectationes, quas pro certo dum in vxores accipiunt, gigantes. i. mala & monstruosa opera generant, & producunt, quia pro certo omnis filius. i. omne opus quod a carnis delectatione prouenit, naturam gygantẽam. i. enormem & irrationabilem sapit. c. 6. Cum diluuium immineret super terram, præcepit dominus Noe q̃ faceret arcam de lignis leuigatis, vt saluaretur vniuersum semen in ea. Facta est ergo cum mansiunculis & tristegis suis. Et habuit trecentos cubitos in longitudine, quinquaginta cubitos in latitudine, & triginta in altitudine. Linita fuit bitumine intrinsecus & extrinsecus, ostiũ fuit iuxta latus, sursũ vero fuit fenestra cristallina in summitate. Arca etiam deorsum erat lata, sursum autem stricta & in cubito consummata erat. De omni viuentium genere fructuum atque seminum in arcam introducuntur. Veruntamen deorsum animalia, sursum vero volatilia statuuntur. de istis ẽtiam viuentibus posita sunt in arcam de mundis septena, de immundis autem bina. s. masculus & fœmina, tã de volucrib. reptilib. qua de iumentis. Escæ autem congregatæ sunt in arcam pro animalib. nutriendis. Sicq; factum est q̃ animalia, quæ in arca fuerunt, sunt saluata, cuncta alia in aquis diluuij sunt deleta. Tandem vero diluuium, quod quadraginta diebus incessanter durauerat, omnem-

A omnemq; carnem consumpserat, cessare incepit. Arca autem super montes armeniæ requieuit, sicut omnia ponuntur Gen. 7. cum exolanatione, quam ponit magister in historia scholastica. ¶ Dicamus igitur allegoricè q̃ arca ista significat ecclesiam militantẽ, quæ. s. de lignis leuigatis. i. de personis bonis, dolatis, & à superfluitatibus vitiorum abstersis constituitur, & in qua Noæ cum filiis. i. Christus, vel aliquis bonus prælatus cum suis subditis dominatur, & ab ipso prælato pro viribus ad saluationem efficitur fidelium & formatur, quę proculdubio bitumine charitatis & gratiæ interius quantum ad affectionem, & exterius quantum ad operationem inungitur & linitur. Vnde dr. Exod. 25. Facies .n. arcam de lignis setthim, interius & exterius deaurabis eam. Ista arca habet cœnacula, mansiunculas & tristega. i. diuersas statuum distinctiones. s. officia, beneficia, dignitates, conuẽtus, collegia, religiones &c. quia sicut dr Io. 14. in euangelio. In domo patris mei mansiones multæ sunt. In istis tamen tristegis positi sunt ex omni genere animalium & volatilium. Itẽ ex omni genere personarum, quia. s. ibi inueniuntur animalia munda & immunda. i. boni. & mali volatilia. i. viri cõtẽplatiui. Iumenta. i. uiri actiui, reptilia. i. peccatores & defecti ui. Sed de istis istud est certum q̃ in tristegis. i. in statibus. ecclesiæ animalia reptilia debent esse deorsum in statu subiectionis, volatilia vero. i. viri spirituales & cõtemplatiui, debẽt esse sursum in statu prælationis, quia re vera dignum est q̃ in gradibus ecclesiasticis ille, q̃ plus valet, sit superior, ille uero, qui minus, sit inferior. ¶ Vel etiam animalia sunt actiui, qui occupantur deorsum circa terrena. volucres sunt cõtemplatiui, qui occupantur circa cęlestia & suprema, vnde dr Prou. 25. Cœlum sursum & terra deorsum. Item ista arca ecclesiæ habet ostium inferius, per quod intrat, hoc est fideles, & fenestram superius, per quam lux veritatis uidet, hęc est uisionis species. 1. Co. 13 Hic .n. inferius ambulamus p fidem, sursum autem in patria ambulamus per speciem, q̃. s. nunc uidemus per speculum, & in enigmate, tunc autẽ facie ad faciem in claritate, sicut dicit Apostolus. Item ista arca habebat longitudinem fidei, quę habet trecentos cubitos propter trinitatem, quam credit. Altitudinem spei, quę
B habet triginta cubitos propter fructum tricesimum, sexagesimũ, & centesimum. i. propter triplex cęleste præmium qd expectat. Latitudinẽ charitatis, quę habet quinquaginta cubitos, propter Spiritum sanctum, qui datus est die quinquagesima, qui eam inflammat. Apostolus Eph. 3. Vt possitis intelligere quæ sit lõgitudo, latitudo, sublimitas & profunditas. Itẽ ista arca ecclesiæ inferius fuit lata, & sursum stricta, ibi notatur q̃ deorsum est lata in militãte, inquantũ multi sunt uocati, sursum stricta in triumphante, inquantum pauci sunt electi. ¶ Vel ẽt dic q̃ ista deorsum est lata in militante, inquantum multi sunt subditi, multi actiui, multi imperfecti. Sursum uero stricta, inquãtum pauci sunt prælati contemplatiui, pauci perfecti. Esa. 54. Multi filii deserta magis quam eius, quæ habet uirum. Breuiter arca ista ecclesiæ continet volucres contemplatiuos, animalia actiua, masculos perfectos, fœminas imperfectas, & mundos bonos, immundos malos. Cibum tamen bonorum temporalium, & scripturę, & gratię habet pro omnibus nutriendis, & pro electis & reprobis educandis. Vnde dicitur Dan. 4. Esca vniuersorum in ea. Ista est ergo, quę in cubito. i. in Christo consummatur & perficitur, & quę in diluuio tribulationum, & cõtemplationum per quadragenam vitę præsentis fluctuat & concutitur, vbi etiam quicunque in futuro per fidẽ & gratiã inuentus fuerit, saluabitur: quicunq; vero per perfidiã uel peccatum extra manserit, peribit & damnabitur, finaliter tamen super montibus situabitur & quietabitur. s. in iudicio, qñ præsens tribulationũ diluuiũ auferetur. Ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis &c. ¶ Vel dic, q̃ anima est arca, vel etiam uir perfectus, qui debet habere longitudinẽ fidei, altum spei, latum charitatis &c. sicut supra, quæ bitumine diuinę gratię debet esse linita, intus ĩ conscientia, & exterius in apparentia, quę de lignis leuigatis. i. de bonis affectionibus debet constitui, inferius quantum ad alios debet per eleemosynã esse lata sursum vero quantum ad se p abstinentiam debet stringi. Inferius debet habere ostiũ hospitalitatis ad pauperes introducendos. Sursum vero debet habere fenestram discretionis ad lucem ueritatis speculan-

dã. In hac ergo debẽt esse uolucres. i. mũdę cogitationes, ani C malia. i. viuæ operationes, femina. s. scientiæ, & uirtutes, & sic diluuiũ tribulationũ & tẽtationũ ittã arcã nõ subuertet, sed finaliter in supernis montib. requiescit. Allegatur vt supra.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.

Recordatus autem dominus Noæ. Moralitatum Cap. 6.

CVm diluuium quieuisset, dimisit Noæ columbam, quæ cum sit munda auis, & non inueniſſet vbi requiesceret pes eius, nisi super fœtentia cadauera, quæ. s. tangere nõ volebat, reuersa est ad Noæ iterũ, qui aperta fenestra ipsam introduxit in arcam. Tandem emisit coruum, qui inueniens humani generis cadauera, ad arcam redire noluit, sed cum cadaueribus foris mansit. Noæ significat Deum patrem, qui re vera columbam & coruum. i. bonos & malos per creationem emittit. Ipsoꝰ q̃ ad huius mũdi diluuium. i. ad fluctũ tentationum vel tribulationum dirigit & transmittit. Veruntamen, quia mediante isto tentationum vel tribulationum diluuio, quasi totus mundus plenus est cadaueribus, ideſt immunditijs, & carnalitatibus, ideo columba, i. persona simplex, bona & columbina, non inueniens in mundo. i. in mũdanis negocijs, & delitiis, vbi pes affectionis eius requiescere debeat, iuxta illud Mic. 2. Surgite, & ite, quia non habebitis hic requiem uoluit redire ad patrem suum Deum, scilicet ad secreta conscientiæ per compunctionem ad bona ęterna, per contemplationem, affectionem & orationem refugiens deliciarum cadauera, negociorumque, & uitiorum diluuiũm vilipendens, dicens illud Ioan. 16. Exiui a patre, & ueni in mundum, iterum relinquo mundum & uado ad patrem. Sed re uera coruus. i. homines coruini, carnales & immundi, de reditu ad Deum vel ad conscientiæ secretum nõ curant, imo exterius in cadaueribus. i. in mundi immunditijs & carnalitatibus se delectant, quapropter in arcam salutis & paradisi vñ exiuerant, nunquam intrant: ad Noæ. i. ad Deũ & qui ipsos per creationem emiserat, redire per pœniten- D tiam refutant, dicentes illud Hier. 5. Induraueruntfaciẽ suã super petram & noluerunt reuerti. Isti igitur arcam paradisi seu statum salutis intrare refutant, & in suis delectationibus & uitiis extrauagantur. Ps. 64. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Ista potissimè apparent de religiosis, q̃ de arca. i. de clausiris emittuntur ad tpalia ministrãda. Carnales vero & coruini, qui. s. more corui sp procrastinant pniam dicentes. Cras: cras, ex toto manent in mundo, boni vero in mundi negociis aut delitiis requiẽ aut delectationem non inueniunt, qñq; redeunt ad deuotionem & ad clausirum, qui secum deferunt ramum oliuæ. i. misericordię bonum opus. Vel dic de apostatis, quorũ quidam ex toto remanẽt circa cadauera. i. circa immunditiam luxuriæ. Alij vero redeunt ad Noæ. i. ad prælatum in arcam. i. in ecclesiã uel in clausirum. Tales igitur ramũ oliuę (qui misericordiã signiſicat) secum portare dr pro eo q̃ illi, q̃ ad pniam redeunt, misericordiam, & pacem merentur. Vnde dr. Luc. 15. Surgã & ibo ad patrem meũ & dicã. Pater peccaui in cęlum & coram te. Et ideo dr, q̃ Noę extenta manu apprehendit columbam pro eo q̃ prælatus debet tales misericorditer recipere & ipsis concedere, veniam & tutelam, dicens illud Hiere. 3. reuertere & ego suscipiam te. Et illud Cantic. 2. Veni electa mea &c. c. 8. ¶ Columba fuit emissa ante ad videndum si cessassent aquę diluuij super terrã. Quæ vespere rediit ad Noę, ferẽs ramum viridis oliuæ in ore suo, & diluuium cessasse signans, & pacem redditam humano generi designãs. ¶ Si vero dudum cum iam diluuium peccati, & damnationis genus consumpsisset humanum, missus est à Noæ. i. à Deo patre de ipsa arca paradisi columba. i. Christus benignissimus atq; mitis, qui. s. in hoc mundo ramum oliuę virentis. i. portionẽ nostræ humanitatis assumpsit, quã tandem in ascensione in arcam paradisi ad Noæ. i. patrẽ detulit, & eius virtute cessasse, & consummatum fuisse vitiorum diluuium intimauit, dicẽs illud Thob. 12. Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me. Cã. 9. ¶ Volẽs Deus inire pactum cum genere humano, q̃ de cætero non esset futurum diluuium, nec per diluuium consummanda omnis caro, promisit arcum suum ponere in nubibus, vt esset signum federis prælibati. Arcum (inquit) meũ ponã in nubibus, & erit signum fœderis inter me & terram.

E Gen.9.¶Sic Deus volens humanum genus assecurare,ꝙ diluuium ęternæ damnationis nunquã amplius inuolueret mũdum vniuersum,arcum suum tetendit,& parauit illum,s.filium benedictum,ipsum q; in nubibus.i. i puriſſimis Mariæ visceribus posuit,ibiq; colores duos principales,rubeum.s. & cœlestem assumpsit.Rubeus vero color significat carnẽ, cęlestis vero significat animam.Sic ergo fuit Deus pater mediante isto arcu humano generi confederatus,homo vero a damnationis diluuio est liberatus.Vnde de Christo dicitur. Eccl.50.ꝙ ipse est quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ.Et sicut arcus iste designat pluuiam.Vide in titulo suo.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Benedixitq; Deus Noæ & filijs eius.Moralitatum Ca.7.

NOæ cępit esse vir agricula,& exercere terram, plantauitq; vineã,bibit vinũ & inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum uidisset Cham filius eius,verenda patris non cooperuit,sed deridens patrẽ nudatum,hoc Sem & Iaphet suis fratribus nunciauit.Qui statim pallium humeris suis imponentes,auersa facie usq; ad patrem retrocesserunt,ipsumq; operuerunt, & eius turpitudinem non uiderunt.Propter quod cum ~~cui~~gilasset, Chã cum posteritate sua seruitute & maledictionem damnatus est ab ipso.Sem vero,& Iaphet à Deo benedictionis gratiã meruerunt.¶Istud potest applicari,ꝙ vtile est quandoq; uitia & defectus hominum dissimulare, periculum vero ipsa detegere vel videre.Quandoq; vero Noæ.i.aliquis prælatus vel princeps vino in quo est luxuria.i.uitiis & carnalitatibus.ebrius,in tabernaculo domus suæ requiescit,& delectatur, turpitudinemq; luxuriæ suæ, & aliorum uitiorum ita omnibus manifestas,ꝙ nudus sine velamento iacere vł, & (quod deterius est) ab alijs se videri nullatenus opinatur, cum tamen uitia eorum nuda ab omnibus videant. Hiere. 13.Nudaui fœmora tua ante faciem tuam,& apparuit ignominia tua.Sed pro certo tales nullo modo volũt videri nec explorari,quinimo si ad notitiam suam veniat,ꝙ aliquis homo defectus suæ turpitudinis videri,solent dolere, & ipsis publicæ vel occultæ maledictionem vel punitionem inferre, & maxime quando sciunt ꝙ ille qui videt,deridet talia facta sua,& nititur aliis publicare.Vnde dicit. Eccl. 3. Non est.n.neccesse tibi ea,quæ absc̃dita sunt,videre oculis tuis. Et iõ qui sunt sapientes filij,tales turpitudines & infamias de magnatibus,& maxime de suis patribus.i.de suis prelatis &principib.audientes,ipsas videre vel explorare nõ quęrunt,iuxta illud Micheæ.Non queras iniquitatem in domo impii.Imo pallium dissimulationis induunt,& ab inquisitione retrocedunt,ipsosq; quantum possunt excusant atq; tegunt,ne appareant, propter quod tales à talibus defectuosis magistratibus benedictiones & glorias acquirũt. Mali. n. superiores illos potissime solent diligere, qui crimina sua studeant absc̃ondere & cęlare & sub dissimulationis pallio transire,& ne appareant excusare. ¶Vel dic ꝙ Noæ est pater & prælatus noster,qui,s.si in delitiis dormiat,ita ꝙ turpitudo suorum defectuum in aliquo appareat,Sem & Iaphet .i.boni filij & subditi ipsum operire & excusare nituntur. Chã uero.i.mali & ꝓterui subditi ipsũ deridere, & turpitudines defectuum suorum aliis prodere, & eas in libellis & & appellationib.reuelare conantur,quapropter tales seruitute & aduersitate damnantur.Boni uero & pacifici ꝓperitate fruuntur,cum scriptum sit in leuitico c.18.ꝙ qui reuelauerit turpitudines patris sui,morte moriatur,¶Vel dic quòd Noe decimus ab Adam (qui interpretatur requies) Christũ significat,qui decalogum legis implenit, & requiem paradisi donauit,Vinea.n.quam plantauit,domus Israel est,vt dicit Esa.5.Ista.n.est quæ expectata est vt faceret vuas,fecit autem spinas,quia.s.ista vinum consolationis dño debuit offerre,ipsa tamen ipsum spinis voluit coronare, & acetum mordacis tribulationis eidem studuit propinare, & eum in cruce aceto portare.Ps.66 In siti mea potauerunt me aceto.Quia pro certo ista est, quæ ipsum creatorem & plantatorem suum Christum vino tormentorum inebriauit, ita ꝙ ipsum in lecto crucis per mortem nudum dormire,fecit ita ꝙ Cham filius eius.i.malus populus iudaicus videns turpitudinem eius.i.humanitatem eius mortuam ipsum derisit, cum dr̃.Matt.27.Vah qui destruis tẽplum Dei,salua temetip G sum.Veruntamen boni filii eius,Sem & Iaphet.i.Apostoli & Christiani,verenda patris.i.mortẽ, & mortalitatem ipsius operuerunt,inquantum ipsam dignis rationibus esse necessariam monstrauerunt, quapropter Chanaan filius Cham maledicitur,quia iudæorũ posteritas propter Christi passionem maledictione damnatur,sicut ipsimet dixerunt. Sãguis eius super nos & super filios nostros.Boni vero filii.s.Christiani & Apostoli,benedictione tam temporali quam perpetua perfruuntur. Ideo de ista vinea conqueritur dominus. Hie.2.Ego plantaui te uineam meam electã,omne semẽ uerum,quomodo ergo conuersa es mihi ī prauũ uinea aliena?

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Erat autem terra labij unius.Moralitatum Cap. 8.

CVm gigantes essent super terram,decreuerunt in campo Sennaar ædificare turrim, cuius summitas cœlum tangere,vt.s.in cœlum ascenderent, & nomen suum inter homines celebrarent.Habuerunt ergo lateres pro saxis & bitumen pro cemento.Igitur cum edificarent, & iam turrim illam in ciuitate babylonica vsque ad duorum miliario rum extulissent altitudinem,ſm Orosium & ſm Hieronymũ super Esa.13.Indignatus dñs linguas eorum confudit, ita ꝙ alter alterius verba nullatenus intellexit. Quapropter ab inuicem separati sunt,& per mundum ſm linguarum distinctiones se diuersimodè diuiserunt.Tales gigantes sunt superbi,q turrim.i.fastigiosum,& altum statũ in campo sennaar, q interpretatr̃ fętor.i.in isto mũdo fętido ædificare nitũtur, sursumq; ad altitudinẽ cęli.i.altos gradus & status ultra q̃ requirunt ipsorum merita,ascendere moliuntur. Et hoc ut melius faciant,plures qñq; in eandem societatẽ conueniũt & ad hoc cõiter occupant.Quapp sæpe fit ꝙ dñs cõtra eos indignat,ipsorũq; malam cõcordiã rumpit.& ipsos ꝑ mortem uel per infortunia diuidit, & sic occultè faciente dño opus malũ ꝙ cęperant impedit.Vnde Iob 5. Dissipat cõsilia maliguorũ,ne possint manus eorum implere qđ cęperant. H

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Dicit autem dominus ad Abraam.Egredere.
Moralitatum Cap. 9.

CVm Abraam esset in Vr,quæ est ciuitas chaldæorũ,apparuit ei dñs,dicens.Egredere de cognatione tua, & de domo patris tui,& ueni in terram q̃ monstrauero tibi,& faciam te in gentem magnam.Abraam igitur in terrã Chanaan ducitur,vbi altare dño ædificauit, & ubi dilatatio sui seminis,totiusq; illius terræ possessio sibi ꝓmittitur atq; datur.¶Vr,q interpretatur ignis,significat mũdum, qui.s.Vr chaldęorum dr̃.pro eo ꝙ igne concupiscentię mundus cõtinuè inflammatur.Abraam aũt est hõ,cuius terra est terrena possessio.Cognatio est carnalis delectatio.Domus patris siue parentũ est amicorum affectio.Terra uero q̃ Deus nobis ostendit,est uita spũalis,religio & perfectio.Dico igitur ꝙ Abraæ.i.cuilibet pc̃tori,qui in Vr chaldæorum.i.in mundo vel in igne concupiscentiæ habitat, à Deo præcipitur, ꝙ inde quantum ad affectum exeat,ꝙ terram.i. terrenorum amorẽ,cognationẽ.i.propriæ carnis delectationem, & decorẽ domus patris sui.i.proprij gñis nobilitatẽ, & honorẽ cõtemnat penitus & dimittat quodque ad terram, qũ ipse Deus mõstrat.i.ad statum pnię uel ad uitã spũalem se transferat & transducat.Sic.n.sibi promittitur dilatatio gr̃æ, promotio & exultatio gr̃ię,& possessio cęlestis patrię. Sicut ẽt patet Christo dicente. Mat.19.Vos qui reliquistis oĩa, & secuti estis me &c.¶Vel dic allegorice, ꝙ Abraã est Christus, terra est iudæa,cognatio eius fuit iudæorũ populus,domus sua tẽplum & synagoga.Igitur prædicta uerba potuerũt esse patris Dei ad Christum dicẽtis.Egredere,quantũ ad fidẽ, & quãtũ ad credulitatẽ,de terra tua,cognatione, & domo .i.de synagoga,de tẽplo seu iudaico populo, & ueni ī terrã Chanaã.i.populum gentilem,q̃ monstrauero tibi,vbi.s.altare tuum.i.ecclsiã ædificabis, & ubi per fidem dilataberis & volabis.Vñ dr̃ Gen.3.In illo tpe erit altare dñi in Aegypto. ¶Vel vł ꝙ talia verba dicit diabolus hoi, quẽ uidet in statu religionis vel gr̃æ.Monet.n.hoiem ꝙ terram suam.i.stabilitatem

A tẽ suã deserat,& ꝙ cognationẽ suã.i.bonotũ suorũ societatẽ dimittat,& de domo patris sui. i. de religione per apostasiã fugiat & recedat, & ad terrã chanaan. i. ad mundum mente,& corpore se deflectat,& ibi promittit sibi diabolus ꝓuanã spẽ,ꝙ faciet eũ in gentẽ magnã.i.ꝙ feciet ipsum taliter diuitẽ & potentẽ,quodq; ipsum in tpalib. dilatabit, & ꝙ terrã Chanaã.i.mundũ in possessionibus continuo sibi dabit,sicut supra videbaꝫ dixisse mulieri. Quacunq; die comederitis,eritis sicut dij.¶Fame inualescente in terra Chanaã descẽdit Abraham ī Aegyptũ,vt peregrinaretur ibidẽ. Pharao aũt rex sibi suã mulierem abstulit,sed tandẽ immunem sibi eã restituit.Ipse vero fame cessante in terram promissionis rediit. ¶Sic uerè cum quis urgente fame auaritiæ terram promissionis.i.clausturũ uel deuotionẽ dimittit,& in Aegyptum.i.in mũdum & mundi negocia descendit,statim ideſt Pharao rex Aegypti.i.diabolus princeps mũdi, q̃ uxorem eius.i.diuinã gr̃am sibi tollit.Veruntamen q̃nque Deus ipsum ad pœnitentiam reducit,& uxorem suã,s.gratiam sibi reddit,& cessante fame auaritię,iterũ in terram promissionis.i.statũ salutis uel religionis,vel ad clausturũ perducit, ita vt dicere possit illud prophetæ.Dominus mortificat & uiuificat,deducit ad inferos & reducit.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Ascendit ergo Abraam de Aegypto.Moralitatũ Ca. 10.

LOth & Abraam quamuis essent amici & fratres neq; bãt habitare cõiter,qa erat possessio eorũ nimia.Loth igit diuisus ab Abraã, regionem circa iordanẽ, quæ irrigabatur,vt paradisus,elegit,vbi cito post cum aliis captꝰ fuit. c.14.Quattuor.n.reges contra Sodomam,vbi habitabat,venerunt,qui ipsum cum populo captiuauerunt.Abraham tñ occurrẽs aduersariijs obuiauit,& Loth de eorũ manib.liberauit.¶Sic vero quotidie fit,ꝙ illi,quorũ est possessio nimia .s.diuites huius mundi,simul seu concorditer habitare non ꝑsit,imò ab inuicem per lites,& controuersias diuiduntur. terrena.n.possessio ẽ diuisionis occasio.Sepe.n. fit ꝙ Loth q̃ interpretatur declinans. i. aliquis qui ab Abraam.i.a bono B rũ vicinorum societate declinat,& ex hoc circa Iordanem mundanæ prosperitatis posse habitare se putat,q tñ ab hostibus.i.a vitiis & tribulationib.captiuatur,ita ꝙ oportet ꝙ ab Abraam, quẽ dimiserat.i.ab illo fratre,socio vel amico cuius societatẽ dereliquerat & cõtemꝑserat,adiuuetur. Igitur non est bonum,bonã societatẽ,& concordiã dimittere, nec solũ seu solitariũ manere,nec mũdi prosꝑa vltra debitũ affectare, sed simul per concordiã quiescere & manere.Vnde dr̃.Gen.2.Non est bonum hominem esse solum.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
His itaquetransactis, factus est sermo domini.
Moralitatum Cap. 11.

DOminus præcepit abraæ ꝙ sacrificaret sibi vaccã, capram & arietem triennes,columbamq; & turturẽ. Abraam ergo aĩalia diuisit, volucres sine diuisione ad partem posuit. Tandem aues cęli cadauera sacrificii uolebant comedere, sed Abraam eas abegit. In sero uero clibanus ardens apparuit,qui sacrificium consumpsit.dñs uero multa bona abraæ promisit, & sibi secreta plurima reuelauit. ¶Re vera vł ꝙ in istis sacrificijs significantur oẽs illi quos sibi dñs vult spũaliter immolari.Ibi.n.sunt aues.i. contemplatiui,aĩalia.i.actiui.Aues igitur præcipiuntur non diuidi,pro eo ꝙ contemplatiui nec per mundi negocia, nec per affectiones varias sunt diuisi, imò per contẽplationẽ in Deum tendunt integri & perfecti.Vnde dr̃ Leu. 1. Auem non secabit,nec ferro diuidet.Istæ ẽt aues.s.contemplatiui, dicũtur turtures ꝓp castitatem q̃ seruant,dicũtur columbæ ꝓp simplicitatem q̃ amant.Isti etiam pro dño dicunt oblati.s. parturum aut duo pulli columbarum.Aĩalia aũt (sicut dictũ est) sunt actiui,qui.s.circa terrã.i.circa terrena negocia solẽt occupari & manere.In istis uero est uacca iugo subdita,quę significat subditos,aries dux greigis,qui significat prelatos, capra macilenta,quę significat pœnitentes laboriosos. Igit quilibet istorum debet esse triennis,quia videlicet vacca.i. subditi,debent esse triennes per fidẽ trinitatis q̃ debẽt simpliciter credere.Vel per tria uota religionis,obedientiã, s. C paupertatẽ & castitatẽ,q̃ debent firmiter cõtinere.De quo dr̃ Eccle.4.Funiculus triplex difficile rumpitur.Aries.i.prælati dñt esse triennes per tres virtutes theologicas,fidẽ,spẽ, & charitatẽ,quas debent hre uaciter,de quibus Apost. 1. Cor.13.Nunc aũt manent fides,spes,& charitas tria hęc.Capra verò.i. pœnitentes debent esse triennes, ſm tres partes pœnitentiæ,s.contritionem,confessionem & satisfactionẽ quas debent ueraciter implere,de quibus dr̃.Exo.3.Via triũ dierũ ibimus in solitudinẽ.Vt & sic quilibet istorũ dicat illud Eccl.25.In tribus beneplacitum est spiritui meo . Talia igitur sacrificia.i.tales personæ ab auibus.i.a dæmonib. tẽtantib.impetuntur,sed ab Abraam.i.a Deo uel a bono plato defenduntur.Clibanus etiam ardens.i.charitas perfecta tales inflammat,ipsosque Deo immolat,& præsentat.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Igitur sarai vxor Abraam. Moralitatum Cap. 12.

GEneſi. 63. dicitur ꝙ cũ fratres Ioſeph ad ipſum in ęgypcum vbi dominabat, veniſſent, ipſe ibi fratres ſuos cognoſcens, non eſt agnitus ab eis. Fecit ergo eis conuiuiũ. Et quia ſciebat qui erant primogeniti, fecit eos ad menſam priores ſedere, ſecundum quod erant antiquiores, & dato quod ibi eſſet Beniamin adoleſcentulus, ab eo præcipue prædilectus, eo quod frater erat ipſius vterinus, ipſum tamen antiquiorib. fratribus non præpoſuit, immo quia erat iunior, loeum vltimum ſibi dedit. Talis Ioſeph eſt Chriſtus. Vnde dicitur. Gen. 49. Fratres ſui ſunt omnes Chriſtiani. Roman. 8. Apoſtolus. Primogenitus in multis fratribus. Vterini & magis dilecti ſunt religioſi & clerici, qui ſibi ſpiritualiter ſunt cõiuncti. Dico igitur ꝙ Ioſeph, i. Chriſtus quamuis ho- C die ſit a fratrib. i. a fidelibus abſcõditus & ignotus, ipſos tñ inuicem diligit & cognoſcit & quæ ſit eorum ætas. i. eorum pfectio, optime iudicat & diſcernit. Aetas enim virtutẽ & perfectionem ſignificat, in qua quãto quis eſt perfectior tãto honore paradiſi eſt dignior. Vnde dicitur. Sapien. 4 Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita imaculata. Quãdo igitur iſti fratres Chriſti fideles in conuiuio Ioſeph, i. in paradiſum ſunt locãdi, optime cõſiderat ipſe Chriſtus ætatẽ, i. merita ſingulorũ, ipſoſq; ſm primogenita ſua, i. ſm virtutes quas hñt, ſolet ordinare, & primos vel vltimos collocare, & hoc ſine quacunq; acceptione pſonarũ, qa ꝓ certo fratres vterini. i. viri eccleſiaſtici neq̃ quã pferunt, quinimmo ſi in morib. ſunt cæteris minores, vltimores ponunt. Ibi n. non eſt acceptio ſeu diſtinctio iudæi & græci, quinimmo ſæpe fit, ꝙ græci, qui primi ſunt, ſunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi. ¶ Vel dic ꝙ Ioſeph eſt platus, q re vera ſumme debet cognoſcere ætatẽ. i. merita ſubditorũ, & dato ꝙ ipſi eũ non cognouerunt. i. nõ viſitauerunt, nec obtulerũt munera, nec adulando applauſerunt, ipſe tñ dẽt eos cognoſcere, & eorũ ſufficientias cogitare, Ergo qñ ipſe facit cõuiuiũ. i. puiſionẽ aliquã, ipſe dẽt i mẽſa bñficiorũ eccłæ ipſos collocare priores, qui in ætate. i. in virtutib. ſunt maiores, quia vere dato ꝙ beniamin. i. ꝙ illi habeãt aliquos fratres vterinos. i. aliquos cõſanguineos, nepotes vel amicos, ſi tñ ſint iuniores. i. moribus impfectiores, nunq̃ dẽt eos bonis & puectis ꝓponere. ſ. ꝑmiſſis meliorib. ipſis vltimũ locũ dare. Pſ. 7. Ibi beniamin adoleſcentulus &c. Vñ Heſt. 1. Bibebãt oẽs in aureis poculis &c. ¶ Dato ꝙ Ioſeph fratres ſuos ordinate ſm ætates ſuas collocaſſet ad menſam & ſic beniamin ꝑdilectus & vterin⁹ eo ꝙ eſſet iunior vltimus locaretur, nihil tñ ꝓp hoc ſibi deperiit, immo portio ciborũ, quã ſibi Ioſeph dedit, portionẽ aliorum fratrum in quinq; partib. exceſſit. ¶ Si vero cũ fratres Ioſeph. i. fideles eccleſiæ, nunc in locis graduũ & dignitatum diuerſimode ſunt locati, ita ꝙ ſæpe fit ꝙ illi, qui ſunt vterini. i. Chriſto magis per charitatẽ coniuncti, & ab eo potiſſime prædilecti, in menſa bonorũ eccleſiæ ſunt vltimi cõſtituti. quia vero hodie plerunq; accidit, ꝙ illos, quos Chriſtus Ioſeph plus diligit & quos ſibi charitas ſeu ſanctitas magis iungit vltimos in eccleſia vel mundi dignitatibus ponit, dicens illud Lu. 14. Recumbe in nouiſſimo loco, ex hoc tñ nihil ſibi deperit propter iſta, quia pro certo poſt mortẽ qñ Chriſtus diſtribuet cibos gloriæ paradiſi, iſti aliis præficientur & portio gloriæ præferetur, quia re vera Chriſtus illos qui ſunt mõ vltimi depreſſi & pauperes, aliis q modo ſunt alti & diuites, præferet, ita ꝙ gloria eis data aliorũ gloriam ꝓcellet. Vñ dr. Mat. 21. Erunt nouiſſimi primi &c. ¶ Vel dic quod talis Ioſeph eſſe videtur defectuoſus prælatus, qui reuera de bonis eccleſiæ ſolet ſuis fratribus vterinis. i. filiis neporibus & cõpatriotis & familiarib. magis dare, dato qd alii antiquiores & meliores noſcantur eſſe, ſicut dicit apłs, ꝙ nemo vnquã carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eã. Ephe. 5. Cyphus inuẽtus fuit in ſacco beniamin iunioris fratris & minoris ad denotandũ ꝙ cyphus diuinæ ſapię, in ſacco, i. in corde humiliũ inuenit, qa q̃to quis ẽ p humilitatẽ minor, & p puritatẽ iunior, tãto calice ſapiæ plus potat. Exẽplũ de b. Ioãne, q erat apłs iunior, & tñ intellectu fuit altior Pſ. 67. Beniamin adoleſcẽtulus i mẽtis exceſſu. ¶ Sicut in ge. c. 47. ꝙ Ioſeph emit ppłm ægypti in ſeruitutem regis, dãdo eis frumẽtũ regis. ¶ Sic ẽt ꝓdicator, qui eſt diſpenſator frumẽti. i. ſcripturæ & ſciæ Chri regis populũ fidelem in ipſius regis Chri acq̃rit ſeruitutẽ, dũ frumẽtũ ſuũ. i. doctrinã ſuã vel ẽt euchariſtiã ei pãdit. Pſa. 80. Ex adipe frumẽti ſaturauit eos. ¶ Vel dic quod populus pharaonis. i. diaboli ſeruus efficitur dum frumento eius. i. bonis temporalibus ſatiatur. Vnde dr Proue. 22. Qui accipit mutuum, eſt fenerator.

CAPITVLVM XLVIII TEXTVS. His itaque tranſactis nunciatum eſt. Moralitatum. Capitulum. 30.

IAcob in breui moriturus, voluit benedicere duob. filijs Ioſeph. ſ. efraim & manaſſe, vñ cũ eſſet in lecto cecutiẽs, adduxit eos Ioſeph ſibi benedicendos ad lectum. Cũ ergo primogenitũ poſuiſſet ad dexterã, & ſecũdogenitum ad ſiniſtram

E nistrā,pāte manus suppositurus cancellauit,& dexterā genito secundo,qui erat sinister,antepoſuit. Sinistram vero super primogenitum assignauit, & sic cancellando & mutando manus,dexter filiorū sinister, sinister vero dexter factus est & benedictionem primogeniti reportauit. ¶Reuera iste Iacob patriarcha potest mihi significare Deum.Ioseph vero significat mundum, vel quencunq; qui hēt alios promouere in principē vel p̄latū,ꝑ dexterā intelligit̄ prosperitas, ꝑ sinistram vero aduersitas,ergo istud constat,quod Ioseph i. mundus aliquos ponit ad dexteram,aliquos constituit ad sinistram,quia.s.diuites ponit in dextera prosperitatis,paupe res vero in sinistra aduersitatis. Sed re vera Iacob.i. Christus in die iudicii,quando benedictionē dabit legislator,& ibūt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in syon, tunc manus suę munificentiæ cancellabit,& etiam eos permutabit.Sicq; fiet quod dexteram prosperitatis illis dabit, qui nunc sunt in aduersitatis sinistra. Sinistrā vero aduersitatis his dabit,q nunc sunt in ꝓsperitatis dextera,& sic fiet ꝙ dexteri fient sinistri,& econuerso,& quod primi erūt nouissimi,& nouissimi primi.Esuriētes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes,Ioseph vero noluit sepeliri in Aegypto, immo rogauit fratres,quod in terram promissionis portarēt, quod finaliter factum est. Sic vero nec nos debemus velle sepeliri ꝑ malam cōsuetudinem in pctō,immo debemus rogare fratres.i.religiosos & iustos, quod inde suis doctrinis, exemplis & orationibus nos educant. Ps. 141. Educ de carcere animam meam. Moralitatum super Genesim finis.

MORALITATVM liber secundus super Exodum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS. Hæc sunt nomina filiorum Israel.Moralitatum Cap. 1.

F SVrrexit rex nouus super Aegyptum,qui non nouerat opera Ioseph seu beneficia quæ Aegypto cōtulerat, propter quod filios Israel per magistros operum quam plurimum opprimebat ipsosq; sibi seruire in luto & latere & paleis,ad ędificationem suarum vrbium faciebat.Veruntamen sic fiebat, quod quanto plus opprimebat,tanto plus eorum populus crescebat.Quapropter aliud genus oppressionis cogitauit,quia.s.vocatis obstetricibus oēs,quot nascebantur masculini sexus, submergi fecit,fœminas vero reseruari mandauit. ¶Tales vr̄ esse reges nostri,prælati,iudices & principes noui,de nouo promoti,vel noui iuuenes & inscij,vel noui bonis prædecessorib.suis dissimiles,& in vitijs innouati,quia reuera istorū tota cura est,filios Israel.i.bonos subditos suos rapinis & exactionib.& tributis & seruitoribus opprimere , & eos ꝑ suos iniquos magistros operum.s. balliuos & officiales affligere,& si quæ beneficia à Ioseph.i.ab aliquibus eorum amicis ipsi vel eorum progenitores receperint,solent per ingratitudinem cuncta obliuioni dare.Istud patet de multis principibus,qui si habuerint aliquem Ioseph.i.aliquem magnum consiliarium uel magistrum,à quo receperunt seruitia uel obsequia,bene solent dum viuit,suis amicis ab exactionib. parcere,sed eo mortuo,solent illos de eis genere plus quā alios infestare. Et breuiter mali superiores hodie in regno & iurisdictione sua masculos filios.i.bonos & virtuosos nituntur submergere & extirpare.fœminas uero.i. molles & defectuosos,& ad bene operandum inhabiles solent seruare,& eos plusquam alios supportare.Vnde dicitur.Num.31. Cur fœminas reseruastis. ¶Vel dic quod pharao est diabolus,qui.s.Israel.i.fideles,quos per peccatum subiugat, in tribus specialiter occupat , videlicet in luto inficiente,i.in luxuria, & in palea de leui volante,i. superbia , & in latere igne durante.i. in auaritia.Istos.n.perfectos malorum operum,i.capitalia vitia vel per malos prælatos vel prædicatores hæreticos solet affligere,& fœtus masculos.i.bona opera in eis destruere,ipsaq; in flumine carnalis voluptatis submergere.fœminas vero,i.molles actus & reprobos,solet in hoīe uegetare. vult.n. diabolus quod mala opera in nobis pullulent & succrescant, bona vero deficiant & decrescāt.

¶Vel dic ad litterā, quod pharao diabolus per obstetrices G Aegypti,i.per malos prelatos de ecclesia hodie eradicat masculos.i.homines virtuosos.Ibi vero fouet,nutrit & plantat fęminas,i.carnales & defectuosos. vnde iste vr̄ dicere illud Nu.31.Interficite quicquid est generis masculini.¶Vel dic ꝙ pharao est diabolus, q ip hēt odio filios Israel,i.Chr̄i fideles potissimè masculos,i.probos hoīes & virtuosos,ipsos ī primitiua ecclesia videns & inuidens multiplicari , per præfectos operum,i.mundi tyrannos faciebat affligi, & sic nomē Chr̄i & fidem eius putabit posse destrui uel subuerti.verūtā sic fiebat,ꝙ quāto plures affligebant̄,i.quāto plures ꝓ Chr̄i martyrio moriebant̄, tanto fidelium numerus amplius multiplicabat̄,& status ecclesiæ in melius augebat̄.Sicut.n.dr̄ in Prouerbiis. Nō est sapiētia,nō est scīa,non est cōsiliū cōtra Deū. Et in historia tripertita legit̄,qđ Iulianus apostata volens Chr̄i sectam destruere,sciens quod consueuerat in tribulationibus proficere, decreuit non tribulationibus , sed oblectationibus sanctorum aīos immutare.¶Vel posset allegari pro generali prouerbio quod dr̄ contra rusticos, quia si præmuntur,taliant̄ & suppeditantur,melius fructificant, & ad modum vineæ computantur &c.¶Cū Pharao rex Aegypti mandasset omnes hebræorum filios submergēdos,accidit vt Moyses nasceret̄,quē cum mater iam tribus mensibus occultasset,& ipsum amplius seruare non posset, fiscellā composuit,in qua vagientem ligauit, ipsumque per fluuium fluctuare permisit.Quem,cum Tramuth filia Pharaonis, quæ ad flumen lauandi se gratia venerat inuenisset, & eum corpore elegantem uidisset,matrē pueri, q̄ spectabat in littore,uocauit,sibiq; paruulum nutriendum commisit, ipsum Moysen,i. de aquis assumptum uocauit,quem tandē adultum in filium adoptauit.¶Per regem Aegypti intelligit̄ rector mundi,qui.s.à principio propter peccatum.Adæ decreuit cunctos filios humani generis originali uulnere perimendos.Per mulierem hæbream intelligo sanctam ecclesiā matrem,q̄.s.hæbrea,i.transiens dr̄,pro eo ꝙ non habet illic manentem ciuitatem,sed ad futuram mouetur.Igitur dico, ꝙ quotiens ista nostra ecclesia parturit Moysen.i. aliquem H nouerit natum , primo debet eum tribus mensib. tenere,i. in tribus virtutib.theologicis instruere tandem dēt eum in fluuio baptismi mergere,& fiscellæ spei & diuinæ misericordiæ committere,& tunc proculdubio statim adest filia regis.i.diuina gr̄a,quia.s.fluuium baptismi frequentat,quæ ipsum de periculo liberat & in filiū recipit & adoptat, & matri suę propriæ, s.ecclesiæ,lactæ doctrinæ nutriendum committit,& sic Moysen,idest de aquis assumptum,& per aquas baptismi saluatum merito ipsum uocat. ¶Vel dic ꝙ mater, signat carnalem concupiscentiam,quæ filium suum peccatorem tribus mensibus seruat,inquantum peccatis suꝑbiæ luxuriæ & auaritiæ ipsum ligat. Tandem uero ipsum in fluuium ponit,quando fluxui mundi,negociorum,& temporalis prosperitatis ipsum exponit.Filia vero regis.i.gratia uel etiam beata uirgo,ipsum de fluuio mundi liberat,quando à mundi fluxu ipsum detrahit,& per pœnitentiam ipsum saluat,& in filium per charitatem adoptat,& lacte sane doctrinæ nutriendum procurat,& mulier hębreæ.i. pęnitētiæ vel religioni,quæ transit de hoc mundo ad patrem , nutriendū assignat,vt dicamus diuinæ gratiæ illud Ioa. 19.Mulier ecce filius tuus,& filio,ecce mater tua. ¶Vel dic ꝙ paruulus iste significat humilium vulgus subditorum. Filia regis ecclesiā significat,quæ.s.in flumine diuinæ gratiæ uel pęnitentię lachrymosæ ipsum balneare non cessat.Ista ergo filiū suū.i.fidelium vulgus,matri eorum,s.rectoribus et curatis cœteris nutriendum,scilicet lacte doctrinæ & subuentionis terrenæ committit,& mercedem æternæ gloriæ promittit.Vnde ista est,quæ dicit ibidem.Accipe puerum ad nutriendū, ego reddam tibi mercedem.¶Secundum Iosephum,cū filia pharaonis Moysen inuentum in flumine,primo cuidam mulieri ægyptiæ dedisset,puer de lacte ipsius bibere non uolebat, quapropter uocata est mater eius hæbrea,quæ finem rei expectans,in litore residebat,ideo soror eius dixisse legitur. Exo.2.Vis vt uocem mulierem hæbream , vt nutrire possit infantulum.Ponit etiam ibidem,ꝙ dum puer creuisset,pharao diadema super caput Moysi posuit, qui statim illud de capite proiecit, quod proditiose factum rex considerans, ipsum occidere uoluit.Sed ad probādum vtrum pueriliter
hoc

A hoc fecisset, carbonem ardētem sibi dedit,qui nutu diuino ipsum in ore posuit,& linguam sibi combussit,& inde factū est,ꝙ semper impeditioris, & tardæ linguæ fuit, sicut infra legitur.Exo 4.Obsecro te dn̄e,non sum eloquens.¶Sic vere debet facere bonus Moyses.i.bonus religiosus, de aqua mūdanæ fluxibilitatis assumptus,quia re vera lac Aegyptiarum mulierum.i.dulcedines mundi scientiarum,delitiarum,verborum,adulationum aut delectationū non dēt fugere. Iuxta illud.Prou.1. Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.Secundum,lac mulieris hebreæ matris suæ.i. dulcedinem deuotionis,doctrinæ & gratiæ,quam sibi dedit ecclesia vel religio mater sua,debet surgere & gustare.Vnde dr̄.1. Petr.2.Lac concupiscite rationabiles &c.Diadema etiā.i.honorem & dignitatem,quam Pharao idest mundus vel diabolus sibi per vias iniustas vult imponere, debet similiter refutare, & carbonem.i. ardorem charitatis seu diuini timoris, & pœnitentiæ debet eligere,& linguam suam cum eo debet temperare.Vnde de Moyse legitur,ꝙ ipse beatius reputauit improperium Christi thesauris Aegyptiorum.Ideo secūdū aliam literā.43. Esa dicitur,habens carbones ignis sede super eos,& erunt tibi in refrigerio.Debet ergo talis vir perfectus esse linguæ tardioris.Iuxta illud.Iac.1.Sit oīs homo velox ad audiendum,tardus aūt ad loquendum &c.Can.11.¶Cū Moyses videret quadam die vnum ægyptium , qui vnum hæbreū percutiebat,& eidem iniuriam faciebat,occidit eum , & in sabulo eum sepeliuit, verum quia rumor exiuit in publicū, fugit in terram Madian , vbi Ietro sacerdotis madian oues pauit,cuius filiam in vxorem accepit.Et dum iste oues sacerdotis de madian in deserto pasceret,mirabiles visiones ibidem vidit.¶Illud exponitur sic Moyses, qui interpretatur assumptus ex aquis,significat hominem pœnitentem, qui scilicet in aquis lachrimosæ compunctionis debet iugiter inueniri,& ibi à matre sua,idest pœnitentia,vt à filia regis, idest à diuina gratia recipiatur,debet constitui & imponi.Aegyptius significat peccatum uel carnem.Hæbreus vero significat animam uel mentem.Igitur dico,ꝙ quando Moyses idest penitēs,videt ꝙ fratrer suus spiritus seu animus, qui debet dici hæbreus idest transiens,pro eo ꝙ ad Deum & ad Paradisum debet transire festinus,opprimitur vel iniuriatur ab ali B quo ægyptio idest proprio corpore uel à peccato,statim debet contra eum insurgere,& ipsum per confessionem occidere,& per satisfactionem sub sabulo & asperitate pœnitētiæ abscondere uel celare , & tunc poterit fugere ad Ietro sacerdotem,idest ad Deum per deuotionem,& filiam eius in vxorem accipere,scilicet scientiam & discretionē seu gratiam, seu deuotionem & sic poterit oues idest Christi fideles pascere per prædicationem & eruditionem , & visiones cœli videre ꝑ cœlestiū cōtēplationē.Vnde dicitur.Eze.8. Eleuauit me spiritus,& duxit in Hierusalē in visione Dei. ¶Vel allega ista generaliter , ꝙ de lege naturæ quilibet tenetur oppressos & tribulatos defendere,& eis contra impios subuenire.Vnde in Prou.24.Eos qui ducuntur ad mortem,& eos q ducuntur ad interitum liberare non cesses.c.3. ¶Moyses pascens gregem,cum duxisset oues ad deserti interiora, apparuit sibi dn̄s in rubo ardente,vidit enim in monte Oreb rubum ardentem,qui non comburebatur,qui cum appropinquare vellet,vt quid hoc esset videret,præcepit sibi domin⁹ ꝙ calciamenta de pedibus suis tolleret,eo ꝙ locus ille terra sancta esset. ¶Reuera sic uidetur fecisse dominus pater, quia quando filios Israel idest fideles suos de imperio Pharaonis, idest diaboli,& de ægypto idest de īferno liberare decreuit, signum mirabile primitus demonstrauit,scilicet signum beatissimæ incarnationis,quo mediante populum suum liberauit.Ipse enim tunc in rubro arbore spinosa idest beata virgine spinis pœnitentiæ circunsepta,Moysi idest humano generi vel iudæorum populo apparuit,ipsamque arborē igne sancti spiritus inflammauit,& mirabiliter impregnauit.Nūquam tamen ista arbor beata virgo ab integritate virginitatis fuit nudata , nec per incendium carnalitatis combusta, semper virgo & integra reseruata . Veruntamen ad hoc ꝙ Moyses idest iudaicus populus mereatur istam uisionem cernere & incarnationis sacramentum cognoscere necesse est ut de pedibus affectionum suarum calciamenta carnalis cognitionis,sensumque litteralē auferat,& qđ inde ꝑ fidei cognitionem incedat. Qui enim calciamento carnalis sapientiæ inuoluitur,tantam visione,& ad tanti sacramenti cognitionem pertingere nō meretur C Necesse est ergo per fidē calciamentum tale soluere & omnem mundi sapientiam à mouere,quia scilicet terra in qua sumus , sancta.i. ecclesia sanctam catholicam constat esse.Vnde dicitur.Ios.5. Solue calciamentum de pedibus tuis,locus enim in quo stas sanctus est. ¶Vel dic si uis, qđ ad hoc ꝙ homo diuinas reuelationes videat,necesse est quod ad interiora deserti,idest ad secreta consciæ gregem affectionum suarum ducat,& ꝙ calciamēta terrenorum bonorū de pedibus affectionū suarū tollat.

CAPITVLVM IIII. TEXTVS. Respondens Moyses ait,non credent mihi.Moraralitatum Cap. 2.

INter signa, quæ fiebāt coram pharaone pro liberatione populi Israelitici,primū fuit de virga versa ī colubrū.Vnde.Exo.4 dicitur,quod uirga,quam tenebat Moyses, proiecta in terram statim uersa est in colubrū,ita vt timebat Moyses non solum uirgam illam recipere,sed etiam hanc uidere.Dominus tamen sibi præcepit,quod caudam draconis acciperet,quod cum fecisset , in virgam iterum est conuersa. ¶Istud applicatur ad statum populi Iudæorum. Virga enim, qua mundus regitur,significat filium Dei patris, Ps.2. Reges eos in virga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos. Moyses vero qui istam tenet, populum iudaicum significat qui re vera in principio istam uirgam,s.Deum, in manu sua tenuit inquantum ipsum credidit & amauit. Per colubrum, qui est res corporalis & uiua,intelligitur Christi humanitas, quæ.s.fuit corporea & mortalis, dico igitur ꝙ quando virga quam tenebat Moyses,i.Deus,quem credebat populus iudęorum,in terram missus fuit,tunc proculdubio in draconem.i.in mortalem hominem est cōuersus,ita ꝙ Moyses iste .s.populus iudæorum factus est tremebundus,& à fide incarnationis domini fugitiuus.Iudæus.n.uirgam in colubrū mutauit,dum Dei filij personam hominem factam abhorruit,& eam credere & accipere & recipere recusauit.Vnde dr̄.Ioh. 1.Sui eum non receperunt,& uerbum caro factum est.Verūtamen de diuino dispensationis mandato sic fiet,ꝙ Moyses D iste.i.iudaicus populus istum serpentem Christum , cauda.i. in fine per crudelitatem accipiet,& tunc sibi vertetur in virgam,inquantum ipsum finaliter Deum credet,ita ꝙ nunc ꝓprie potest dici illud Ps.109.Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex sion,dominare in medio inimicorum tuorum. In medio inimicorum tuorum i.in medio iudæorum , qui modo sunt Christi & fidei inimici. ¶Vel dic ꝙ Moyses est Deus, qui quandoque in manu sua tenet uirgam idest aliquam bonam personam quam, scilicet in statu gratiæ manu tenet, & eum in bono retinet atque fouet.Verūtamen sœpe accidit ꝙ Deus laxat manum suam,& secundum occulta suæ dispēsationis iudicia ipsum peccare permittit & in terra eum ꝓijcit,dum ad amorem terrenorum per auaritiam,uel apostasiam cadere eum sinit, qui re vera in draconem uertitur,inquantum in virum pessimum commutat̄.Quod utique ad literam uidemus de multis hominibus,qui in ecclesia uel religione, antequam ad terrena administranda promouerent̄, erant uirgæ idest personæ iustæ & rectæ, ad regendum alios optimè dispositi,qui tamen postquam ad terram idest administrādo terrena dimittuntur vtpote quando ad aliquod officium uel dignitatem promouentur,tunc dracones.i.rapaces,& crudeles efficiuntur,& in malos homines commutātur.Quid refert (inquit Tullius) an quis in beluam se cōuertat,aut per iniquitatem ferinos mores induat? Fit tamē de talibus quandoque ꝙ Moyses idest Deus ipsos in cauda idest in senectute ad misericordiam recipit,& eos per pœnitentiam ad statum salutis reducit, & sic in uirgas.i. in uiros iustos mutantur,& à draconina seuitia & nequitia conuertūtur. Vnde dr̄ Thren.1.Ipsa gemens conuersa est retrorsum. ¶Vel dic ꝙ Moyses est prælatus,de cuius manu quādoq; virga.i.religiosus apostatādo,& ad terrā.i.ad seculū redeundo, fit draco venenosus multipl̄r peccando,ita ꝙ Moyses.i.ꝑlatus,ipsū timet recipere,malā vitā ipsi⁹ abhorrēdo,ꝑ caudā tñ in fine iste ꝑ Moysen.i.ꝑ prælatū capit̄ ab ipsoq; punit̄,ita ꝙ sœpe fit,ꝙ iterum in virgam.i.bonum uirum mutatur. Vnde dicitur.1.Reg.10 Mutatus est in uirum alterum.¶Moyses

faciens signa coram Pharaone, manum suam in sinum mittebat,& quamdiu ibi stabat,sana erat,quando autem ipsam coram pharaone extrahebat,tunc leprosa fiebat. Si vero ipsam ¶terum in sinum trahebat,ad sanitatem pristinam redibat. iManus in scriptura significat bonam operationem, sinus est conscientiæ secretum & intentio,dico ergo, q̃ quãdo Moyses.i.vir iustus tenet manum suam.i.bona opera sua in sinu suo,i.in conscientiæ secreto, ipsaq; in abscondito & occulto facit,tunc ipsa opera perseuerant vtilia atq; sana, Si vero ipsa de sinu secreti sui per ostentationem extrahat, & coram Pharaone,i.coram mundo demonstrare ipsa gaudeat,tunc lepra inanis gloriæ polluntur, & per iactantiã deprauantur.Qua propter necesse est q̃ manus operationis nostræ ad sinum nostrum.i.ad secretum redeat,alias in sanitate & munditia nunquam apud Deum perseuerat, & ideo homo,qui gaudet facere opera sua bona coram hominibus,vt videant ab eis,reprehenditur in Ps.73.vbi dr.Vt quid aduertis manum tuam,& dexteram tuam,de medio sinu tuo in finẽ.¶Vel dic q̃ Moyses est prælatus,sinus est claustrũ,& membrum eius est quilibet subditus.Igit dico dato q̃ Moyses habeat manus suas,i.subditos suos & sanctos spiritualiter sanos,& mundos, quando tñ ipsos emittit de sinu claustri sui exterius ad terrenas ministrationes,vel inter seculares eos mittendo,faciliter solent lepram luxuriæ,& auaritiæ incurrere,& quamdiu extra fuerint,immundi & luxuriosi manere.Sed pro certo tunc iterum sani efficiuntur, quando ad signum claustri per prælati inductriam retrahuntur. Ideo dicat bonus religiosus foris in temporalibus occupatus illud Lucæ 11.Reuertar in domum meam vnde exiui. Vel dic q̃ ista manus est homo,qui de sinu diuinę gratiæ,& charitatis emissus leprosus efficitur,& peccator, qui tamen tunc tẽporis spiritualiter sanatur, quando per pœnitentiam ad hunc sinum reuertitur.Vnde dr.Hie.47.Reuertere ad vaginã tuam omucro. ¶Vel dic de apostatis q̃ tunc leprosi & peccatores fiunt,quando de sinu Moysi.i.de claustro apostatando,vel in publico inter seculares prodeunt. Tunc vero econuerso spiritualiter sani efficiuntur, quando ad claustrum vel ad Christi uel prælati sui gremium reuertuntur.Sicut ad litteram patet de religiosis & sanctimonialibus, qui q̃n nimis frequentant domus parentum,& etiam curias seculares,vel domus prælatorum,statim solent lepram auaritiæ & adulationis,& superbiæ incurrere.Ideo talib.dicitur.Hier.31.Reuertere ad ciuitates tuas.Vsquoque delitijs dissolueris filia vaga.

CAPITVLVM VII. TEXTVS.
Dixitque dominus ad Moysen. Ecce constitui te Deum Pharaonis,& frater tuus.Moralitatum. Cap. 3.

TErtium signum, quod præcepit dominus per Moysen fuit de aqua conuersa in sanguinem.Accepit.n.aquam de flumine,& fudit super aridam, & facta est sanguis. ¶Sic uero loquẽdo spiritualiter sæpe fit q̃ dum aqua.i. aliqua simplex persona de suo flumine.i.de statu religionis,deuotiõis, vel compunctionis extrahitur,& super aridam effunditur.i, ad ministrationem terrenorum constituitur, tunc vero sanguis.i.carnalis & luxuriosa efficitur,nisi cum diligentia pcaueat ne labatur.Ps. 104. Conuertit aquam eorum in sanguinem.Vel expone sicut Apocalypsis 8.& 16.dicitur &c. ¶Vel dic q̃ talis aqua significat usurarios & auaros,malos officiales & balliuos, qui super terram dum effunduntur idest quãdo in terra vel patriam dominantur in sanguinem.i.in personas crudeles & sanguineas commutãtur. ¶Postquam Aaron proiecit virgam suam in terram corã pharaone, & versa est in colubrum ,vocauit pharao incantatores & maleficos & sapientes suos, & proiecerunt singuli virgas suas,& similiter in colubros sunt conuersæ,virga tamen Aaron virgas deuorabat magorum. Istud allegari potest,q̃ magi idest hypocritæ homines & ficti,quandoque ita bona opera ĩ apparentia faciunt,sicut Aaron idest sicut boni. Veruntamen ista est differentia,quod virga Aaron superstat alijs deuoratis idest opera iustorum perseuerant operib, hypocritarum consumptis,quia re uera miracula,i, mirabilia & singularia opera,quæ faciunt iusti,sunt mirabilia.Illa vero, quæ faciũt hypocritę seu mali homines,sunt defectibilia.Vnde Seneca. Nihil quod fictum est,est diuturnum. Vel dic, q̃ Aaron summus sacerdos significat magnos dominos & prælatos. Magi vero significant inferiores,balliuos,& vasallos. Cum igitur vterque habeat virgas versas in colubrum,i.in rapacem familiam,vel cum vterque virgam iurisdictionis suæ in colubrum,idest in rapacitatem conuertat,inquantum tam maior quam minor rapinis, & exactionibus uacat,virga tamẽ Aaron virgas magorũ deuorare dicitur,inquantum officiales maiorum,officialibus minorum inimicantur, & inquantum ad iurisdictionem papę uel regis vasallorum domini quotidiæ reprimuntur,& cunc propriedraconem deuorat quãdo unus malus alium malum grauat. Vnde illud. Ferrum ferro tollitur &c.

EX CAPITVLO VII. TEXTVS.
c.Dominus Deus hæbreorum misit me ad te.Moralitatum Cap. 4.

PRæcepit dominus Aaron, dicens .Tolle virgam tuam,& extende super riuos,& lacus & paludes ægypti,& conuertantur in sanguinem, & sic cruor in omni terra ægypti, tam in ligneis vasis quam in lapideis.Percussitque aquas, & versæ sunt in sanguinem,& computruit fluuius,& pisces, q̃ erant in fluuio,mortui sunt ,& non poterant ægyptii bibere aquã fluminis,& foderũt sibi aq̃ p circuitũ fluminis,ad bibẽdum. ¶Per aquam in scriptura possumus intelligere eleemosynam.Vnde dicitur Eccl.3.Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum.Deu.32.Per cruorem intelligo crudelitatem,rapinamq; & aduersitatem.Vnde.Inebriabo sagittas meas sanguine &c.Dicamus igitur q̃ hodie per totam ægyptum idest per totum mundum tota aqua pietatis conuersa est in sanguinem crudelitatis , & hoc non solum in lacubus , & paludibus idest in statibus secularibus , imo etiam in riuis & fluminib.idest in ecclesiasticis , & regularibus.Vasa.n.lignea.i.prælati ecclesiastici , uasa lapidea.i. principes seculares, & laici pleni sunt crudelitatis cruore, nihilque habent de cuiuscunq; pietatis aur benignitatis humore.Pisces enim.i.viri fluxibiles,deuoti & pij, qui erant in flumine ecclesiæ,mortui sunt, ipsumque flumen quasi iã est factum putridum per peccatum. Et vt breuius concludam, quocunque se uertant ægyptij.i.pauperes , siue ad clericos siue ad laicos, siue ad officiales principum siue prælatorũ, totum inueniunt crudelitate & cruore plenum,ita q̃ nõ inueniunt,quid possint bibere,i.à quo possint cuiuscunque beneficii refrigerium reportare.Ideo omnibus talibus potest dici.Esa.1.Manus vestræ plenæ sanguine sunt. ¶Vel dic q̃ aqua significat prosperitatem mundi,quæ fluit & defluit sicut aqua,quia re uera in sanguinem carnalis infectionis hodie vertitur,ita quod pisces huius fluminis,s. mundani diuites per peccatum luxuriæ moriuntur. ¶Vel dic quòd quia fluuius religionis , uasaque lignea & lapidea.i.ecclesiastici debiliores,& fortiores,sunt pleni sanguine,i.peccato, ita q̃ iã totũ est putridũ & corruptũ piscelq;.i.viri pij,molles,& benigni,& deuoti iam penitus deficiunt,ideo ægyptij.i.seculares iam non inueniunt,quod ibi de aqua bonæ doctrinæ,vel de bonitate exemplaris uitæ ibidem possint bibere uel haurire,quapropter iam necesse est eos deficere uel perire,& ꝓpter mala exempla ecclesiasticorum multipliciter esurire. Sanguis.n.& non aqua.i.carnalis uitæ & non pura,mala doctrina & non bona,exempla inutilia & nõ sana possunt hodie in flumine ecclesiæ reperiri , & in uasis.i.in conscientijs hoim.Vñ Apo.14. Et exiuit sanguis de lacu vsq; ad frenos equorũ.Aegypti aũt.i.religiosi & penitentes ẽt nõ inueniũt in flumine huius mũdi qd possent tute bibere, q̃nimo necesse est eis terrã proprii corporis,per pnam fodere, vt aquã uiuã.i.gram diuinam valeant reperire.Ió de diabolo põt dici illud.Ps.104.Qui cõuertit aquas eorum in sanguinem, & imbres eorũ ne biberent.Scda plaga fuit de ranis.Præceptũ est.n.Aaron, q̃ extenderet manum suam super flumina,& super riuos & paludes Pharaonis,dicens.Sic ebuliet (inq̃t) fluuius ranas,& ascendẽt domũ tuã & cubiculum leui tui,& superstratũ tuũ,ingredientur domos seruorũ tuorũ necnõ & in populum tuũ & in furnos tuos &c. Et in reliquias ciborum tuorũ.Sicq; factum est q̃ ranæ terrã ægypti occupauerunt,& vsq; ad lectos & cubilia hoim intrauerunt.¶Ranę loquaces significant detractores, qui re uera hodie quasi totũ occupant mundum.In domibus.n.regum,& superiorũ,principum,prælatorum & maiorum etiam & minorum ,imo in ipsis cubiculis,& secretis cameris eorundem hodie ebulliũt tales ranæ.i.viri detractores,& garruloſi adulatores, magniloqui & verbosi.Fluuius.n.mundanæ prosperitatis ranas ꝓcrear,inquantum filios magniloquos,detractores,litigiosos & clamorosos generat.Ideo in lib.Sap.19. dr q̃ pro piscibus eructauit fluuius ranarum multitudinem.¶De puluere terrę percussæ nati sunt cyniphes in tanta quantitate, q̃ totam terram occupauerunt,& regem, & populum mirabiliter afflixerunt. Muscæ ẽt alia vice in Aegypto in tanta quantitate natæ sunt,quod domos Aegypti quasi penitus impleuerũt. ¶Sic vero de puluere ipso terræ.i. de misero statu & humili plebe nascuntur quandoq; cyniphes & aliæ muscæ.i. parui balliui & procuratores,qui quamuis nullius sint valoris,solent tamẽ oẽ genus hoim infestare,& regem & populum.i. maiores & minores indebite flagellare. ¶Viam trium dierũ petebãt filij Israelire in desertum vt sacrificarent dño in solitudine,quia.s.sacrificium non audebant in Aegypto inter idolatras Deo immolare,& ideo se uolebant pro Deo digne sacrificando in solitudine elongare . ¶Sic vero si tute & digne volumus sacrificare dño, & laudis & spũs contribulati eidem sacrificium immolare,ante oĩa debemus appetere,vt de Aegypto.i. de pctõ vel mundo mentaliter exeamus,& ꝓ per viam trium dierum.i.per cordis contritionem, oris confessionem,& operis satisfactionẽ , desertum pniæ subintremus, & ibi Deo per bona opera immolemus, homo.n. nunquam digne dño immolat, qui se Pharaonis.i. diaboli dño per dierum istorum trium spacium nõ elongat, & qui desertum pniæ non subintrat,dicendo illud Ps.54.Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine &c.. ¶Vel dic q̃ Aegyptus est mundus,desertum religio,trium dierum via,tria religionis vota,quia pro certo dum homo est in Aegypto.i. in mũdo, & mundi negocijs Aegyptijs peccatorib.ſociatus , vix põt ꝓ bona opera dño immolare,& iõ necesse est, q̃ Aegyptũ.i. mundum & sua negocia fugiat, & q̃ per viam triũ dierũ.i.p tria religionis vota,per obedientiam contra superbiam , ꝓ paupertatem contra auaritiam,per castitatem contra luxuriã,ad religionis pniam, & solitudinem se cõuertat. Vñ dr. Ionæ 3.Cępit Ionas introire in ciuitatem itinere triũ dierũ.

CAPITVLVM IX. TEXTVS.
Dixit autem dominus ad Moysen. Ingredere.

CAPITVLVM X. TEXTVS.
Et dixit dominus ad Moysen.Moralitat. Cap. 5.

SIcut ponit Exo.9.& 12.inter cęteras Aegypti plagas una fuit animalium per tempestatem occisio:altera fuit vlcerum & vesicarum per cineris aspersionem inductio,alia tonitruorũ,& grandinum emissio,alia locustarum omne viride consumentium introductio,alia tenebrarum oculos excęcantium per triduum obscuratio,alia tandem primogenitorum mors,& consumptio.¶Sic vero Aegyptij.i. peccatores plaga multipliciũ vitiorũ læduntur,quia.s.ante oĩa tempestas tentationis occidit in eis aĩalia.i.animalitatem spũalem.s.discretionis sensum & motũ bonæ operationis. Scdo cineris in ventũ sparsio.i.bonorũ operum,si q̃ hñt, in ventũ elatio,seu vento sa ostentatio,efficit in eis ueficas tumoris.i. præsumptionis.Tertio accidit in eis tonitruorũ , ignium & grandinũ.i.discordiarum,inuidiarũ,iniuriarũ turbatio. Tandẽ per locustas.i.p motus carnales,accidũt in eis oĩs rei viridis.i.oĩm virtutũ & viroris bonæ cõuersationis consumptiones.Quarto succedunt tenebræ.i.mẽtis excęcationes & obstinationes. Vltimo moriunt primogenita eorum.i. aiæ per æternas dãnationes & afflictiones. Et sic patet q̃ verũ est qd in Ps.31.scribit.Multa flagella pctõris,sperantes aũt &c. Sic dicit dñs,illud Hie.30.Plaga inimici percussi te castigatione crudeli.¶Vel dic, q̃ tenebræ factæ sunt in Aegypto trib.diebus,ita ut nemo videret triduo fratrem suum . Triduum tenebrarum significat triplicem mentis excęcationem, illã.s. qua homo non permittitur videre cœlestium fœlicitatem, terrestrium vanitatem & instabilitatem,infernorum periculum & acerbitatẽ.Qñ.n.in Aegypto,i. in corde peccatoris, isti tres dies tenebrarum.i.ista triplex excęcatio mentis ꝓcedit,restat q̃ primogenitus eius.i.aia per vitia moriatur,& ab angelo percutiente.i.à Dei snia æternaliter occidat. In plagis Aegypti vbi aqua conuersa est in sanguinem, animalia mortua,tenebræ factæ,primogenita occisa &c.¶Terra iessem vbi erant filii Israel,de his omnib.fuit immunis, quia.s. ibi erat claritas,cum Aegyptus obtenebrareturibi erat trãquillitas,cum Aegyptus turbinib.premeretur:ibi erat sanitas, cum primogeniti Aegypti necarentur.Terra iessen põt significare ecclesiam,vel statum ecclesiæ, vel religionis , quæ re vera ab Aegypti.i.à mundi cladib.est immunis,quia propter filios Israel.i.propter iustos,qui ibi sunt,ista terra non patitur tribulationes,& tentationes,excęcationes & cordis obtenebrationes,necnon primogenitorum.i. animarum mortem,& damnationes,quas patitur Aegyptus.i.mundus,gnimo sępe fit ꝓ isti hñt quietem, cum alii tribulantur; scientiæ splendorem,cum alii habent obstinationem, & ignorantiã: sanitatem,& pacem,cum alii tribulationib.infestãtur. ¶Vel dic ꝓ per Aegyptum infernus, & per iessen intelligitur Paradisus,ubi sunt filii.i.angeli & sancti,qui Deum contemplãtur,& vident,quæ.s.nulla Aegypti tribulatione uel tentatione lęduntur,immo in luce & prosperitate perpetua cõuersantur,ideo Aegyptiis.i.mundanis peccatoribus, & damnatis vr dñs dicere illud.Esa.65.Ecce serui mei comedẽt,& vos esurietis,& serui mei bibent,& vos sitietis,serui mei lętabũtur,& vos confundemini,serui mei laudãbunt præ exultatione,& vos clamabitis præ dolore.Et breuiter, magna est diuisio iter bonos & malos,inter saluos & damnatos. Vñ dr. Lucæ 16.Magnum chaos firmatum est inter nos & vos.

CAPITVLVM XII. TEXTVS.
Dixit quoque dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti.Moralitatum Cap. 6.

CVm Deus decreuisset primogenita Aegyptiorum tã hominum quam iumentorum occidere,primogenita vero filiorum Israel intacta dimittere, & à morte eripere, & saluare,ipsosq; filios Israel de Aegypto ad terrẽ promissionis educere,præcepit agnum seu hædum occidi, & domos ipsorum hæbreorum in superliminaribus, & utroque poste fignari.Sic que factum est q̃ angelus domos signatas sanguine,non tetigit,nec in eis primogenita occidit, imo populũ ibi habitantem de pharaonis dominio per mare rubrũ eduxit ad desertum,domos vero Aegyptiorum, quæ sanguine tactæ uel signatę non fuerant,angelus inuasit, & ibi primogenita interfecit.Ipsos vero tandem Aegyptios in mari rubro submersit.¶Sic vero cum à Deo sit ordinatum,& decretũ,quod primogenita Aegyptiorum.i.peccatores mortis æternæ debeant subire periculũ,cõstat q̃ ab hac snia illi solũ merebuntur saluari, qui sanguine agni immaculati Christi voluerunt per suæ passionis memoriam consignari. Solæ.n. personæ,quæ domos cordium suorum sanguine isto consignauerunt,& per mortis Chri recordationem super vtrunque postem cordis,& oris istum sanguinem habuerunt,à pcutiente angelo.i.à iudicante Christo,per damnationẽ non tangentur,sed potius à mortis æternę periculo saluabuntur. Aegyptij vero,i.peccatores,q̃ nihil de isto sanguine habuerunt,& mortis,& sanguinis Christi memoriam,& deuotionem,& consignationem non acceperunt, ab isto angelo.i. à dura Chri sententia ferientur , & mortis æternæ periculo supponentur.Deus.n. illos solos à morte æterna saluabit,in quorum domib.i.cordib.sanguinẽ agni.i.sanguinis Chri memoriam videbit.Vnde dr.Eze.16.In sanguine tuo viue,ipsoque de Pharaonis diaboli imperio liberabit,& ad terrã promissionis.s.Paradisum per desertum pœnitentiæ destinabit. Illos uerò,q̃ isto carent sanguine,in mari rubro.i.in inferni amaritudine suffocabit. Vñ dr 1.Pet.1. Precioso sanguine agni redẽpti estis. ¶Vel istud applica reate ad passionẽ Chri, & dic ꝓ in Aegypto.i.in mundo agnus Chrs de Dei mandato,& ordinatione occisus est,vt.s. iustute sui sanguinis hębrei,q̃ interpretant transeuntes,q.s. manentẽ ciuitatẽ non hñt,a pcussione mortis æternæ saluarent,& mediante mari rubro,i.amara compunctione,desertoq; pniæ adiuuante,ad terrã promissionis.i.ad cęli gloriam ducerẽtur,Aegyptii aũt idest infideles, qui istius agni sanguinem.i. Christi passionis fidem nolunt recipere,necesse habebunt æternæ damnationis,& percussionis periculũ sustinere.Vnde Eze.12.legit qd

E angelus omnes pcussit quos non signatos inuenit. ¶Vel dic, quod Aegyptii sunt uitia, quę tunc temporis submerguntur, quando filij Israel, idest boni per mare rubrum, idest p memoriam dominicæ passionis, vel per amaritudinem pœnitentiæ transducuntur, filij Israel farinam de Aegypto tulerũt, & inde panes azimos confecerunt, sic uero catholici de farina, & gentilium scientia ueram doctrinam conficiunt, & panes azimos theologiæ inde coquunt. ¶Cum filij Israel mare rubrum deberent transire, & ad terram promissionis uenire, præcepit dominus, quod domus, & familia in simul conuenirent, quodque agnum paschalem comederent. Erãt tamen in comedendo agnum multæ cerimonię necessarię, qa scilicet non debebat comminui, nec aliquid vsque ad mane seruari. Igne debebat esse assatus, & cum lactucis agrestibus accinctis renibus manducatur, calciamenta in pedibus, & baculi in manibus debebant haberi, postes domus sanguine debebant inungi, & ipse agnus cum intestinis, capite, & pedibus debebat fœstinantissimè manducari. ¶Ista oia possunt applicari ad esum agni immaculati, i. ad receptionem corporis Iesu Christi, quia reuera ad hoc, quòd nos, q debemus esse veri hæbrei, idest per mundum transeuntes, & non manentes, etiam debemus esse filij Israel, i. Deum per fidem, & cõtẽplationẽ uidẽtes, iuxta illud, quod scribitur in epistola. Heb. 13. q nos huius mundi non sumus incolæ, sed aduene, sed ad hoc in mundum venimus, vt nobis ibidem non liceat persistere. Si transire possumus mare rubrum, id est mortis amaritudinem securæ transire, & per desertũ purgatorii ad terram promissam, scilicet ad paradisum pertingere, necesse est, quod simul per charitatem & vnitatem fidei communicemus, & quod agnum paschalem Christũ in sacramẽto altaris dignę comedamus. Est igitur necessariũ ad ipsius dignam sumptionem, q ossa ipsius non comminuãtur, & quod nihil de eo superfluum reseruetur, & quod nihil credatur de eo superfluum nec aliquid diminutum. Ossa enim integra seruantur, quando quicquid est necessariũ creditur, nihil vero superfluum seruatur, quando nullus error superuacuus admiscetur. Vnde dicitur. Ecclesiast. 42. Neque adiectum est, nerque minuitur. Iste igitur debet mãducari assatus in igne per feruorem dilectionis cum lactucis agrestibus, ideſt dolore contritionis, cum accinctis renibus, ideſt cum moderatione continentiæ, & luxuriæ restrictione, cũ pedibus calciatis, i. cum mortis meditatione, cum baculis in manibus, ideſt cum crucis spe, & deuotione, cum sanguine in ostio, ideſt mortis Christi, & suæ passionis, & sanguinis recordatione, & compassione. Calciamenta autem, quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, significant mortis memoriam, baculus significat crucem, sanguis crucem dominicæ passionis. Manducari etiam, & recipi debet iste agnus, ideſt sacramentum cum capite, ideſt cum deitate. Vñ Apostolus. 1. Corinth. 11. Caput Christi Deus. Cum intestinis ideſt cum humanitate, & cum pedibus, ideſt cum sacramentorum, & articulorum sequela & vniuersitate. Iste enim agnus nunquam digne recipitur, nisi humanitas, & articulorũ veritas per fidem integre comedatur. Vnde. Ecclesiast. 36. Omnem escam manducabit venter. Festinanter autem debet comedi, ad denotandum, quòd circa inquisitionem istius sacramenti non debet homo immorari, nec etiã circa missæ celebrationem, vel eucharistiæ sumptionem, ne forte vanæ cogitationes, vel dubitationes possint insurgere, quibus possit, fidei veritas vacillare, sicut nullus nisi esset circumcisus, debebat de isto agno comedere, sic nec de sacramento altaris debemus gustare, nisi fuerimus per pœnitentiam à vitiorum superfluis circumcisi. Vnde Iob. 2. Scindite corda vestra & cæt.

CAPITVLVM XIIII. TEXTVS.
Locutus est autem dominus ad Moysen. Moralitatum Cap. 7.

CVm filij Israel mari transacto per desertum transirent, voluit eis dominus contra omnia incommoda de remedio prouidere, & quia affligebantur æstu per diem, obscuritate per noctem, & quia etiam viam nesciebant, & poterant errare, panem non habebant, & poterant esurire, aquas non inueniebant & oportebat sitire. Cum. s. illa patria talis esset prout cõiter dr, q nec panis ibi creſceret, nec aqua flueret, nec ẽt arbor vireſceret, cum esset patria sterilis atq; ficca, quattuor specialia remedia concessisse vr, quia. s. iste prouidit eis de columna nubis per diem, qui æstum obscuritate sua tẽperaret, & de columna ignis per noctem, q sua claritate totum illuminaret, sicut dr Exo. 13. Item prouidit eis de manna, quæ famen releuaret, sicut dr infra. 15. de aqua à petra fluente, quæ sitim temperaret, sicut Exo. 17. Itẽ de angelo, qui eos conduceret, & ne errarẽt, caueret, sicut dr Exo. 23. ¶Sic vere, cum filii Israel. i. sancti, & probi viri in deserto huius mundi, dum ad terram promissionis, i. ad Paradisum peregrinando percurrũt, & multa, & plura, & magna habent incommoda. i. ardorem malæ cõcupiscentiæ, tenebras aũt ignorantiæ, famen vero & sitim auaritiæ, necnõ ignorantian viæ rectæ. i. iustitiæ, & ergo prouidit eis dominus de remedijs opportunis, quia. s. ipsis misit nubẽ. i. Christum filium suum purum & nubeum, q predicando refrigerauit concupiscentiæ ardorem. Ignem. s. spiritum sanctum, qui illuminauit errorem, & tenebrarum horrorem, mãna. i. sacramentum altaris, quo satiauit desideriorum amorem, aquam de petra sacræ scripturæ, qua temperauit mali appetitus feruorem, angelum ducem. i. diuinã grãm, qua demon strauit uitæ veritatis splendorem. ¶Vel dic moraliter q nubes est rorifluum pietatis, ignis incendium charitatis, mãna dulcedo deuotionis, aqua lachrymosæ compunctionis, angelus intellectus claræ cognitionis. Vnde dr Mal. 3. Ecce ego mitto angelũ meum, q præparabit viam ante faciem tuam. Nubes, q p cedebat filios Israel in deserto, facta erat ad modum columnæ, vñ ista dicebatur columna nubis de die ad refrigerandum contra ardorem, columna ignis de nocte, ad illuminandum contra tenebrarum horrorẽ, sicut dr Exo. 13. Stabat autem ista nubes super populum, & quandiu stabat, immobilis populus fixis tentorijs quiescebat. Cũ aũt nubes ista mouebatur & eleuabatur, & populus similiter tentorijs motis nubem sequens proficiscebatur. Quo facto iterũ ubi ipsam uidebant stare, ipsi similiter sistebantur, sicut dr, Nu. 9. Vnde ibidem dr, Ad imperium dñi figebant tẽtoria, & ad imperium dñi deponebantur &c. Per istam nubem potest intelligi prælatus, quia pro certo iste datus est filijs Israel. i. fidelib. subditis & in principem & in ducem, qui. s. ipsos per desertum huius mundi dirigat, & ad terrã promissionis. i. ad Paradisum verbis, & exẽplis conducat, quia pro certo iste debet esse columna ratione stabilis firmitatis, nubes ratione rorifluæ pietatis, ignis illuminans ratione limpidissimæ sciẽtiæ, & ueritatis, quia columna dẽt alios spũaliter & temporaliter sustentare, qa nubes dẽt alios doctrinis & beneficiis irrigare, quia ignis dẽt alios per charitatem incendere, & p sapientiam illuminare. Iõ de tali ꝓlato dr in Ps. 104. Expandit nubem in protectione eorum, & ignem vt luceret eis p noctem. Ergo, pro certo iste debet populo. i. subditis super stare, & cũ eis personaliter cõmanere, & per iurisdictionis eminentiam præmenere, & per exemplorum dationem super eos, & coram eis præsentialiter se monstrare. Populus vero subditorum se debet conformare penitus isti nubi. i. bono prælato discreto, & spirituali, & iõ cũ ipso moto per bona opera debet moueri, cũ ipso eleuato dẽt leuari per contẽplationem, cũ proficiscente dẽt virtutib. proficisci, cum ipso stante, & manente. s. in bono proposito, dẽt similiter populus in fide & morib. stabiliri. Vnde de sanctis animalib. i. de ꝓlatis, & de rotis. i. de subditis dr Eze. 1. Cum eunt ib. ibant, cum stantib. stabãt, & cũ eleuatis à terra pariter eleuabanr, & cũ ambularent, q prima erant, sequebanr &c. ¶Vel dic q columna est Christus, qui. s. in die præsentis vitę nubeus, pluuiosus & misericors. Inuenitur. In nocte uero. i. in futuro iudicio vel in morte igneus. i. sæuus, & iustus, & rigidus. In nocte. i. erga impios, & obscuros. Ipse est. n. q ſm diuersa personas, & ſm diuersa tempora diuersificat seipsum, & ita est nunc nubes misericordiam pluẽdo, nũc ignis iustitiam exequẽdo, ita q sibi proprie potest dici illud Eccles. 24. Ecce ego in altissimis habito, & thronus meos in columna nubis. De ipso ẽt dr, Deuter. 4. Deus noster ignis consumens est. ¶Vel si vis, dic in malo, quod nubes est malus qui dicitur columna nubea, propter instabilem uanitatem, columna nubea igne propter ardentem cupiditatem. Et dicitur sequiã à populo propter facilem malorum suorum exẽplorum

A plorum conformitatem, populus. n. nubem. i. prælatum, qui sibi prẽmium promittit, solet sequi, & eius malis morib. cõformari. Quia sicut dr Eccle. 10. Qualis rector ciuitatis, talis populus, qui habitat in ea. Tales. n. duces inueniuntur hodie multi, s. qui hodie tenent præeminentiã huius mundi &c. c. 13 ¶Cum populus dñi in Aegyptum trans mare rubrũ eductus, uidelicet ad terram promissionis, Hierusalem procederet, & vt per regionẽ philistinorũ breuius & facilius, & plenius incedere possent, dñs noluit, ne forte populus philistinorum sibi bella moueret, & tedio affectus iterũ in Aegyptum rediret. Duxit igitur eos dñs per desertũ, quãuis difficilis esset via, pro eo q ibi non erant hoſtes, non timebantur prælia seu bella. ¶Sic vero populus nouitiorum, & nouiter de Aegypto. i. de statu infidelitatis vel de pctõ seu de mundo egressorũ, & ad fidem seu pniam conuersorum, debet à uia philistinorum. i. a strepitu mundanorum & pctõrum submoueri, ne forte per malorum ipsorum exempla, dicta, & facta, bella tentationum insurgant, quæ istos faciant ad Aegyptũ. i. ad uitia retrouerti. Nouiter. n. ad fidẽ, ad religionẽ seu ẽt ad pniam conuersus, bellis tentationum insurgentib. ad uomitũ reuertitur, si philisteis. i. pctõrib & infidelib. miscetur. Et ideo necesse est q tales ad inferiora deserti ducanr. i. in clausſtris, & conuentib. necnon cum aliis bonis & fidelib. & in ipsis vijs pniæ d. fficilib. teneantur, vt ad cœlestem Hierusalem, sine periculo perducantur. Et inde est q religiosi solent nouitios suos de uia philistinorum. i. secularij & carnalium amicorum tollere, & eos quãtum possunt ab eis abscondere, & elongare ne forte ipsius contingat ad Aegyptũ. i. ad seculum retroire, scientes q ſm doctrinam Christi Lu. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. ¶Vel si vis, dic q populus fidelium, qui per mare rubrum. i. per baptiſmum, Pharaonis. i. diaboli euasit, dñm debet philistinorum. i. mundanorũ uel pctorum cõsortia fugere, & per desertũ religionis vel pniæ ad promissionem paradisi uenire, dicendo illud Ps. 54. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
perſequente. que. Aegyptij, ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis currus eius & equites. Moralitatum Cap. 8.

B AEgyptij, vt filij Israel, intrauerunt mare rubrum, & hoc quia Aegyptij perſequẽtes hæbreos ipsos occidere voluerunt. Veruntã si, actum est, q hæbrei per mare sine periculo apertis aquis, & ab utroq; latere restrictis & diuisis trãsierunt, Aegyptij vero remanserunt. ¶Dic moraliter q Aegyptij q hæbreos uicunt in seruitute tenere, sunt peccata, q nituntur animas subiugare. Veruntñ isti hæbrei ad mar rubrum. i. ad pniæ amaritudinẽ trãseunt sic q isti liberi & salui euadunt, a quis veræ compunctionis mediantib. Aegyptij, i. peccata, ibidem pereunt, & succumbunt. ¶Vel dic qd mar rubrum est mundi prosperitas, vel etiam vita præsens uel mũdus, qui dr mare pp fluctuositatem, rubrum, pp carnalitatẽ, Hæbrei igitur. i. utri iusti per istud mare possunt sine periculo transire, quia. s. aqua uoluptatum non solet istos quantum ad affectionem tangere, quinimò isti solent per siccitatem paupertatis & pniæ penetrare, & illæsi ad cœlestẽ hierẽm felicitatis pertransire. Vñ dr Exo. 15 Filii aũt Israel ambulauerunt p siccũ in medio mari, Aegyptij aũt. i. mali non sic, qa isti mare rubrum vitæ pũctis sine periculo nõ trãseũt, qa videlicet aquæ delitiarũ & uoluptatũ ipsos inuoluũt, & sic p diuersa uitia ipsos destruunt & confundunt. Ps. 77. Inimicus aut eorum dimersit in manere, qa br illud est verũ, q boni & discreti viri solẽt qnq; per mundi fluxũ, & tpalia negocia bene utendo illęsi transire, vbi tñ mali, q bene prosperis uti nesciunt, solent p uitia succumbere & perire. Soli autẽ filii Israel. i. discreti viri solũ Deũ uidentes & p deuotionẽ & contẽplationẽ ad Deũ mentalr tendentes, a mari fluctuosi sæculi nõ lædunt, vbi tñ alii naufragant in ipso actu persecutionis, quo Aegyptij filios Israel cõpellebant exire, dicentes. Oẽs moriemur. c. 12. ¶Immutauit dñs Aegyptiorũ uoluntatẽ, deditq; filijs Israel grãm in conſpectu eorum, ita q vaſa aurea & argentea, q ab eis petierunt hæbrei, ipsis libenti aio Aegyptii concesserunt, & sic vltra mare rubrũ, & ipsis Aegyptiis cõpellentib. cũ Aegyptiorũ spoliis recesserunt. C ¶Istud põt exẽplariter applicari ad occultã Dei prouidentiã, q occulte põt volũtatẽ hoĩum mutare & ẽt cõtra ꝓpositũ i cõtrariũ applicare, q ẽt bonos de bonis malorũ solet aliquotiẽs ditare, & mercedẽ, quã meruerãt, ex alio latere, quã sperabãt, eisdẽ prouocare. Cõstat. n. q filii Israel seruierãt Aegyptiis multis tẽporib. nec receperant aliq d ꝓ mercede, & iõ qñ recesserũt, voluit dñs q per talẽ modũ ex uasis Aegyptiorũ fieret eis satisfactio, vt haberent mercedem de seruitio. Vñ dr Sap. 10. Iusti tulerunt spolia impiorum. ¶Vel dic q idcirco voluit dñs spolia, vt possent exinde fabricari. Sic uero qñ spolia Aegyptij. s. sciæ mundi, philosophia. s. & poetria & alia similia ad cõpositionẽ ecclesiæ sunt utiles, ideo vult dominus quod a fidelibus studeantur & in animo reportentur. ¶Vel dic de bonis temporalibus, quæ quia pro vita præsenti sunt necessaria, ideo permittit dominus q a filiis Israel, i. religiosis & ecclesiasticis requirantur.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
Tulit autem Moyses Israel de mari rubro. Moralitatum Cap. 9.

EGressi filii Israel de mari rubro ambulauerũt per desertum & uenerunt in marath, vbi aquæ erãt ita amaræ q ipsam bibere præ amaritudine non valebunt, de quo cũ populus murmuraret, orauit Moyses ad dominum. Qui ostendit eis lignum, qd cum misisset in aquas, in dulcedinem sunt mutatæ. Exinde autem uenerat helim vbi erant duodecim fontes & septuaginta palmæ. ¶Sic vero cum q s de mari. i. de mundo vel de peccato egrediens, desertum religionis vel pniæ perambulat, cõstat, quod ibi inuenit aquas amaras plurium tribulationum & displicentiarũ, quæ. s. sunt sibi amarę. i. difficiles atq; duræ, q ipsas nequit bibere. i. pœnitentiam sustinere pp quod solet de statu illo conqueri, & quod desertum huius intrauerunt murmurare. Talibus debet dari in consilio, quod lignum. s. crucis Christi per considerationem accipiant & quod tormenta & amaritudines tormentorum ipsius videant, ipsumque in aqua amara, quam D bibunt. i. in tribulationum amaritudine, quam sentiunt, misceant, vnumq; cum alio recompensent, & sic pro certo huius amaritudo i dulcedinem eis uertitur, & q quid erat difficile, leue & facile reperitur. Vñ dr. Sud. 5. A ligno obdulcata est aqua amara. Quia ſm Gregorium Dulce est q toleramus, si cõsideramus, quid bibit ad patibulum Christus. Istæ. n. nostræ amaritudines, quas in deserto pniæ vel religioni sustinemus, respũ amaritudinis crucis & passionis Christi nihil sũt, sed si hoc lignũ apponitur, dulces fiũt. ¶Sic de nouitio legitur cui asperitas ordinis dura fuit, volenti igitur recedere apparuit in cruce Chrs offidens plagã lateris, & dicẽs. Ex his tinge panẽ tuũ hordaceũ quẽ comedere non potes. Ex tunc recessit tentatio de recessu. Benedictum ergo lignum per q fit iustitia. Sic ergo uenit hõ finaliter i helim, q interpretatur foris. i. ad fortitudinem & constantiam mentis, vbi scilicet duodecim fontes. i. duodecim Apostolos, septuaginta palmas. s. septuaginta Christi discipulos poterat inuenire, quorũ uirtus & soliditas suam inconstãtiã poterit stabilire. ¶Vel q amara aqua est fortis tentatio vel generaliter q̃cunq; tribulatio, quæ nunc facilius sustinerur quando ad lignum. i. ad crucis memoriam recurritur, & quando ad Christi passionem & deuotionem uenitur.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Profectique de helim, venit omnis multitudo. Moralitatum Cap. 10.

POpulus adhuc carnalis videns quod panes & carnes ad comedendum non habebat, cepit contra dominũ murmurare, Aegyptique, quas iam dimiserat, delitias memorare dicens, Cur eduxiſti nos in solitudinem, vt interficeres nos fame. Vtinam mortui essemus in Aegypto, qñ sedebam⁹ super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Quod audiens dñs, pluit illis & carnes & panes. Coturnices enim super castra eorum per multitudinem ceciderunt, de quib. singuli quantum voluerunt, acceperũt manna ad modũ pruinæ de cælo cecidit, q populus p pane habuit & colegit, & murmurare contra Deum cessauit. ¶Sic vero plerũ

E que contingit ꝙ post aggressionem alicuius ardui propositi,postquã ingressum deserti religionis populus adhuc carnalis dolet de esu carnium dimisso,& panis defectu, idest de famis vel abstinentiæ infortunio aliquotiẽs immisso,recordaturq; carnem & panem,idest carnales delitias & temporales,quas in Aegypto mundi dimisit,murmurat contra sterilitatẽ,paupertatem,& penuriam,quam intrauit. Dñs igit̃ quandoque talibus ex sua ineffabili gratia mittit uolatilia pro carnibus.i.celsitudinem contemplationis,mittit etiam mãna dulcissimum pro panib.i.dulcedinẽ deuotionis, & sic isti filij Israel desertum pœnitentiæ assuescunt, desideriaq; carnium,i.delitiarum carnalium dissuescunt & contenti statu suo,a deserto pniæ nullatenus resipiscunt,sed ibidem pacifice ex tunc viuunt.Ps.77.Pluit eis manna ad manducãdũ cibaria misit eis in abundantia.Et ibidem. Pluit illis sicut arenam maris volatilia pennata.¶Vel si vis,dic quod carnes significant eucharistiam,manna uero sacram scripturam, q̃ sunt cibi viuentium in deserto.Manna,quod pluit dominus filiis in deserto,erat quidam cibus q ad modũ pruinæ albæ terram operiebat.Eratq; quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi simile cum melle coloris videlicet bedellij,sicut dr̃ hic,& sicut dr̃ Num.11.Populus igitur istud colligens,in mortario conterebat,& panes vel cibos inde faciebat siue conficiebat.Erat autem cibus iste dulcissimus & mirabilis,quia ad quencunque saporem volebat homo cõuertebatur.Sicut dr̃ Sap.16.Erat etiam in hoc mirabilis,quia cũ singuli certam mensuram gomor dicta, qñque aliqui plus,aliqui minus colligerent,sic fiebat,quod nec qui magis parauerat,magis reperit,nec qui minus collegerat, reperit minus.Residuum igitur,quod remanebat in campo,oriente sole dissoluebatur,quod vsque mane seruari non debebat,q c quid vero recollectum vsque mane seruabatur, scaturiens vermibus putrescebat.Pręceptum est igitur Aaron, qđ vrnã auream manna impleret,& quod eam ad perpetuæ rei memoriam in tabernaculo seruaret.Sume inquit uas vnum & pone in mari. Istum igitur cibum in deserto filii Israel habuerunt,ipsum vero quando in terram habitabilem eis ꝓ-
F missam venerunt,& de terræ fructibus gustauerunt,cõtinuo perdiderunt,sicut patet hic,& etiam Ios.5.¶Sicut sancti doctores exponunt,iste cibus.s.manna,significat corpus Christi in sacramẽto altaris,& hoc primo ratione nominis. Man enim seu mahu interpretatur quid est hoc,quia.s. sicut dicit hic,hebræi videntes manna de cœlo descendere,dixerunt, mahu,i.quid est hoc,admiratiue loquendo.Sic vero quicunque bene considerat cibum,istum.s.Christum in sacramento altaris,merito potest mirari,& dicere, mahu, idest quid est hoc,quia ibi sunt tot mirabilia,quod merito potest fieri quæstio de eodem.Vnde in Psalm. 117. dicitur,quod a domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris.¶Item per manna intelligitur eucharistia ratione loci, quia sursũ de loco venit a potestate diuina non humana. Vnde dr̃. Io. 6.Pater dat vobis panem de cœlo uerum.¶Item ratione modi,quia tantum habebat qui multum,sicut q parum colligebat,quia.s.in qualibet particula est totum corpus Christi,& in omnibus non est nisi unum.Vnde dr̃ Eccl.18.Neque adiectum est,neq; minuitur,qui.n.plures hostias consecratas recipit,non magis habet de Christo,q̃ ille qui solummodo sumit vnam.Vnus tantum recipit sicut centum,& econuerso. Et ideo canitur.Sumit unus sumũt mille, quantum vnus tñ ille.¶Itẽ ratione uirtutis,quia.s.manna oẽm saporem habebat,& quicquid uolebat comedens sapiebat.Sic eucharistia oẽm habet uirtutem,& ad omnia quæcunque homo uoluerit potest valere,dum tñ homo sciat ipsum debitę, & digne recipere,& tractare.Vnde dr̃, Sap. 7. Oẽm habens uirtutem omnia prospiciens.Vnde est illud.Similia cum mille.i. caro cum diuinitate,uel panis spẽs cum Christi corpore, & humanitate.Vñ Ezec.16.Similia, & mel, & oleum comedisti. ¶Item rõne finis, quia tantum durauit quamdiu fuerunt in via,i.in deserto,& defecit eis in termino.Sic ẽt sacramentũ altaris est institutum pro uia huius vitæ.i. pro trãsitu deserti huius mundi,quia re vera,qñ veniemus ad terminum huius viæ.i.ad terminũ promissionis,& habitaculũ paradisi, tunc deficiet nobis nubes & manna.i.ignorãtiæ obscuritas, & sacramenti huius velata difficultas.Nã quia tunc comedemus de fructib.terrę promissionis,i.quia tunc gustabimus suauitatem glorię paradisi,incipiemus videre per spẽm,quæ nũc G
videmus per fidem,& tunc emittemus vmbrã, qñ plene videbimus veram lucem.Vnde Apost.1.Cor. 13. Videmus nũc per speculum & in enigmate,tũc aũt facie ad faciem. ¶Itẽ ratione similitudinis,quia.s.manna erat simile semini coriãdri,quod est mors canibus.i.malis,& medicina hominibus, idest rationabilibus & bonis.Simile est de bdellio, quod est gutta amara, propter contritionis amaritudinem, quam comedens debet habere,& simile pani oleatico,ꝓpter Dei misericordiam,quam recipiens debet habere, & sperare. Quid igitur,Pro certo duo erant circa istud manna necessaria,scilicet ꝙ vsque mane nihil reseruaretur, & ad perpetuam memoriam in vrna aurea poneret̃.Sicq; de isto sacro necesse est,ꝙ ipsum vsq; mane ꝓ comedendo non reseruemus,idest ꝙ in spirituali masticatione,disputatione & perscrutatione ipsius non nimium immoremur, ne forte vermes errorum & dubitationũ circa istud in nostris cordibus oriantur.Apostolus.Non plus sapere quam oportet sapere. Et alibi.Non remanebit de eo q cquam vsque mane.Dẽt igitur veraciter comedi,idest simpliciter cõfiteri,& in vrna aurea.i.in corde mũdo & sancto ꝑ fidem & deuotionem reponi.Vñ dr̃ Mat.27.Ioseph aũt mercatus sindonẽ,inuoluit eũ, & posuit in monumento. ¶Vel si vis,dic ꝙ manna est deuotio,vel cęlestis grã,quę de cęlo venit,& q̃ si nimis sine comestione,i.sine boni operis executione seruetur,& putrescere & vermibus,i.vitijs & malis cogitationibus deficere cõsueuit.¶Vel dic ꝙ tunc manna deuotionis & cęlestis dulcedinis Israel.i.Christi fidelibus deficit,quando fructus terrę, i. qñ bonorum terrenorum suauitas eis sapit,statimque spũaliũ dulcedinẽ ꝑdunt,qñcũq; fructus terræ.i.terrenarum delitiarũ & diuitiarũ dulcedinẽ affectũ percipiũt & attingũt. Vnde in Prou.28.Anima satiata calcabit fauũ.Vel dic ꝙ Aaron.i.Deus pater in vrna aurea,i.in utero virginis, manna de cœlo missum,idest filium suum posuit,ipsumq; ĩ tabernaculo ecclesiæ ꝑpetuo ꝑ fidem custodiendũ mandauit. ¶Vel dic ꝙ manna est sacra scriptura,q̃ ꝑ studiũ terit̃, ꝑ disputationẽ & verã expositionem,ꝑ doctrinã in torculari exponitur.Item ista est similis bdellio ꝑ asperitate & amaritudinẽ H
reprehẽsionis,similis pani oleatico ꝑꝑ dulcedinem consolationis.Ista est siñs coriandro:ꝑꝑ hoc ꝙ ista est mors iudęis & hæreticis ipsam male ĩtelligẽtib.& ẽ ẽt vita bonis,q̃a.s.semen coriandri mors est canibus,& medicina hominib. Ista de cœlo descendit, inquantum.s.inspirata est à Deo & ab Angelis.Psal.77.Panem angelorum manducauit homo.¶Cũ Deus constituisset sabbatum custodire, & in eo requiescere decreuisset,voluit die ueneris duplicẽ portionẽ filijs Israel mannæ in deserto mittere & pluere,& duplicẽ portionem mãducauit eis colligere,vt sic possent ĩ die sabbati quiescere,& a quocunque manuali exercitio cessare.Ipsa uero die sabbati manna descendere cessabat.Quapropter ĩ die veneris in duplo populus colligebat.Ipsa ẽt die veneris q cquid erat coquendũ,coquebãt,& q cquid fieri debuerat, faciebãt & post in die sabbati penitus quiescebant, sicut ponit̃ hic.Põt illud applicari gñalr, ꝙ bonũ est bonos labores ꝑoccupare,antequã veniat tp̃s,quo laborandum non est, & bono labore fortius insudare.Quapp ante sabbatum.i. ante festa debemus actus nostros accelerare,& etiam si sit necesse,duplicare labores,vt ĩ festo possimus quiescere,& trãquilliter Deo seruire.Vel dic ꝙ sabbatũ significat laborẽ & exercitiũ huius mũdi,iuxta illud.Sex dieb.operaberis. Igit̃ cũ sabbatũ requiei mortis futuræ nõ sit tp̃s merendi uel operandi,q̃a ẽt tunc dñs cessabit manna.i.dulcedinẽ grę nobis mittere,nosq; ex tunc necesse habebimus ab oĩ opere meritorio quiescere & cessare,oportet ꝙ cũ durat ista sexta dies .i.tp̃s vitæ præsentis cibos duplices colligamus.i.ꝙ gratiam pro ꝑsenti,& gloriam pro futuro nobis per bona opera acquiramus sic vt ĩ isto sabbato,i.in tp̃e post mortẽ habeamꝰ, quo in patria uiuere ualeamus.Nunc.n.est tp̃s quo per contritionẽ & charitatẽ coquamus delicta, & faciamus bona opera:colligamusq; manna deuotionis,s.in duplici mensura ꝑsentis & futurę saluationis.Quia vero nisi manna cœlestis dulcedinis,nũc ꝑ bona opera,& merita colligat̃, certè tũc cũ sabbatũ mortis uenerit,nõ inueniet̃,Iõ bene consulitur Eccl.9.Quodcunq; põt manus tua,ante mortem operare,quia nec opus,nec rõ est apud inferos,quo tu properas.

CAPI.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

A Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel.

Moralitatum Cap. 11.

CVm populus Israel per desertum usque in raphidim penetrasset,& præ aquæ penuria murmurare cepisset ꝑcussit Moyses de præcepto dñi petram oreb,& egressa sunt aquę uiuæ.Simile ponitur in li.Nu.20.ꝙ in deserto syn indigens aqua populus murmurabat contra Moysen dicẽs. Cur eduxisti ecclesiam dñi in solitudinem,vt & nos & iumenta nr̃a moriamur?Cur ascendere fecisti nos de Aegypto, & duxisti nos in locum pessimũ istum,qui nec seri põt, nec sicũ gigni,nec vineas,nec malogranata,nec insuper aquã ad bibendũ habet?Qđ vidẽs,dñs ꝑcepit ꝙ loqueretur ad petrã, & populo daret aquã.Percussit igit̃ Moyses silicẽ,& egressæ sunt aquæ largissimę,ita vt populus biberet & iumenta. ¶Per desertum raphidim,qđ interpretatur tentatio, & per desertum syn,quod interpretatur mendaciũ, põt commode sumi mundus,vbi.s.mendacia & tentationes abundant, & vbi ficus charitatis & delectationis,uinea consolationis, malogranata sacræ scripturæ,& lectionis necnon aqua grę & deuotionis deficiunt atq; cessant.Vñ dr̃ Eze.4.Adulteriũ, mendaciũ,furtum & periuriũ inundauerunt super terram. Petra oreb,quod interpretatur ardor vel siccitas, & petra syn,quod interpretatur odium,significat Chr̃m,qui re uera fuit petra rõne firmitatis,ardor rõne charitatis,siccitas rõne paupertatis:odium,s.iudæorum rõne suę inuidiosæ prauitatis.Vnde Aposto.1 Cor.10 Petra aũt erat Christus.Igitur dico ꝙ si in deserto huius mundi sitis ardorũ malorũ & tentationũ,penuriaq; bonorũ spũaliũ nos affligant, nõ restat nisi ꝙ ad petrã oreb,i.ad Christũ per deuotionem curamus,ipsumq; cum virga rõnis,bis vel ter percutiamus, q̃a re uera aquas grẽ & deuotionis,aquamq; beneficiorũ tp̃aliũ,& spũalium nobis fundet,ita ꝙ hoĩes & iumẽta.i. sapiẽtes & simplices,donis & gratijs imbuet,& infundet.Ps. 77. Percussit petram & fluxerunt aquæ,& torrentes inundauerunt.¶Vel dic ꝙ qñ tempus siccitatis & sterilitatis abũdat, illi qui uolunt aquam aut pluuiã impetrare, dẽnt ad petrã .i.ad Christum vel beatam virginẽ recurrere, ipsosq; uirgis
B .i.orationibus percutere,& sic ab ipsis poteribus aquam,& pluuiam impetrare.Vnde dicitur.Iac.5.Orauit & cœlum dedit pluuiam.¶Vel per petram intelligo beatum Petrum,uel etiam quemlibet sanctum,à quo pro certo aqua gratiæ spiritualis & temporalis extorquetur,quando cum virga affectionis,& orationis sępius stimulatur.Vñ Act.12.Percussoq; latere petri,excitauit eum.¶Vel dic ꝙ petra est peccator durus & obstinatus, quem quando Moyses. i. Deus, prælatus vel prædicator,virga tribulationis & correctionis percutit ipsam aquam lachrymosæ cõpũctionis,vel eleemosynę vel subuentionis emittere cogit. Quandoque etiam eum aquã doctrinæ & eruditionis distillare cõpellit:sicut apparuit in Paulo:ita ꝙ hoĩes & iumẽta.i.bonos & malos inebriat & ꝑfundit.Cõstat.n.ꝙ percussio tribulationis uel occultæ inspirationis quantũ ad Deũ:ꝑcussio correctionis quantũ ad ꝑlatum:ꝑcussio redargutionis & monitionis quãtum ad prædicatorẽ discretũ:discretã facit petram.i.duros & obstinatos pc̃tores aquis lachrymarũ fluere,aquas eleemosynarũ emittere & aquis scientiarum aliquotiens distillare: et maximè qñ bis.i.pluries frequentatur percussio ante dicta: ita ꝙ ab ipso tam hoĩes q̃ iumenta portantur.i.boni & mali diuites eleemosynis & scientijs recreantur.Ps.105. Posuit desertũ in stagna aquarum:terram sine aqua in exitus aquarũ. ¶Vel dic ꝙ petra est sacra scriptura: cuius difficultas & duritia nõ statim consueuit aquam doctrinæ fundere,imo oportet bis vel pluries studendo,exponendo sudare. Ibidem supra. ¶Subiungitur historia quomodo Amalech uenit ad pugnãdum cõtra Israel ĩ raphidim. Moyses aũt & Aaron & Vr ascenderunt super uerticem collis ad dominum pro bellãtib.deprecandum.Cũque leuaret manus Moyses, vincebat Israel:si vero manũ paululũ remisisset, tũc Israel uincebat̃. Quapropter Moysen super lapidem sedere fecerunt:Vr vero & Aaron manus eius (quia graues erãt) vsq; ad vesperã sustentauerunt.Sic factũ est,victis amalechitis,filii Israel victoria habuerunt. ¶Amalech, quæ interpretatur populus lambẽs sanguinem:significat dęmones:vel etiam quoslibet
C homines malos:vel etiam quoslibet motus carnis malos,& cordis:qui sanguinem crudelitatis lambere,& affectare noscuntur.Isti etiam contra Israel, idest contra populum, nõ cessant bellum facere,& ipsum in raphidim,quod interpretatur tentatio,idest in mundo tribulationis impugnare. Vnde dicitur Eccl.33.Contra malum bonum, & contra uitam mors,& contra uirum iustũ peccator.Moyses significat bonum ꝑlatum,Vr & Aaron significãt uiros iustos:qui.s.verticẽ.i.celsitudinẽ cõtẽplationis ascẽdunt,vt ꝓ fideli ppl̃o deꝑcentur.Ideo istud est uerũ, ꝙ multum ꝓficit oratio Moysi Israeliticis.i.oratio prȩlati subditis, oratio iusti pugnantib. desolatis.Vnde dicitur.Iaco.5.Multũ valet deprecatio iusti assidua.Quia uidelicet quamdiu prælatus & alii iusti orãt,tã diu alii contra inimicos spirituales victorizant.Si vero orare remittunt,tunc aduersarij suos uincunt.Stet igitur Moyses,idest prælatus,super lapidem,idest super boni ꝓpositi firmitatem.Iuuent eum Vr & Aaron,idest uiri iusti ꝑ mutuã charitatẽ:& eleuẽt manus incessanter ꝑ orationis cõtinuitatem.Sic vinc et populus eius hostium spiritualium uanitatem.Bene igitur dicitur.Orate ꝓ inuicẽ ut saluemini. ¶Vel dic moraliter ꝙ quãdiu Moyses.i.ratio & uolũtas,ad verticẽ montis,idest ad desiderium æternorum prȩparãt, & manus per orationem ad Deum leuant,Israel,idest motus spirituales in corde carnales superant.Si uero eleuationem manuũ .i.orationem remittunt:tunc amalechite.i.motus carnales spirituales superãt atque uincunt.In decim octauo. cap.nõ ponitur nisi de ietro Moysi cõstitutione plurium iudicum consulente:& hoc tamen talium qui timeant Deum, & oderint auaritiam &c.Quod magis uidetur morale quam figurale.Ideo omitto,& inde transeo.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.

Mense tertio egressionis Israel de terra Aegypti.

Moralitatum. Cap. 12.

CVm dñs uellet dare legem suo populo scilicet in monte synai ardente et fumante, vocibusque & tonitruis et uoce tubæ paulatim crescẽte:duo principaliter sunt eis iniuncta,s.ꝙ sanctificarent,& uestimenta sua lauarent:& ꝙ D
terminos ipsis circa montem assignarent: quos nullatenus prȩterirent.Solis.n Moysi & Aaron licitũ fuit ascendere & in caligine cũ domino sursum stare:populo uero in mõtis pede sunt termini positi: quos transire nullatenus sunt dimissi.Cõtestare(inquit)populum:ne uelit trãscẽdere terminos ad uidendum dominum & pereat. Sacerdotes autem q ad dominum accedunt,sanctificent̃:Sequitur.Retrahe sacerdotes & populos:ne trãseãt terminos,nec accedãt ad dñm ne forte interficiãt illos.¶Mons significat sacrã scripturam vel ẽt ecclesiã,in qua.s.dñs dat nobis legẽ, ꝑ quã incedere nos debemus.De qua dr̃ Esa.2. Venite ascendamus in montem domini, & ad domum Dei Iacob & docebit nos uias suas.Iste.n.est mons altus,per difficultatem:mons caliginosus,per obscuritatẽ:mõs ardẽs, ꝑ aliorũ inflammationem: mõs fumãs,per lachrimarũ ĩ oculis cordis inductionẽ:mõs tonãs,ꝑ cõminationem:mõs tubãs,per doctrinæ eruditionem.Igit̃ dico,ꝙ illi,q de isto mõte scripturæ volũt legere & eruditionem accipere,duo debẽt principaliter facere.s. vestimenta consciæ lauare,& datos sibi terminos non trãsire.Nõ est.n.dignꝰ hõ mõtẽ diuinæ scripturæ frequẽtare nisi cuius mũditia & cuius castitas est ꝓbata.Vñ dr̃ Esa.1.Lauamini mundi estote.Et Ps.23.Quis ascendet in montem dñi, aut q s stabit in loco sancto eius.Innocẽs manibus & mũdo corde:q non accepit in uano &c.Sacerdotes igitur,idest viri ecclesiastici:qui ascendunt ad dñm.i. ad montẽ ecclesiæ vel scripturæ,dẽnt sanctificari: ne forte puniri possent vel argui.Isti ẽt terminos assignatos nõ debent trãscẽdere: ne forte possint periculum reportare.Circa montem ẽt ecclesię habet quilibet terminum certum sibi datum,idest certũ gradum,officium seu statum.Istos igitur terminos non licet quemquam transire:quia nec ecclesiasticus debet ad maiora ambire: nec simplex subditus debet fidei & scripturæ mõtẽ.i.arduitatem per scrupulosã indaginẽ tangere: nec ad videndũ dominũ.i.ad inquirẽdum secreta fidei plus debito se leuare:iuxta illud apl̃i Ro.12 Nõ plus sapere q̃ oportet sapere,sed sapere ad sobrietatẽ.Alĩs q præsumptuose vo

E lunt mõtẽ aſcẽdere.i.ſcripturæ alta ſecreta inquirere:facili
ter poſſunt ꝑ horrorẽ,& hereſim deperire.Illi ẽt, qui ꝑ ambitionẽ terminos ſibi datos & gradus & ſtatus in mũdo ſibi cõceſſos aſcendere querũt:per mortẽ ẽternã pereũt & ſuccũbunt.Solũ.n.Moyſi & Aaron.i.ſolis uiris ſcientificis,iuſtis & dignis licitũ eſt montẽ iſtũ aſcẽdere,ſcripturæ difficultates & eccleſiæ dignitates tãgere, & ſurſum cum Deo poſſidẽdo vel cõtẽplãdo,ꝓſiſtere.Alij vero,q ad iſta ſunt indigni debent ad pedẽ montis.i.in infimis in ſtatu ſubiectionis, vel infra terminos ſimplicis crudelitatis humiliter remanere. Bene igit dicit.Prouer.22.Ne tranſgrediaris terminos anti quos,quos poſuerũt patres tui.In Exo.20.ponuntur decem mãdata,ſed iſta ꝓprie moralia ſunt:& ideo nõ ſunt moralizãda.¶In fine tñ iſti⁹ capituli, præcepit ſibi dñs altare de terra uel inſectis vel impollitis lapidib.fieri:q.ſ. ferreis inſtris non ſunt ſecti.uoluit ẽt ꝙ ad aſcendendũ ad altare nulli gradus cõſtituerent:ne forte turpitudo miniſtrantiã.i.ſua genitalia viderent,cũ iſti miniſtri,& forte ẽt alij tũc nullis femoralib.vterent.¶Per altare poſſum intelligere virũ eccleſiaſtũ & prælatum,in quo.ſ.debet ſacrificium laudis & iuſtitiæ ꝑ cæteris immolari,q a re uera iſte debet eſſe de terra ꝓ humilitatẽ:de lapide per conſtantiæ firmitatem:inſectus & impolitus per geſtus,& habitus ruditatẽ & ꝓ bonæ fidei ſimplicitatem:ſine gradibus factus per acceſſus facilitatem. Ferum enim crudelitatis nondum iſtũ tangere,nec multi gradus.i. multi intermedij familiares:ianitores vel cubicularij:debẽt acceſſum ipſius impedire : quinimo ſemper ſe debet ad audiendum comquerentes:& ad ſubueniendum indigentibus prõptũ & facilẽ hexibere.Nã turpitudo miniſtrantiũ,ſ. ſimonia & ſuperbia perſonarumq; acceptio quotidiæ conſpicit qñ multi gradus ianuæ & diuerticula ſunt ante altare .i.qñ ad ꝓlatũ vel principẽ acceſſus difficilis inuenit. Quilibet.n.iſtorũ ſolet ,ꝑ dãdo ingreſſu aliquid extorquere:& ſic ſolẽt ſimoniam vel auaritiã cõmittere,& ita neceſſe eſt miniſtrantiũ turpitudinẽ videre vel apparere.¶Vel allega hic, qđ altare de terra & de inſectis lapidib. & de impollitis lapidib.ſolet fieri,ad denotandum,quod Deus in electionib.
F vel aſſumptionib.ſuorũ ſeruitorum uel clericorum generis nobilitatẽ uel ueſtium uenuſtatem, ſeu alicuius curioſitatẽ nullatenus uult attendere.Illos.n.qui ſunt de terra.i.de infimo ſtatu & paupere,& illos,quẽ ſunt impolliti,& inſecti,i. rudes,ſimplices & ignari,quãdoque ad altaria ſua.i.in prælatos vult eligi,& aliis aſtutioribus & nobilioribus anteponit.Sicut apparuit in Apoſtolis & in eccleſiæ fundatoribus primitiuis Illos etiam in paradiſo ſibi uendicat:quos mundus ampſius uilipendit & calcat.Ideo dicit Apoſtolus.1.Co. 1.Videre fratres uocationem ueſtram,quia non multi ſapiẽtes ſecundum carnem,non multi potentes,non multi nobiles,ſed q ſtulta ſunt mundi,elegit dñs ut cõfundat ſapientes infirma elegit vt cõfundat fortia:cõtẽptibilia, & ea q non ſunt &c.Non.n.vult dominus ꝙ tale altare,ſ.prælatus gradꝰ habeat.i.ꝙ gradus conſanguinitatis,vel mundanæ nobilitatis attendat,ſed ſine perſonarum acceptione & affectione, ad iuſtitiam & ad eccleſiæ promotiones omnes faciliter,& indifferenter admittat.Vnde dicitur.Sine ciuis ſit ille ſiue peregrinus,nulla erit diſtinctio perſonarum.¶Vel dic ꝙ altare ſignificat eccleſiaſticas dignitates,ad quas. ſ. non eſt ꝑ gradus conſanguinitatis aſcendendum,nec per grad. nobilitatis,familiaritatis uel temporalis poteſtatis attendendũ,quãuis hodie multis magis placet canticum graduũ quã quodcunque aliquod diuinum officium. Vel dic, ꝙ altare ſignificat mentem humanam,vbi ſacrificium laudis & ſpiritus cõtribulati domino immolatur,lapides uero ,,qui illud altare conſtituunt,ſunt opera.Sectio autem ſeu poſitio, quæ ſolũ ad hoc fiunt vt uideantur,cuius ſignum eſt quia fundamenti lapides,qui uideri non habent,nullatenus poſſiuntur ſignificat appetitum humanæ laudis . Vult igitur dñs, ꝙ altare ſuum.i.conſcientia uiri iuſti,lapides ſectos non habeat. i.ꝙ opera oculis hominum placentia non requirat , ſed potius de terra & de inſectis lapidibus,ideſt de humilibus ſine curioſa uanitate operibus altare hmõi ſibi fiat. Vnde Matt.6. Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominib. vt videamini ab eis.Vel dic,ꝙ altare eſt fides, ad quam; ſ.non eſt per gradus aſcendendum inquantum.ſ.gradus maioritatis,& minoritatis non ſunt in trinitate ponendi , ſicut fecit Arrius,qui poſuit patrem Deum &filium creaturam.Cuius G .ſ.turpitudo apparuit,inquantum.ſ.ſecundum hiſtoriam tri pertiam,Conſtantinopolis in latrina uenter eius crepuit, vel prorupit.Vel cuius turpitudo talium,i.hæreſis manifeſtatur,& eorum vituperium comprobatur.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Hęc ſunt iudicia,quę propones eis.Moralitatum Cap. 13.

PRæceptum fuit in lege,ꝙ ſerui poſtquam ſex annis ſeruiſſent,in ſeptimo liberi gratis dimitterentur, quodq; cum quali ueſte intrauerant,cum tali emitterentur.Et ſicut alibi dicitur Deut. 15.Ne quaquam uacuos, ſed cum uiatico & benedictione domini eorum ipſos dimitterre tenebãtur. Vxorem autem ſi quam à principio habuerant, poterant ſecum ducere , & etiam liberos ſuos,quos vxor ſua ante ſeruitutẽ poterat ſibi peperiſſe.In ſcriptura per numerum ſenarium intelligitur labor & opera.Vnde Exo. 31. Sex dieb. operaberis.Per ſeptenarium uero intelligitur quies & conſolatio.Vnde dicitur Geneſi. 2.Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere . Per ſeruitutem uero aſſignatur uel culpæ vel miſeriæ ſubiugatio.Vnde Apoſt.Rom.8. Vanitati ſubiecta eſt omnis creatura.¶Dicamus igitur,ꝙ ſeruus eſt homo in mortali miſeria conſtitutus Dominus igitur ſuus eſt,mundus uel etiam proprium corpus, vel etiam temporalis dñs vel prelatus.Iſtud eſt igitur uerum,ꝙ ſex annis,i. quãdiu durat tempus laboris & operationis.ſ.quamdiu durat miſera uita præſens, neceſſe eſt ꝙ ſeruus.i.hõ mortalis ſeruiat domino ſuo.i.prælato ſuo proprio corpori ſiue mundo , inquantum.ſ.neceſſe eſt ꝙ corporis paſſionibus & mũdi tribulationibus,prælatiq; temporalis iuriſdictionib.ſe ſubmittat.Veruntamen qñ ſeptimus annus.i.quies mortis uel futurę uitæ uenerit,tunc huiuſmodi ſeruitus ceſſabit,& ſpiritus & animus à cunctis paſſionib.carnis,& à cunctis mundi tribulationib.liber erit.Apoſtolus Rom.8.Creatura liberabit H à ſeruitute corruptionis.Talis igitur de ſeruitute mundi & corporis per mortem exiens duo debet attendere, vt.ſ.uiaticum.i.diuinam gratiam ſeu euchariſtiam ſecum habeat, & ut ueſtẽ, qualem in mundo portauit poſt baptiſmum & attulit, ſ. innocentiam ſecum tollat.Cum quali.n.veſte innocentiæ mediãte baptiſmo ipſum cõtigit ingredi,cum tali neceſſe eſt eum mediante pœnitentia egredi, vt ſic egreſſus non deuiet ab ingreſſu,& ut ad baptiſmalem innocẽtiã q̃ in ingreſſu habebat,redeat per pœnitentiã in egreſſu.Vnde dr̃ Deut.28.Benedictus eris ingrediens & egrediẽs. Vxor autem eius,i.gratia ſeu ẽt culpa,cum filiis.i.cũ operib.quos dum in hac uita ſeruiret,habuit,eum poteſt mortem ſequãtur,inquantũ ꝓ gratiam uel culpam,uel propter bona vel mala opera pœnã uel premium aſſequentur.Vnde Apo. 14. Opera.n.illorũ ſequuntur illos . Vel dic ꝙ ſeptimus annus eſt ſtatus quietis & cõtemplationis . Sex uero anni deſignãt ſtatum actiuę uitę,& laboris ſeu operationis.Sic igitur fit ꝙ hois mens de actionis ſeruitute eripit, qñ ad cõtẽplationis ſeptenarium peruenitur.Vxor tamẽ ſua ſecum remanet qñ priſtina gratia,& charitas cum ſuis filiis.i.cum virtutibus & meritis ſecum manet.Seruus hæbreus debebat eſſe liber anno ſeptimo,vt dictum eſt,vxoremq; ſuam,quã habuerat,& liberos cum ſeruus factus fuerat,debebat ſecum ducere. Si uero dominus ſuus ſibi vxorem dederat,illa cũ ſuis liberis debebat domino remanere.Sic uero cum homo de mundi & diaboli ſeruitute.i.de ſtatu peccati anno ſeptimo.i. ꝑ ſeptem ſacramenta egreditur debet primam vxorem,quã ante ſeruitutem peccati habuerat.ſ.gratiã & charitatẽ, & ei' liberos.ſ.bona opera ſecum trahere ad libertatẽ. Et illis,q per ſeruitutem peccati mortificati fuerant,reuiuificationis concedere dignitatem.Vxor ei,quam habuerat ,quæ libera erat,i. gratia & bona opera , quę habebat ante ſeruiturem peccati,mortificata fuerant non mortua,ſed quantũ ad meritum.Et ideo iſta ſibi facto libero reſtituuntur inquantũ ꝑ pœnitentiam reuiuiſcere comprobãtur.Vxorem vero, quã ſibi dedit dominus iſte,ſcilicet diabolus ſeu mundus, ſ.carnis concupiſcentiam cum operib.malis, debet iſtis dñs dimittere, & liber egredi & exire dicens diabolo uel mundo. Tolle quod tuum eſt & uade . ¶Cum ſeruus hębreus poſſit

libere

A libere ſeptimo anno egredi ſi vellet,ſi ipſe diligens dominũ ſuum egredi nollet,ſed magis in ſeruitute manere vellet,debebat ad oſtium tabernaculi coram diis adduci,& debebat perforari auris eius ſubula,& ſic fiebat ſeruus eius ſempiternus.¶ Sic vero,cum religioſus,qui in ſeruitutem domini intrauit,poſſit poſt annũ probationis exire liber, & veſtes & vxorẽ,quã prius habuerat,id eſt libertatẽ & quecunq; bona que ſecum apportauerat, reportare. Si tamẽ vult remanere in ſeruitio domini:nec velit ad mundum retroire:debet applicari ad deos,id eſt ſanctos patres & prælatos , qui debẽt eum ad oſtium tabernaculi ſiſtere, id eſt ad cõſiderationem & affectionem ingreſſus paradiſi inuitare, aurẽq; eius debẽt ſubula diuini timoris ꝑ ꝓdicationẽ fuere,& ſic voto emiſſionis ꝓfeſſionis,debet ſeruus ꝑpetuus dei eſſe.Vñ dr̃.Exo.29.Erat ſacerdotes domini in religione ꝑpetua. ¶ Hic videt ſupponere,quod cũ qs caſu vel ſine deliberatione occidit hoiem magis debet eſſe diuinæ occultæ ,,uidentiæ aſcribendum,q malitiæ occidentis.Si quis ꝑcuſſerit hominem volens occidere eũ,morte moriatur.Si vero nõ eſt inſidiatus ei, ſed deꝰ tradidit eũ in manibus eius,cõſtitutum locũ habebit vbi fugere debeat.Aliquis vero diceret, ꝙ talis nõ dẽt capitaliter puniri. Vñ videt ſupponere , quod Deus vtitur tanquam inſtrumẽto,qua propter iſte debet carere iniuria vel tormẽto. ¶ Hic præcipit quod ſi furatus fuerit hoies conuictus noxæ morte moriatur.Præcipitur ẽt ꝙ qui per induſtriam & per inſidias hoiem occiderit,ab altari debebit, vt morereť,a uel li.¶ Sic vero heretici & increduli,qui ſimplices dño furanť, ꝑ eo quod in ſeruitutẽ pctī deprimẽtur,quod etiam de aliis malis ſuggeſtioribus poſſit dici,quales ſunt vetulæ rufianæ, quæ verbis & inductionibus furãtur iuuenculas caſtitati, & ſubiiciũt voluptati.Apoſt.Ro.16.Per blandos ſermones decipiũt mẽtes innocentiũ.Et alibi. Io. 10. Fur nõ venit niſi vt furetur. Altare etiam id eſt ſtatus eccleſiaſticus , non debet a correctione ſeu a punitione hoiem eripere, q fratrẽ ſuũ.i. ꝓximũ per mala exempla cõſueuit premere vel criminaliter necare.Criminoſi etiã debent ab altari.i. a ſtatu eccleſiæ eiicit & euelli, & ab eccleſiaſticis beneficiis
B deſtitui & deponi. Luc.1.Depoſuit potẽtes de ſede,& exaltauit humiles.¶ Si quis habebat bouẽ cornupetam,debebat eũ recludere,alias ſi hoiem occideret,tenebat, bos vero lapidibus obrui merebatur.¶Talis bos eſt malus ſubditus & diſcipulus ,,ternus & ceruicoſus,quẽ pro certo dominus ſuus .ſ.prælatus & iudex dẽt recludere infra clauſtrũ laqueis ſtatutorum regulariũ : vel etiam ſi ſit neceſſe ,in bono & forti carcere ne noceat,coercere , alias ſi ſuis exemplis & factis alios nocuerit vel ſpiritualiter vel temporaliter occiderit ſcandalizauerit vel læſerit, dominus eius.ſ.iudex vel prælatus,de pctõ tenebitur, & a Deo quia ipſum non recluſit aut manu tenuit,punietur.Ipſe vero bos cornupeta.i.malus ſubditus lapidibus obrui. i.temporaliter & ẽternaliter caſtigari nihilominus promoueret , exemplo.1.Heli , qui pro filiorũ ſuorum criminibus eſt punitus. Vnde tali domino videtur dominus loqui.Ipſe iniquus ſi in iniquitate ſua moriatur,animam autẽ eius de manu tua requirã. ¶Vel dic,quod talis bos eſt mulier cornuta,ceruicoſa & ornata,quę vagari & diſcurrere delectatur,vt aſpicientes eius pulchritudinem,malis tẽtationibus & complacentiis feriatur. Igitur talium parentes vel mariti debent tales recludere , & ne diſcurrant pro libito ad feſta & cõuiuia,vicos & plateas, & ſpectacula coercere,alias ſi quos per ſuas tẽtationes ſpiritualiter occiderint apud Deum tenebuntur. Ipſe vero bos , mala aut fatua mulier ætęrnæ dãnationis lapidibus obruet.¶ Si qs mulierẽ pregnantem percutiebat,& abortiri faciebat, tenebatur noxæ quantũ maritus ipſius expetiſſet.¶ Sic vero ſi quis verbis vel factis ꝑcuſſerit conſcientiã mulieris ꝑgnantis.i.alicuius ſimplicis fœtum boni propoſiti impregnati,partumq; boni operis impediuerit,& aborſum peccati procurauerit,tenebitur de facto,& iuxta mariti. i. prælati vel ſuperioris arbitrium,iſte tenebit in foro conſcientiæ ſoluere & ſatisfacere per pœnitẽtiam de delicto.Magnum enim peccatum eſt ſimplices ſcandalizare,& fœtum boni propoſiti, quod cõcepe rint enecare.Vnde dr̃ Ma. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis minimis,qui in me credũt , expedit ei vt ſuſpendat mola aſinaria in collo eius & ſubmergat in mare , id eſt neceſſe eſt ei quod mola diuini timoris ꝓmatur , & vt in ma-
re.i.in amaritudine pœnitentiæ ſubmergat. ¶ Si quis foderit C foueam,vel aperuerit ciſternam,& non operuerit eã, ſi ceciderit bos vel aſinus in eã,reddet,qui fecit foueam, precium iumentorũ.¶ Ciſterna vel fouea eſt peccatum,quod dato ꝙ nullus debeat facere,tñ cum fecerit, ipſum debet abſcõdere & cælare,& a conſpectu hoim ne ſcandalũ vel malũ exẽplum pariat, operire, quia ſi contrarium fecerit,foueãq; ꝑprii peccati publicè reuelauerit , & ciſternã alterius delicti diffamãdo & detrahẽdo aperuerit, & eius occaſione , & ſui mali exẽpli oſtenſione aliquis bos vel aſinus. i. aliquis ſimplex intus ceciderit,id eſt eius exẽplo deliquerit, mortis & dãnationis ipſius reus erit. Ille. n.qui foueam apertã dimittit.i.q peccatũ publicè facit, nõ ſolũ tenetur de pctõ,qđ cõmittit,immo etiam de peccato , quod exemplo & occaſione ipſius alius homo fecit.Vtile igit eſt non ſolũ peccata nõ facere,ſed ẽt ſi facta ſunt,ipſa a cõſpectu hoim,ne forte ſcãdalum pariãt,operire:Vnde dr̃ Apo. 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua,ne nudus ambulet.Quod tñ non faciunt multi,qui pctã ſua non ſolum non operiũt neque cęlant, immo ipſa ex induſtria publicãt atq; iactant.Eſ.3. Peccata ſua ſicut Sodoma prædicauerunt,nec abſcõderunt.¶ Vel dic ꝙ ciſterna eſt ſacra ſcriptura vel fides noſtra,cuius.ſ.interiora ſecreta nõ debẽt duobꝰ & aſinis.i.ſimplicibus manifeſtari & aperiri,ſed potius ꝑ ſimplicẽ expoſitionem aliqualiter operiri, alias ſi per ſcrupulum erroris ibi periclitentur atque cadãt de morte & dãnatione earum tenebitur.qui.ſ.occaſionẽ delinquendi ipſis dediſſe videtur.Prædicator igitur vel doctor dẽt ẽm Pſal.146.operire cœlum nubibus , & dare terræ pluuiam.Nõ eſt enim tutum ciſternam fidei talibus aperire,& de ſecretis Dei corã eis diſputare:immo neceſſe eſt cũ quo dã operculo ſimplicis doctrinæ talibus ꝓdicare , iuxta illud Apoſtoli.1.Co.3. Tãquã paruulis in Xpo lac dedi vobis edere,nõ eſcã. ¶ Si bos alicuius bouem alterius occiderit, vẽdetur bos viuus, & præcium eius cum cadauere bouis mortui inter vtrunque dñm diuidetur . ¶ Sic vero ſi ſubditus vnius ſubditum alterius offenderit,debent duo dñi ſine acceptione coĩter ad faciendum iuſtitiam intendere , cadauerq; eius illum qui læſus eſt per cõpaſſionem inter ſe diuidere illum D vero qui læſit debent vendere, id eſt punitioni ſubmittere , & ẽt de cõi aſſenſu precium mortis vel læſionis alterius inter ſe partiri,& in executione iuſtitiæ cõiter conſentire,qa reuera duo dñi principes vel prælati, vtrunque factum, ſcilicet comparationem a parte patientis iniuriam,& punitionem a parte facientis debent cõiter proſequi , ad communem executionem iuſtitiæ cõiter inclinari.Illeque,cuius eſt bos cornupeta ideſt ſubditus,qui fecit iniuriam,non debet ipſum defendere,ſed venditioni & punitioni exponere,Vnde Auguſtinus dicit , ꝙ iuſtitia communis eſt virtus &c.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Si quis furatus fuerit bouem aut ouem.Moralitatum Capitulum. 14.

CVm qs furari veniebat nocte , ſi deprehendebatur , & vulneratus moriebatur,percuſſor de homicidio non tenebatur.Si vero fur volebat de die furari, ſi quis eum occideret debebat tanquam homicida puniri . Et ſic apparet ꝙ minus parcitur furi nocturno quam diurno , & ꝙ magis priuilegiatur latro publicus quàm occultus. ¶ Sic vero etiã inter nos ſunt multi ſpirituales fures,ſcilicet detractores,q furantur famam,homicidæ,qui furant ꝑſonam , raptores q furant ſubſtantiã, hæretici q furantur fidem vel hominem. Iſtud eſt verum,ꝙ magis ſunt reprehenſibiles q occulti ſunt quã,illi qui ſunt manifeſti. Et ſic dico, ꝙ magis eſt vituperabilis detractor occultus,quam iniuriator manifeſtus. Quia ſicut dr̃.Eccl.10.Quemadmodũ ſi mordeat ſerpens in abſcõdito,nihil eo minus habet,qui occulte detrahit.Item raptor abſconditus,ſicut eſt vſurarius vel exactor, dominus vel ꝓlatus, qui ſcilicet caute ,id eſt ſub ſpecie iuſtitiæ aliena rapit, magis eſt reprehenſibilis , quam raptor publicus. Item homicida ſecretus , ſicut eſt ille, qui occidit veneno,quàm alius apertus . Item occulte, ſcilicet nocens vt hæreticus quàm quicunque infidelis vel peccator notorius.Item prædicator incognitus,quam quilibet notorius inimicus.Quia breuiter a quib.nõ põt caueri,& qui,ſ.neſciũtur eſſe inimici,&

E ci,& q propric de nocte furantur,nõ de die,i.q nocent abscondite,non a parte,sunt magis periculosi,& ideo debent esse Deo magis odiosi & hominib. Et ideo dr de istis. Hie. 9. Pacẽ cũ amico suo loquẽ,& occulte ponit ei insidias. ¶ Itẽ ibidem dicit,q si quis voluerit spinas cõburere,& posuerit ibi ignem.& ignis gressus segetes seu spicas cõbusserit,damnum,q ignẽ posuit,emendare debebit. ¶ Sic vero si platus vel iudex vult comburere spinas. i. peccatores, summè dẽ cauere, ne ignis correctionis meras iustitiæ transcendat,& q segetes cum spinis. i. iustos cum peccatoribus inuoluat. Melius est.n.malis parcere,quam bonos cum malis inuolue re.Vnde dicitur Matth.13. Ne forte colligentes zizania,eradicetis simul & triticum. ¶ Vel dic quòd spinæ sunt vitia, quæ si comburere & euellere cum igne correctionis cupiãs caue vt correctionis terminos nõ excedas,alias segetem virtutum posses in eo per disperationem comburere,& sic dominus eius,i. Deus, damnificationis suæ damnum posset à te repetere, & sic te oporteret de damnatione eius per excessum correctionis tuæ factæ in die iudicij respondere,q nimo melius esset aliqua vitia in homine dimittere,quàm ipsum nimis aspere corrigendo ad deterius prouocare.Allega vt suprà.¶ Si quis alteri mutuauerat vel commodauerat, vel precio conduxerat aliquid,& præsente domino rei debilitatum fuerat,vel aliqualiter peioratũ, nõ tenebatur qui mutuo acceperat emendare. Si vero præsens non erat dominus dictæ rei, tunc resarcire damnum mutuarius tenebatur.Istud potest allegari,quòd cuilibet potest esse cura de re sua,& quòd magis punitur ille qui scienter & præsentialiter permittit rem suam damnificari, quàm qui absenter vel ignoranter. ¶ Vel potest allegari quòd plus quandoque valet absentia quam præsentia. ¶ Vel istud à quibusdam exponitur moraliter.Sic enim Deus accomodat rem suam, scilicet hominem subditum cuilibet prælato sub tali pacto,q eam debet custodire, & de anima ipsius respondere,iuxta illud. 3. Corin.20.Custodi virum iustum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Veruntamen si ille commo-
F datarius,id est prælatus facit tantum quòd dominus sit præsens,vtpotè quia timorem domini incutit in cor ipsius peccatoris,& annunciat ei vitia,& virtutes, & etiam ipsum admonet ne delinquat, si tunc contingit ipsum subditum pervitia deteriorari, nõ tenebitur iste prælatus isti præsenti domino, id est ipsi Deo sic malo subdito præsentato de anima ipsius non tenebitur respondere.Si vero ista res sit commissa, id est subditi anima periclitatur per vitia domino non præsente,id est Deo p ipsum prælatum subdito non præsentato,vel timore ipsius non incusso,vtpote quia prælatus eũ non docuit,redarguit,nec correxit,tunc re vera tenebitur, & ad emendandum,& ad penitendum vel hic vel in futuro cogetur. Vnde dicitur sic Ecclesiast.33. Si dicente me impio morte morieris,non annunciaueris ei,ipse in iniquitate sua morietur,animam autem eius de manu tua requiram. Si vero annunciaueris ei,ipse in iniquitate morietur, tu aũt animam tuam liberasti. ¶ Dominus præcepit quòd primitiæ & decimæ omnium fructuum nostrorum eidem offerantur. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis offerre. Decimam ergo partem debemus domino dare, nouem vero par tes possumus nobis licitè retinere.¶ Primitiæ significant bonorum operum inchoationem, denarius, qui est numerus perfectus,designat operum complementum, & perfectionem.Nouenarius aũt,qui denarium non attingit, significat imperfectionem. Igitur dico quòd primitiæ & decimæ rerũ nostrarum.i.inchoatio & perfectio bonorum operum,Deo sunt offerendæ,& eidem penitus ascribẽdæ,quia re vera nullus potest vel bene incipere vel bene perficere, nisi à Deo fuerit sibi datum.Vnde apostolus. Phil.2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere. Cuius contrarium credidit Pelagius, qui dicebat q homo põterat inchoare, & dominus consummare,ita quòd iste, qui credebat,Deo decimas, & non primitias offerebat, cum tamen dicatur, quòd caput cum cauda hostiæ.i.principium, & finis operis Deo debetur offerri.Leu.3.& Deo tribui & ascribi, quia sicut dicit apostolus.Rom.9.Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis.Et alibi.Phil.1.Qui cepit in nobis, opus bonum, perficiet. Nouenarium numerum.i. imperfectionem nostrorum nobis retineamus, & nobis ascribamus. Decimam vero, id
G est complementum & perfectionem coram domino offera mus.Vnde dicitur Deute.12. Offeretis holocaustumdomino decimas & primitias. ¶ Præcepit dominus offerri sibi omnia primogenita animalium,septem tamen diebus debebãt esse cum matre sua,die autem octaua debebant domino offerri. Si vero esset animal immundum sicut asinus, debebat cum oue huiusmodi primogenitum commutari. Si vero ille,cuius est primogenitum asini, redimere vel cõmutare volebat,statim ipsum asini primogenitum interfici vel necari debebat.Vnde supra Exo.34. Primogenitum asini mutabis oue:si non redimeris, interficies. ¶ Per primogenita nostra possum intelligere bona opera, quæ p eo primogenita nostra dicuntur, quia hæreditas æternæ gloriæ talibus operib. sicut veris & primogenitis hæredibus debetur. Talia ergo primogenita.i.bona opera nostra debẽt Deo offerri.i.ad Dei laudem & gloriam ordinari. Si aũt contigerit q habeamus primogenitum asini, id est aliquod bonũ cyphus quod hẽt aliquam asinitatem vel stoliditatem admixtam, vtpote quia factum est indiscrete, vel cũ alicuius vanæ gloriæ intentione, proculdubio nos tenemur,ipsum cum oue, id est cũ bono & simplici opere commutare, & bonam ouinam & simplicem intentionem sibi apponere,& sic poterit illud,quod asininum fuerat, domino complacere. Si vero ipsum computare noluerimus,ipsum pro certo interficere, id est penitus submouere debemus. Verbi gratia. Si quis ieiunat vel aliud bonum opus facit ad vanam gloriam,illud est primogenitum asininum,si vero mala,& inanis intentio submouetur,tunc asini primogenitum cum oue spiritualiter commutatur.Si vero malam intentionem tollere renuit, tunc suum asinum primogenitum, id est bonum opus stolide & inaniter factum redimere non dignatur. Quapropter istud opus tanquam in nullo meritorium, & penitus nihil valens debet interfici,id est destrui,& confundi,& apud Deum & homines condemnari, quia re vera asinus non est offerendus, nisi mutatus cum oue,nec bonum opus mala intẽtione vel fine discretione factum,Deo placere dinoscitur, nisi fulciatur bona & simplici voluntate,quæ s.per ouem in sacra pa-H gina designatur.Vnde de amicis Iob dr. Dederunt sibi vnusquisque ouem vnam.¶ Vel dic, quòd primogeniti prælatorum sunt illi,qui se debent per bona exempla, opera & documenta Deo offerre.Si vero habent aliquod primogenitũ asini,id est aliquem malum subditum, ipsi pro certo debent eum pro virib.pro oue mutare, id est bonum simplicem efficere.Quod si nequeant,debent eum interficere.i. dure corrigere & punire.Vel etiam si sua crimina exigant,ipsum debent occidere,vel carceri mancipare.Vnde super eodem.c. Maleficos non patieris viuere super terram. Dignus est.n. de medio tolli,qui sua stultitia & malitia noluerit communicari,vt possit spiritualiter domino immolari, & digne ad ipsius seruitium applicari,sicut de chananeis dicitur Sapi.12. nequam est natio illorum,& naturalis malitia eorum, vt nõ possit mutari in perpetuum. ¶ Vel dic quòd si aliquis prior vel religiosus habeat primogenitum asini, id est aliquẽ malum subditum vel socium,debet si potest, ipsum mutare cũ oue.i.cum aliquo simplici vel honesto, quod si prælatus superior noluerit facere, tunc potest ad eius interfectionem id est ad eius rigorosam punitionem & correctionem vacare.Tutius.n.est si potest,quòd de eo se expediat.Quod si non possit,necesse est quòd suam asinitatem confundat. ¶ Dominus præcepit non comedi carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata,sed canibus relinquendam.Non comedetis (inquit) carnem quæ à bestiis fuerit prægustata, sed proiicietis canibus.¶ Per comedere in scriptura intelligitur imitatio.Ille.n. alium comedere dicitur, qui vitam & exempla eius sibi mẽ taliter incorporat, & qui etiam mores ipsius imitatur. Per bestias intelligunt motus brutales & carnales. Per carnem vero intelligitur persona luxuriosa. Igitur caro. i. carnalis, vel luxuriosa persona,quam bestiæ,i.motus carnales per luxuriam suffocauerunt, & spiritualiter occiderunt, non debet a nobis comedi.i.per imitationem recipi,& assumi,quinimo talis persona debet canib.i. aliis peccatoribus comedenda & imitanda relinqui,& canibus etiã.i. inferni dæmonibus condemnari. Et re vera istud est verum, quòd tales sic carnales & immundi non sunt digni manducari.i. amari vel imitari ab hominibus,sed potius a bestiis & à canibus, quia

.s.mo-

A .s.mores eorum non sunt rationabiles aut humani, sed potius bestiales,inutiles & canini. Vnde dicitur.3. Reg.22.Canes comedet Iezebel in agro Israel. ¶ Vel dic quòd bestiæ sunt hæretici vel alii peccatores,qui si quem attractauerint, & corruperint, non est dignus ab aliis mandocari &c. sicut supra.¶ Cum omnia primogenita essent domini, concessit dominus q quodlibet animal primogenitum possit septem diebus cum matre sua esse, octaua die præcepit ipsum sibi adduci,& reddi. ¶ Septem dies significant vitam præsentem, quæ. s. septem dierum circulo voluitur, octaua vero dies est tempus futuri sæculi,vbi, s. corporum resurrectio celebrat, quæ in octaua ætate cõplebitur, sicut & Christus octaua die resurrexisse probatur.Igitur cum omnia primogenita,i. omnes iusti Deo debeant immolari, & sibi spiritualiter dedicari,istud præcipuè fiet in octaua die in resurrectione, quãdo, .s.corpora & animæ simul glorificabuntur.Septem enim diebus.i.per decursum septem ætatum cum matre nostra.i.cum mundo viuimus, in octaua vero die. i. in futura resurrectione cum domino erimus.¶ Vel dic quòd octaua dies significat circuncisionem vitiorum,s.pœnitentiã,in qua. s.homo Deo offertur & redditur,qui per septem dies. i. per septem peccata cum matre sua.i.cum mundo morabitur,quia. s. nisi homo septem dies, quibus fuit cum matre sua. i. cum mundo .i. in vita præsenti, & septem peccata mortalia transierit, ad octauam diem.i.ad circuncisionem pœnitentię attigerit, offerri Deo tam in ecclesiasticis promotionibus quam in cęli prælationibus non poterit nec debebit.Vnde dicitur Leui. 22.Septem diebus erunt sub vbere, octaua autem die offerri poterunt Deo.¶ Vel dic cõtra nimis iuuenes,qui non sunt promouendi, vel in statu ecclesiæ, quousque septenarium virtutum compleuerit,& octauam circuncisionem pœnitẽtiæ attigerint,offerendi &c.

CAPITVLVM XXIII TEXTVS.
Non suscipies Vocem mendacii. Moralitatum Cap. 15.

B PRæcepit dñus q si quis inueniat asinum vel bouem inimici sui errantẽ,dẽt eum reducere.Si vero ipsum in foueã cecidisse reperit,dẽt eum subleuare.Inimicus noster est diabolus vel peccatum.Vnde dr Matt. 13. Inimicus homo hoc fecit.¶ Bos vel asinus significat peccatorem, qui.s. qñque dr errare,qñ per ignorantiam vel infidelitatem peccat. qñque dr esse in fouea,qñ. s.per profundam obstinationem delinquit.Si quem ergo talem bouem vel asinum.i.si quem diabolo seruum vel peccatorem erroneum vel in vitiis profundatum viderimus,ipsum pro certo expedire,subleuare & a vitiis liberare debemus,quia scilicet exẽplis, monitis & inductionibus ipsum debemus de fouea vitiorum eruere,& adiuuare monitis & inductionibus, & in viã reducere veritatis. ¶ Vel dic quod talis fouea est mala mulier. Vnde dr Prouer. 22. Fouea profunda os alienæ,cui iratus est dominus, incidet in illam.Talibus ergo sic infoueatis, & in peccato luxuriæ cauernatis & obstinatis,debemus compati, & eos iuuare pro viribus, q possint ad viam salutis reuerti. Vnde Prouer.24.Erue eos qui ducuntur ad mortem. Multa particularia præcepta iuncta sunt filijs Israel,tam affirmatiue quã negatiue,& ideo hic dicit sic. ¶ Ter in anno apparebit omne masculinũ tuum coram domino Deo tuo, tribus vicibus p singulos annos mihi festa celebrabitis. Non immolabis super fermentum sanguinem victimæ meæ, non coques hedũ in lacte matris suæ, non apparebis in conspectu meo vacuus. ¶ Re vera talia mandata spiritualiter dantur nobis. Deus.n. vult q ter in anno coram ipso compareamus,s.in contritione cordis,in cõfessione oris,in satisfactione operis, de quo dr supra.Exo.5.Viã triũ dierum ibimus,vt sacrificemus dño. Item quòd tribus vicibus sibi festa celebremus,scilicet in fidei sinceritate, in charitatis veritate, & in spei iocunditate. Vnde dr.Ecc.25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo.Item necesse est quod ab hostia dñi, idest ab immolatione bonorum operum nostrorum fermentum hæresis, malitiæ & hypocrisis deponamus, offeramusque hedum, id est animum nostrum non in lacte matris suæ, idest in oblectatione carnis concupiscentiæ non coquamus, quòd vacui virtutibus coram domino nõ appareamus,sed q semper pleni & opulenti virtutibus & meritis psistamus.Vñ Ruth. 3. Nolo te va-

cuam reuerti ad socrum tuam.¶ Vel dic quòd hedus est Christus,qui.s.in lacte matris suæ,id est in iuuentute non debebat decoqui vel occidi,sed tempus virilis ætatis potius expectari.Vnde ipsemet dicit Nondum venit hora mea.¶ Vel dic q hedi.i.religiosi,non debent nimis iuuenes ad religionem adduci,quousque habeant discretionem. ¶ Promisit dominus populo suo dare angelum ductorẽ,dicens sic. Ecce ego mitto Angelum meum,qui præcedet te & custodiet,& introducet ad locum,quem paraui,obserua eum, & audi vocẽ eius. Nec contemnendum putes, quia non dimittet te cum peccaueris,& est nomẽ meum in illo.Si autem audieris eum,& feceris quæ ego loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.¶ Quamuis istud possit intelligi de Christo,qui est angelus testamenti, pro eo quòd a patre missus in mundum fideles custodit, & eos ad paradisum præcessit, & eos virtualiter ibi introducit, ad præsens tamen per Angelum intelligo prælatum angelicum & deuotum, qui scilicet a Deo dat & mittit,vt per ipsum populus exemplariter præcedatur,virtualiter custodiatur, & ad locum paratum.i. ad paradisum finaliter introducatur,quia re uera talis debet esse a Deo missus & datus,non affectione vel simonia procreatus.Debet etiam populum præcedere in omnibus virtuosis operibus,& exemplariter ante ire. Debet insuper populum ab aduersarijs,i.a demonibus & hæreticis & tyrannis defendere,& viam salutis omni populo præparare,& sic ipsos ad paradisum introducere & suis monitis & prædicationibus nec non suis deuotis orationibus,cœleste habitaculum procurare.Vnde dicitur.Mal.3. Ecce ego mitto angelum meũ q præparabit viam ante faciem tuam.Et ideo pro certo iste angelus.i. prælatus angelicus debet a populo obseruari, vox eius cum reuerentia audiri, & nullo modo contemni,sed sibi humiliter obediri. Nomen enim Dei in ipso esse dicit in quantum psonam Dei repræsentat,& in quantum ob det reuerentiam eidem obeditur,& in quantum cum quis peccat, ad puniendum crimina ordinatur. Non dimittet (inquit) cũ peccaueris.Ista est etiam conclusio q cum populus bene audit angelum istum præcessorem.i. cum qs bene obedit & reueretur suum prælatum & rectorem, Deus efficitur inimicis D suis inimicus,eumque ab afflictione liberat, & tuetur ab affligentibus & iniquis.Bene ergo dicit Apostolus.Col.3.Filii obedite parentibus. i. prælatis vestris, hoc enim iustum est. ¶ Cũ filiis Israel eẽt promissum q terras euei,gergezei & chananei,& aliorum infidelium adire, & occupare possent,super omnia pceptum est eis q Deos eorum non colerent, & q fœdus cum eis non inirẽt, q qs opera eorum nõ facerent, sed q lucos, Deos & statuas ipsorum chananeorum ifideliũ destruerẽt,& delerent.¶ Sic re vera cũ cõtingit q filii Israel .i.boni clerici vel religiosi ad terras chananeorum.i.malorũ hominum peccatorum destinantur, vtpote quia ad aliquod officium vel aliquod beneficium inter sæculares promouẽtur,in quo necesse est cum sæcularibus viuere,& eorum negocia gerere,& ipsorum consortia frequentare, summe cauere debent,ne Deos talium.i.vitia q colunt,velint colere, ac opera eorum facere vel fouere, & eis fœdera malæ societatis iungere vel ligare,q nimmo isti dẽt Deos eorũ.i. vitia destruere,& eos mediante iustitia submouere. Quod tamen est contra multos pdicatores, q mittuntur ad chananeos. i. ad peccatores dolendos,& conuertendos,& corrigendos, qui tamen Deos eorum adorant, id est vitia eorum dissimulant,opera eorum faciunt, ita quòd quantum ad auaritiam & adulationem ipsis sæcularibus deteriores fiunt. Fœdus cũ eis ineunt,in quantum nihil aliud quam diuitum familiaritatem quærunt. Vnde dicitur Oze. 12. Fœdus cum assirijs iniit oleum in ægypto ferebat. Item dic de prælatis qui non curant chananeos & tyrannos eradicare, immo student se eis confederare,& eisdem in omnibus complacere, per suorũ nepotũ matrimonia se cum eis familiariter colligare.¶ Dicit dominus populo Israelitico, q hostes eius non intendebãt statim vno anno delere,ne forte terra in solitudinem redigeretur,& bestiæ contra eum multiplicarentur, sicut etiã dicitur,Iudic.2. Dominus totum populum chananeum a facie filiorum Israel delere noluit,vt in ipsis filiis Israel ad vsũ armorum exercitarentur, sed tamẽ hoc præcepit vt sub tributo viuere cogerẽtur.¶ Per hostes tribulationes intelligo q. s. cõtinue nosmolestat, per bestias autem motus carna-

les

E les assumo qui brutaliter nos infestant. Illud est ergo verum ꝙ Deus de terra nostra s.de corpore hostes nostros.s. mundi tribulationes penitus & subito non euellit, quinimo ipsas nobiscum viuere & manere pmittit, quod vtiq; facit, ne bestiæ carnalium motuum & tentationum contra nos crescat, & ne virtutum solitudo & carentia in terra nostri corporis inualescant. Constat enim ꝙ cum quis sine tribulatione in prosperitate viuit, terra sua.i. ꝓpria sua ad solitudinem & sterilitatem virtutum faciliter tendit, & bestia deuorans.i. carnis tẽtatio ipsum faciliter corrumpit & inuadit, ita quòd diabolus dicit illud Deutero.32. Dentes bestiarum immittã in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium. Vtile est ergo viro iusto habere tales, scilicet mundi tribulationes, vt in eis exerceatur & ne peiores hostes. s.bestiæ i.carnis bestialitates, & immunditiæ contra eum augmẽtentur. Ideo in psalmo 33. dicitur Multæ tribulationes iustorum. ¶ Vel ista possunt allegari quòd melius est promoueri malos quam nullos in terra promissionis.i.in ecclesia; chananeos idest peccatores ad tempus dimittere, quam beneficia vacua relinquere, quia scilicet beneficia in solitudinem rediguntur, quando sine cultore diutius dimittuntur. Paulatim etiam & successiuè debent mali de ecclesia eiici, quia scilicet melius est ibidem malos ministros ad tempus dimittere, & eorum vitia sub dissimilatione transire, quam ministris ecclesiam totaliter viduari. Quod vtique est cõtra multos ꝓlatos, qui scilicet beneficia vacantia diu dimittunt, pro eo vt aiũt, quia nullum dignum inuenire possunt ita quod propter defectum rectoris ipsa beneficia destruunt & pereunt. ¶ Vel dic quòd cum filii Israel idest contemplativi & viri iusti vadunt ad occupandum terram suam, ad domandum, & subiugandum carnem suam, dominus hostes eorum idest carnis tentationes non statim delere vult, vt sic possint cum humilitate viuere, & virtutem suæ constantiæ contra eos exercere, quia s.nulla virtus sine hoste regnati, ipsos tamen hostes idest carnis tentationes vult cum eis sub tributo & subiectione viuere & manere. Vnde dicitur. Ge.4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis ipsius. Quia alias bestiæ.i. peccata spiritualia, sicut est superbia, elatio, inanis gloria, contrarie multiplicarentur, & sic in solitudinem spiritualem redigerentur, & virtutum opulentia priuarentur, quia reuera sæpe fit ꝙ illi, qui carnis tribulationes non sentiunt, de sua castitate superbiunt, & sic multiplicatis in eis bestiis .i.spiritualibus vitiis, nouissima eorũ peiora prioribus fiũt. Vtile est ergo hostes.i. tribulationes & tentationes sentire, vt discamus humiles fieri, & nullatenus supbire Iuxta illud Apost.He.5. Didicit ex his quæ passus obedientiam. Et alibi. Quos tradidi sathanæ in interitum carnis suæ, vt spiritus saluus fiat.1.Co.5. ¶ Vel dic ad litteram quòd diuina prouidentia nunquam dimittit hominẽ sine hoste, vt semper habeat quod timeat, & exercitatior & cautior inde fiat. Sicut ẽt videmus de altis dominiis & regnis, qui vt communiter semper habent aliquos perpetuos hostes, cum quibus quasi perpetua gerunt bella. Sicut patet de hispanis, qui pugnant cũ aphricis: de latinis, qui pugnant cum siculis: de anglicis, qui pugnant cum scotis, de gallicis, qui pugnãt cum flamingis, & sic de aliis. Vidit enim diuina prouidentia ꝙ virtus torpesceret, si populus hostes, contra quos vires exerceat nõ haberet qua ꝓpter hostes hominibus occultæ suscitat, & hoc regnis & personis bonũ & vtile putat fore, sicut ponit Orosius & Cartagine vrbe Romanis rebellissima, quã cũ Romani post infinitas cedes & clades vicissent & cepissent, diu de liberatum est a Senatu Romano, vtrũ illa vrbs deleri dẽret, asserentibus plurimis non esse vtile ꝙ deleretur, vt in vrbe rebellionibus dedita, virtus Romana in bellis exercitaret, q̃ alias si sine hoste & timore viueret, per torporẽ & desidiã faciliter laxaretur. Quia sicut dicit Vegetius. Sine exercitio ingenia in artibus, & brachia in corporibus frigescũt. ¶ Hic præcipitur populo Israelitico, ꝙ cum chananeis populis. s. peccatoribus & iniquis fœdus non ineat, & ꝙ in terra sua eos manere nullatenus sinat. Non habitent inquit in terra tua, ne forte peccare te faciant in me si seruieris diis eorũ. ¶ Sic vere & nos nũquam debemus infidelibus. s. iudeis, saracenis & hæreticis confederari, vel cum eis amicitias contrahere, vel nobiscum morari permittere, ne forte contingat simplices erroribus eorum decipi, & ad adorãdum Deos eorum. i. ad credendum eorum perfidiam inclinari. Idem dic & de vsurariis & aliis publicis peccatoribus. Psal 100. non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS.
Moysi quoque dixit. Ascende ad dominum. Moralitatum Cap. 16.

CVm Moyses esset accepturus legem a domino, ascendit in mõtem ipse & Aarõ & Nadab & Abiu filii Aaron sacerdotes futuri, & septuaginta seniores ex Israel. Sicque factum est ꝙ Moyses surſum ad montis verticem ascendit, prædicti vero in montis latere manserunt, vniuersus vero Israel procul in pede montis. Moyses ergo solus ascẽdit, vbi quadraginta dieb⁹ & noctibus ieiunauit, & i duabus tabulis legem scriptam Dei digito reportauit. Prædicti autem Aaron & filii & Seniores Deum Israel viderunt, & sub eius pedibus quasi opus lapidis saphiri ad modum cœli dum serenum est, aspexerũt, super populum ẽt facta est manus dñi & viderunt dñi maiestatẽ, & cũ lętitia comederunt. ¶ Sic vero ad hoc ꝙ aliquis digne mereatur accipere legem Dei, & fieri legifer, & prælatus, inter Deum & populum sequester & medi⁹, multa sunt necessaria, quia s. ipse dẽt dici Moyses, assumptus ex aquis quia debet esse de aquis fluxibilium delectationũ abstractus, & ꝓ ipsarũ abdicationem debet ascendere in montem cœlestium, contemplationum, debet habere secum Aaron & seniores. i. virorum prudentium associationem. Debet intrare caliginem nubis. i. cordis conscientię cõtritionem, debet duas tabulas habere, intellectum, & voluntarẽ, seu rationem & affectionem, vt. s. possit ibi Deus virtutes & scientias scribere per gratiam & inspirationem. Debet quadraginta diebus & noctibus ieiunare, per ꝓprię carnis macerationem. Sic enim faciens, legẽ domini suscipiet, in quãtum diuinam voluntatem agnoscet. Deũ etiam Israel videbit, & saphirum, q̃ sub pedibus eius est. i. scabellum pedum suorum. s. humanitatem beatifice contemplabitur & gustabit. Nullus enim videre Deum in patria, nec cognoscere legem in via merebitur, nisi q̃ abstinẽtiam & contemplationem, & seniorum. i. bonarum personarum associationẽ secterur Ezec 8. Sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me. ¶ Vel si vis, allega illud ꝙ tres sunt principales gradus, & status ecclesia, scilicet supremus, medius, & infimus. Supremus est prælatorum, qui figurantur in Moyse surſum ascendẽte. Medius est clericorum, & religiosorum, qui figuratus est in Aaron in latere montis cum suis remanẽte. Infimus est laicorum, qui figuratus est in populo inferius residente. Vnusquisque enim secundum exigentiam debet Deo appropinquare, & montem perfectionis ascendere, & secundum magis & minus visionem Dei Israel participare & legis diuinæ notitiam acquirere & habere. Perfecti enim surſum ad verticem contemplationis nouerunt ascendere. Mediocribus vero sufficit lateraliter circumire. Infimis verò sæcularibus necesse est inferius circa temporalia residere, & parum de temporalibus degustare. Vnusquisque tamẽ secundum gradum suum, solet consolationem suam a domino percipere, & fidei notitiam possidere. Apost.1. Co.11. Diuisiones gratiarum sunt. ¶ Idem autem dic de sacra scriptura, sicut summum apicem soli scientifici in ipsa caligine misteriorum intrant. Alii autem in latere, i. literaliter circa corticem historiarum immorantur. Alii vero sicut seculares de longe remanent & versantur, omnes tamen exinde consolationes in plurimas consequunt. Idẽ dic de monte ecclesiæ dignitatũ, in quib. s. alii sunt superiores, alii medii, alii inferiores. ¶ Vel ẽt idem dic de monte paradisi, & de dignitatibus gloriæ sempiternæ. Vnde dr. Io.14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. ¶ Moyses legem accepturus, fœdus inter Deum & populũ inire voluit, & ideo duodecim vitulos immolari fecit, eorumq; sanguine populum aspersit, & sic cõfederatus est domino populus, & legem eius suscepit, & quicquid dominus ꝓceperat, se factuꝝ ꝓmisit. Omnia inquit, q̃ locutus est dominus, faciemus. ¶ Sic vero in ecclesia primitiua, Moyses. i. Christus, volẽs legem a patre acceptam populo fidelium dare, fœdusq; cum eis facere, duodecim vitulos. i. 12. Apostolos, vel generaliter multos Apostolicos viros occidi, & ꝓ martyrium immolari voluit, inquantum. s.

Atum. s. ipsos duodecim apostolos loco Ioannis, Paulo substituto ꝓ martyrium ad se uocauit. Sic ergo factũ est ꝙ populus istorum sanguine perfusus. i. Apostolorum & martyrum morte & passione firmatus, fœdus & fidelitatem accepit, legem & fidelitatem credidit, & susceꝑit, & voluntati domini obediuit. Maximum enim fidei fundamentum fuit sanguis Apostolorum & martyrum, quia re uera ex hoc populus in fide firmatur, & Deo fœderatur, quando videt & considerat ꝙ talium, tot & tantorum sanguis pro fide domino immolatꝰ inquantum scilicet non est veri simile, immo nec possibile ꝙ tot homines ꝓ pria voluntarie morerentur, nisi ipsa fides & lex Christi super veritatem solidam fundarentur. Vnde dicitur. Lu.22. Hic est calix sanguinis mei, noui testamenti, mysterium fidei, qui pro multis effundetur.

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens. Loquere filijs. Moralit. Cap. 17.

DOminus volens tabernaculum fœderis ædificare, primo voluit certas materias pro ædificatione sibi spiritualiter dedicari, præcepit ergo ꝙ filij Israel sibi vltro & voluntariè offerrent aurum, & argentum, æs hyacinthum, purpuram, croccum bis tinctum, byssum, pilos caprarum, pelles arietum, rubricatas pelles hyacinthinas, ligna sethim, oleum ad luminaria, aromata in vnguẽta, & thymiamata boni odoris, lapides autem onychinos & gemmas ad ornandum ephot & rationale & superhumerale. De istis autem vltro oblatis promittit se dominus velle sanctificationem sibi ædificare vt sic possit inter homines habitare. Exemplar vero istius domus ædificandæ Moysi Deus in monte sinai ostendit, quando domini gloriam vidit. ¶ Sic vero ad spiritualem ædificationem tabernaculi ánimæ conscientiæ vel ecclesiæ, in quo scilicet Deus spiritualiter commoratur, necesse est plura concurrere, scilicet plures virtutes quæ ipsi Deo vltro & voluntariè debemus offerre, & spiritualiter dedicare. Iste ergo a nobis petit aurum, idest sapientiæ claritatem argentum, idest eloquentiæ suauitatem: æs, idest prædicationis & orationis sonoritatem. Vel argentum, quod dulciter sonat, suauitatem monitionis: æs, quod asperè resonat, duritiã seueræ reprehensionis: hyacinthum. i. cœlestis conuersationis & apparentiæ venustatem: purpuram. i. verecundiæ grossitatem: croccũ bis tinctum. i. duplicem Dei & proximi charitatem: byssum retortam, idest cordis & carnis candidam castitatem. Item debemus habere capillos caprarum. i. exemplа pœnitentium & hæremitarum: pelles rubricatas arietũ, idest exempla Christi martyrum pro fide occisorum. Pelles hyacinthinas, qui. s. coloris sunt cælesti. i. exempla Christi cõfessorum & cęleste uiuentium. Item nos debemus habere ligna sethim, quę erant incremabilia & imputribilia idest perseuerantiæ stabilitatem, oleum oliuarum. i. suauitatem pietatis & clemẽtię, aromata. i. chimiamata fragrantia bonę famę & spiritualis redolentiæ, lapides onychinos, qui respecti oculos tremere faciunt. i. considerationem mortis & diuinæ iustitiæ. His enim rebus & uirtutibus tabernaculum fœderis. i. sancta & munda conscientia constituitur, & inde rationale iudicij i, uita rationalis ornatur, & sic ibi Deo gratissime immolatur, dum tamen ista vltro & uoluntariè a nobis domino offerãtur, quia scilicet nihil est meritorium, nisi quod est vltroneum, & voluntarium. Ideo dicebat Dauid in Psal.53. Voluntarie sacrificabo tibi. ¶ Præcepit dominus fieri arcam de lignis sethim, quæ secundum sanctos erant ligna ad similitudinem albæ spinæ, quæ nec aqua poterãt putrefieri, nec igne cremari, quæ erant etiam alba & leuia, & albæ spinæ similia. Erat ista arca quadrangularis, & sine pedibus intus & exterius de aurata, ſm Iosephum, quadam corona seu quodã circulo seu labio aureo desup circũcincta quatuor circulos in quatuor angulis habebat in quib. mittebant, & vectes, qñ eã aliquis deportabat, q̃dã tabula aurea q̃ dicebatur propiciatorium, arcam tegebat, & hoc in longitudine duos cubitos cum dimidio, in latitudine cubitũ cum dimidio possidebat, & infra se tabulas legis, vrnam cum mana, librum deuteronomij, virgam, quę floruerat, continebat. duo vero cherubin desuper sedebant, quæ alas alterius ad alterum extendebant, sicut dicitur hic, & infra.37. & Deu.10.

Et sic patet ꝙ ista arca quo ad materiam erat aurea & sethinea, quo ad formam quadrangula, quadriarcula & coronata, quo ad concomitantia habebat ꝓpiciatorium & cherubin, quo ad contenta habebat tabulas, manna & librum & virgam. Ista autem arca infra altare lateranense secundum quosdam est inclusa. ¶ Allegoricè ista arca est ecclesia, quæ pro tanto arca dicitur, ꝙ infra eam cuncta q̃ ad salutem pertinent, reponunt. Vnde dicitur Gene.6. Facies tibi arcam de lignis leuigatis, vt saluetur vniuersum semẽ. Ista igitur de lignis sethim. i. de sanctis hominibus, quos scilicet aqua voluptatum non corrũpat, & ignis cupiditatis non vrat, & quos albedo castitatis, leuitas paupertatis, & spinositas asperitatis induat, debet esse constructa & intus & exterius. i. affectione & conuersatione debet esse per sapientiam & sanctimoniam deaurata, quia personę ecclesiam constituẽtes dñt esse per sapiam splẽdẽtes & aureę pindefectibilẽ firmitatẽ debent esse sethineæ, & habetur in Canti. 3. Reclinatorium aureum fecit sibi rex Salomon. Ista igitur debet esse quadrata per constantiam immutabilem, quadrãgula ꝓ quattuor virtutes cardinales, quattuor habet circulos. i. quattuor euãgeliorum doctrinam, in quibus. s. vectes, qui erant de lignis sethim & spinosis, & q̃ erant exterius de aurati. i. prædicatores & doctores, q̃ doctrinam habent auream & correctionẽ spineam, perseuerantiam sethineam, iugiter debẽt inferi, in quantum. s. ipsi habent in euangeliorum doctrina continuè meditari, Istisque mediantibus arca portabatur, ad denotandum ꝙ per sanctos prædicatores ecclesia in fide & in moribus sustentatur, quamuis de multis vectibus. i. modernis ꝑdicatoribus possit hodie dici ꝙ ipsi non sunt vectes fortes & sethinei, sed viles, debiles & ferrei. De quib. diabolus dicit. Esa.45. Portas æreas conterã. i. malos ꝓlatos, vectes ferreos cõfringã. i. prædicatores &c. Item arca dicitur habere tripli cem dimensionem. s. longitudinem fidei, altitudinem spei, & latitudinẽ charitatis. Veruntñ quilibet istarũ habet aliq̃d ꝓ fectũ & aliq̃d imperfectũ. Cubit⁹ ꝑfectionẽ significat, dimidius vero cubitus imperfectionem designat, quia re vera longitudo fidei duos habet cubitos. i. duplicem perfectionẽ inquantum. s. deitatem & humanitatem credit. vnam tamen dimidietatem. i. imperfectionem habet, inquantum. s. nõ faciliter, sed enigmaticè cognoscit. Charitatis etiam latitudo imperfectionẽ importat, inquantum toto corde & tota anima Deum & proximum suum nunquam amat. Spes etiam cum sua altitudine dimidium cubitum, idest imperfectionẽ patitur, inquãtum scilicet spes nostra semper cum aliquo timore miscetur. Et breuiter nõ est aliqua mensura perfectionis, quin habeat aliquem defectum imperfectionis. In Paradiso vero nostra defectio supplebitur, quando per beatitudinem omnia complebuntur. Vnde Apostolus.1. Cori.13. Ex parte cognoscimus, & ex parte ꝓphetamus, cum autem venerit quod ꝑfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Item ista arca. i. ecclesia, habet supra se propiciatorium, inquantum in ipsa inuenitur propiciatio & remissio peccatorum. Habet etiam coronam auream, inquãtum in ipsa inuenitur corona meritorum, habet cherubin. i. societatem sanctorũ & angelorum, & consortium sapientium & iustorum. Cherubin, quæ ſm Iosephũ erant formæ volatiliũ nulli alteri assimilantium, quas Moyses in sede Dei vidit, quæ scientiæ plenitudo interpretantur, significant viros iustos scientificos, discretos, volatiles & contẽplatiuos, & in sede Dei per contemplationem assuetos, quos re vera arca ecclesiæ & religionis debet super se in statu prælationis habere, & secum vt eorum regatur cõsilio, cõtinere. Vñ Ezec. 10. Eleuauerunt cherubin alas suas, & exaltata sunt. Item ista arca debet cõtinere tabulas & librum. i. legem diuinam & scientiam, manna dulcissimum, quod de cœlo pluerat. i. deuotionem & clementiam, virgam Aaron, quæ floruerat. i. seueram correctionem & iustitiam, legem. s. ad simplices erudiendum. Vnde dicitur. Hie. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum. Manna dulcedinis ad delinquentibus, compatiendum, & indigẽtibus dulciter subueniendum. Psal. 77. Pluit illis manna ad manducandum. Virgam vero iustitiæ ad proteruos corrigendũ, & ad oues diuinæ pascuæ dirigendum. Psal. 44. Virga discretionis virga regni tui. ¶ Vel dic ꝙ arca ista significat animam bonam vel quamlibet bonam personam, & maxime ecclesiasticum vel prælatũ, quia scilicet talis debet esse se-

E fethineus, vel imputribilis per constantiam & patientiam, debet esse aureus intus per diuinam sapiẽtiã, & extra p honestatem & per bonam apparentiam. Isti debet habere quattuor angulos.i.quatuor affectiones bonas.s. dolorem de pręsentibus malis commissis, gaudium in Spiritu Sancto de pręsentibus bonis factis, spẽ in Deo de futuris præmijs, timorẽ de futuris poenis. Vnde dr̃. Eccl.37. Ex corde quattuor oriuntur.s.bonum, & malum, & vita & mors. Bonũ (inquit) & malum & virtus & vitium, in præsenti quantum ad gaudium & dolorem, vita & mors.i. præmium & tormentum, quantum ad spem & timorem. Item iste debet habere quattuor circulos.i.quadruplicẽ cardinalem virtutem. Debet habere duos vectes de auratos idest duplicem fortitudinem & firmitatẽ .s.in corde contra tentationes, & in corpore contra tribulationes. Etiam debet habere labium aureum, idest verbum continens munditiam & veritatem, debet habere propiciatorium aureum idest clementiam & pietatem, & debet habere cherubin auream idest virorum sapiẽtum societatem. Vel cherubin, qui interpretatur plenitudo scientię idest sciẽtiam & subtilitatem. Ista enim omnia pertinẽt ad prælatum, vel etiam ad quemlibet virum ecclesiasticum siue iustum videlicet vt poenitẽtibus faciliter propicietur. Psal.129. Apud te propiciatio est. Quod cherubin idest viris contemplatiuis & scientificis concomitetur. Vnde Eccle.9. Cum sapientibus ambula. Quod a quattuor virtutibus cardinalibus dotetur. Eze.1. Quattuor facies vni. Et duobus vectibus.i. duobus lateribus fortitudinis.s.à dextris & a sinistris idest in prosperis & in asperis roboretur. Vnde dicitur. Num.13. Palmitem portauerunt in vecte duo viri. Item ista arca est prælatus qui debet continere tria .s. tabulas cum libro idest diuinæ legis eruditionem, manna dulce.i. elemosynam & subuẽtionem, vel benignitatem & consolationem & compassionem, virgam floridam.i.iustitiam & correctionem. Iuxta illud Apo.1. Th.5. Corripite inquietos, consolamini pusillamines, suscipite infirmos, quia scilicet prælatus debet rudes informare, inquietos corripere, pusillanimes consolari, & afflictorum misereri. ¶Vel si vis, allega de hoc sicut supra eodem. Debet etiam habere triplicem dimensionem, id est tres virtutes theologicas, scilicet longitudinem fidei, altitudinem spei, & latitudinem charitatis, quia dicit Apostolus.1.Cori.13. Nũc autem manent tria hæc, fides spes & charitas &c. Dilata vt supra. Vel dic quod arca est Christus, qui ex auro & ligno.i.ex deitate & humanitate constat, qui .s. secum habet cherubin.i.angelos, quibus dominatur. Vnde dicitur. Luc.2. Facta est cum eo multitudo cœlestis exercitus &c. Propiciatorium pietatis cum dixit adulteræ Ioh.8. Dimittuntur tibi pctã tua. Quattuor circuli.i.quatuor euangelistæ, duo vectes .i.duo populi pendentes in circulis.i.in euangelijs continuè commorantes &c. Expone omnia alia vt supra. ¶Vel dic, q arca est beata virgo, cuius lignum.i.anima fuit imputribilis naturæ, inquantum nullam peccati sensit corruptelam, quæ .s.in se continuit tria.i.Christum. Nam scilicet ibi fuit mãna de cœlo veniens.i.deitas, tabula legem continens.i. aĩa, virga de terra nascens.i.corpus. Ista ergo fuit aurea.i.sancta intus & extra.i.in corde & corpore &c. Dic p oĩa sicut supra. ¶Præcepit dñs fieri duos cherubin aureos p ductiles, non fusiles, sed p malleos factos, qui iuxta arcam tegentes propiciatorium ex vtroque latere ponerentur, & q duæ alæ singulorum alterius ad alterum iugerẽtur, ita q ipsis se mutuo tangentib. arca & propiciatorium tãgerent, præcipiebatur ẽt q isti mutuo se reciperent, & q vultus suos ad ppiciatorium verterent, quod.s.alijs duabus (vt dictum est operirent. Alias vero duas alas exterius extenderent & leuarent. Prout vero dicit Iosephus, cherubin erant animalia quædam, quorum figura nunq̃ erat visa, sed a Moyse in sede agni conspecta fuerat. ¶Per cherubin prælatos vel viros ecclesiasticos possumus intelligere, qui.s.duo debent esse p charitatem & sctĩtatem splẽdidi, perductiles.i.malleis tribulationum pducti, ad malleationem per correctionem & patientiam assueti, & iuxta arcam .i. iuxta religionem vel ecclesiam ad eius protectionem & regimen constituti. Vñ dr̃ 3.Reg.6. in libro Regum. fecit in oraculo duos cherubin de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis, texit quoq; auro, quia re vera tales debent esse in oraculo .s. in ecclesia p deuotionem, duo p dilectionem cherubin, qui interpretat̃ plenitudo scię

F

per sciam, & discretionem, de lignis oliuarum p pietatem, G & compassionem: decem cubitorum) per decem mãdatorũ impletionem, cooperti auro per splendentem, & lucidam conuersationem. Quid ultra? Re uera dic q isti cherubin videlicet viri ecclesiastici seu iusti, debent esse aĩalibus.i. alijs hoĩbus dissimiles per sanctæ vitæ singularitatem, ipsorumq; similitudo in sede debet inspici & inueniri p Dei exẽplarẽ sĩitudinem & conformitatem. Alæ.i. affectiones istorum se debẽt inuicem tangere p amicitiã & societatẽ, & alter alterũ debet respicere p mutuam dilectionem & charitatẽ, vultusque mentis suæ debent ad propiciatorium.i.ad Dei propiciationem & misericordiam vertere p spem & intẽtionẽ bonam, & ordinatam ad Dei volũtatem. Apostolus. Heb.12. Respiciamus in autorem fidei, & consummatorẽ Iesum. Ezechiel.1. Duo alæ singulorum iungebantur. Psalmus 24. Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Isti ergo quasdam alas affectionum suarum ad propiciatorium.i. ad Deum, & ad cooperiendum.i. ad protegendum arcam ecclesiæ debent extendere. Alas etiam ad exteriora.i. ad regimen exteriorum negotiorum, nec non ad amorem & vtilitatem proximorum debẽt similiter dilatare, quia re vera tales cherubin, id est viri scientifici & contemplatiui non debent solum propiciatorium .i. Deum per contemplationem respicere, non solum debet alter alterum per dilectionem tangere, nec non ad tangendum ipsum oraculum protendere, immo etiam ipsi debent alas suæ discretionis & affectionis exterius ad proximorum vtilitatem extẽdere, & ad amorem subditorum, nec non ad tpalium negociorum regimen dilatare, & sic cuilibet dicetur illud Ezechiel.28. Tu cherub. extentus & protegens, plenus sapiẽtia & perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti &c. ¶Dic etiam si vis, q ista duo cherubin possunt significare Petrum & Paulum, vel alios quoscunque duos sanctos qui ductiles propter martyrium possunt dici. Vel dic quod isti cherubin, i. pleni scientia pñt dici, qa re vera isti alas cõtemplationis suæ super propiciatorium, id est super ipsum Deum eleuant, ipsasque alas mutuo iungunt, inquantum ad H contemplationem deitatis simul conueniunt et intendunt. Alas vero exterius dicuntur extendere, inquantum ad nos & ad exteriorum Dei iudiciorum regimẽ operationes suas protendunt. Vultus suæ cognitionis & affectionis in propiciatorium.i.in Deũ vertunt, & se mutuo respiciunt, diligunt atq; volant. ¶Vel dic si vis, q propiciatorium fuit Christus, qui secundum Psal.102. Propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas, qui scilicet circa & supra se cherubin.i.angelos habuit, quos.s. Deus in custodiã & ministerium deputauit. Ps.90. Angelis suis mãdauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ¶Præcepit dominus q fieret mensa in tabernaculo, dicens sic. Facies mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum & in altitudine cubitum ac semissem, & in aurabis eã auro purissimo, faciesq; illi labiũ aureũ p circuitũ & ipsi labio coronã interrasilem.i. intercellatã quattuor digitorum, & super illam aliam coronam dictam aureolam, & in quattuor circulos præcepit in angulis pedibus fieri, vt vectibus impositis posset mensa portari, vectes vero de lignis sethim fieri voluit, quos auro purissimo deaurari mandauit. Poni autem voluit mensa in tabernaculo ad aquilonẽ & panes propositionis cum thure imponi mandauit. In super & vasa libaminum.s. acceptacula, phialas, thuribula & cyatos ordinauit, & mensæ similiter supponi. ¶Per mensam secundum doctores intelligitur sacra scriptura, quæ scilicet in tabernaculo ecclesiæ ad aquilonem id est contra frigus tribulationum ponitur, vt scilicet mundi tribulationes & miseriæ per contemplationem & conuersationem scripturarum temperetur. Psalm.22. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Ista ergo est de lignis sethim, quia est imputribilis per perpetuam durationem. Psal.118. In æternum domine permanet verbum tuum. Auro purissimo dicitur deaurata, propter excellẽtem conditionem quia scilicet aurum artium liberalium est purum, aurum ethicæ seu moralis scientiæ est purius, aurum vero sacræ scripturæ est purissimum. Vnde dicitur Prou.3. Primi & purissimi fructus eius. Labio aureo, id est munda doctorum & prædicatorum eloquentia dicitur circuncincta. Et alibi. Labia

mea

A mea detestabuntur impium, Quattuor angulis, & quattuor pedibus, idest quattuor exponendi generibus dicitur adornata, scilicet historico, mistico, allegorico, & tropologico. Ezec.1. Quattuor faciet vni. Et quattuor circulis, idest quattuor doctrinæ partibus inuenitur distincta, quæ scilicet sunt docere, quod pertinet ad veritatem, erudire, quod pertinet ad vtilitattem, arguere, quod est male dictum, corrigere, qd' est male factum. 2.Tim.3. Vnde Apostolus, dicit, quòd omnis doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdum, ad arguẽdum, ad erudiendum & ad corrigendum. sed quid vltra? Re vera ista debet habere coronam auream, inquãtum ipsa sciẽtibus promittitur præmium essentiale. Dicitur etiam habere coronam aureolam inquantum ipsam docentibus promittitur, vltra hoc præmium accidentale. Vnde Psalm.20. dicit. Corona aurea super caput eius. Corona tamen ista aurea, idest pmium essentiale & dignitas gloriæ paradisi quattuor est digitorum, inquantum scilicet ista habet quattuor genera principàlia præmiorum, quæ scilicet sunt visio, fruitio, tentio, & humanitatis Christi contemplatio. Vnde Ezec.1. Quattuor pẽnæ, vni. Et iterum. Per quattuor partes euntes ibant. Quid vltra? Re uera ista mensa diuinæ scripturæ habet suam mensuram, scilicet lõgitudinem duorum cubitorum, idest sciẽtiã noui & veteris testamenti, & latitudinem vnius cubiti & semissem, idest deuotionem sanctorum, quæ, scilicet cubitum habet, inquantum veraciter credit. semissem tenet, inquantum scilicet de bonis futuris aliquid vlterius sentit, quod tamẽ non est completum, sed imperfectum existit. Vnde Apostolus primo Corinthiorũ decimo tertio. Ex parte cognoscim⁹, & ex parte prophetamus. Ista est igitur, quæ continet duodecim panes duodecim articulorum fidei, qui pro vita fidelium sunt necessarij. Habet etiam libamina sciẽtiarum, & sacramentorum, vasa vero subseruientia habet multa, idest multitudinem doctorum, scilicet ad libamina sacramentorum ministranda, & ad libamina doctrinarum fundenda, qui a Deo sunt ordinata, dum etiam ibi erant acetabula, q̃ dicuntur vasa pro aceto seruando, & isti sunt, qui do

B cent cum acredine correctionis. Cyathi qui sunt vasa rusticorum, & isti significant illos, qui docent infirmos cum quadam supportatione compassionis, phialæ, qui erant vasa vitrea, dicta a philim, quod est vitrum, & isti sunt illi, qui consolantur pusillamines, qui sunt fragilis, & vitreæ conditionis, thurribula, quæ erant ad thurificandum aptata, & sunt illi qui docent alios, monendo ad officium orationis, & deuotionis. Ideo de istis quattuor generibus vasorum, idest doctorum, videtur Apostolus dicere, prima Thesalonicen. quinto. Rogamus vos fratres, corripite inquietos, suscipite infirmos, consolamini pusillamines. Patientes estote ad omnes, semper gaudete, sine intermissione orate & cętera. Et sic est mensa domini vbi deuoti nutriuntur. Vnde dicitur, Matthej decimo septimo, Quia catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, vbi superbi iudæi esuriem patientur. Psalmista sexagesimo octauo. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. ¶Vel si uis dic, quod mensa ista significat quattuor genera vasorum idest quattuor genera doctrinarum & cætera sicut supra. ¶Vel dic, quod in ista mensa quattuor vasa, idest libri prophetarum minorum, quattuor pedes, idest quattuor prophetæ maiores. Duæ coronę, idest Iob, & Psalmista seu lex, & hystoriarũ libri. ¶Vel dic quod est fides nostra, quę est sethinea, & in corruptibilis, quia nũquam deficiet. ¶Vnde dicitur Lucæ vigesimo secundo. Non deficiet fides tua. Deaurata, quia semper miraculis splẽdet. Quatuor habet circulos, quia quattuor euangelia continet cum vectibus, impositis idest cum fortissimis cultoribus, quos habet. Ista etiam duodecim habet panes idest vniuersitatem articulorum fidei, vasa libaminum, idest vniuersitatẽ sacramentorum, coronam intercellatam multitudinem virtutum & meritorum, coronulam resplendentem idest certitudinem præmiorum. Vnde etiam homini fideli dicitur Apocalip. secundo. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. ¶Vel dic, quòd mensa tabernaeuli significat pietatem, quam debent habere viri Christi, & viri ecclesiastici, quia scilicet isti debent habere panes ad esurientes cibandum, vasa libaminum ad sitientes potandum, thus odoriferum, idest verba odorifera & dulcia ad tristes consolãdum; coronam auream, idest beneficentiam ad dignos præmian-

dum, quæ scilicet in parte aquilonari, idest in frigore tribu- C lationis & in sterilitate paupertatis debet principaliter inueniri ad indigentibus subueniendum. Vnde in Psalmo 77. Nunquid poterit parare mensam in deserto: Vel dic, quod talis mensa est homo pius, & misericors & cætera sicut supra. ¶Sicut pręcipitur hic & Leuiticorum 24. Duodecim panes de simila purissima, de duabus decimis debebat fieri, qui igne cocti super mensam purissimam sex, & sex altrinsecus debebant statui, & patena aurea cum thure limpidissimo super quemlibet debebat poni, qualibet vero die sabbathi debebant mutari, & nouis substitutis panibus, & incenso primi panes a sacerdotibus in loco sancto debebant comedi, thus vero super altare debebat incendi. ¶Duodecim panes sunt duodecim Apostoli, qui scilicet fuerunt de simila, quæ est flos farinæ frumenti, inquantum ipsi fuerunt flos, & electio totius mundi. Vnde in Canticorum secundo. Flores apparuerunt in terra nostra. Et iterum. Ioan.15. Ego elegi uos de mundo. Igne enim tribulationum cocti sunt, inquantum tormenta, & supplicia sustulerunt. Vnde dicitur. Esaia 44. Calefactus sum, & coxi panes. In mensa etiam ecclesię sex & sex alternatim sunt positi, inquantum per charitatem semper erant coniuncti, & nunquam per heresim aut scismata ab inuicem sunt disiuncti. Vnde canitur. Hęc est vera fraternitas, quę nullo potuit separari certamine &c. Igitur isti sunt, qui thus deuotionis & orationis habuerunt, & in mensa legis diuinæ continuè perseuerauerunt, quousque adueniente sabbatho, idest ęternę requiei pręmio exinde per mortem subtrahi meruerunt, quando scilicet sacerdotes, idest sancti angeli, in loco, idest in paradiso per charitatem eos comederunt, & sibi uictimauerunt, ipsosque in suum beatum collegium receperunt. Alij uero panes, idest alij viri sancti Martyres, & confessores, post eorum decessum loco eorum in mensa ecclesiæ uel fidei successerunt. Vnde Apostolus. Hębreor. 10. Aufert primum vt sequens statuat. ¶Vel dic, quòd duodecim panes fuerunt patres ueteris testamenti, qui duodecim patriarcharum successores fuerunt. Alij uero, qui substituebantur, significant sanctos D noui testamenti, qui duodecim dicti sunt, quia duodecim Apostolis successerunt, vel quia duodecim articulos fidei crediderunt. Igitur istud est verum, quod in mensa sacræ scripturæ, legis diuinæ, & fidei orthodoxæ primo fuerunt duodecim primi panes, id est patres veteris testamenti, qui scilicet ibi steterunt, & vsque ad sabbatum, id est ad requiem & liberratem nouæ legis Christi inibi permanserunt, & thus orationis habuerunt, igneque desideriorum cocti & exusti fuerunt. Sed uere adueniente sabbato nouę legis vel libertate gratiæ tunc isti panes, & eorum secta deficit, & aliorum nouorum panum, idest noui testamenti appositio & ordinatio mox successit, quorum scilicet secta, & traditio vsque ad aliud sabbatum, idest vsque ad paradisi requiem est duratura, & tunc umbris sublatis est gloriæ claritas successura, Psalmista.41. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Et Leuiticor. vigesimo sexto. Nouis superuenientibus vetera proijcietis. Vel si vis dic, quod isti panes erant de simila ex cocti cum thure & cætera sic isti & cætera sicut supra. Vel si vis dic, quod panes primi sunt doctrinę, & cerimoniæ primorum patrum, qui duodecim dicuntur, quia a duodecim patriarchis nati, scilicet à iudæis obseruatæ, & eisdem datæ fuerunt, & alij duodecim sunt doctrinæ & traditiones Apostolorum & suorum sequaciũ, q scilicet loco priorum successerunt, & mensam sacræ scripturæ & fidei impleuerunt & cætera. ¶Præcepit dominus fieri candelabrum ad tabernaculum illuminandum productile de auro purissimo, cuius scilicet figura erat erecta in parte australi tabernaculi, & habebat vnum hostile in medio, & à quolibet latere tria brachia sursum reflexa, q̃ à Moyse calami sunt vocata, eo quòd de calamis aureis concauis simul iunctis erant prædicta brachia fabricata. In quolibet vero brachio in tribus sui partibus cyphi erant ad nucis modum, & spherulæ volubiles, & lilia, quæ in iũcturis calamorum ad ornatum, & pulchritudinem erant posita. In ipso vero hastili in quattuor locis cyphi spherulæ, & lilia similiter erant sita. Istud ergo candelabrum septem lucernas seu lampades desuper habebat, in quibus oleum continue ardebat. Habebat etiam emunctoria, & vasa ad extinguendum

tinguendum

E tinguendum,emuncta, quæ omnia ex auro puriſſimo erant facta. ¶Iſtud candelabrum, quod tabernaculum illuminat. ſignificat fidem, quæ eccleſiam ſeu mentem lumine veritatis illuſtrat,quæ ſcilicet de auro puriſſimo facta dicitur, eo quod nihil inquinatum aut erroneum in ea reperitur. Ad auſtrum etiam poſita dicitur,vbi eſt claritas,pro eo quod in hac nihil eſt præterquam veritas,ſecundo Paralipom. 13.Et apud nos candelabrum luminis & lucerna eius.Iſta.n. duas habet partes,ſ.diuinitatem,& humanitatem,& ideo ab vtraque parte tres habet calamos ſeu brachia ī haſtili poſita,qa ſcilicet dextera diuinitatis habet tres perſonas in vna natura,ſiniſtra vero humanitatis habet tres naturas in vna perſona. Et ſic bene dicitur,prima Ioannis quinto. Tres ſunt,qui teſtimonium dant in cœlo,ideſt in diuinitate.Pater verbum & Spiritusſanctus,& hi tres vnum ſunt.Et tres ſunt,qui teſtimonium dant in terra, ideſt in Chriſti humanitate. Spiritus aqua & ſanguis.Spiritus dico, ideſt deitas:aqua ſpeculans,i. anima:ſanguis,ideſt corpus, quia ſcilicet in Chriſto ſunt in vna perſona filij tres naturæ ſuppoſitæ,ſcilicet diuinitas,anima & corpus. Iſta eſt etiam, quæ habet haſtile in medio, id eſt certitudinem, & rectitudinem veritatis:habet cyphos in omni ſua parte,ideſt plenitudinem iuſtitiæ, & bonitatis: habet ſpherulas,ideſt circulos aureos,ideſt ſpē futuræ æternitatis,qui ſcilicet in circulo carente fine, & principio deſignantur. Habet etiam lilia, ideſt candorem innocentiæ,& puritatis:habet etiam ſeptem lampades, ideſt ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta. Habet ſeptem lucernas, ideſt ſeptem Spirituſſancti dona:habet oleum diuinę gratiæ,habet emunctoria, ideſt doctores,qui ſuperfluitates errorum, & dubiorum,quæ poſſunt occurrere,ſolent abſtergere:habet etiam vaſa plena aqua ſcientiæ,id eſt Sanctos Apoſtolos, & prophetas,vel eorum libros,in quibus ſuperfluitates iſtas errorum poſſumus extinguere, inquantum in ipſis poſſumus veritatem omnium reperire. Iſtud eſt ergo candelabrum, de quo dicitur Zachar. 4. Ecce candelabrum eorum totum & lampas eius ſuper caput eius, & ſeptē lucernæ ſup illud. ¶Vel dic,quod candelabrum illud ſignificat Chriſtum quan
F tum ad ſuum corpus mythicum.ſ.eccleſiam militantem. Et ſic dico,quod iſtud candelabrum habet haſtile.i.ipſam perſonam Chriſti tanquam fundamentum & caput eccleſiæ,qa ſecundum Apoſtolum,Caput eccleſiæ Chriſtus.Habet duas partes,ſ.tempus ante legem, & poſt.Et ſic dico q̄ iſtæ habet tria brachia ab vtraq; parte.i.patres & fideles veteris & noui teſtamenti,quæ ſcilicet tres dicuntur,pro eo quod fidem trinitatis habere noſcuntur,vel pro eo,quod tribus virtutib⁹ theologicis,ſcilicet fide, ſpe & charitate ſuffulti fuerūt. Ezec. 14.Vel pro eo,q̄ de triplici ſtatu eccleſiæ, doctorum.ſ. continentium & nubētium,qui .ſ. figurantur in Noe Daniel & Iob conſtitiſſe merentur.Et alibi. Ge.6.Noe genuit tres filios.Et ſic dico quod ab vtraque parte.ſ.& ante incarnationem & poſt tres calami ſicut tria brachia.i.fidelium tria genera ab iſto haſtili, ſcilicet a Chriſto per fidem proceſſerūt, qui ſurſum per ſpem & deſiderium erecti ſe ad ipſum Chriſtum per charitatem iterum reflexerunt, & ſic ſinguli calami.i.ſancti fidem, ſpē & charitatem ex ſuæ diſpoſitionis ordine habuerūt. Ideo de iſta reflexione,qua ſcilicet ſancti ad haſtile ſuum Chriſtum,vnde per creationem exierūt,reuertuntur, & per deuotionem & charitatem reflectuntur, poteſt dici illud Eccl. 1.Ad locum, vnde exeunt flumina,reuertuntur,vt iterum fluant.Ezec.1.Animalia ibant & reuertebā tur. De iſtis brachijs candelabri.i. de iſtis fidelibus & ſanctis aduerramus, quod iſti dicuntur tribus calamis confecti,tribus cyphis ornati,tribus ſpherulis volubilibus circūcincti, & in qualibet iunctura repanſis lilijs vallati.¶Circa qd ſciendum,q̄ iſti tres calami,qui erant concaui,reſonantes & ſoli di, vtpote quia aurei,ſignificant tres partes pœnitentiæ,ſcilicet concauitatem interioris cōtritionis,hæc eſt enim,quæ cauat & perforat cor humanum,reſonantiam confeſſionis, & duriciam aſperę ſatisfactionis.Iſti enim ſunt illi tres dies, de quibus dicitur.2.Para.10.Poſt tres dies reuertimini. Item tres ciphi,qui de ſua natura habent capere liquores & effundere,ſignant tres partes ſalutari doctrinę,philoſophicæ,moralis & theologicæ.Iſti enim ſunt tres ciphi,quibus boni ſtudendo inebriantur, & ſimplices inebriāt dum loquitur.Pſa. 22.Calix meus inebrians quam præclarus eſt. Ciphus enim doctrinam ſignificat, quæ ſcilicet inebriat atque potat.Vn-G de iſti ſunt illi tres panes, de quibus dicitur in perſona ſimplicis indigentis.Lucæ 11.Amicæ, accommoda mihi tres panes.Tres ſpherulæ anuli ſeu circuli,principio & fine carentes, & volubiliter calamos ambientes, ſignificant tres partes beatæ ſpei,quæ ſcilicet veriatur erga æternitatem principio & fine carentem, ſcilicet ſpem beatæ viſionis, ſpem beatæ fruitionis, ſpem beatæ tentionis. Iſta enim ſunt tria ſperanda,& in corde voluenda,& continuè meditanda:Ezechiel.10. Ipſas rotas coram me vocauit volubiles.Lilia,quæ ſunt pura & candida,ſignificant innocentiam & caſtitatem quam ſcilicet debent viri iuſti in cuncti ſuis partibus habere,vt in omnibus quæ dicunt,aut faciunt, poſſit caſtitas ſeu munditia quantum ad ſe, innocentia quantum ad proximū relucere. Vnde Cantic.2. Endilectus meus paſcitur inter lilia.Et ſic ergo dico,quod brachia candelabri noſtri, ideſt fideles tam veteris quam noui teſtamēti debent habere tres calamos,ideſt tres partes pœnitentiæ,tres ciphos,ideſt tres ſcientias ſalutares,tres ſpherulas,ideſt tres ſpecies triplicis fœlicitatis,lilia ideſt candorem omnimodæ puritatis.Iſta debent habere iuſti exemplo ſui haſtilis, Chriſti, qui etiam calamos,ciphos,ſpherulas,ideſt prædictas virtutes habuit exemplariter ſicut iſti,dicens illud.Ioann.13.Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. Quid plura? Proculdubio dico quòd iſtud cādelabrum ideſt eccleſia cum brachijs, ideſt cum perſonis & fidelibus ſuis debet lampades bonorum exemplorum,oleum compaſſionis,pietatis & elemoſynarum & beneficiorum lucernas bonorum documentorum habere, quibus poſſint tabernaculum eccleſiæ ſpiritualiter illuſtrare. Vnde dicitur.Matth.25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.Iſti etiam debent habere emunctoria,ideſt largitatis & miſericordię opera,q̄ ſcilicet emundant & abſtergunt ſuperflua diuitiarum ſuarum, necnō vaſa aurea plena aqua, ideſt bonus pauperes plenos miſericordia ſecum debent habere,in quibus extinguantur & expendantur diuitiarum ſu
H perflua ſic emuncta,ne ſi inextincta & inexpenſa ſeruentur, poſſint coram Deo & hominibus fœtere, & cunctis hoc videntibus diſplicere, quia re vera ſuperfluitas lucernarum iſtius candelabri & ſuperfluæ diuitiæ eccleſiaſticorum fœtere in mentibus hominum noſcuntur, quando in aqua miſeriarum pauperum nullatenus extinguuntur.Vnde illud Ioā. 22. Pauperes ſemp habebetis vobiſcum & cum volueritis, poteſtis eis benefacere,quamuis pro certo eccleſiaſtici multi habeāt hodie ſuarum ſuperfluitatum & diuitiarum alios emunctores, ſcilicet malos officiales & familiares,quæ ſcilicet a ſuis dominis ideſt ab eorum ſubditis emunguntur,& rapiunt quicquid poſſunt.Salomon. Qui vehementer emūgit,elicit ſanguinem.Prou.30. Qui etiam habent hodie alia vaſa quam pauperes,in quibus ſua ſuperflua extinguantur, ſcilicet nepotulos & carnales amicos,mala etiam mulieres & cætera ſimilia, in quibus bona ſua expenduntur.Sed non ſic bonæ lucernæ candelabri noſtri Chriſti ſeu eccleſiæ corporis ſui myſtici.Ideo illud eſt candelabrum luminis,de quo ſupra dictum eſt. ¶Vel dic, quòd candelabrum eccleſia eſt, pro eo quod ductilis dicitur, quia diuerſis & cōcuſſionibus verberatur & ducitur & ſic perficitur & formatur, cuius ſcilicet haſtile,ideſt prælatus debet eſſe in medio per iuſtitiam & æquitatem,& concordiam & communitatem, cuius etiā diuerſa brachia ſunt diuerſa beneficia, dignitates & officia, quia ſicut dicitur Ioan.14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.Et iſta pro certo habere debent calamos,ideſt viros prudentes aliorum merita menſurantes.Ezech.40. Calamus mēſuræ manu eius.Cyphos ſcilicet doctores,alios doctrinis inebriantes.Pſalm.22.Calix meus inebrians quam præclarus eſt.Spherulas volubiles, ideſt viros diligentes & obedientes.Eſa.11.Filij amon obedientes. Lilia, ideſt uiros caſtos & continentes.Vnde dicitur Eccleſiaſtic. 50 Quaſi lilia,quæ ſunt in tranſitu aquæ.Oleum, ideſt viros pios & patientes.Eccleſiaſt.9.Oleum de capite tuo non deficiat.Lucernas,ideſt viros doctrinis & exemplis alios illuminantes. Lu. 12.Lucernæ ardentes in manibus veſtris. Emunctoria, ideſt viros aliorum vitia & ſuperfluitates morales & emungentes & corrigentes.Vnde Apoſtolus.1.Theſſalon.5. Corripite inquietos & cætera.Vaſa extinctoria, ideſt ſacerdotes alio-

A rum uitia in cōfeſſione extinguentes, & in aquis lachrymarum omnia ſubmergentes.Omnes autem iſti debent eſſe aurei per ſanctitatem,& ad auſtrum claritatis poſiti per ſcientiam. Auſter enim eſt pars mundi clarior, & ſignificat luminis gratiæ & ſcientiæ ſinceritatem. Vnde Ezechiel 40. Vidi ædificium ciuitatis vergientis ad auſtrum.¶Vel dic,quod cādelabrum loquendō moraliter ſignificat virum iuſtum, & maxime eccleſiaſticum vel prælatum,quia reuera iſte debet per prudentiæ luminoſitatem eſſe ad auſtrum poſitus, quia auſtralis pars eſt regio luminoſa,& aureus per ſanctitatem, ductilis per patiētiæ firmitatem,& per tribulationem & aduerſitatem, habens haſtile in medio, ideſt fidei ſtabilitatem, a dextris & a ſiniſtris ideſt in proſperis,& aduerſis,debet habere brachia,hoc eſt bonorum operum probitatem, quæ.ſ. ab vtraque parte debent eſſe tria,in quantum debet tres virtutes theologicas habere,ſcilicet fidem, ſpem & charitatē. Item iſte debet habere ciphos,ideſt ſacræ ſcientiæ libros ad alios per doctrinam inebriandum. Debet habere ſpherulas volubiles,ideſt diligentiam ad iniunctum officium ſeduliter exercendum,& ad obedientiæ obſequium exequendum:ca lamos, quibus ſcilicet canitur, ideſt laudes diuinas ad gratias peragendum: lilia, ideſt innocentię candorem & continentiæ ad caſtæ & honeſtæ cōuerſandum:oleum pietatis ad indigentibus compatiendum:lucernas ſapientiæ & veritatis ad alios illuminandum:emunctoria prudentiæ,pœnitentiæ & largitatis ad ſuperflua vitiorum & diuitiarum abſtergendum & emungendum: vaſa extinctoria emunctorum.ſ. temperantiam,paupertatem,vel confeſſionem ad ſuperfluitates huiuſmodi conſumendum. Confeſſio enim Extinguit vitia,quę a contritione ſeu pēnitentia emunguntur,pauperas extinguit diuitias ſuperfluas, quæ per largitatem ſtringuntur. Temperantia vero extinguit ſuperfluos mores, qui per prudentiam auelluntur.Vel ēt dic,quod emunctoria ſi vitiorum, ideſt ſuperbiæ & auaritiæ & luxurię ſunt auctoritates ſcripturæ,vaſa vero,vbi emūcta extinguuntur,ſunt cor-
B pora noſtra fragilia conſiderata, quia.ſ. quicquid ſcriptura emungit & redarguit,cōſideratio nr̄ę fragilitatis extinguit, vitiumq; ſuperbiæ & luxuriæ,quod a ſcriptura redarguitur, in conſideratione iſtius vaſis fictilis emungitur,extinguitur & aufertur.Sic igitur erit hō candelabrum perfectionis,vbi lucerna grāe & gloriæ conſtituetur,vt ſic in templo domini, & in cœleſtis regis conuiuio collocetur.Exod.40.Poſuit candelabrum in tabernaculo teſtimonij, & èregione menſæ in parte auſtrali, locatis per ordinem lucernis iuxta præceptū domini.Et bñ dixit candelabrum ſtabat è regione,& hoc in textu dr̄,vt lucear ex aduerſo, ad denotandum,quod vir iuſtus maxime prælatus vel prædicator, debet ſtare ex aduerſo aliorū,ſ.vitia eorum corrigendo & arguendo vel palpādo,vel adulando.Vñ dr̄ Gen.16. E regione fratrum ſuorum ſiget tabernacula. ¶Vel ſi vis dic, quod ſeptem lucernę ſunt ſeptem ſpūſſancti dona, vel ſeptem virtutes &c.ſicut ſupra.

CAPITVLVM XXVI TEXTVS.

Tabernaculum vero ita facies.Decem cortinas.

Moralitatum Cap. 18.

TAbernaculum præceptum eſt fieri a filijs Iſrael in deſerto, in quo p̄cipue dñs coleretur. Factum eſt autem iſtud tabernaculum de tabulis de lignis ſethim factis, laminis aureis cooperti,ſurſum ſtantibus & erectis,duobus vaſis argenteis ſingulis ſuſtentatis in lateribus incaſtratis, & acſi eſſet vnus paries ſimul iunctis, & vectibus immiſſis per longum tabernaculi,per anulos aureos, quos habebat, fortiſſime roboratis. Et habebat tabula in longitudine decem cubitos,in latitudine cubitum,& ſemiſſem,in ſpiſſitudine quatuor digitos.Erant autem illæ tabulæ viginti a parte meridei,& viginti a parte aquilonaris, & ſex a parte occidētis.Et ſic tabernaculum a meridie & aquilone, & ab occidente erat clauſum. Ab oriēte vero,vbi lux ſubintrabat, apertum. Erat ergo longitudo tabernaculi cubitorum triginta,& latitudo & altitudo cubitorum decem. ¶Chariſſimi, per tabernaculum in deſerto intelligitur eccleſia,quæ militat in hoc mundo.Cuius.ſ.longitudo fidei habet triginta cubitos,propter fidem trinitatis,quam credit:latitudo charitatis eſt decem cubitorum,propter decem mandata,quæ perficit.Altitudo ſpei decem cubitorum,propter præmia pro comple-
C mento decem mandatorum,quæ expectat & ſentit.Iſta etiā debet eſſe clauſa,obſtructa & obfirmata a parte auſtri,ideſt contra proſperitates.A parte aquilonaris contra aduerſitates.A parte occidentis cōtra iniquitates. A perta vero debet eſſe a parte orientis, ideſt ad diuinas gratias, virtutes, & ad affectandas æternæ gloriæ firmitates. Iſtud autem potiſſime habuit eccleſiam in principio ſui ſtatus,quia ſcilicet tūc ꝓſpera contemnebat,tunc occaſum virtutum & ſtatum vitiorum pœnitus neſciebat,ſed reſpectu iſtorum omnium clauſa erat. Ezech. 44. Vidi portam in domo domini clauſam. Supple,ne itraret terror aduerſitatum,dulcor proſperitatū & fœtor iniquitatum. A parte vero orientis ideſt ad bona ſpiritualia & ad ipſum ſolem iuſtitiæ per deſiderium operiebatur,& ad ſolum amorem cœleſtium pandebatur. Ezechiel. Porta hæc aperta erit principi. Igitur dico, quod tabernaculum eccleſiæ vel religionis debet conſtitui de tabulis impu
D tribilibus & ſethineis, ideſt de perſonis ſufficientibus atque iuſtis,quæ ſcilicet debent eſſe ſethineę propter imputribilitatem perſeuerantiæ, & incremabilitatem patientiæ, deauratæ propter claritatem ſapiētiæ,erectæ propter eleuationem conſcientiæ, ſtantes ꝓpter fortitudinē permanentiæ, ſubtiliter incaſtratæ & iunctę propter ligamen charitatis & amicitiæ,& inuicem in vnum parietem ligatæ,propter vnitatem pacis,amoris & concordiæ &c. Vnde dicitur.Ezec.1. Duę pennæ ſingulorum iungebantur. A poſtolus. Multa membra vnum corpus ſumus in Chriſto. Item iſtæ tabulæ ideſt eccleſiaſticæ vel religioſæ ꝑſonæ debent habere ſingulæ duas baſes.i.duo teſtamenta,quæ.ſ. per doctrinam & eloquentiā ſunt argentea pro fundamento, debent habere anulos aureos.i.ſpem æternæ retributionis pro ſupplemēto,vectes id eſt viros fortis conſtantiæ pro complemento. Anulus.n.aureus æternam retributionē ſignificat, caret enim principio & fine,& ſic ſignificat ęternitatem,quia enim dicitur aureus ſignificat præcioſitatem, & quia conſiſtit in anima & corpore, ideo continet duplicitatem.Et ideo tabulæ tabernaculi, ideſt bonæ perſonæ, fortes contra impulſum tentationis & tribulationis redduntur,quando baſibus ſacrę ſcripturæ ful
D ciuntur,& quando vectib.ideſt ſanctorum & doctorum exēplis & auctoritatibus & anulis impoſitis,ideſt de æterna retributione mentionem facientibus ſtatuuntur, qui ſcilicet vectes, ideſt ſancti doctores, de lignis ſethim, ideſt ſpinoſi reprehendendo, alibi caſte uiuendo, & imputribiles per ſeuerando debent eſſe,& auro tecti,inquantum per ſapientiam reſplendere noſcuntur. Supra dicitur, Exodi 25. Facies & vectes de lignis ſethim,& cooperies eos auro,debēt ergo iſtæ tabulæ,ideſt viri iuſti habere decem cubitos in lōgitudine,ideſt perſeuerantiam in decem mandatorum operibus, quatuor digitos in ſpiſſitudine, ideſt quatuor cardinales virtutes.In latitudine vero charitatis debent habere cubitum, ideſt puram & ſimplicem affectionem, & ſemiſſem ideſt aliquam cœleſtium quanquam imperfectam deguſtationem.Debent etiam ab utraque parte uiginti, qui conſtat ex quinario quaternario, ideſt quatuor euangeliorum & quinque librorum legis habere ſpiritualis adimpletionem, ſuperaddendo ſex tabulas, qui eſt numerus perfectus,ideſt bonorum operum ꝑfectionē. Vñ de talibus tabulis dr̄. Exodi 36. Fecit tabulas tabernaculi de lignis ſethim. ¶Tabernaculum fœderis, quod factum fuit a filijs Iſrael in deſerto,quantum ad formam erat oblōgum,ab oriente apertum & ab omnibus alijs partibus circunclusum, & deſuper coopertum,i duas partes,ſcilicet in ſanctā & in ſanctā ſanctorum diſtinctum. Materia iſtius tabernaculi fuerunt tabulæ deauratæ,quæ ſurſum erigebātur,cortinæ mundiſſimæ, quæ circunquaque ducebantur, pelles arietum rubricatæ & hyacinthinæ, quibus tabernaculum operiebatur,& deſup ſaga cilicina vndecim, quibus taberna culum tegebatur. Quatuor enim habebat operimenta, ſcilicet cortinas byſſinas, pelles rubeas & hyacinthinas & ſaga vndecim. In tabernaculo vero quatuor erant principaliter, ſcilicet arca cū ſuis adiacentibus,ſcilicet propitiatorio, cherubin & contentis in ea altare thymiamatis, quæ erant in ſancta ſanctorum interius, menſa cum propoſitionis panibus & candelabris, quæ erant in ſanctā exterius velum vero quatuor colorum, quod a ſummo vſque deorſum pendebat, & ſancta ſanctorum tanquam ſecretiorem cameram a ſanctis, ideſt a parte

E alia tabernaculi diuidebat,ita quod ſpacium ſancti ſanctorum in latum & in longum, & in altum decem cubitorum erat altera vero pars viginti cubitos in longitudine,continebat.¶Exponamus iſta primo moraliter, & dicamus,quod iſtud tabernaculum ſignificat animam virtuoſam, vel generaliter quemlibet virum iuſtum ad habitationem Dei, quæ fit per gratiam, virtualiter ordinatam.Apocalypſis 21.Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis,& ipſi populus eius erunt. Debet igit tabernaculum interioris hominis, ſ.mens vel conſcientia eſſe oblonga per patientiæ lõganimitatem,ad orientem, ideſt ad Deum & ad bona æterna,luminoſa & clara,aperta per affectionem & charitatem. Aliunde vero vndiq; clauſum per diſcretam cuſtodiam & ſedulitatem. Quia.ſ.a meridie,i.a parte carnalium amicorum, ab aquilone,i.a parte tpalium bonorũ, ab occidẽte.i.a pte carnaliũ vitiorũ ſe debet claudere p cõtẽptũ, a parte vero orientis, ideſt ad bona ſpiritualia & æterna debet aperiri p deſiderium & affectum. Pſalmiſta. 118. Os meum aperui & attraxi ſpiritum quia mandata tua deſiderabam. Eſaias 26. Intra cubiculum tuum, & claude oſtia tua ſuper te. Coopertum debet etiam eſſe quadruplici operimento,ſcilicet cortinis byſſinis,ideſt caſtitatis candore,pellibus rubricatis,ideſt charitatis ardore,quia ſcilicet charitas operit multitudinem peccatorum.1.Petr.4.Pellibus cœleſtis coloris,ſcilicet pellibus hyacinthinis,ideſt honeſtę conuerſationis ſplẽdoribus. Vnde Hierem. 10. Hyacinthus & purpura indumentum eorum.Sagis de pilis caprarum ſeu cilicinis.i.pœnitentiæ duritia vel rigore. Vnde Iob. 16.Sagum conſui ſuper cutem meam.Saga enim vndecim pœnitentiam, quæ fit tranſgreſſione decem mandatorum ſignificant, eo quod decẽ legis decalogum,vndecim vero tranſgreſſionem ſignãt ipſi? Saga uero aſperam pœnitentiam ſignificant. Tali ergo quadruplici opimento,ſ.caſtitatis,honeſtatis,charitatis & aſperitatis,ſe debet homo tegere,ne uentus elationis, puluis terrenæ affectionis,& pluuia carnalis delectationis poſſit in eũ ſub intrare.Ezechiel. 27. Byſſus uaria de ægypto texta eſt tibi in velũ. Hyacinthus & purpura de inſulis eliſa facta ſunt cooperimentum ſuum.Byſſus.n.ſignificat caſtitatem,purpura ſignificat charitatem,hyacinthus cœleſtem conuerſationem vel honeſtatem.Inſula, quæ mari circundatur,pœnitẽtiæ amaritudinem & aſperitatem. Dico ergo, quod ad conſtitutionem moralis tabernaculi.i. conſcientiæ viri iuſti dñt concurrere multa. Aurum, ideſt ſapientiæ limpitudo,ligna ſethim imputribilia,ideſt patiẽtiæ fortitudo,tabulæ ſurſum erectæ.i.contemplationis altitudo, vectes recti fortes & longi, ideſt iuſtitiæ rectitudo: velum byſſinum interius,ideſt innocentiæ puritas & ſanctitudo, cortinæ ſeu tentoria variata exterius.i.continentiæ munditia & pulchritudo, quæ ſcilicet debet eſſe quatuor colorum.i.inquantum ibi debet apparere quatuor virtutum cardinalium multitudo, & iõ aiæ ſic compoſitæ poteſt dici illud in pſona domini dicentis ſic. Eze.16.Indui te byſſo,calciaui te hyacintho.Indui te ſubtilibus,veſtiui te diſcoloribus, ſimilam & mel & oleum comediſti,& decora facta es vehementer.Item intus in corde ſuo debet eſſe arca cum cherubin.i. Dei angelorum ſpecies memoria & deuotio altare inceſſi.i. feruens apud Deum oratio,cãdelabrum luminis,i.ſcientia & diſcretio, menſa cum panib.i.pietatis elemoſynã & cõpaſſio,ut ſic de Deo & de tali tabernaculo dicatur illud q̃ dr̃ Exo. 4. Cũ intuliſſet arcam in tabernaculum,appetẽdit ante ipſam velum,poſuit & mẽſam & candelabrum,& altare aureũ ſub tecto.¶Vel ſi uis dic quod tabernaculum eſt beata virgo, quæ arcam teſti.i. Chriſtum continuit,& candelabrum cum ſeptem lucernis,i.ſpiritũ ſcti cum ſeptẽ donis habuit,altare deuotionis,mẽſam; compaſſionis &c.ſicut ſupra habetur.Vel dic allegorice,qđ iſtud tabernaculum eſt eccleſia vel religio, quod debet eſſe retro clauſum,ante apertum,de tabulis deauratis factũ pellibus & ſagis opertum. Vide textum in capitulo præcedenti. ¶In huius ergo compoſitione debent concurrere multa genera rerum.i.ſpiritualium perſonarum,ſ.tabulæ planę rectæ & deauratę. Iſti ſunt illi, qui in rectitudine iuſtitiæ & in fulgore ſapientię ſunt ſplendentes.Item velum de byſſo retorta.Iſti ſunt illi, q̃ honeſta cõuerſatione & exemplis ſunt alijs placẽtes.Aliud coopertorium de pellib.rubricatis.Iſti ſunt martyres ſeipſos proprio ſanguine rubricantes. Aliud opertorium de pellibus hyacinthinis,ideſt confeſſores cœleſtia tantummodo appetentes.Aliud de ſagis,ideſt de pilis caprinis.Iſti ſunt illi,qui de fętore ſuorum peccatorum ſunt pœnitentes. Item iſti debent eſſe arca.i. uiri cœleſtis gratiæ contentiui. Cherubin, ideſt viri cœleſtium contemplatiui. Altare incenſi,ideſt uiri orationum emiſſiui. Candelabrum, .i.viri lucẽtes & aliorũ eruditiui.Mẽſa.i.uiri pij & aliorũ nutritiui. Tales igitur res.i. tales perſonæ debent tabernaculũ eccleſiæ conſtituere,& in eo habitare.Pſalmiſta 14. Quis habitabit domino in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?Qui ingreditur ſine macula, & operatur, iuſtitiam. ¶Vel dic, quod tabernaculum eſt paradiſus, vbi ſunt tabulę dolatę.i.martyres,vela & tentoria,ideſt virgines quatuor opertoria, ideſt multimodi confeſſores,ſ. byſſini.i. propriæ carnis mortificatores, rubricati, ideſt charitatiui, hyacinthini,ideſt cæleſtes & cõtemplatiui, de pilis caprarũ ideſt pœnitentię perpeſſiui. Ibi eſt arca,ideſt æterni theſauri infinitas, cherubin,id eſt angelorum ſocietas,altare ideſt deuotionis ſanctitas:candelabrum, ideſt beatæ uiſionis claritas: menſa, ideſt beatæ fruitionis ſatietas;& ligna ſethim imputribilia,ideſt in omnibus indefectibilibus æternitas,& ideo iſtud eſt illud tabernaculum, de quo dicit apoſtolus,q̃ illud eſt peramplius & perfectius tabernaculum non manu factum, ideſt non huius creationis. Tabernaculum fœderis duas habebat particulas,quandam.ſ.ultimam & interiorem a parte occidentis, quæ decem cubitos habebat in longum, & totidem in latum,& totidem in altum, & ſic quadrata eſſe noſcebatur,& iſta ſcta ſanctorum communiter vocabat. In qua.ſ.arca cum cherubin & propitiatorio manna & uirga cum tabulis legis continebantur. Iuxta quam etiam altare incenſi ſtatuebatur, ad quod ſolus ſummus ſacerdos & indutus,& non ſine thure uel ſanguine ingredi uidebatur. Exterior vero & prima pars,quę in duplo lõgior erat,iſta omnibus ſacerdotibus erat peruia, & per uelum intermedium erat a ſanctiſſanctorum diſtincta. Ibique erat cãdelabrũ, cũ ſuis lucernis meridie,menſa uero cum ſuis panib.ab aquilone.¶Per iſtud tabernaculum,pót etiã intelligi ſancta Dei eccleſia,quæ proculdubio duas habet partes, ſ.militantem, q̃ eſt in ingreſſu & oriente,quæ ſancta debet dici & eſſe,triumphantem vero, quæ eſt in egreſſu & occidente.i.poſt mortẽ, quæ ſcilicet ſancta ſanctorum per excellentiam poteſt dici. Iſtæ enim ſunt duæ partes diſtinctæ quarum prima in duplo maior eſt quam ſecũda, pluribuſque licitum erit ingredi eccleſiam militantem quam eccleſiam triumphantem,quia,ſ. boni & mali nunc intrant ſimul, ibi uero ſoli intrabunt boni qui ſacerdotes,i.ſacri duces dici poſſunt, & qui virtutib. erunt ornati,ideſt ſanguine.i.Chriſti paſſionis memoria, & thure,ideſt orationis fragrantia præmuniti, & ideo omnes ſacerdotes ſancta poterant intrare, unus uero ſolus ſine ſocio in ſancta ſanctorum poterat introire,ad denotandum q̃ multi ſunt uocati,pauci uero electi.Matt.20. Iſtas enim duas habitationes velum depictum, ideſt cœlum ſtellatum diuidit illucque nullus penetrat, niſi qui iſtud velum tranſcendit,cõtinet ergo illa interior,ideſt domus paradiſi altare aureum,ideſt diuinitatem, arcam teſtamenti, ideſt humanitatem, & duos cherubin, ideſt angelorum & ſanctorum ſocietatem,propitiatorium,i.peccatorum remiſſionem. Iſtud autem anterius oraculum continet candelabrum fidei cum ſeptem lucernis donorũ ſpũſſancti, menſam ſcripturæ cum duodecim panib.i.cum duodecim apoſtolorum & articulorum fidei doctrinis,cum viſis libaminum.i.cum omnibus eccleſiaſticis ſacramentis.Propitiatorium aũt interius,& non exterius ſeruatur,ad denotãdum,quod peccatorum propitiatio & remiſſio ab eccła triumphante,quæ eſt interius inter velum principialiter deriuatur.Quia ſicut in Pſ.129.dicitur.Apud dominum miſericordia,& copioſa apud eum redemptio. ¶Vel dic,quod tabernaculum eſt bonus diues,qui quantum ad duas partes.i. ad duos ſtatus poteſt conſiderari videlicet quantum ad meridiem proſperitas, vel quantum ad aquilonem aduerſitatis.Iſtud eſt verum, quod iſtud tabernaculum.i. bonus diues debet habere ad meridiem.i. quãdo viget proſperitatis & opulentiæ tempus,candelabrum.i.virtutem prudentiæ,ad aquilonẽ vero, quãdo viget frigus paupertatis communis & cariſtiæ tẽpus debet habere menſam cum panibus,i. virtutem pietatis & clementiæ, vt ſic p prudentiam regatur in proſperis, per clementiam vero ſuſtentet alios in aduerſis, vt ſic de pietate taliũ dicat pauper iſtud Pſalm.22.Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos q̃ tribulant me. ¶Velum inter Sancta Sanctorum & Sancta appenſum,factum eſt de quatuor præciosis coloribus, ſcilicet byſſo retorta, purpura, hyacintho & cocco bis tincto & cõtexto, & ſecundum Ioſephum,cunctis florum & herbarum generibus, nullorumque tamen animalium imaginibus picturatum. ¶Velum iſtud ſignificat virum iuſtum & maxime eccleſiaſticum vel prælatum,qui.ſ.quatuor coloribus, ideſt de quatuor cardinalibus virtutibus,videlicet byſſo temperãtiæ,purpura iuſtitiæ,& cocco bis tincto fortitudinis hyacintho cœleſtis prudentiæ debet eſſe compoſitus & ornatus,inter cęlum & terrã p cęleſtiũ contemplationem ſuſpẽſus,inter ſanctuarium & ſancta.i. inter eccleſiam triũphantem & eccleſiam militantem,vel inter Deum & populum medius, inquantum ſcilicet licet iſte corporaliter ſit in terris,tamen mentaliter eſt in cœlis.Vnde dicitur Sapie.18.Vſque ad cœlos attingebat ſtans in terra.Et Deuteronom.Ego aũt ſequeſter & medius fui & cætera.Acubus ideſt compunctionibus timoris diuini,vel cum mundi tribulationibus debet eſſe picturatus,quia ſicut in Pſalmiſt.33.dicitur. Multæ tribulationes iuſtorum.Byſſus enim ſeu linum,qui de terra naſcitur,& cuius vror,ideſt cruditas per artificium temperatur, ſignificat temperantiã: purpura,quæ decet reges, ſignificat iuſtitiam: coccus coloris ignei, qui fortiſſimum eſt elementum,ſignificat fortitudinem. Hyacinthus vero coloris cœleſtis ſignificat prudentiam, quæ ſcilicet inter alias virtutes magis appropinquat ad cœleſtem & ſpiritualem naturam. Tales ergo colores debent velum tabernaculi, prælatum vel quemlibet iuſtum componere, acus diuini timoris vel mundanæ tribulationis debet eum pungere & depingere & in ipſo flores virtutũ inſerere, animalia vero ideſt beſtialia & carnalia vitia abdicare,contemplatio dẽt eum in altum ſuſpendere, charitas vero & concordia debent eum medium inter Deum & populum collocare,& ſic eccleſiæ poterit dicere illud Ezec.27. vbi dominus loquens eccleſiæ dicit ſic. Byſſus varia de ægypto texta eſt tibi in velum vt poneretur in malo. Hyacinthus & purpura de inſulis,eliſa, facta ſunt operimentum tuum.Velum.n.hyacinthinum & byſſinum in malo nauis ponitur,qſi iuſtus ad prælationem erigitur, vel p contemplationem leuatur. ¶Vel ſi vis, dic q̃ byſſus candida eſt caſtitas,coccum bis tinctum eſt charitas quæ .ſ. debet eſſe bis tincta,inquantũ ad Deũ & ꝓximũ eſt extẽta.Purpura roſacea eſt patientia, quæ more roſę quanto plus teritur,tãto magis fragrat. Hyacinthus cæleſtis coloris eſt cęleſtis cõuerſatio ſeu honeſta apparẽtia,& cętera per omnia ſicut ſupra. Cortine,quæ & tentoria qñque dicuntur,ſunt decem factæ de quatuor dictis coloribus,quæ.ſ.ſimul cum anſulis hyacinthinis & anulis aureis inuicem iunctæ erant,ita quod ſe immediate contingebant.Iſta autem ſaga cilicina vndecim immediate ſuppoſita ſequebantur,a quibus ſimul iunctis tabernaculum iterum tegebatur.Sed quia de modo tegendi varie inter doctores ſcribitur, igitur omitto, hoc ſolum addens quod cortinæ,quę decem ſimul erant,quælibet fuit mẽſuræ decemocto cubitorum in lõgitudine,& quatuor in latitudine. Saga vero,quæ erant vndecim numero,triginta cubitos longitudinis habebant,quatuor vero in latitudine continebant.Iſta duo,ſcilicet cortinæ & ſaga ſignificãt vel ſignificare poſſunt duos ſtatus hominum,qui ſunt in tabernaculo eccleſiæ militantis,videlicet perfectos & imperfectos.Viri autem perfecti ſunt quaſi cortinæ,qui ſcilicet de quatuor coloribus, ideſt quatuor prædictis virtutibus componuntur. Vide ſupra capitulo præcedenti.Qui ſcilicet decem dicunt̃,eo quod decem mandatorum aperta proſequuntur. Dicuntur etiam habere octodecim cubitos longitudinis,qui numerus conſtat ex duodecim & ſex, ad denotandum, quod duodecim articulos fidei debent credere,& ſex miſericordiæ opera facere.Quatuor etiam cubitos habent latitudinis,inquãtum iſti ſolent quatuor euangeliorum conſilia adimplere. Iſti etiam anſulas hyacinthinas ideſt bonas & cœleſtes affectiones habere noſcuntur,quibus,anulis aureis,ideſt deſiderijs charitatiuis mediantibus ſibiinuicem per pacem & concordiam vniuntur,& per perfectam amicitiam coniunguntur.Vnde Iob 41.Vna vni coniungitur, & nec ſpiraculum q̃ dem incedit per eas.Viri autem imperfecti, rudes & incompoſiti deſignantur per ſaga hiſpida atq; groſſa,qui bñ p numerum,qui tranſgreditur decalogum,i.per vndenarium deſignant pro eo qđ iſti mãdata plerunq; trãſgrediunt,triginta tñ habent cubitos longitudinis,pro eo qđ fidem credunt ſimpliciter trinitatis, quatuor vero cubitos ī latitudine habuiſſe dicuntur,pro eo quod quatuor euangeliorum doctrinam ſimpliciter proficeũtur.Iſti ergo erant exterius opertorium,quod plus quam cortinæ ventis & pluuijs erat expoſitum, pro eo quod tales ſimplices agriculturis & laboribus exterius exponuntur.Cortinæ vero,ideſt perfecti viri ſcilicet religioſi & clerici, intus ad contemplationis officium retinentur.Iſta autem ſaga ſimul iuncta dicuntur eſſe pro eo quod tales per charitatis iunctũram debent ſe inuicem colligare. Quia breuiter ſiue ſit cortina ſiue ſagum,ideſt ſiue ſit quis perfectus ſiue imperfectus,vel laicus vel religioſus vel ſæcularis, contemplatiuus vel actiuus, per charitatem debet ſimul iungi, & per pacem & concordiam copulari.Vnde dicitur Luc.11 Pueri mei mecum ſunt in cubili.¶Vel dic, quod quatuor opertoria tabernaculi,ſcilicet cortinæ, ſaga, pelles rubeę,pelles hyacinthinæ,ſignificant quatuor fidelũ ſtatus. Cortinæ enim ſignificant virgines & innocentes. Saga deſignant pœnitentes & hæremitas, pelles rubeę martyres & pro Chriſto ſanguinem fundentes, pelles vero hyacinthinæ confeſſores & doctores & cæleſtia contemplãtes. ¶Præcepit dominus fieri tentorium in introitu tabernaculi a parte oriẽtis, ideſt velum aliud de quatuor prædictis coloribus,ſcilicet purpura,coccó bis tincto hyacintho & byſſo retorta,præcepitque fieri quinque columnas de lignis ſethim,ipſaſque auro veſtiri præcepit, ipſarum capita mandauit fieri aurea,baſes æneas, velumque ante columnas appẽdi & duci præcepit.¶Dic, quod per iſtud tentorium intelligitur lex diuina vel etiam ſacra ſcriptura, quæ ſcilicet ex quatuor conſtat coloribus,eo quod quatuor exponitur intellectibus,quinq; vero columnæ patres veteris teſti,& omnes iudæos deſignant, qui quinque librorum Moyſi doctrinam confitentur,& tenent,qui ſcilicet de lignis ſethim,ideſt fortes & imputribiles fuerunt, & auro tecti dicuntur, ꝓ eo quod per ſapientiam ſplenduerunt. Iſti ergo ſunt,qui in introitu tabernaculi, ideſt in principio eccleſiæ militantis fuerunt tentoria, ideſt legis diuinæ ſuſtentatores, ſed pro certo modo ſunt ipſius improbi defertores,quia ſcilicet iudæi primitus fuerũt boni nunc vero mali & obſtinati ſunt facti & propter hoc bene dicitur, qđ iſtæ columnæ habuerunt capita aurea,ideſt bonum principium & ingreſſum,baſes autem habuerunt æneas, inquantum habent reprobum terminum & egreſſum. Caput enim aureum in baſes æneas terminatur, qñ qui bñ incipit, minus bene finit.Ideo iudæis pót dici illud Apoſtoli.Sic ſtulti eſtis inſenſati.Gal.3,vt cum ſpiritu cæpertis carne conſummamini.¶Vel dic,quod quinque columnæ ſignificant prælatos vel prædicatores,qui ſcilicet quinque ſenſus corporales bene cohibent & regunt quinque libros Moyſi ſpiritualiter intelligunt & exponunt, Chriſti quinq; vulnera deuote meditantur & recolunt. Vnde de Mathathia,qui Chriſtum deſignabat,dicitur,quod ipſe habebat quinque filios. 1. Machab. 2. Iſti etiam columnæ dicuntur,pro eo quod ipſi ad modum columnæ perſtabilitatem firmi,per veritatem pleni, per iuſtitiam recti,per patiẽtiam tribulationum ſcripti,per exempla ſanctorum imaginibus picti eſſe tenentur,vt per eos alij in fide & moribus firmiter ſuſtententur. Pſalm.74. Ego confirmaui columnas eius. Igitur dico, quod ante tabernaculum eccleſiæ debent quinque columnæ,ideſt prælati & prædicatores ſtare,& rẽtorium ſcripturæ legis vel etiam Dei ſuſtinere, ita qđ capita eorum ideſt principia debẽt eſſe aurea,ſcilicet per ſapiẽtiam,baſes vero,ideſt fines debent eſſe ærei,per doctrinam & eloquentiam. In principio enim eſt ſapientia colligenda, tandem vero doctrina & eloquentia eſt habenda. Aurum.n. ſapiẽtiam ſignificat,æs vero quod ſonorum eſt eloquẽtiam ſignificat, ſicut de ſtatua Nabuchodonoſor in Daniel.2 .dicitur,quod caput habuerat aureum,ventrem vero habẽbat æreum. Velum ergo in talibus columnis debet pẽdere,ideſt innocentia & munditia, pro eo ſcilicet, quia prædicator & prælatus tenentur prę alijs mundi, caſti & innocentes eſſe. Vnde Ezechiel. 27. Byſſus varia de ægypto tecta eſt tibi in

E velum.Contrarium tamẽ (proh dolor) potest hodie dici de multis, iuxta illud Matt. 27. Velum templi, ideſt caſtitas, ſciſſum eſt a ſummo vſque deorſum.

CAPITVLVM XXVII TEXTVS. Facies & altare de lignis ſethim Moralitatum Cap. 29.

PRæcepit dominus fieri altare holocauſtorum, ſ. propein greſſum tabernaculi ad orientẽ intm̃ prout dicit Comeſtor, quod ſacrificantes poterant videre ad interiora tabernaculi, ſ. vſque ad velum. Erat enim iſtud altare ad modum vnius arcæ quadratæ factum, & quatuor ligneis parietibus, ſcilicet de lignis ſethim compoſitum laminis æreis circunquaque veſtitum. Erat etiam quinque cubitorum in lõgum, & quinque cubitorum in latum, trium vero cubitorum interius concauum inane & vacuum & nó ſolidum, in quatuor angulis quatuor recuruis cornibus ex ipſo procedentibus inſignitum, & quatuor circulis æreis ex vtraq; parte, quibus vectibus impoſitis portaretur, ornatum. Infra vero erat craticula ferrea, quæ in medio pendebat. A parte vero orientis erat in altari feneſtrula per q̃ ligna imponebant & ignis fiebat: quæ. ſ. ſacrificia, i. carnes impoſitas comburebat. Ignis ẽt ibi iugiter ardebat. Et ſicut dr̃ Leui. 6. Sacerdos ipſum de lignis impoſitis per dies ſingulos nutriebat. ¶Igitur dicamus moraliter, qd̃ altare ſigñat virum iuſtum, vel ẽt cor & mentem ſeu conſciam viri iuſti. Et primo qdẽ illud debet eſſe ante tabernaculũ paradiſi per cõtemplationem & affectionẽ. Debet eſſe de lignis ſethim incremabilibus & imputribilib. per patientiam, p pſeuerãtiam & per durationem. Debet eſſe factus ad modũ arcæ per charitatem, capacitatem & contentionem, quia. ſ. charitas continet infra ſe Deum & proximum. Debet eſſe concauum per profundam humilitatẽ & ſubiectionẽ. Debet eſſe vacuum p ſpũalẽ pauptatẽ & terreno rũ abdicationẽ. Debet eſſe non ſolidũ p ſ̃ctitatis p̃ſumptionem, ſed potius inane per timorem & per ſuiipſius iudiciũ, ſ. quantum ad propriã reputationem. Debet eſſe laminis ẽreis
F veſtitum per ſonoram aliorum repr̃henſionem, ad bonorũ vocationẽ & p̃dicationem. Io. 1. Ad iſtud. n. ſonare pertinet alios ad iuſtitiã prædicãdo trahere & uocare, exẽplo philip pi, qui uocauit nathanaelẽ, & Marthæ, quæ uocauit Mariam. Io. 11. Vñ illud Hier. 48. Cor meum ad Moab quaſi fiſtulą æris ſonabit. Iſtud altare quatuor debet hẽre cornua. i. quatuor virtutũ cardinaliũ laudẽ & gl̃am, quæ. ſ. ex eo debent eſſe p̃cedentia, inq̃tũ cornua ſuæ uirtutis & gloriæ in ſunt ei propter propriam iuſtitiam, nõ pp hypocriſim aut fallaciã. Recurua debent eſſe. i. in ſe reflexa per ſui reductionẽ ad ꝓpriã conſciam. i. p ois elationis repreſſionẽ & tpantiã. Quatuor debet habere anulos. i. quatuor euãgeliorũ doctrinã & ſciẽtiam, & ſic quadratum debet eſſe per ſtabilitatẽ & conſtantiam, quia re uera cornua iuſtorũ. i. gloria & honor eorũ, de quib. in Pſ. 74. dr̃. Exalcabuntur cornua iuſti, debent ab ipſo & a propria uirtute & iuſtitia procedere, & nunquã ad mundi laudẽ ſe extẽdere, ſed in ſe ipſam ad conſciam reflectere, & in ſeipſo quieſcere, & abſcõdendo ſuã iuſtitiã ſe curuare, decor. n. tabernaculi erat ſub ſagis, & oĩs gr̃a filiꝫ regis ab intus. Vñ dicit Pſ. 217. Conſtituite diem ſolennem in condenſis, uſq; ad cornu altaris. Vnde illud Aug. in ſermo. Tũc unuſ quiſque tantum in ſeipſo habebit gloriam, & nõ in altero. Item iſtud altare debet habere craticulam ferream ad modum retis, i. dolorem contritionis, quæ tamen debet ſuſpendi catenulis ſpei, ueniæ & remiſſionis. Dẽt habere feneſtrã ab oriente. i. aperturam fidei & diſcretionis, vt. ſ. ibi recipiantur ligna bonæ doctrinæ & exẽplaris alienę conuerſationis, & vt ſic ibi raccendat̃ ignis diuinæ charitatis & dilectionis, & ut ſic ibi cremen̄t & caſtigẽtur carnes cuiuſcũq; carnalis delectationis, homoq; in altari proprij cordis de ſeipſo faciat holocauſtum ſpiritualis oblationis, de quo in Pſal. 50. dr̃. Sacrificium Deo, ſpũs contribulatus. Craticula. n. ſupra q̃ carnes aſſantur, doloꝛ contritionis deſignat, q̃ ad modum retis oculata dicit̃, eo ꝙ purgata quaſi ſpũales feras inuoluit, & diſtricte uenatur & ligat. Hanc catenæ ſpei & diuinæ miſericordię ſuſtinent, ne per deſperationem cadat, exemplo Laurentij qui dicebat. In craticula te Deum non negaui. Item neceſſe eſt, quod iſtud altare cordis habeat debitas dimenſiones interiores. Vel etiam duplicem clericorum ſtatum. ſ. clericos C ſæculares, & clericos regulares. ¶Vel dic; quod iſta ſunt duo mandata charitatis, vel etiam duo teſtamenta quorum ſcilicet vnum eſt altero præſtantius & vnum ſe habet, ad ꝓximũ ſicut exterius, aliud ad Deum ſicut interius. De teſtamento etiam uetus ſe habet ſicut exterius & præcedens, quantum ad ſenſum litteralem. Nouum vero ſicut interius & dignius & ſuccedens, quantum ad intelligentiã ſpiritualem. Iſta ſũt etiam duo Cherubin &c. Et breuiter ſicut dicitur Mat. 22. In his duobus pendet tota lex & prophetæ. ¶Præcepit dñs fieri atrium iuxta tabernaculum ad meridiem centum cubitorum in longitudine. 40. cubitorum in latitudinẽ compoſitũ. ſ. de tentoriis & columnis. Erat aũt tentoria p circumitũ de byſſo retorta, quæ. ſ. per circuitũ ſuper colũnas ſtabãt, & a ſummo quinque cubitis dependebant. In circũitu vero ab vtroq; latere cẽtũ cubitis, & ab vtroque capite quinquagin ta circumibant. Ab utroq; latere viginti colũnæ laminis ar gẽteis coopertę capitibus argẽteis cũ celaturis variis ador natæ, baſibus autem æreis ſuſtentatæ, & in altum quinq; cubitis menſuratæ. In latum vero decem columnæ ſtatueban tur, quatuor in introitu orientali cęteris præeminebant, in quibus quoddam uelum de prædictis quatuor coloribus ponebatur. ¶Dic ſi uis, quod atrium iuxta tabernaculum ſignificat religionẽ iuxta eccleſię ſanctæ ſedem. Columnæ eius ſignificant prælatos. Cortinæ vero ſeu tentoria, ſignificant ſubditos. Debẽt ergo iſtæ cortinę eſſe de byſſo retorta, propter candorem & nitorẽ duplicis caſtitatis. Debent circundare atrium religionis per officium bonę ſedulitatis. Debẽt dependere a columnis. i. a prælato per ſubiectionem oĩs humilitatis. Dñt hr̃e quinque cubitos in altum p quinq; ſenſuũ cuſtodiã. Dñt hr̃e centum cubitos in longũ. i. perfectã perſeuerantiã. Dñt hr̃e qnquaginta cubitos in altũ. i. in iubilei ſeu ęternæ qetis ſpẽ & letitiã. Ante vero inter eos debet eſſe velũ depictũ. i. pictura totius honeſtatis, q̃ quatuor colorum. i. quatuor virtutũ cardinaliũ habet pulchritudinẽ & decẽtiã quod de iſtis religioſis poſſit dici illud ſupra c. p̃cedenti vbi dr̃. Facies cortinas de byſſo retorta, hyacintho & purpura, D coccoq; bis tincto variatas. Colũnę aũt iſtę. ſ. prælati, vel pfectiores & firmiores religioſi debent eſſe veſtiti lamina argentea per purę intentionis nitorẽ, baſi vero ęrea per conſtãtis firmitatis vigorem, quinq; cubitorũ altitudinis p quinque ſenſuum cuſtodiam & tenorem, celaturas etiam uirtutum debent habere per bonorum exemplorum oſtenſionẽ & ſplendorem. Inter ipſos etiam prælatos debent eſſe quatuor altiores. i. aliqui alijs eminentiores & perfectiores. In quibus. ſ. uelum uariatum diuerſarum virtutum. i. regula lex vel diſcipliną obſeruantia debet principaliter pendere p omnimodam iuſtitiam & rigorem, ut ſic cuilibet tali colũnæ, ideſt cuilibet prælato vel eccleſiaſtico ſolido vel firmo dicatur illud Hiere. 1. Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnẽ terrã, & prælijabuntur aduerſus te, & pualere nõ poterunt. In tabernaculo erant columnæ in tribus locis. i. quatuor interius in ſanctuario, quæ ſuſtinebant velum. Itẽ quinque exterius in tabernaculi oſtio, quæ ſuſtinebant tentorium. Item ſexaginta fores in atrio, quę ſuſtinebant cortinarum biſſynarum ambitum. Iſtud tamen aduerte, quod primæ quatuor columnæ ſanctuarij, quæ erant quatuor, erant deauratę cũ capitibus aureis, & baſes habebant argenteas. Secundæ quæ erant columnę tabernaculi, quæ erant quinq;, erãt deauratę cum capitibus aureis, & baſes habebãt ęreas. Tertię columnę atrij erant ęreę indutę cum capitibus ęreis, & baſes habebant ęreas. Vbi aduertendum, quod columnę quanto erant in loco digniori & ſecretiori, tanto erant numero pauciores, ſed tanto erant numero precioſiores, qd̃ patet, quia primę columnę ſanctuarij non fuerũt plus quã quatuor, tabernaculi quinque atrij ſexaginta. Primę etiam baſes habebant argenteas. Secundę æreas. Tertiæ totæ æreæ vel æreæ fuerunt igitur dicamus, quod columnæ ſignificant viros iuſtos. Vnde Apoc. 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Sed pro certo ſm̃ quod ſunt tres locorum diſtinctiones, ſm̃ hoc ſunt iſtarũ columnarũ. ſ. iuſtorum diuerſę conditiones, & ideo cũ tria ſint p̃cipuè iuſtorũ loca, ſ. ſanctuarium, paradiſus, tabernaculũ exterius. i. religio, atrij. i. eccleſia ſecularis, conſtat ꝙ pauciores ſunt

A latũ, in quo, vel per quem carnes aliorum cremantur, & pęnis & afflictionibus affliguntur. Iſti ergo habent multos ſubſeruientes ſibi, & primo quidem forcipes, ideſt paruos balliuos, qui non conantur niſi ignem rapinarum, ideſt exactionũ & accuſationum ſuccendere. Alij uero ſunt ignium receptacula, ideſt iudices vel maiores, qui accuſationes acceptas ſolent audire & recipere, & ad maiores referre. Alij vero ſunt ſicut fuſcinulæ. i. mali determinatores, qui carnẽ ideſt ſubditorum ſubſtantias habent extrahere & rapere. Alii ſunt ſicut lebetes, ſcilicet notarii vel conſiliarii; qui cineres habent ſeruare, ideſt memoriam accuſationum habẽt in regiſtrare, vt non obſtante punitione iam facta, poſſunt alios ſi neceſſe ſit, ipſos pp hoc iterum impugnare. Finaliter autem ueniunt alii, qui ſunt ſicut vectes, qui portãt eos, ideſt adulatores, & mali confeſſores, qui. ſ. iſtos non ſolent corrigere, ſed potius ſupportare, & mala facta eorum uel diſſimulare uel commendare, & ſic ſolent eos ſuauiter trãſducere ad infernum & reportare. Vnde Zac. 5. Quo iſte deferũt amphoram? Et dixit ad me, vt ædificetur ei locus i terra ſennaar. Et ſic igitur iſtud altare diaboli multis malis inſtrumentis inſtruitur, & a multis ac malis familiaribus frequentatur. Iſtud eſt ergo altare cornutum per ſuperbiã, ina ne per unam gloriam, vacuum per uirtutum carentiam, ęreum & ſonorum per iactantiam & per impatientiam, igne repletum per auaritiam, carnibus comburendis apratum p carnalem luxuriam &c. Vide textum c. precedenti. Ideo de templo & altaribus, i. de moderna eccleſia & multis malis principibus poteſt dici illud Mac. 6. Templum luxuria plenum erat & conteſtationibus, & altare illicitis, quæ lege ꝓhibebantur plenum erat. Vel dic, quod altare ſignificat eccleſiam, quæ debet habere quatuor angulos, quatuor cornua &c. Pone omnia, quæ ſunt ſupra capitulo præcedẽti. Et circa ſe debet habere inſtrumenta, ideſt multarum perſonarum genera, ſ. forcipes, i. prædicatores, qui ignem charitatis habent facere in aliis ardere & lucere, quæ habent duo brachia, ideſt ſcientiam utriuſque teſtamenti cum uno clauo, ideſt conſonantiam vtriuſque. Ignium receptacula ſunt illi, qui ignem tribulationis Chriſti & martyrum, ignemq; infernalium tormentorum recolunt. Lebetes ſunt illi, qui cineres propriæ mortis accendunt. Fuſcinulæ ſunt boni iu-
B dices, qui carnes. i. carnales pungunt & extrahunt de caldario peccati. Vectes vero, qui omnia ſupportant, ſunt prælati, qui altare eccleſiæ ſuſtinent atque portant. Omnes autẽ iſti debent eſſe ærei, i. firmi & ſolidi in quantum in bono ſp perſeuerare debent. Vnde Iob 27. Nunquid cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimo quaſi ære fundati ſunt. Talia ergo inſtrumenta, ideſt tales perſonæ, debent altare domini, i. eccleſiam frequentare, dicentes illud Pſ. 42. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lętificat iuuentutem meam. ¶Cũ dominus duo altaria fieri mandaſſet, ſ. altare holocauſti & thymiamatis, primum exterius, ubi carnes immolabant̃ & cremabãtur. Secũdum. ſ. infra tabernaculum, vbi incẽſum thymiamata adolebantur, ſic tamen fiebãt & de altari exteriori portabatur ignis ad interius, vt ibidem adoleretur incenſum. ¶Sic vero cũ dominus ordinauerit duo altaria. i. duplicem eccleſiam, militantem, vbi carnes noſtras habemus p piam comburere & affligere, & interiorem, quę eſt in tabernaculo paradiſi. i. eccleſiã triumphãtem, vbi thus oratio nis & thymiama odore deuotionis domino offerunt. Iſtud tamen verum eſt, quod ignis charitatis & dilectionis de exteriori transfertur ad interiorem, & de altari holocauſtorũ ad altare thymiamatum & odoroſorum: quia. ſ. charitas ſm̃ Apoſtolum. 1. Cor. 13. nunquam excidit, immo illa eadem, q̃ hic in cordibus fidelium incipitur, ibi durat & pficit, & q̃ in eccleſia militante naſcitur, in triumphante completur. Et nota ſi vis, quod multa fuerunt, quæ iſtam duplicẽ eccleſiam ſignificabant, ſ. Primo deſertum & terra promiſſionis. Secũdo tabernaculum in deſerto laboris, & templum tandẽ factum in loco pacis & quietis. Tertio ipſum tabernaculũ ſignificat vtranque, videlicet quãtum ad duas ſuas partes, ſcilicet ſancta & ſancta ſanctorum. Quarto duo altaria, ſicut hic. Quinto atrium exterius, & tabernaculũ interius, ſicut hic patebit, & multa alia valde &c. ¶Vel dic, quod talis dua litas ſignificat duplicem ſtatum eccleſiæ militantis, ſcilicet ſtatum laicorum, qui eſt exterius, & ſtatum clericorũ, q̃ eſt interius. Vel etiam duplicem clericorum ſtatum. ſ. clericos C ſæculares, & clericos regulares. ¶Vel dic; quod iſta ſunt duo mandata charitatis, vel etiam duo teſtamenta quorum ſcilicet vnum eſt altero præſtantius & vnum ſe habet, ad ꝓximũ ſicut exterius, aliud ad Deum ſicut interius. De teſtamento etiam uetus ſe habet ſicut exterius & præcedens, quantum ad ſenſum litteralem. Nouum vero ſicut interius & dignius & ſuccedens, quantum ad intelligentiã ſpiritualem. Iſta ſũt etiam duo Cherubin &c. Et breuiter ſicut dicitur Mat. 22. In his duobus pendet tota lex & prophetæ. ¶Præcepit dñs fieri atrium iuxta tabernaculum ad meridiem centum cubitorum in longitudine. 40. cubitorum in latitudinẽ compoſitũ. ſ. de tentoriis & columnis. Erat aũt tentoria p circumitũ de byſſo retorta, quæ. ſ. per circuitũ ſuper colũnas ſtabãt, & a ſummo quinque cubitis dependebant. In circũitu vero ab vtroq; latere cẽtũ cubitis, & ab vtroque capite quinquagin ta circumibant. Ab utroq; latere viginti colũnæ laminis argẽteis coopertę capitibus argẽteis cũ celaturis variis ador natæ, baſibus autem æreis ſuſtentatæ, & in altum quinq; cubitis menſuratæ. In latum vero decem columnæ ſtatueban tur, quatuor in introitu orientali cęteris præeminebant, in quibus quoddam uelum de prædictis quatuor coloribus ponebatur. ¶Dic ſi uis, quod atrium iuxta tabernaculum ſignificat religionẽ iuxta eccleſię ſanctæ ſedem. Columnæ eius ſignificant prælatos. Cortinæ vero ſeu tentoria, ſignificant ſubditos. Debẽt ergo iſtæ cortinę eſſe de byſſo retorta, propter candorem & nitorẽ duplicis caſtitatis. Debent circundare atrium religionis per officium bonę ſedulitatis. Debẽt dependere a columnis. i. a prælato per ſubiectionem oĩs humilitatis. Dñt hr̃e quinque cubitos in altum p quinq; ſenſuũ cuſtodiã. Dñt hr̃e centum cubitos in longũ. i. perfectã perſeuerantiã. Dñt hr̃e qnquaginta cubitos in altũ. i. in iubilei ſeu ęternæ qetis ſpẽ & letitiã. Ante vero inter eos debet eſſe velũ depictũ. i. pictura totius honeſtatis, q̃ quatuor colorum. i. quatuor virtutũ cardinaliũ habet pulchritudinẽ & decẽtiã quod de iſtis religioſis poſſit dici illud ſupra c. p̃cedenti vbi dr̃. Facies cortinas de byſſo retorta, hyacintho & purpura, D coccoq; bis tincto variatas. Colũnę aũt iſtę. ſ. prælati, vel pfectiores & firmiores religioſi debent eſſe veſtiti lamina argentea per purę intentionis nitorẽ, baſi vero ęrea per conſtãtis firmitatis vigorem, quinq; cubitorũ altitudinis p quinque ſenſuum cuſtodiam & tenorem, celaturas etiam uirtutum debent habere per bonorum exemplorum oſtenſionẽ & ſplendorem. Inter ipſos etiam prælatos debent eſſe quatuor altiores. i. aliqui alijs eminentiores & perfectiores. In quibus. ſ. uelum uariatum diuerſarum virtutum. i. regula lex vel diſcipliną obſeruantia debet principaliter pendere p omnimodam iuſtitiam & rigorem, ut ſic cuilibet tali colũnæ, ideſt cuilibet prælato vel eccleſiaſtico ſolido vel firmo dicatur illud Hiere. 1. Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnẽ terrã, & prælijabuntur aduerſus te, & pualere nõ poterunt. In tabernaculo erant columnæ in tribus locis. i. quatuor interius in ſanctuario, quæ ſuſtinebant velum. Itẽ quinque exterius in tabernaculi oſtio, quæ ſuſtinebant tentorium. Item ſexaginta fores in atrio, quę ſuſtinebant cortinarum biſſynarum ambitum. Iſtud tamen aduerte, quod primæ quatuor columnæ ſanctuarij, quæ erant quatuor, erant deauratę cũ capitibus aureis, & baſes habebant argenteas. Secundæ quæ erant columnę tabernaculi, quæ erant quinq;, erãt deauratę cum capitibus aureis, & baſes habebãt ęreas. Tertię columnę atrij erant ęreę indutę cum capitibus ęreis, & baſes habebant ęreas. Vbi aduertendum, quod columnę quanto erant in loco digniori & ſecretiori, tanto erant numero pauciores, ſed tanto erant numero precioſiores, qd̃ patet, quia primę columnę ſanctuarij non fuerũt plus quã quatuor, tabernaculi quinque atrij ſexaginta. Primę etiam baſes habebant argenteas. Secundę æreas. Tertiæ totæ æreæ vel æreæ fuerunt igitur dicamus, quod columnæ ſignificant viros iuſtos. Vnde Apoc. 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Sed pro certo ſm̃ quod ſunt tres locorum diſtinctiones, ſm̃ hoc ſunt iſtarũ columnarũ. ſ. iuſtorum diuerſę conditiones, & ideo cũ tria ſint p̃cipuè iuſtorũ loca, ſ. ſanctuarium, paradiſus, tabernaculũ exterius. i. religio, atrij. i. eccleſia ſecularis, conſtat ꝙ pauciores ſunt

E in primo quam in secundo & tertio,& in scd'o qua ĩ tertio,
quia.s.in sanctuario paradisi nõ sunt nisi quatuor. i. nisi illi
qui quatuor euangeliorum doctrinam tenuerũt,q̃ quatuor
uirtutes cardinales habuerunt,& qui quatuor dotes corpo
ris meruerũt. In tabernaculo perfectionis seu perfectæ re-
ligionis sunt plures,s.quinque.s.omnes illi,qui quinque sen
sus debite cohibere nouerunt,uel qui quinque libros moysi
spiritualiter impleuerunt. Vel qui Christi quinque vulnera
in memoria tenuerunt.In atrio autem ecclesiæ sunt sexagin
ta.i.generaliter omnes illi,qui sexies decem habent.i. q̃ sex
pietatis opera habent.Vel qui sex diebus bonos labores su-
stinent,ẽt qui denarium decalogi bene uiuendo complent.
Istud igitur est verum, quod primi sunt preciosiores secun
dis & tertiis,& secundi tertiis,licet plures sint tertii quã se-
cundi,& secundi etiam quam primi,quia.s.plures continet
ecclesia q̃ continet patria,& plures habet seculariũ cõditio
ẽt quã perfectionis religio.Esa.54.Multi filii deserte magis
quam eius quæ habet uirum.Et alibi.Mat. 20. Multi sunt uo-
cati,pauci uero electi.Ca.26.& 27. ¶Sicut patet hic & in ca
pitulo præcedenti, fuerunt tria vela de quatuor coloribus
preciosi facta,s.bysso retorta,tocco bis tincto, purpura &
hyacintho:scilicet vnum, quod pendebat ante arcam san-
ctuarii.Secundum,quod pendebat retro mensam & cande-
labrum,scilicet ad tabernaculi introitum. Tertium pende-
bat super quatuor alas columnas ad atrii exterioris ingres-
sum.¶Sic vero,cum ecclesia militans habeat tres partes,sci
licet sanctuarium,tabernaculum,& atrium.i.religionem, q̃
debet esse sanctuarium sanctitatis cum arca clausæ humilita
tis & altari diuini cultus,orationis & bonitatis.Item eccle
siam,quæ debet esse tabernaculum, quæ debet continere
mensam pietatis & candelabrum doctrinæ & veritatis.Itẽ
secularium statum,qui debet esse atrium exterius, qui.s.dẽt
habere columnam,i.fidei firmitatem, & tentoria byssina, i.
conscientiæ & munditiæ puritatem:Illud tamen est verum,
quod in vtroque statu,gradu & loco inueniuntur vela picta
& coloribus preciosis cõscripta,idest uiri perfecti,quatuor
cardinalibus uirtutibus adornati,quia scilicet & apud reli-
giosos & apud clericos,& apud laicos possunt uela quadri-
F coloria reperiri,& uiri uirtuosi honesti quotidie intueri, si-
cut patet,quia de quolibet statu fuerunt martyres & etiam
confessores,sicut dicit Apostolus Rom. 3. Nunquid iudæo-
rum tantum est Deus?Nonne & gentilium?immo etiam gen
tilium, quasi diceret,non potest vnus status contra aliũ præ
sumere,quia ubique potens est Deus suam gratiam influere
& sua vela quadricoloria seminare. ¶Vel dic q̃d ista tria si-
gnificant tres saluandorum status,scilicet continentes præ
latos & coniugatos vel religiosos,doctores & laicos & cæ-
te. sicut supra.¶Vel dic,ꝙ ista tria,scilicet tabernaculũ, san
cta & sancta sanctorum,significant tres saluandorum status,
scilicet statum pœnitentiæ, statum iustitiæ, & statum glo-
riæ, exemplo ciuitatis Hierusalem, quę primo fuit dicta,
Hieru,idest conculcatio quo ad ecclesiæ pœnitentes, tãdẽ
salem,idest pax ecclesiæ quo ad iustos:tandem Hierusalem
idest uisio pacis ecclesię quo ad beatos.Et sic quo ad ista tria
sumunt,aliqui illud Esa.30.Si reuertamini & quiescatis,sal-
ui eritis.Reuerti enim significat pœnitentiam quiescere iu-
stitiam,in qua scilicet homo quiescit a uitiis in conscientię
tranquillitate,saluatio autem significat gloriam salui(inq̃t)
eritis.Et si vis,dilata sicut supra eodem modo.Vel dic,quod
ista vela,quæ in egressu super columnas stabant,significant
prælatos,qui custodiunt ecclesiarum ingressum, inquantũ
scire debent,qui ingreditur,vel qui exit.Isti ergo siue in reli
gione siue in mundo siue ecclesia debent esse virtutibus car
dinalibus decorati.¶Nota,quod tabernaculum nullum ha-
bebat ostium,immo ab oriente erat apertum vbi pendebat
unum coloratum velum.¶Sic uero ecclesia, quæ non clau-
dit gremium pœnitenti,semper se debet & intrantibus &
redeuntibus & indigentibus aperire, & nulli beneficium
vel misericordiã denegare.Vel dic,ꝙ iustus debet esse aper-
tus sacerdoti per cõfessionem, & pauper per eleemosynã,
hospitalitatem & confessionem,oĩbus dans ꝑ nullam ficti-
tiam inuolutionem, dicens illud Iob 31. Foris non mansit
peregrinus,uiatori ostium meũ manifeste patuit.¶Hic dici-
tur,quod in atrio quantus erat paries aquilonaris, tantus
erat australis,in quo notatur,quod in ecclesia debet esse nul
la personarum acceptio,& quod tantum debet reputari,& ŝ
ita bene promoueri pauper vt diues,rusticus vt nobilis &c.
Item sicut omnes columnæ atrij eiusdem erant fabricę vel
schematis etiam omnes tabulæ vel cortinæ, quia scilicet
omnia,quę erant in tabernaculo,inter se erant similia & cõ
formia ĩ genere suo.Sic vere in tabernaculo ecclesiæ illi, q̃
sunt eiusdem professionis & gradus, debent esse eiusdem
conformatis & status, vt.s.in moribus & habitibus inter se
conueniant,& omnia in unum concurrant.Vnde in capitu
lo præcedenti dicitur,quod una mensura erat sagorum om
nium.Et Apoc. 21.dicitur quod latera ciuitatis erant ęqua-
lia,quod tamen est hodie contra multos,qui.s.tam in eccle
sia quam in religione alijs non curant esse in bono similes,
sed magis & in moribus & in gestib. sunt ipsis dissimiles, &
difformes & potissime bonis personis, quæ eos in suis stati-
bus præcesserunt.Contra quos dicitur.Dan.7.Bestia,quã ui-
di,dissimilis erat bestijs,quas ante videram. ¶Paxilli & oĩa
vasa altaris erãt ærea,dr̃ hic.In quo & oẽs paxilli, qui taber
naculum ecclesiæ mediantibus charitatis funibus per stabi
litatem firmãt,i.prælati,vasaq; alia.i.religiosi vel clerici de-
bent esse ærei.i.per confessionem,prędicationem,& gratia
rum actionem sonori &c.¶Et nota quod paxilli in taberna
culo erant necessarii ad suspendendum & dilatandum seu
extendendũ,ad stabiliendũ seu figendum.Sic vero ꝑdicato
res vel ꝑlati dñt alios per contemplationẽ & spem cęlestiũ
sursum suspendere dicentes illud Apostoli Col.3. Quæ sur-
sum sunt q̃rite,ecclesiam augere & extendere,& etiam per
charitatem dilatare & diffundere,dicentes illud Esa.54.Di-
lata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum
extende.Debent etiam & ecclesiam & personam figere, &
in fide & in moribus confirmare,& statum eorum spirituali
ter & temporaliter solidare,dicentes illud.Longos fac funi
culos tuos,& clauos tuos consolida.Et de tali paxillo dici-
tur illud.Esa.22.Figatur paxillus ĩ loco fideli, quasi diceret,
talis paxillus debet esse in fide & in fidelitate fixus, vt alios
melius figat & firmet. ¶Per dominum dictum est moysi sic.
Pręcipe filijs Israel vt afferant mihi oleum oliuarum puris
simum,piloque cõtonsum,& ardeat lucerna in tabernacu H
lo meo iugiter extra uelum,& collocabunt eum Aaron &
filij eius per dies singulos vsq; mane. In vespere autem ac-
cendebatur lucerna in tabernaculo, & per totam noctem
ardebat & tabernaculum illustrabat. In mane uero adue
niente lumine extinguebatur.¶Per oleum in sacra scriptu
ra intelligitur eleemosyna,vel quodlibet opus pietatis, q̃a
sicut oleum alijs liquoribus supernatat, lapsos confortat,
esurientes cibat,lumini pabulum pręstat, tumores, sedat,
pugnatores inũgit, & ex rama radice oliuę surgit, Sic elee
mosyna alijs bonis operib.supernatat,& pręualet, lapsos
& esurientes reficit & refouet, lumen boni exempli alijs
pręebet:tumorem alienæ superbię contra se sedat,& ad pu
gnandum contra diabolum summe iuuat:dum tamen ex ra
dice amara, idest ex cordis dolore & compassione proce
dat,vt sic homo prius mentem super pauperem effundat,
quàm manum ad subueniendum extendat. Dico igitur q̃d
moyses,idest pręlatus uel prędicator debet pręcipere filijs
Israel,idest Christi fidelibus, quod ipsi offerant oleum do
mino,idest opera pietatis, & quòd inde fiat lucerna bono-
rum exemplorum in tabernaculo ecclesię militantis, quã
scilicet Aaron & subditi eius,idest ecclesiastici uiri debent
pręcipuè ascendere, & per eleemosynarum subuẽtionem,
quam faciant,debent totum tabernaculum ecclesiæ, lumi
ne bonorum exemplorum decorare & aliorum oculos illu
strare, quia scilicet tempore nocturno, idest in tempore
tribulationis & paupertatis debet pręcipuè fieri, quia sci
licet quando dies prosperitatis vel fertilitatis euenit,tunc
potest ista lucerna intercipi & sęcludi, quousque iterum
noctem, idest tempus necessitatis contigerit subinferri,
quia scilicet iusti debent in nocte idest in necessitatis tem-
pore eleemosynas facere, de die vero,idest quãdo non est
necesse, possunt sine periculo abstinere. Vnde Prouer
biorum 31. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Vel
dic, quod lucerna eius significat fidem, quę uero sole
oriente extinguitur, quia fides euacuabitur lumine pa
tescente, & a splendore veritatis, quę erit in gloria
absorbebitur. In nocte enim huius uitę necessaria est

A lucerna fidei.Tunc.n.cum æterna dies effulserit,non erit ne
cesse credere,sed cuncta clara luce poterimus cognoscere
& uidere.Esa.60.Non erit tibi sol amplius ad lucendum,nec
splendor ignis illuminabit te,sed erit tibi dominus in lucẽ
sempiternam &c.Non occidet ultra sol tuus,& luna tua nõ
minuetur.¶Hic inuenit notatum, quod mons olіueti anti-
quitus mons trium luminum uocabatur,pro eo quod ibi na
scebant oleum,quo luminaria nutriuntur, & pro eo quod
ibi refulgent luminaria templi,& pro eo q̃d ille mons rõne
altitudinis a sole plus cęteris illuminabat.Sic uere tria lumi
na sunt aĩæ necessaria,s.lux sciæ,quæ per oleum: lux grãæ,q̃
lumen templi:lux gloriæ,quæ per lumen loci notantur.

CAPITVLVM XXVIII TEXTVS.

Pręceptum est Moysi,quod applicaret ad se Aaron.
Moralitatum Cap. 20.

PRæceptum est moysi,quod applicaret ad se Aaron & fi-
lios eius de medio filiorũ Israel ut sacerdotio fungeren-
tur.In lib.Num.6.præcipitur,vt leuitæ de medio aliorum se
parentur & oblati dño consecrẽtur.¶Sic aliqui sacerdotio
habent fungi,& in statu religionis uel ecclesiæ dño conse-
crari,& sibi specialiter dedicari,sicut est Aaron & filii eius,
& etiam omnes leuitæ.Hoc est dictum,quod episcopi & cle
rici & quicunq; religiosi & ecclesiastici,debent ante omnia
separari de medio aliorum,per sanctæ vitæ singularitatem,
& per præstantiorem sanctitatem & bonitatem & etiam ad
litteram per status & morum & ẽt per habitus & gestus, &
societatis difformitatem,quia.s.isti debent aliis meliores es
se,& sic se debent à cõi via & uita aliorum separare. Vnde
petro dictũ est.Io.1.Diligis me plus his.Matt.5. Apostolis ẽt
dictum est.Nisi abundauerit iustitia uestra plus quã scribarũ
& phariseorum,non intrabitis in regnũ cœlorum. Munera
aũt,q̃ misit Iacob, leguntur fuisse de optimis frugib. terrę.
Can.6 Lectulũ ẽt Salomonis ambisse leguntur fortissimi de
fortib.Sic & isti sicut separantur de secularibus in status ꝓ-
fessione,ita ẽt separantur in morum ꝑfectione. Vñ dr̃ Næe.
16.Separamini de medio multitudinis,Isti debent ad Moysem
.i.ad ad ꝑlatum superiorem applicari per examinationem,
B vt.s.cognoscat istorũ sciam,vitã & discretionẽ, & si digni
sunt ascendere ad hmõi ꝑlationem,q̃a.s. illi si essent lusci,
mutilati,& male formati,a sacerdotio repellebantur,& iõ
applicabant & examinabant. Sic viri ecclesiastici si sunt in
moribus male formati,a ministerio beneficiorum & officio
rũ ecclesiasticorum debent repelli & iõ necesse est eos ad
superiores applicari,& diligenter examinari.Exo.29.Vnde
Aaron & filios eius applica ad tabernaculi ostiũ.Hic.n.agi
tur de vestibus sacerdotum.¶Veruntamen sicut dicit Come
stor,& sicut elicitur ab hoc loco,minores sacerdotes & ma
iores,quædam habebant communia,& quædã differẽtia ve
stimenta.Vnde ait generaliter ꝙ omnes sacerdotes quatuor
vestimentis utebant.Quicunq;. n. sacerdos primo & añ oĩa
aqua manus lauabat,deinde femoralia linea induebat, q̃b.
immissis pedib.& strictis circa renes pudibũda celabat,ꝙ q̃-
dẽ indumentum solũ vsque ad genua descendebat.Tandem
vero induebatur tunica linea lõga vsq; ad talos ꝓtensa, &
corpore & brachijs adaptata.Postea vero habebat baltheũ
seu cingulũ quatuor digitis latum floribus purpureis,cocci
neis & hyacinthinis intextum,quo.s.sacerdos cingebat, &
quo tunica linea,ne deflueret,stringebatur. Quartum uero
indumentum erat tiara,quæ quasi medietatem capitis ope-
riens,vittis erat vndique circunstricta, & quodam byssino
velamine vsq; ad barbam desuper cooperta.Istis ergo qua-
tuor ornamentis sacerdotes minores induebantur,& q̃n mi
nistrabãt in tabernaculo parabantur. ¶Re vera isti possunt
cõitatem sacerdotũ nostrorũ & gñaliter oĩum ecclesiastico
rum sigificare,quia pro certo isti debent & ante omnia fęmi
nalia linea q̃bus genitalia tegebantnr.i.uirtutem purissimę
castitatis hr̃e,quæ.s.& renes & genua & oẽs actus uenereos
dẽt tegere & stringere,& ne turpitudo alicuius in honesta-
tis appareat,ante omnia debet castitas operire.Itẽ isti dẽnt
hr̃e tunicam lineam longã exterioris honestatis,q̃ vsque ad
pedes.i.vsq; ad finẽ vitę attingat per perseuerantiam con-
tinentiæ & longanimitatis vt sic de ista duplici veste linea,
femoralib.& tunica.i.interiori castitate & exteriori hone-
state & munditia dicatur Leu.6.Tunica linea vestietur sacer C
dos,femoralib. lineis uerenda celabit.Item isti debent hr̃e
baltheum seu cingulum pictoratum de quatuor preciosis
colorib.factum,& quatuor uirtutum cardinalium ligaturã,
quib.s.tota morũ compago cingitur & ornatur, & inde q̃c-
quid est superfluum, cohibetur,sicut patet. Iustitia stringit
iniquitatẽ,& fortitudo stringit laxitatẽ, prudentia stringit
leuitatem,temperantia stringit voluptatẽ.Et uide supra au
rũ quare applicabatur ad quatuor colores. Vñ dr̃. Exo. 29.
Indues lineis tunicis,cingesq; baltheo Aaron & liberos eius.
Iste ẽt baltheus quatuor uirtutum,dr̃ esse mensura quatuor
digitorum,inquantum debet inniti veritati quatuor euãge
liorum,vel inquantum per istas uirtutes quatuor,mensurã-
tur,& stringuntur superfluitate, quatuor affectionum. Tãdẽ
mitra linea istis hominibus supereminens.i.tremor Dei ĩ ca
pite cordis & intẽtionis ponĩt,ibiq; vittis charitatis stringi
tur,vt sit timor filialis,nõ seruilis,& uelamẽto byssino.s. in-
nocentia seu cordis munditia desuper premuntur,a quo ip
sum caput intentionis ornatur.Timor.n.aliis uirtutib.supe-
reminet & ipsum caput cum sensibus idest ipsam mentem
cum affectibus uelat & cohibet,capillosq; & cogitationes
ne superfluant,manu tenet.Vnde dr̃ Eccl.25.Timor domini
super omnia se supposuit.Et Prou.15. Et sic ergo dico quod
ecclesiastici debent habere quatuor ornamenta, scilicet ca
stitatem pro fœminalibus,honestatem pro tunica,quatuor
virtutes pro zona,timorem domini pro mitra. Vnde dicit.
Exo.29.Impones eis mitras,eruntq; sacerdotes mei ĩ regio
ne perpetua.¶Vltra indumenta præmissa, scilicet fœmina-
lia,tunicam lineam & baltheum,anabarchus.i. summus sa
cerdos plura habebat alia ornamenta,s.tunicam hyacinthi
nam,quæ corpus vsque ad pedes tegebat,quæque desuper
capitium & in fine limbum seu oram fortem & contextam
quemadmodum(vt ait textus)fieri solet in extremis partib.
ne facile rumpatur,habebat,vbi scilicet tintinabula aurea
cum malis punicis auro,quatuor coloribus contextis vndi
que dependebant, quæ Pontifice tabernaculum intrate &
domino ministrante sonitum dare debebant. Pontifex.n. D
mortis periculum,incurrebat,si sonus non audiretur in ta-
bernaculo cum intrabat.¶Sic vero dico,ꝙ episcopus vel sa
cerdos,vel quicunque in gradu ecclesiastico constitutus,vl
tra fœminalia castitatis tunicam lineam innocentiæ & pu-
ritatis,baltheum seu cingulum charitatis,tiaram diuini ti-
moris & humilitatis dẽt habet habere,vnam tunicam hya-
cinthinam,idest colore fulgidam,& cœlestem conuersatio
nem habere curet,quæ scilicet cœlestem colorem habeat,
vt inter homines cœlicam vitam ducat.Apostolus.Phili.3.
Conuersatio nostra in cœlis est.Quam scilicet tunicam con
uersationis honesta plura debent concomitare,scilicet ora
seu limbus fortiter contextus in extremitate.Hæc est uirtus
perseuerantiæ,quę scilicet debet esse fortis & solida, & vs-
que ad extremum vitę protensa, ne scilicet rumpatur no-
stræ perfectionis tunica.Vnde dicitur.Sapient.8. Attingit a
fine usque ad finem fortiter. Item in ista tunica bonæ con-
uersationis,debent esse malogranata, idest bona opera &
exempla, auro sapientiæ & quatuor coloribus, idest qua-
tuor uirtutibus cardinalibus circunstantionata & picta, vt
sic iste sit illa terra frumenti vini & olei,in qua ficus & ma-
logranata nascuntur.Deuteronom.8. Item debent esse au-
rea tintinabula,idest aurea documenta & verba ad erudi-
tionem aliorum sonum per prędicationem dantia, & ad
Dei laudem & gratiarum actionem dulciter modulantia,
quia pro certo quicunque ecclesiasticus & maximè pręla-
tus indigne tabernaculum ecclesię ingreditur, nisi sonitus
diuinę laudis & prędicationis apud eum audiatur,quinim-
mo necesse est, quod mortem culpę & pœnę incurrat,
qui sine tali sonitu iudicium Dei conspectibus hominum
administrat. Psalm. 25. Vt audiam uocem laudis tuæ, &
enarrem uniuersa mirabilia tua. Igitur patet, quod tu-
nica hyacinthina conuersationis cœlestis debet habere
limbum perseuerantię & durationis malogranata seu fru-
ctus bonę operationis, sonitum diuinę laudis & prædica
tionis. Vltra pręmissa habebat summus Pontifex tria
specialia ornamenta, scilicet superhumerale, ratio-
nale iudicij, & cidarim seu mitram. Erat autem superhu-
merale quoddamparamentum humerorum Pontificis de

E auro byſſo retorta, cocco bis tincto, purpura & iacintho contextum, anulis & catenulis aureis circunquaque munitũ & cũ rationali iudicij, quod erat ornamentum pectoris, colligatum. In iſto ergo ſuperhumerali duo erant lapides onychini, in quibus duodecim filiorum Iſrael nomina erãt ſculpta, & ibi ſm ordinem primogenituræ ſuæ appoſita & conſcripta. Hoc aũt fiebat, vt ſummus Põtifex memoriã filiorũ Iſrael ſecum ſp gereret, & ut patriarchãrum exempla imitari ſtuderet, & ut populus uidens patrum ſuorum nomina in humeris Pontificis, ad ipſorum virtutes imitandas totis viribꝫ inhiaret. Rationale vero iudicij erat pannus quadratꝰ ad ornamentum pectoris ordinatus, quatuor colorib. prædictis & auro textus, & duodecim precioſis lapidibus inſignitus, in quibus per quatuor ordines noĩa duodecim filiorum Iſrael erant ſculpta. Illud ẽt iſta duo uocabula iudicium & veritas continebat, & cum ſuperhumerali erat retro ſuper humeros, cum catenis & anulis aureis iunctum erat. ¶Chariſſimi, per humeros in ſcriptura (pro eo qđ ab eis dependet fortitudo brachiorum) ſignificatur fortitudo & uirtus bene operandi. Pectus vbi eſt cor, ſignificat limpitudinem bñ cogitãdi. Igiẽ per humerale ornamentum humerorũ poteſt intelligi bona uitas, & patientia, per rationale vero põt intelligi bona ſcĩa & doctrina, quia pro certo ſacerdos ſeu Põtifex vel eccleſiaſticus debet hr̃e principaliter iſta duo ornamenta. ſ. patientiam ad ſuſtinendum, ſeu virtutem ad bene operandum: & ſcientiam ad bene iudicandum vt ſic in pectore ſit ſcĩa, iudicium ſeu rõ: in humeris vero patientia, & bonorum operum executio. Vnde dr̃ num. 7. Onera portent in propriis humeris. Igitur iſta duo debent conſtare de quinque. ſ. de auro diuinæ ſapientiæ, de purpura iuſtitiæ, de byſſo temperantiæ, de cocco vel igne fortitudinis, & de iacintho veræ prudentiæ, quia re uera iſtis quinque uirtutib. debet ornari pectus, ideſt ſacerdotis vita & patientia. Debent ẽt iſta duo catenis & annulis ſibi iungi. i. cõi conſonantia, & concordia, quia. ſ. tunc rõnale pectoris cum ſuper humerali iũgitur, qñ conſcientia & uita, cogitatio & operatio, ſenſus & actus inuicem concordantur, & qñ tale bonum, quod. ſ.
F ſcitur & docetur, opere perficitur. Iuxta illud quod canitur. Mens à vita nõ diſcordet: nam ſi vitam mens remordet, non eſt cõſonantia. Et proculdubio in ſuper humerali ſunt duo lapides onychini: quia. ſ. bona vita conſiſtit in duobus, ſ. in declinando à malo & faciendo bonum. Onychinus autem lapis eſt ad modum vnguis, qui eſt corporum extremitas, habens uiuacem coloremꝫ ad denotandum qꝫ iſta duo ad extremitatem vitę per perſeuerantiam debent durare: & nũquã deſiſtere vel ceſſare. Vel etiam ad denotandum qꝫ ad unguẽ & diſtinctè debent iſta duo ſeruari, ſ. bonum fieri, à malo cauẽri. Aduertendum etiam qꝫ iſti duo lapides debebant includi auro & auro mediante cum ſuperhumerali firmiter ſtabiliri: quia aurum diuinæ ſcripturę debet iſta duo tenaciter cõſtringere: ne poſſint per peccatum cadere vel perire. Pſa. 33. Declina à malo & fac bonum: inquire pacem & perſequere eam. Pacem dico. i. perſeuerantiæ ſtabilitatem. In rationali ſeu in ornamento pectoris duodecim erant lapides precioſi: quia. ſ. in mente & ratione Pontificis debent inueniri duodecim articuli fidei: ibidem. ſ. ſculpti & tenaciter incluſi. Vnde in Apoc. 12. In capite eius. i. in corde corona ſtellarũ duodecim. Et ſic fiet qꝫ ſacerdos vel prælatus debet ſecum in pectore ſeu in corde portare nomina patriarcharum, & memoriam ſanctorum patrum vt eos imitetur, nominaq; filiorum Iſrael, ideſt ſubditorum, vt de eorum regimine curet: & pro eis ad Deum inclinetur. In humeris etiam ſuis. i. in uita & cõuerſatione debet patriarcharum portare nomina. ſ. ſanctorum opera & exempla: vt ſic populo ſubdito exemplariter demonſtrentur: & imitanda etiam præſententur. Vñ dicitur Apocal. 21. Habebat portas duodecim & duodecim nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuũ filiorum Iſrael. Iſte. n. in ſuo pectore ſeu in ſui pectoris ratione debet hr̃e iſta duo nomina ſcripta. ſ. iudicium & veritas: vt. ſ. ſemper habeat in corde iudicium quantum ad proximum: veritatem quantum ad ſeipſum: Iudicium iuſtè iudicando: veritatem rectè diſcernendo. Iudicium, quo malum puniat: veritatem, qua bonum eligat: vt ſic de tali Pontifice poſſit dici illud Pſ. 110. Opera manuum eius veritas & iudicium. Et ſic ergo breuiter recapitula, qꝫ ſacerdos Pontifex vel prælatus debet habere rationale iudici. i. rationem & diſcretionem: vt ſit ſcripta veritas & iudicium, qđ ẽt duodecim lapides habeat. i. duodecim articulorum fidem, veritatem & cognitionem: q & quatuor ordinibus, & quatuor colorib. incluſa ſint, i. vt habeat quatuor uirtutũ cardinaliũ perfectionem, quod ẽt annulos & catenam. i. charitatem & dilectionẽ habeat. Item iſte debet habere ſuperhumerale. i. onus bonæ vitæ, quod ſuper humeros põrtaẽ: & vbi ſint duo onychini. i. boni factio, & mali declinatio: quæ principaliter mãdãtur cum nominibus filiorum Iſrael. i. cum bonis ſanctorum patrũ exẽplis, quæ imitanda alijs demõſtrantur. Et ſic de iſta dicẽt illud Sap. 18. qꝫ in veſte poderis ſcriptus erat totus orbis, terrarũ & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta. ¶Vel dic qꝫ onychinus, qui facit oculos tremulos, eſt timor vel conſideratio: q. ſ. duplex eſſe percipitur: vt. ſ. de amiſſione gloriæ, in curſione q; miſeriæ timeatur. Rationale etiam diſcretionẽ ſignificat, quæ. ſ. duplex eſſe debet pro eo quod prælatus diſcretus in ſpiritualibus & temporalibus debet eſſe. ¶Rationale iudicij, quod ornabat ſacerdotis pectus, duodecim lapides precioſos habebat: quatuor diſtinguebantur ordinibus. ſ. vt in primo verſu hr̃et ſardium, topazon, & ſmaragdũ. i. in ſecundo carbunculũ, iaſpidem & ſapphirum: in tertio ligurium, achatem & ametyſtũ: in quarto chryſolithum, onychinum & beryllum. In iſtis ergo lapidibus nomina duodecim filiorum Iſrael ſculpebantur: & ibi ordinate ſecundum ętatis ſuę ordinem ponebantur: ita qꝫ primogeniti in primo uerſu & in priorib. lapidib. p ordinem locabantur. ¶Sacerdos iſte põt ſignificare plãtũ: q̃ re uera tot habet precioſorũ, lapidum genera, quot habet officia vel beneficia, & tot habet ſecum filios Iſrael, quot habet bonos ſubditos, & perfectos. Igitur cum iſte habet iuſtimento poſſeſſionum ſuarum iſtos ſuos lapides precioſos. i. iſta ſua bñficia diuerſimodè diſtincta, qꝫ i quatuor verſib. i. varijs ordinib. ſint diuiſa. Veruntamen illud debet eſſe verũ, qꝫ primogeniti. i. ſeniores, prudẽtiores et meliores filiorum Iſrael. i. ſuditorũ dẽnt in ipſo pectore & affectione prælati primi ſedere & in primis lapidibus ſculpi: & primis officiis & beneficijs aſſignari; & i primis honorũ & dignitatũ verſi
bus & gradibus collocari, ibique ſm ordine m ętatis & perfectionis & virtutis, quam habent, prius vel poſterius collocari. Heſter primo. Bibebant omnes in aureis poculis, vnuſquiſq; ſm ordinem ætatis ſuæ, ſ. quia illud debet eſſe verum qꝫ prælatus in affectione & mẽte ſua debet primo & principaliter hr̃e & proponere meliores: & eos ẽt in dignitatibus & gradibus cõſtituere priores, & facere potentiores. ¶Vel dic, qꝫ quatuor ordines ſeu verſus in rationali ſeu in põtificis pectore ſunt quatuor affectiones in quolibet iuſti corde, videlicet, gaudiũ de p̃ſenti merito ſeu d̃ bono: & dolor de p̃ſẽti vitio ſeu malo ſpes de futuro tormẽto. Duodecim lapides precioſi, ſunt duodecim virtutes: quæ. ſ. in pectore & in mente cuiuslibet debent eſſe: quæ ſecũdum dictos quatuor uerſus. i. ſecundum quatuor affectiones prędictas abinuicẽ ſunt diſtinctæ. Igitur primus verſus, ſ. gaudium & lætitia ſpiritualis habet tres lapides, ideſt tres theologicas uirtutes: ſ. ſardium, q̃ eſt ſpes: quia ſardius pellit timorẽ. Smaragdum, qui eſt fides, quia. ſ. ſmaragdus acuit viſus ſplendorem: topazio q̃ eſt charitas, qꝫ topazion excedit oẽm ualorem. Pſal. 118. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Quaſi diceret. Nihil in theſauris regum (ſm Plinium) precioſius reperitur. De charitate ẽt dicit Apoſt. 1. Cor. 13. qꝫ charitas omnia poteſt. Secundus verſus ſcilicet dolor uel triſtitia pœnitentialis ſimiliter habet tres precioſos particulares lapides vel uirtutes, videlicet carbunculum, qui igneum habet colorem, hæc eſt contritio. Saphirum, qui (ſm Dioſcoridem) oſtia clauſa aperit, hęc eſt cõfeſſio. Iaſpidem q̃ ſanguinem, hoc eſt uoluptatem ſtringit, hæc eſt ſatisfactio ſeu abſtinentię maceratio. Contritio. n. ſicut ignis vrit: confeſſio oſtium oris & cordis aperit: & ſatisfactio vel afflictio uoluptatem conſtringit. Tertius verſus, ſ. ſpes: habet ſimiliter tres uirtutes, ſcilicet ligurium, qꝫ fluxum ventris ſtringit: hæc eſt caſtitas ſeu mundicia. Achatem, q̃ tempeſtatem auertit & pericula vincit & hæc eſt ſtabilitas vel patientia. Amethiſthum, q̃ hominem vigilem facit & malam cogitationem tollit: hęc eſt contemplationis ſublimitas, & cœleſtium ſapientia, qa re vera uirtutem ſpei debent concomitari cordis munditia, patiẽtia & cęleſtium contemplatio & notitia. Quartus verſus ſcilicet timor tormentorum, debet ſimiliter habere tres virtutes, videlicet chryſolithum, qui dæmones terret, hæc eſt humilitas. Onychimũ, qui imagines more ſpeculi repræſentet, hæc eſt veritas. Berillum, qui quanto plus pallet, tanto eſt melior, hæc eſt abſtinentiæ ſobrietas. Iſtos ergo duodecim lapides, id eſt iſtas duodecim virtutes debet continere veſtis pontificis, id eſt cõuerſatio, & perfectio cuiuſlibet ſacerdotis. Iſtoſque debet in ſuo pectore gerere, vt poſſint exemplariter relucere. Et ſi vis, applica nomina patriarcharum ſecundum interpretationes ſuas ad nomina lapidũ & virtutum. Ideo de talibus duodecim lapidibus dicitur in Apo. 21 qꝫ murus ciuitatis. i. vir iuſtus habeat duodecim fundamenta. Cidaris erat ornamentũ capitis pontificis, & erat facta de byſſo ad modum pyramidis ſurſum erecta, in fronte aũt erat lamina aurea ad modũ lunæ mediæ figurata, cuius cornua erant ſuperius eleuata, quæ ſcilicet ſuper frontẽ pontificis pendebat, & nomen Dei tetragammaton continebat. Iſtud poteſt allegari qꝫ quicunque eccleſiaſticus pontifex vel ſacerdos debet in capite cordis ſui habere duo ſpiritualia ornamenta. ſ. vitam byſſinam. i. conſcientiæ puritatẽ, & laminã aureã. i. ſapientiæ claritatẽ: Iſta vero mitra mũditiæ ſurſum dẽt per contemplationẽ intendere, & ab ipſo dẽt ipſa diuinæ ſapientiæ lamina depẽdere, q̃ videlicet nomẽ Dei. i. reuerẽtiã & timorẽ ipſius dẽt ppetuo cõtinere, cor. nuaq; elationis & gloriæ, ſiquæ habet, debet ſurſum in Deũ reducere & leuare; Pſa. 74. Exaltabuntur cornua iuſti.

C A P I T V L V M X X I X T E X T V S.
Sed & hoc facies vt mihi in ſacerdotio conſecrentur. Moralitatum Cap. 21.

QVando ſacerdotes conſecrari debuerunt, præceptum eſt, quod ad Moyſen applicarentur, aqua lauarentur prædictis indumentis omnibus veſtirentẽ &c. Nomina veſtimenta, ſicut ſupra ſicut patet hic & Leui. 8. Si vis dic ad litteram vel hiſtoriam. ¶Sic vero viri eccleſiaſtici ſi volunt domi
B no conſecrari, debent primo ad tabernaculum applicari p maiorum examinationem, debent lauari per lachrimationem, debent tunica linea indui per innocentia interiorem, debent habere fęminalia per continentiam exteriorem, debent habere balcheum & tenulas & vittas. i. concordiam & vnionem, & charitatem & dilectionem, & debent habere tunicam hyacinthinam, id eſt cęleſtem conuerſationem, qui ſcilicet habet tintinabula, id eſt diuinam laudem & orationem, confeſſionem & gratiarum actionem. Item habere debent rationale ideſt prudentiam & diſcretionem ſcilicet qꝫ habeant quinque colores, id eſt quinque ſenſum coertionẽ, & ſit duplex per ſpiritualium, & temporalium circunſpectionem, & quadrata ſit per iuſtitiam, & æqualem ſui, & aliorum menſuram communem, & habeat duodecim lapides precioſos. i. duodecim articulorum fidem & cognitionem, & nomina filiorum Iſrael, ideſt ſanctorum patrum exempla & dicta & imitationem, & contineant iudicium, & veritatem & rationem. Item debent habere ſuperhumerale. i. virtutẽ fortitudinis & conſtantiæ cum duplici onychino, qui facit oculos tremere, id eſt cũ duplici timore culpæ. ſ. & miſerię, & cum nominibus filiorum Iſrael ideſt cum recordatione & compaſſione alienæ & fraternæ indigentiæ. Tandem vngatur oleo lætitiæ & vnguẽto diuinæ gratiæ per lænitatem & deuotionem, aſpergaturam, vituli ſanguine per Chriſti paſſionis recordationem, & ſic erit domino cõſecratus per ſanctitatem & perfectionem, & ſic erit dignus portare mitram. i. habere honorem, & prælationem, & laminam nomẽ Dei continentem. i. ſpiritualem dedicationem. Poſt quæ poterit dominus dicere illud Ezech. 16. Lauite aqua, cinxi te biſſo, calciauite hyacinto, induite ſubtilibus, veſtiuite diſcoloribus &c. Oleum etiam gratiæ, lætitiæ & miſericordię ſuper iſtorum capita debebat poni, & hoc ritu debebant cõſecrari domino, & ad miniſtrandum in tabernaculo, ideſt in officijs eccleſiæ, offerendumque carnem, & ſanguinem. ſ. in ſacramento altaris poterunt domino dedicari, nunc per ſacramentorum miniſtrationem, & poſt in cœlum perlatum fruitionis & longum tentionis. ¶Itẽ ideo benedicitur Exo. Cum laueris eos aqua, indues eos veſtimentis ſuis, oleumq; ſanctũ infundes ſuper caput eius, & hoc ritu conſecrabit. C
Volens dñs dedicare & cõſecrare ſibi ſacerdotes ſuos pcepit occidi vnũ vitulum & duos arietes, & altaris cornua ipſorũ ſanguinẽ tingi Aarõq; & filiorũ aurẽ dexterã pollicẽque pedis & manus dextræ ſanguine perfundi, & veſtes eorũ ſanguine aſpergi, & reliquũ ſanguinem iuxta baſim altaris effundi: ipſe vero vitulus foris extra caſtra debebat cremari. ¶Sic vero Deꝰ pater qñ voluit ſacerdotes. i. fideles ſpecialiter dedicari, fecit occidi Chriſtũ p Moyſen. i. per populũ iudęorum, q. ſ. Chriſtus dr̃ vitulus ſingulariter, pp vnitatẽ perſonæ. Dicitur ẽt duplex aries pp biformitatem naturæ. Iſtũ ẽt voluit dñs corporaliter occidi, & extra caſtra. i. extra. Hieruſalẽ immolari. Igiẽ ſi dño conſecrari ſpũaliter volueri
mus, neceſſe eſt qꝫ ſanguine paſſionis ſuæ per compaſſionem tingamur, & qꝫ pollex pedis. i. affectio, pollex manus. i. operatio, extremum auris, id eſt attentio, veſtis exterior, id eſt. cõuerſatio inde ſpiritualiter aſpergãtur, & quod iſte ſanguis, id eſt iſta ſanguinis compaſſio, ſuper cornua altaris. i. ſuper affectiones & deſideria cordis, vel ſuper cornua. i. ſuper baſim ipſius. i. ſuper ſubditos & inferiores generaliter effundatur. Sic enim erimus dño conſecrati, & adminiſtrandum ſibi in eccleſia, ſeu ad immolationem bonorum operum digni facti. Hebr. 9. Ideo bene ſcribitur, qꝫ ſanguis Chriſti emũdauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis.

C A P I T V L V M X X X T E X T V S.
Facies quoque altare ad dolendum thimiama.
Moralitatum Cap. 22.

PRæcepit dominus fieri altare thymiamatis ſeu incenſi de lignis ſethim ex auro mundiſſimo: vno cubito lõgũ latumque, & ſic in omnem partem quadratum, in altitudine tamen duobus cubitis menſuratum. Habebat illud altare quattuor cornua, craticulam auream in medio, & in circuitu coronam auream ſeu labium poſſidebat. Illudque in ſanctuario latẽbat & de ſup ſacerdos thymiama ſeu thus ſingulis diebus mane & veſpere offerebat, quandoq; etiam cum ſanguine ad hoc altare intrabat & cornua eius ſanguine cõ D
tingebat, ſ. ſemel in anno, ſicut dicitur Leuit. ¶Dic qꝫ iſtud altare eſt homo iuſtus, & maximè religioſus, qui de lignis ſethim. i. imputribilis per perſeuerantiã debet eſſe, & auro ſapientiæ coopertus, ſanctitateq; & ſapientia totus clarus. Igitur iſte debet eſſe quadratus per conſtantiam, longus per fidem, latus per charitatem, & altus per ſpem, & quattuor habens cornua, ſcilicet quattuor virtutum cardinaliũ opulentiam, aureolam ſcilicet in medio, ideſt inflammatam, & ardentem conſcientiam, coronam deſuper, id eſt futuræ retributionis confidentiam. Iſte ergo debet eſſe in ſanctuario paradiſi per bonam affectionem & cõtemplationem, in ſe ipſo debet offerre thymiama & thus ideſt deuotionẽ & orationem, & quandoque etiam ſanguinem id eſt diuini ſanguinis compaſſionem, & ſuæ paſſionis recordationẽ. Sic enim erit altare domini & ara ſpiritualis domini Dei noſtri. Si vis dilatare, vide ſupra de altari holocauſti cap. 26. & dic ſi vis quòd altare ſignificat cor &c. vide ibi. ¶Vel dic quòd iſtud altare, quod erat abſconditum in ſanctuario, ſignificat beatos, qui ſunt in paradiſo: qui ſcilicet ſunt aurei, clari & ſpectabiles, ſethinei, imputribiles, immortales, qui ſcilicet triplicem dimenſionem, ſcilicet tres animæ dotes, ſcilicet altum viſionis, altum fruitionis, longum tentationis habent. Item quattuor cornua, id eſt quattuor corporis dotes. ſ. agilitatem, claritatem, ſubtilitatem, impaſſibilitatem. Illud ergo altare thymiamatis dicitur, qa ſancti æternæ gloriæ odoribus recreantur Exo. c. ¶Præcepit dominus fieri lauachrum ſeu lauatorium in ingreſſu tabernaculi de ſpeculis mulierum, qui ante fores tabernaculi excubabant, quod intellexit comeſtor, quòd ſpecula circunquaque illi lauatori ęreo erant inſerta, vt dum ſacerdotes ſe lauarent, poſſent videre ſi forte haberent in facie aliquid inhoneſtum. Erat ergo illud labium æreum, in quo ſcilicet ſacerdotes manus. ſ. ſacrificia oblaturi, & manus pedeſq; ante tabernaculum fæderis ingreſſum lauabant. ¶Re vera illud labiũ ſacram ſcripturã ſignificat, q̃. ſ. de ſpeculis mulierum ante tabernaculũ excubantiũ. i. de ſententiis ſanctarũ animarum ſeu ſonarũ nunc in paradiſo quieſcẽtium cõſtat; quia pro certo iſta eſt quod

dam

Eoam lauatorium,vbi q̃libet poteſt maculas defectuũ ſuorũ ſpeculariter cognoſcere, & eas mundare & abſtergere,nullatenus q̃ debet de altari recedere, nec in eccleſiæ tabernaculo ſubintrare, niſi primo ibi ſtuduerit ſe leuare. ¶ Vel dic q̃ illud lauatorium ſignificat pnitẽtiã ſeu etiam lachrymationem,ſeu cordis cõpunctionem,quia.ſ.quando quis intrare vult ad altare Dei,ſeu ad ſacramentum altaris,ſeu etiam ad ſecretarium cordis ſui per deuotionem vel etiam ad tabernaculum paradiſi per contemplationem,vel ad raberna culum eccleſiæ per promotionem ; pro certo lauachro lachrymarum apte omnia ſe debet lauare, & ſpeculis bonorum exemplorum ſe debet videre per compunctionem,& ſui ipſius conſideratione.m.Iuxta illud Pſalmiſta 25. Lauabo inter innocentes manus meas,& circundabo altare tuum domine. Et ſicut ſecundum Comeſtorem tria erant lauatoria tabernaculum, ante ſcilicet vnum ſacerdotum, & aliud virorum, & aliud mulierum ſic vero etiã in eccleſia tria ſunt genera lachrymarum, ſ.vnum, quod eſt mulierum.i.imperfectorum & incipiẽtium: quod fit ex timore pœnę. Aliud quòd eſt virorum .i. proficientium, quod fit ex culpæ commiſſæ dolore. Aliud quòd eſt ſacerdotum.i. hominum perfectorum, quod fit ex ſponſi amore & ex præmii deſiderio & ardore,nec non ex incolatus ꝓlõgatione & languore.Pſa.115. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus eſt. Sicut etiã ponit,iſte ſacerdos tabernaculum ingrediens nudis & lotis pedibus ſubintrabat.ad denotandum q̃ eccleſiaſtici debẽt calciamenta t palium bonorum de pedibus affectionum deponere, & ſe per pœnitentiam abluere vt ſic poſſint in iſto tabernaculo digne eſſe.Vnde Exo 3. Tolle calciamenta de pedibus tuis,locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt.¶ Dñs præcepit populum (quando ipſum numerari contingebat)dare præcium pro animabus ſuis.ſ. medium ſicli pro populo qui ad nomẽ tranſibat,& ſic ipſos à plaga ſaluandos ꝓmittebat Nu.28.Quod ꝙa nõ fecit Dauid, magna pars populi numerati perijt.¶ Per numerum in ſcriptura intelligitur p̃deſtinatio diuina, & ſuæ diſpoſitio volũtatis. Vnde dicitur Mat. 10. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.Et vide q̃ in ſcriptura mali non dicuntur in numero contenti.Pſal. 39.Multiplicati ſunt ſup̃ numerum.Eccl.1.Stultorũ infinitus eſt numerus.E contra de iuſtis dicitur.Sap. 5. Ecce quomodo computati ſunt.i.nominati inter filios Dei. Igitur dico q̃ omnes illi qui a Deo ſunt nominati. i. electi & p̃deſtinati, debẽt prætiũ bonorum operum ꝓ animabus ſuis ſoluere & dimidium ſicli, quod conſtat ex decem obolis, quia ſiclus viginti obulos habet,decem mãdatorum legis impletionem debet ꝓ præcio animæ ſuæ dare: vt ſic ipſum velit dominus a plaga dãnationis ꝑpetuæ liberare & ſaluare.¶ Sicut hic dicitur,Dominus præcepit Moyſi oleum vnctionis fieri ad ſacerdotes vngendum & tabernaculum conſecrandum. ſ. de myrra prima & electa calamo,cinamomo,caſſia & oleo oliuarum,& voluit q̃ nullus alius tale vnguentum faceret, q̃ q; caro humana ſe tali vnguento non vngeret, ſed ꝓ tabernaculo,arca vel altari, Aaron & filiis ſuis vngendis & conſecrandis ipſum attentius cuſtodiret.¶ Reuera tale vnguentum eſt deuotio, qđ ſcilicet conſtat ex myrrha amaræ contritionis,ex calamo affabilis orationis. Pſalmus 44. Lingua mea calamus ſcribæ. Ex cinamomo odoroſæ, & famoſæ vaporationis, & opinionis, Vnde dicitur Eccleſiaſtic. 24. Sicut cinamomum aromatizans odorem dedi. Ex caſſia quæ ſecundum Plinium cõfert pectori, ardore charitatis & dilectionis, & oleo pietatis & compaſſionis.Pſa. 44. Myrrha & gutta & caſſia a veſtimentis tuis,a domibus eburneis. Qui enim iſtas quantoque ſpecies habuerit.ſ.compaſſionem,dilectionem,& famoſam opinionem,orationem & amaram cõtritionem, ipſe ꝓ certo poterit in corde ſuo vnguentum deuotionis conficere, quo tabernaculum mentis poterit inungere,& ſacerdotem cum ſuis filiis.i.orationem cum operibus ſuis bonis poterit domino cõſecrare. vnde dr̃.pſ.27. Vnguento & variis odoribus delectatur cor.¶ Vel dic q̃ vnguentum illud ſignificat p̃fectionẽ diuinæ doctrinæ,qua pro certo caro humana.i.carnalium vel ſecularium vita non eſt peradulationem vngẽda immo in vſus tabernaculi,& in vtilitatem eccleſiæ & laudẽ Dei & ſanctorum eſt ſolummodo exponẽda.¶ Vel dic q̃ vnguentum deuotionis & diuinæ gratiæ non eſt cuiuſlibet volentis, ſed quibus datum fuerit deſuper.Sacerdotes enim,tabernaculum & vaſa.i.viri ſancti tali vnguẽto vnguntur, alii vero ad hoc nullatenus admittunt.¶ Præcepit dñs fieri thymiama odoris ſuauiſſimi de diuerſis aromaticis ſpeciebus, ſcilicet ſtacten, thure , onicha, galbano mandans omnia in puluerem redigi , & exinde incenſum ſibi fieri,ipſumque ſibi ſuper altare aureum in ſanctuario offerri,& noluit quod talis incenſatio,talis puluis,in vſus humanos cæderet, quinimmo præcepit, q̃ quicunq; tali odore ſe delectari vellet, de ſuo populo deperiret.¶ Per incẽſum intelligitur oratio vel diuini cultus exibitio,quam ſcilicet ſibi dominus ſpeciali ter vult reſeruari,& nulli alteri communicari.Eſai.42.Gloriam meam alteri nõ dabo,nec laudem meam ſculptilibus. Non vult ergo q̃ humana caro,ideſt q̃cunq; homo mortalis tali incẽſo.i.cultu diuino ſibi exhibito vtatur nec in eo qũlibet delectetur,quemadmodum fecit Alexander, qui fecit ſe ſicut Deũ adorari,& Gaius ceſſar, q̃ ſtatuæ ſuæ fecit thuri ficari, quia re vera oĩs talis merito perit , ipſumq; Deus deſtruit & confundit,& exemplo herodis, de quo dicitur Act. 12. q̃ cõtinuante populo,& ſibi voces Dei & non hoĩs acclamante.i.laudes diuinas ſibi dicente,& eo in talibus gloriante, p̃cuſſit eum angelus dñi & conſumptus a vermibus expirauit. Aduerte aũt q̃ illud incenſum orationis & latriæ conſtare habet ex thure,cuius fumus ſurſum aſcendit.i. ex contẽplatione,ex galbano, cuius gutta ignæ eſt naturę.i.ex feruenti delectatione,ex ſtactem, q̃ idẽ eſt quod mirrha electa. i ex amara conſideratione & contritione,& onica; q̃ ſecundum Comeſtorem eſt oſtreola modica ad ſimilitudinem humani vnguis, q̃ ſcilicet eſt corporis extremitas.i.ex perſeuerãtię cõtinuatione,iuxta illud Apo.Teſ.5.Semper & ſine intermiſſione orate.Et ſic de tali thymiamate dicet illud Eccl. 38.Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis:& bene dr̃ ſuauitatis:quia verè talis oratio domino eſt ſuauis.

CAPITVLVM XXXII TEXTVS.
Videns autem populus, quod moram faceret Moyſes. Moralitatum Cap. 23.

CVm Moyſes eſſet in monte cum domino legem acceperus,ibique quadraginta diebus & noctib.i.ieiunaſſet,videns populus,quòd non redibat,petiit ab Aaron q̃ faceret ſibi Deos, qui ſcilicet eos præcederent in deſerto. Acceptis ergo in auribus mulierum & liberorum proiecit in ignem,& ſecundum quoſdam opere diabolico vitulus conflatilis vel ſaltem caput vituli in igne formabatur. Quod videns populus ipſum adorat & lætatur , & luſibus & conuiuiis delectatur. Sedit inquit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere. Moyſes ergo populum videns idolatraſſe,& ſuis veſtibus nudatum eſſe , vitulum in puluerẽ cõminuit,& in aq̃s impoſitum populum bibere præcepit. Et ſecundum Comeſtorem,ſtatim in barbis virorum, qui principales rei erant ; ſignum ſuæ idolatriæ apparuit ꝓpter quod Moyſes vocatis leuitis,ipſos ad occidendos fratres ſuos,ſcilicet iſtos q̃ miraculoſe ſignum idolatriæ ſuæ portabãt, miſit:ponat(inquit)vir gladium ſuper femur & trãſeat per medium caſtrorum , & occidat fratrem & amicũ ſuum &c.Iſti ergo propriis amicis & fratribus nõ parcentes,eos occiderunt,& ſic crimen idolatriæ vindicauerunt.¶ Per iſtum vitulum moraliter loquendo intelligitur peccatum luxuriæ,q̃ ſcilicet vitulus animal eſt laſciuum. Per Moyſen intelligitur prælatus ſuperior,per fornacem intelligitur diabolica tẽtatio,per in aures mulierum intelliguñt imaginationes & oblectamina feminarum. Et ergo dico q̃ cum Moyſes ideſt prę latus bonus eſt abſens,ita q̃ per quadraginta dies ideſt magna tempora moratur q̃ non viſitat plebẽ ſuam,re vera ſæpe fit q̃ populus ſubditorum conuertit ſe ad Deos alienos, ideſt vitia & peccata, ipſoſque adorat& diligit , & cultum domini dereliquit. Conſtat enim q̃ abſentia bonorum prælatorum, dato q̃ ex cauſa legitima ſint abſentes, tñ eſt ſæpiſſime cauſa criminis ſubditorum, quia nec iſte populus vitulum adoraſſet, ſi ſemper Moyſes præſens fuiſſet. Tunc enim maximè diabolus in fornace tentationis ex in auribus.i.mulierum tentationibus,vitulum.i.peccatum luxuriæ eis conflat,quem ſcilicet populus libenter adorat,ita q̃ ludis & cõuiuiis vacat & virtutum veſtibus ſe denudat. Quia re vera q̃ luxuriæ famulatur & ſeruit, libenter conuiuiis & ludis intẽdit,

Adit,& virtutum & honeſtatis veſtimenta relinquit,ſuaſque ignominias propalat,faciliter etiã oſtendit, vnde ipſa luxuria poteſt ipſi dicere luxurioſo illud Hier. 13. Nudaui fẽmoram tua contra faciem tuam,& apparuit ignomina tua, adulteria tua, & hinnitus tuus,& ſcælus fornicationis tuæ Moyſes ergo ideſt prælatus rediens,& ſubditum populum in abſentia deliquiſſe videns, ſolet viculum ideſt peccatum luxuriæ vilipendere, puluerizare,& etiam vilius puluere demonſtrare, populumque debet ad aquam. i.ad potum lachrimarum inuitare,& ſic facere,quod in barbis eorum, ideſt in exteriori apparentia poſſit eorum peccatum,ſcilicet per pœnitentiam,& diſplicentiam apparere, & ſic debet lænitas. i. prædicatores mittere,qui fratres ſuos,qui deliquerunt , debent gladio verbi Dei percutere , & carnem , ideſt carnalitatem in eis occidere,vt poſſint ſpiritum ſuſcitare. Iſti etiã leuitæ.i.prædicatores,nulli omnino debent parcere,nec fratrem aut amicum palpare,ſed omnes,in quibus ſignum peccati viderunt,debent arguere vel punire. Vnde Ezech.9.Trãſite per ciuitatem ſequentes eũ & percutite,nõ parcat oculus veſter neque miſereamini Senem, adoleſcentem, virginem,paruulum, & mulieres interficite. ¶ Vel dic, quòd vbi de fide agitur, nullus etiam debet propinquis indulgere , ſed pro fide zelare, & pro iuſtitia dimicare. ¶ Vel dic quòd aqua ſignificat mundi ſcientias,quæ ſcilicet puluerem vituli , id eſt auaritiam , & elationem ſuperbiæ ſecum portant. Puluis enim auaritiam,vitulus vero ſuperbiam ſignificat. Illi ergo, qui talibus aquis,ideſt mundi ſcientijs inebriantur , ſtatim eorum barba, ideſt eorum prudentia ſigno ſuperbiæ conſignantur,quapropter a fratrib. ſuis , ideſt ab angelis in iudicio finaliter occidentur.

CAPITVLVM XXXIIII TEXTVS.
Ac deinceps,præcide (ait) tibi duas tabulas Moralitatum Cap. 24.

CVm Moyſes aſcendiſſet in montem ad dominum,& legem ab eo ſuſcepiſſet, & tandem ad populum deſcenderet,tanta gloria in vultu ſuo apparuit , quod populus ipſum reſpicere non valebat , quinimmo facies eius cornuta erat ex conſortio domini, quod tamen ipſe Moyſes ignorabat.Radij enim ſplendoris de vultu ipſius emicabãt,qui cornutam ſimilitudinẽ prætendebant. Quapropter Moyſes velamen ante faciẽ ſuam poſuit , cũ populo loquebatur, ne. ſ. tã mirabili claritate intuentium facies læderentẽ, ſicut dicit Exo. 34. ¶ Si vis dic q̃ accidit qñque loquendo ſpiritualiter Moyſi,qui interpretatur aſſumptus de aqua.i.illis,qui de aq̃s mundanæ fluxibilitatis ad religionẽ vel eccleſiam aſſumuntur,ſcilicet viris pfectis& religioſis. Quia re vera ſæpe fit q̃ ad montẽ cõtemplationis aſcẽdunt,& cum Deo conſortiũ & familiaritatẽ contrahunt,& quendam ſplẽdorem altę & honeſtæ conuerſationis exinde ſuſcipiunt & acquirũt,propter q̃ ita fit,quod populi.i.ſęculares in valle fæculi remanẽtes, talem ſplendorem inſolitæ cõuerſationis reſpicere nõ poſſunt,ſed poti⁹ ipſos cornutos.i.ſuperbos & elatos, hypocritas & ſuperſtitioſos eſſe credunt,quamuis in veritate ipſi cornua ſuperbiæ nõ habeant,nec ſe cornutos ætiment ſeu credãt, imo ſine ſuperbia radios virtutũ de ſe ejiciãt & emittant. Quia pro certo illud eſt verum, quod bonus religioſus & humilis quandoq; ſuperbus creditur, qñ virtuoſe & ſingulariter cõuerſat,ſicut de Iohanne Ba.dicebaẽ, vbi dr̃.Mat. 11. Venit Iohãnes non manducans neq; bibens,& dñt,dæmonium habet. Quid ergo. Pro certo talis Moyſes.i.talis vir perfectus ad euitandum mala,& malorum iudicia, debet ſplendorẽ conuerſationis & virtutũ ſuarum abſcõdere, & pallio cuiuſdã affabilis exterioris vitæ induere, vt ſic poſſit ſe aliis conformare,& ſplẽdorem ſuæ ſanctitatis abſcõdere vel velare,dicens de talibus malæ iudicantibus illud Deutero. 32. Abſcondã faciem meam ab eis,& cõſiderabo eorũ nouiſſima.¶ Vel dic,quod multi ſunt ſicut Moyſes,qui. ſ. quando aſcendunt in montẽ cõtemplationis, & diuinum cõſortium ſe ſentiũt per deuotionẽ habuiſſe, ſolent cornuti effici & ſuperbi,intantum quod alios ſolẽt contemnere , & ſe ſanctos præ aliis reputare,& pallio pompæ exterioris vultum ſuum operire.Alii igitur tales nõ ſolent libẽter reſpicere,ſed eos potius abhorrere.¶ Vel dic , quod Moyſes ſignificat legem quæ ſcilicet duo cornua.i.duo teſtamẽta cõtinet, quæ tamẽ populus iudęorũ non videt,quinimmo gloriã & miniſterũ legis videre nõ potuit, ſed poti⁹ incredulitatis velamine ſe veſtiuit.Vnde Apoſtolus.Vſq; in hodiernũ diẽ cum legit Moyſes, velamen eſt poſitum ſuper corda eorum 2.Co.3.Moyſes legitur habuiſſe faciem ſplẽdidã & præ ſplendore cornutã manum tñ legit habuiſſe leproſam.Exo.4. ¶ Sic vero hypocritæ faciem cõuerſationis habent ſplendidã & honeſtam , & præ ſplẽdore conuerſationis,quã habent, cornua ſuperbię prætendentem,& alios etiam ſuperbe cõtemnentẽ,& alios proterue cornibus ferientẽ, & tñ cõſtat, quod manum operationis habent leproſam,& impiã, & immũdã, ſicut patet ad literam de multis malis eccleſiaſticis & aliis,qui quanto ſunt in facie.i.in apparentia pulchriores , vel in mente quo ad cõſcientiã clariores,tãto ſunt in manibus, id eſt in operationibus,turpiores. Vnde dicitur. Gene. 27. Vox quidem vox Iacob eſt, ſed manus,manus ſunt Eſau.

CAPITVLVM XL TEXTVS.
Locutuſque eſt dominus ad Moyſen,dicens Menſe primo.Moralitatum Cap. 25.

EXodi.40. dicitur,q̃ tabernaculum erigeretur, quòdque vnctionis oleo vngeret. Poſuit ergo Moyſes in erecto tabernaculo arcam cum propitiatorio & duobus Cherubin,& altare incenſi,velum & candelabrum luminis & mẽſam propoſitionis.Ante tabernaculum vero poſuit labium cum aqua:altare cum igne, atrium cum tentoriis & columnis.Quibus factis,operuit nubes tabernaculũ , & gloria dñi impleuit illud.¶ Dic q̃ tabernaculum eſt anima beata, q̃ ſcilicet poſtquam ẽ completa virtutibus.Moyſes.i.Deus ipſam in cęlo erigit,& oleo perpetuæ conſolationis inungit. Pſa. 18.In ſole poſuit tabernaculum ſuum.Igitur iſti adiungitur altare,id eſt Chriſtus:arca,id eſt beata virgo: cherubin. i.angeli:propitiatorium , id eſt Dei miſeratio : velum ideſt Dei protectio:candelabrum,ideſt Dei cognitio:menſa,ideſt beata fruitio : lauatorium , ideſt perpetua refrigeratio : altare cum igne, id eſt feruens dilectio : tentorium ſeu atrium,id eſt æterna manſio & habitatio. Vel dic quòd tabernaculum eſt homo iuſtus, vbi eſt arca profundæ humilitatis,propitiatorium pietatis,altare incenſi orationis, cherubin contemplationis,cãdelabrum diſcretionis, menſa elemoſyna & fraternæ compaſſionis, lauatoriũ contritionis & confeſſionis atrium hoſpitalitatis, columna conſtantiæ & firmitatis &c. ſicut ſupra.¶ Vel dic,q̃ tabernaculum eſt eccleſia, vbi ſcilicet eſt arca,ideſt boni prælati,tabulæ legis, virga iuſtitiæ,& manna deuotionis repleti : & propitiatorio miſerationis operti. Altare incenſi homines deuoti : cherubin homines ſcientifici,candelabrum viri luminoſi:& menſa viri pij pauperum nutritiui:lauatorium,ideſt confeſſores:altare holocauſti vbi carnes cremabãtur,ideſt penitẽtes:atrium,i.alios hoſpitantes.Tale ergo tabernaculũ, ideſt talis perſona ſancta & perfecta,a Moyſe,ideſt a Deo vel plato meretẽ per promotionẽ temporalem & æternã erigi, & oleo cõſolationis vngi,& per honorem & reuerentiam coli, ita q̃ gloria dñi talem implebit,& iſta mediante aliis apparebit,ita q̃ de eo dem dici poterit illud Apoca. 12. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.Libri Exodi Moralitatum finis.

MORALITATVM
Liber tertius ſuper Leuiticum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Vocauit autem Moyſen , & locutus eſt ei dominus de tabernaculo teſtimonii,dicens. Loquere filiis Iſrael & dices ad eos,Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam domino de pecoribus.Moralitatum Cap. 1.

IStud Leuiticus agit de ſacrificiis & holocauſtis.Holocauſtum autem dicebatur antiquitus ſacrificiũ illud,quod totum offerebatur,ita q̃ nihil ſacerdotibus relinquebatur aut diuidebatur. Debebat ergo eſſe animal mũdum & ſine macula corporis qualicunq;, quia

E quia.ſ.nō cęcum,non fractum, nō impetiginoſum &c.ſicut infra.Debebatq; ante oīa ſacerdoti offerri, pelle ſua excoriari,ꝓ membra debebat diuidi,& ipſa membra, cū capite, pedibus cauda & inteſtinis dēbant lauari, & tandē ſup altari cremari.¶ Per tale holocauſtum, quod dr̄ ab holocauſto, qđ eſt totū,& cauma incendiū,quaſi totū incenſum,poſſunt intelligi illi,qui ſe Deo totos offerunt,& qui de propria voluntate ſua nihil ſibi retinēt, ſed totū cor & corpus Deo tribuūt & cōmittunt,ſicut ad litterā ſunt boni religioſi & pfecti;qui re vera primo debent eſſe mundi per purā intentionem nullā prorſus ſub vellere cōuerſationis habētes maculā.i.hypocriſim vel infectionē,& tales debēt offerri ſacerdoti per peccatorū ſuorum cōfeſſionem. Pellem debent deponere.i.omnem malā præcedentē cōuerſationē, & membra ſua.i. membra ſuæ vitæ debent cōcidere & diuidere ꝓ conſiderationem & cōtritionē,& per omnium mēbrorum ſuorum occupationem,omnia debent lauare,& purificare per lachrymoſam cōpunctionē,caput cogitationis, pedes affectionis,inteſtina delectationis, caudā mali ꝓpoſiti & durationis dēnt adiūgere, & oīa a peccati ſorde lauare & abſtergere,& cūcta ſuper cordis altare per charitatē domino cōcremare.Holocauſtum.n.domino in odorem ſuauitatis redditur, qñ tota vita hominis in altari religionis per pœnitentiam domino dedicatur, & quādo ſibi nihil retinet ꝓ manū ſacerdotis.i.prælati,ſed Deo totaliter dedicat. Pſal.65.Holocauſta medulata offerā tibi cum incenſo arietum, offerā tibi boues cum hircis.¶ Vel dic ſicut hic dicit,oblato animali ſacerdotibus,ipſi ſacerdotes debēt manum ſuper caput hoſtiæ imponere,ſanguinem fundere,pellem detrahere,artus in fruſtra concidere,& ſuper ſtruem lignorū omnia dño cōcremare &c.ſicut ſupra.Sic vere quando quis ſe offert ſacerdoti,vt manum per abſolutionē,ſibi imponat,vt pote quando venit ad confeſſionem, proculdubio ſacerdos ante oīa dēt facere,qđ ſanguis.i.peccatum per confeſſionem funda tur,ꝓ pellis.i.omnis excuſatio tollatur,quod omnia mēbra peccati ſcindanē & diuidanē,& diſtinctim inueſtigenē. quod ſuper ligna.i.ſup crucis memoriā, vel ſuper ſanctorū exempla homo conſtituat, & quod caput intentionis,pedes affF ectionis,inteſtinū interioris delectationis emūdet, & hic totus dño totaliter offeratur,& per charitatis incendium comburatur.¶ Vel dic,quod ſacerdos ſanguinē hoſtię debet ſup altare fundere,inquantum pro peccato cōfitentis debet coram altari per deuotionē & orationē intercedere & iſtare. Infra quarto.Hauriet ſacerdos de ſanguine, inferens illum in tabernaculum, quomodo de capris ꝙ ouibus fiebat holocauſtum,neceſſe erat ꝙ fiebat de animali maſculo & annicu lo.Sic vero, qñ ſimplices in religione ſe holocauſtum Deo volunt facere,ipſi debent anniculi,i.iuuenculi ſe domino offerre,& religionem intrare,vel ad quæcūque bona opera ab iuuentutis primordiis ſe donare.Vnde Eccleſiaſ.11.Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua.¶ Quādo de auibus fiebat oblatio ſeu holocauſtum domino, ſemper debebat fieri vel de turturibus vel de pullis columbarū, quæ ſunt aues gemebundæ. Nulla enim altera auis diuinis ſacrificiis erat apta, nullaque alia inter ſacrificia nominatur. ¶ Sic vero nulla auis volans, id eſt nulla perſona in altitudine ſcientiæ vel mundi eminentia eſt Deo grata, nec ſibi offerri ſeu præſentari digna, niſi ſit columba per ſimplicitatem, turtur per caſtitatem, gemebunda per contritionis & timoris acerbitatem. Solæ enim aues gemebundæ domino ſunt acceptæ,quia.ſ.ſoli illi,qui de peccatis libenter gemūt, domino fiunt grati.Pſa.5. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus &c.Eze.9. Signa thau ſuper frontem virorum gementium &c.¶ Qñ de auibus fiebat holocauſtū,ſeu etiam quodcūque ſacrificium,ſacerdos debebat auē ad altare referre, caput ad collum retorquere,pellē ꝓ parte rumpere,& ſanguinem ſupra crepidinē altaris effundere, & plumas & veſicam extra ꝓiicere,& in loco,vbi reponebanē cineres,iuxta altare reponere.A ſcellas ēt auis debebat cōfringere & caſſare,ferumque ſuper auem non debebat leuare nec eā diuidere vel ſecare,ſed magis integrā domino immolare.¶ Per aues chariſſimi intelliguntur viri ſpirituales,ſurſum per cōtemplationem volantes,quia pro certo in oblatione,qua ipſi ſeipſos offerunt domino,multa ſunt attendenda, quia videlicet iſti primo caput cordis ſui retorquent, & reflectunt per ſuiipſius conſiderationem,& diſcuſſionem,pellem corG poris ſui rumpūt ꝓ pœnitentiam & afflictionem,ſanguinem deliciarum,& peccati defluere faciunt per abſtinentiā vel ꝓ compaſſionē,plumas diuitiarum deponunt ꝓ elemoſynā & affectionē,vel per contemptum & abdicationē. Veſiculam ſuperbiæ ꝓiiciunt per humilitatem & ſubiectionem.Et hæc omnia in loco cineris deponunt ꝓ ſuæ mortis & incinerationis meditationē: aſcella & brachia affectuum ſuorum cōfringunt ꝓ temperantiam & mod ficationem:ſeipſos nō diuidunt ꝓ affectionum ſuorum ad diuerſa appetibilia diſperſionē,nec per amoris ſui ad mundum, carnem & amicos diſperſionem, ſed magis ſemetipſos integros immolant ꝓ totalē ſui Deo oblationē, & ꝓ generalē cordis & corporis ad diuinū ſeruitiū dedicationē.Pſa. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi,& cōfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt.

CAPITVLVM III TEXTVS.

Quod ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio,& de bobus Voluerit offerre marem ſiue fœminam, immaculata offeret coram domino.Moralitatum Cap. 2.

DE ſacrificiis votiuis q̄dam dño dabantur quædā ſacerdotibus affignabanē, q̄dam vero ipſis ſacrificantibus dimittebantur,dñs habebat renes,ſanguinē, & adipem,ſacerdos habebat armum,& pectuſculum,ſacrificans vero ꝓ ſe,& ſuis habebat reſiduum,ſicut patet Leui.3. & 7.¶ Sic vero de oībus bonis noſtris debemus generaliter facere tres partes,quia.ſ.vnam partem debemus Deo offerre & in vſus altaris ſui ſeu pauperum ſuorum expendere. Partem debemus ſacerdotibus tribuere, & Chriſti miniſtris decimas & primitias erogare.Partem vero debemus nobis retinere, & noſtris & famulis noſtris reſeruare.¶ Vel dic ꝙ iſta hoſtia.i. illa perſona,quæ dño vult offerri & ſpecialiter dedicari, debet in tria diuidi,quia.ſ. Deus debet habere renes ipſius per caſtitatem, & ſanguinem crudelitatis ſuæ per benignitatē, & pinguedinem delectationis & voluptatis ſuæ per abſtinētiam & macerationem. Sacerdotes vero & miniſtri Dei debent de eo habere armum dextrum.i.ſubſidium & ſuſtentationem,& pectuſculum vbi eſt cor,i.amorem & dilectionē, Reſiduum debent habere domini & amici ſui per ſeruitium & ſubuentionē, quia pro certo quilibet hō debet ſe in tria diuidere,i.labores,& obſequia ſua in tria diſtinguere, & de ſeipſo dēt partē Deo,partē ſacerdoti.i.ꝓximo & partem ſibi vel ꝓximo erogare.Vñ de talib.dr̄.Ecc.2. In trib.beneplacitū eſt ſpiritui meo. ¶Cauda non ꝓcipitur offerri, niſi q̄n de ouibus erat hoſtia.Nō enim fit mentio ꝙ deberet offerri cauda boum vel hircorum ſed ſolūmodo arietum vel agnorū, ſicut apparet Leui.3.¶ Boues poſſunt ſignificare tardos & negligentes,hirci vero fœtidos & peccatores.Oues vero ſimplices ſignificant & innocentes.Item dicas,ꝙ cauda.q̄ eſt finis,communiter ſignificat ꝓſeuerantiam operis, quæ ꝓ certo tunc a domino acceptatur,quādo circa opus virtuoſum verſatur,& propter hoc caudam bouis & hirci,ideſt perſeuerantiā negligentium & immundorum reprobat. Ouium vero,ideſt ſimplicium & innocentium perſeuerantiam approbat & acceptat,quia videlicet Deus perſeuerātiā in bono diligit,perſeuerātiam vero in malo odit. ¶ Vel dic quòd hos ſignificat negligentiam,hircus immunditiam, quorum perſeuerantiæ non ſunt bonæ,ouis vero ſignificat innocentiam,cuius perſeuerantia eſt optima.Vnde Exod. 25. Tolles de ariete adipem & caudam & armum. ¶ Deus ſpecialiter omnem adipem hiſtoriarum ſibi voluit retinere, & potiſſime tria genera adipum.ſ.adipem vitalū, adipem iecorē, & renum.Iſtos enim adipes voluit Deus de ſacrificio omni ſibi dari,& inde ignem ſuum in altari nutriri. Renes etiā illa & ſanguinem ſibi reuuit, & hæc omnia ſibi concremari mādauit cuncta vero alia aliis dereliquit.Et ſic patet ꝙ Deus in ſacrificio eligebat hoſtiarū interiora, & alias dimittebat exteriora.¶ Sic re uera Deus in homine interiora eligit, exteriora vero faciliter prætermittit, quia ſi interiora noſtra dño concedimus, ſatis de exterioribus noſtris volūtatem noſtrā facere poſſumus.Nec indignatur dominus ſi exterius recipimus aliquam conſolationem, dū tamen ordinemus ad Deū omnem interiorem affectionem.Iſte ergo vult,ꝙ illi offeramus

A mus omnem adipem vitalium, ideſt amorem uitæ propriæ, adipem renum,ideſt amorem filiorum à nobis generatorū Virtus enim generatiua conſidit in renibus, adipem iecoris quod.ſ.mare cogit,ideſt affectionem & amorem ſuorū amicorum.Et breuiter quicquid interius amamus,totum domino offerre,& ad eum ordinare debemus.Renes etiam.i.carnis delectatio,ſanguis inſuper,ideſt quicunque iracūdię motus & inflammatio,debent pœnitentia cremari, & igne diuini timoris,& contritionis & doloris,ac ardore diuinæ dilectionis comburi,& domino offerri,& ad eum ordinari.Adeps enim bonæ affectionis ignem charitatis in altari cordis ſolet nutrire,& ideo ipſum ſibi vult dominus ſpecialiter reſeruare.Vnde ibidem dr̄ in libro Leui.3. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationib.& cunctis habitaculis veſtris,nec ſanguinis nec adipem comedetis. ¶Vel dic,ꝙ triplex pinguedo triplicem concupiſcentiam denotat quam.ſ.domino immolat quicunque eam amore Dei dimittit,& inde per charitatis incendium ſeſe priuat.Leuitici ſexto & aliis plurib.locis dr̄,ꝙ ſacerdos,qui offert ſacrificiū debet habere pellem eius.Et infra etiam dr̄,ꝙ panes, qui offeruntur,ſiue fuerint in ſartagine,ſiue in craticula ſiue i cliBano cocti,ſacerdotis erunt,à quo offeruntur.Pellis eſt ſubſtantia temporalis. Vnde dr̄. Mich.3. Violenter tollitis pelle ſeorum deſuper eis & carnem eorum deſuper oſſibus eorum.Qui comederunt carnem populi mei,eſt pellem eorum confregerunt & conciderūt ſicut in lebete,& quaſi carnem in medio ollæ.Ergo quando aliquis ſacerdos ideſt aliqs ſacra dans,ſuis præ licationibus & inductionibus,Deo offert aliquod ſacrificium.i.conuertit ad Deum aliquem peccatorem,reuera ipſe debet habere & ab eo percipere pellē ſubſtantiæ temporalis, quia ſecundum apoſtolum.1.Cor.9. Qui ſpiritualia ſeminat,non eſt magnum ꝙ pro ſuſtentatione ſua temporalia metat.Can.4. ¶Cum ſacerdos peccabat, & Deum placare uolebat,accipiebat vitulum & eum immolabat ſanguinem eius intincto digito velum ſepties aſperge bat,& eadem cornua altaris incenſi interius intingebat,reliquum vero ſanguinis ſuper altare holocauſti fundebat,& B vna cum renibus & adipibus comburebat, carnem uero cū pelle & ſimo extra caſtra portabat & ea ibi in loco mundo, vbi infundebantur cineres,incendebat. Idem autem ꝓ omnia fiebat,quando ſynagoga vel populus delinquebat,& hic quotiēs ſanguis hoſtiæ in ſanctuarium inferebatur,nihil de hoſtia relinquebatur,ſed totum domino cremabatur.¶Allegorice per ſacerdotem poteſt intelligi Adam, per ſynagogam populus ab eo deriuatus,per uitulum uero intelligitur Chriſtus.Iſtud igitur certum eſt, ꝙ pro tollendo peccato ſacerdoti & ſynagogæ.i.adæ & populi neceſſe fuit occidi vitulum.i.Chriſtum,ſanguinemque eius ſuper altare crucis fundi,& ibi adipem & renes ſuæ interioris affectionis igne charitatis accendi Nulla enim charitas fuit maior quam ꝙ vellet pati Deus pro homine,innocens pro peccatore,inſtus ꝓ iniuſtis,bonus pro malis.Vnde dicitur Ioh.15.Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis.Velum etiam tabernaculi.i.ipſum tabernaculum paraſi iſto ſanguine ſepties fuit aſperſum,inquantum ipſum cœlum per Chriſti ſanguinem mediante ſpiritu ſeptēplici fuit a ruina angelica reparatum. Inde etiam altare incenſi.i.Deus pater tangitur inquātum iſto mediante ſangui ne peccatoribus complacatur. Vnde dicit apoſtolus. Col.1. Pacificās per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in terris ſunt, ſiue q̄ in cœlis.Iſte ergo extra caſtra.i.extra ciuitatem fuit ꝓ paſſionem crematus,& ibi igne.i.ſole fuit aſſatus. Et quia in omnibus membris paſſus eſt ideo dr̄ fuiſſe totus incenſus& combuſtus.Vnde dicit.Eſa 1. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.n.Vel dic moraliter, quòd quando quis vult peccatum ſuum redimere,& dominum placare,ipſe pro cerro debet vitulum,ideſt abſtinentiā carnis ſuę Deo per pœnitentiam immolare, ſanguinem ſuum.i. peccatum per confeſſionem fundere,i.Deum,ſepties,i.per ſeptem miſericordiæ opera,iſto ſanguine.i.pro iſto peccato aſpergere,& altare incenſi,i.orationem iſto ſanguine inquantū debet,pro ſuo peccato orationis locum,& officium frequentare,q.ſ.iſte altare incenſi pro ſanguine tangit, q pro peccato ſuo ad altare accedit,& orationem facit.Igitur talis debet renes totius voluptatis,adipem totius affectionis,& ſanguinem pcti, & infectionis ſuper altare holocauſti.i. ſuper C cor ſuum per conſiderationem ponere.i.totum ibi per contritionem incendere.Pellem vero,fumum & carnes.i. malā priorem conuerſationem,q̄ eſt pellis,malam primam infamiam,quæ eſt fimus,malam primam vitam,quæ eſt caro, debet extra caſtra eccleſiæ proijcere,& totum igne pœnitentiæ ibi concremare, & ſic peccatum ſuum poterit expiare & ſe dño concordare. ¶Vel dic ꝙ tunc ſacerdos peccatum ſuum & populi expiat,quādo ſanguinem vituli.i. memoriā ſanguinis & paſſionis dominicæ.i.ſacramentum euchariſtię domino immolat,& in altari cordis ſui per cōpaſſionē cremat & qñ carnem,& pelles extra caſtra portat.i. quando ipſum extra ciuitatē fuiſſe paſſum memorat. Apoſtolus. Hebr. 13.Exeamus ad Deum extra caſtra , improperium eius portantes.Vbi fit mentio de peccato ſacerdotis.Dicitur,ſi ſic ſacerdos,qui inunctus eſt,peccauerit,faciens delinquere populum &c.Item ibidem non ponitur ſi peccauerit ꝓ ignorā tiam, ſicut fit quando agitur de peccato ſynagogæ.Item ibi non ponitur quando aliquis pro eo orare,debeat , de ſynagoga uero dr̄,ꝙ ſacerdos pro eo orare debeat. In iſtis ergo notatur grauitas peccati ſacerdotis.Primo quia peccare facit populum,inquantū peccatum ſacerdotum à populo facilius trahitur in exemplum.Secundo quia ignoratia nō poteſt eum excuſare,inquantum.ſiſte tenetur legem Dei ſcire, & inter lepram diſtinguere, quod tamen non eſt ſic de populo,quem quandoq; poteſt ignorātia excuſare.Tertio, qa pro ipſo non eſt qui orationem uel oblationem faciat, quādo ipſe,qui pro aliis orare debebat, peccat.Vnde Eccl. 12. Quis medicabitur incantatori à ſerpente percuſſo? Vnum vr̄ illic ſupponere,ꝙ in hoſtia pro peccato non debebat poni nec thus nec oleum.Sic uero ipſe, qui ſeipſum Deo pro peccatis immolat,ideſt ille,qui penitet pro peccato,nō debet habere oleum,ideſt lætitiam , ſed magis dolorem,& cōtritionem,nec thus,i.ſpem ſuauitatis æternæ,ſed potius tormenti timorem,& conſiderationem, uidelicet ꝙ pœnitens magis debet triſtari q̄ lætari.i.magis timere tormenta,quàm ſperare præmia.Vnde dicitur.Rom.13.Si malefeceris, time: D vnum ſatis notabile ſcribitur hic,& etiam infra capite ſexto,quia ſcilicet vbi holocauſtum ſolebat immolari , potuit etiam immolari victima pro delicto. Holocauſtum autē totum combuſtum,iuſtum ſignificat,hoſtia uero pro peccato pœnitētes deſignat.Idem ergo dicitur eſſe locus immolationis amborum ad denotandum,ꝙ ad eundem gradum gratiæ uel gloriæ poteſt pœnitens poſt lapſum attingere ſicut iuſtus,q; nunquam inuentus eſt enormiter peccaſſe . Et iſta eſt expoſitio interlinearis.De peccato autem principis, & animæ dimitto ꝓp prolixitatē. ¶Hic ponit ꝙ uas ubi eoquitur hoſtia pro peccato,ſcilicet pars,quæ ſacerdotibus debebat fieri fictile,debebat cōfringi,ſi uero erat æreum,debebat lauari,& fricari.¶Sic uero cum carnes,quæ ſunt pro peccato,ideſt carnis delectationem,duo genera uitiorum,i. duo genera hominum contineant,& per concupiſcentiam decoquant,vt quidam fictilis,hoc eſt dictu,malus,obſtinatus, fragilis,altus æreus.Iſille qui eſt magis fortis,& ad cadendū difficilis iſtud debet fieri,ꝙ fictilis, ideſt ille,qui per fragilitatē ſolet quotidie recidiuare, debet frangi per tribulationem, & aſpere caſtigari, æreus uero,i.bonus,ſi ipſum extra conſuetudinem peccare contingat,debet lauari per confeſſionem,& fricari per moderationem & correctionem . Plus.n. eſt puniendus fictilis,i.aſſuetus quam æreus,qui eſt alias ſolidus,& poſt lotionem pœnitentiæ erit fortis,& bonus.

CAPITVLVM VI. TEXTVS.

Locutusq́ue eſt dominus ad Moyſen,dicens,Anima quæ peccauerit.Moralitat. Cap. 3.

DOminus uolens habere in altari ſuo ignem perpetuū præcepit ſic,ignis in altari meo ſemper ardebit,quem nutriet ſacerdos ligna ſubijciēs per ſingulos dies. Ipſe etiā ignis de altari debebat eſſe,non aliunde uenire,ſed ſemper de illo continuari debebat,qui de cœlo debebat eis dari,ſicut ponitur infra.Nam in miniſterio altaris nullus ignis poni debebat,niſi qui deſuper datus erat.Vnde Nadab & Abiu filij Aaron, qui ignem alienum ideſt ignem communem in thurribulo continuè poſſederunt,ſtatim percuſſi fuerunt,& igne

E igne egrediente à domino perierunt.¶Ignis de cœlo datus est charitas. Altare vero est cor hominis seu ecclesiæ integritas, quia re vera dominus vult q̃ in altari tuo ideſt in ecclesia, vel in hominis conscientia, semper iste ignis ardeat, & q̃ sacerdos ideſt prælatus uel prædicator ipſum lignis, i. exemplis et documentis foueat. Alienum vero ignem mundanũ, qui magis venit de inferno quam de cœlo, hoc est dictu, ardorem auaritiæ, iracundiæ, discordiæ, inuidiæ & luxuriæ, nõ vult in hoc altari poni, sed potius inde penitus abdicari, qua pp sacerdos, i. ecclesiastici, q̃ in thuribulo cordis sui uel in altari ecclesiæ, studeant ignem alienum prædictum, s. mundi & carnis concupiscentias ponere, nec esse habent à domino p cuti, & mala morte finaliter per ignis infernalis incendium perire. Eze. 15. De igne egredientur, & ignis consumet eos. Ignis enim inferni egressus à domino, ideſt à diuina sententia, illum devorat, qui in thuribulo cordis sui ignem alienũ portat, & quem ignis cõcupiscentiarum inflammat. ¶Qñ cineres in altari abundabant, vnus de sacerdotib. se sacris vestib. induebat, & cinerib. recollectis prædictas uestes deponebat, & extra castra cineres deportabat, ipsosque in loco mundo reponebat.¶Dic q̃ ligna, quæ in altari cordis crematũr in pabulum igne charitatis, sunt bona opera, cinis est ipsorum memoria. Sacerdos, ideſt quicunque iustus, se debet vestibus sacris, ideſt virtutibus induere, & de altari cordis sui cineres ideſt bonorum operum suorum memoriam recolligere, & ne inde superbiat, depositis sanctis uestibus, ideſt amota omni exhibitione sanctitatis suæ, debet tales cineres, ideſt talem bonorum operum suorum memoriam extra ferre, & de corde penitus abdicare. Iuxta illud Luc. 17. Cum omnia benefeceritis, dicite inutiles serui sumus.¶Si sanguis hostiæ ceciderit super vestem sacerdotis debebat eam lauare, & à tactu & immũditia sanguinis depurare. ¶Sic vero qñ hostia, ideſt peccator coram sacerdote fundit, & confitetur sanguinem suum ideſt peccatum suum, quando contingit, q̃ uestis suæ conscientiæ, ideſt affectionis, tali sanguine p aliquam malam delectationem, imaginationem tangitur & inficitur, qua propter ipse se lauare per confessionem tenetur. Hic facit mentionem de libo mentis sacrificiorum. Circa quod nota q̃ in omnia animali sacrificato offerebatur libamen ideſt aliquid liquidum cum eodem. s. oleum & farina & uinum vel farina oleo distemperata, & in sartagine dura ta sicut etiam supra secundo. In omni sacrificio erat ponendum sal, thus etiam quandoque cum sacrificio offerebatur. Nunquam autem fermentum aut mel in Dei sacrificio ponebatur, sed inde amoueri penitus iubebatur. Quia etiam sicut dicitur Exo. 12. Quando comedebatur agnus paschalis, per septem dies fermentum non debebat in hæbreorum tabernaculis inueniri, sed solum de pane azimo debebat populus tunc nutriri. Re vera sic dẽt esse in omni sacrificio boni operis quod patramus, uel quando nosipsos in ecclesia vel in religione domino immolamus multa nos debent concomitari. s. sal discretionis, oleum charitatis & dilectionis, farina diuinæ legis & suæ meditationis, vinum spiritualis gaudij & consolationis, nec non thus orationis & deuotionis. Sacrificiũ. n. cuiusque boni operis ineptum redditur & inacceptũ efficitur, nisi cum sale, ideſt cum discretione, & sapientia cõdiatur, & nisi oleo charitatis ungatur, quinimo omne opus, quamuis de se sit bonum & virtuosum sit tamen sal & oleũ ideſt discretio & charitas defecerint, efficitur insipidum & insulsum. Vnde dicitur. Si sal euanuerit in quo saletur, ad nihilum valet vltra &c. Duo autem principaliter nobis interdicunt, scilicet fermentum malitiæ, & mel adulationis & blãditiæ, quia re vera quicquid boni fecerimus, ab istis duobus præcauere debemus, vt scilicet sacrificio, ideſt operi nostro fermẽtum malitiæ, interius vel adulationis mel exterius nullatenus misceamus, sed vere & simpliciter & sine adulatione, & mala intentione quicquid fecerimus faciamus. Vnde Apostolus. 1. Cor. 5. Non in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. ¶Vel dic q̃ mel significat dulcedinem fauoris humani, fermentum intentionem alicuius mali erroris. Ista enim duo sunt ab omni opere bono ppellenda &c. Vel dic, q̃ quando quis seipsum Deo offert in altari per pœnitentiam concremandum, debet adiungere sal mordacis contritionis similam bonæ & mundanæ affectionis, oleum compassionis & thus orationis. Sicut hic patet, hæc tria genera panum domino præcipiebantur offerri, q̃ .s. cocti in clibano, cocti, in saltagine, cocti in craticula. ¶Dic si vis q̃ tres isti panes sunt tres theologicæ uirtutes, s. fides, q̃ est panis coctus in craticula, quia ibi sunt multi oculi, i. multi articuli: spes, quæ est panis coctus in sartagine, quia scilicet ibi est ardor desiderij, & oleum cõsolationis: charitas, q̃ est panis coctus in clibano, quia scilicet ibi est ardor perfectæ, & generalis dilectionis, & sic isti sunt tres panet, de quibus dominus dicit cuilibet nostram illud. Lucæ vndecimo. Amice accommoda mihi tres panes. ¶Vel dic q̃ panis in clibano est dolorosa contritio, in craticula ubi sunt foramina & aperture, est ad aperiens vulnera confessionis, sartago vero ubi est oleum operum pietatis, est satisfactio. Istos ergo tres panes Deo offerrimus. Allega ut supra. ¶Volens dominus consecrare. Aaron & filios eius, pcepit eos lauari, indui & cætera vide Exod. 29. vbi inueniuntur omnia posita à Deo mandata & competenter exposita, quæ hic Leuit. 8. & 9. fuerunt per Moysen excusa. De Nadab & Abiu in combustis uide de capitulo sexto.

F

CAPITVLVM XI. TEXTVS.

Locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens.

Moralitatum. Cap. 4.

ANimal non reputabatur immundum in lege Moysi nisi ruminabat, & vngulã diuidebat, Animalia vero q̃ non non ruminabant nec vngulas scissas habebant nõ debebãt à filijs Israel comedi, nec eorum cadauera tangi, sicut sus & lepus erant immunda, pro eo quòd vnum licet ruminet, vngulas tamen non diuidit, aliud uero quia dato quòd etiam vngulas scindat, ruminare tamen non nouit. ¶Charissimi p ruminationem intelligitur circunspectio, deliberatio, peccatorum contritio, ungula autem qui ornatus est & extremitas pedum & manuum, est bona operatio & affectio. Diuisio vero ipsius operatio sagax discretio & distinctio. Igit istud est uerum, q̃ nullus debet reputari mundus, nec ab alio comedi per imitationem, uel tangi per associationẽ elt dignus nisi qui per deliberationem posset ruminare, & per discretionem opera sua diuidere, distinguere & tractare. Ad hoc enim q̃ quis à filijs Israel ideſt à personis bonis comedi, incorporari, imitari, tangi & frequentari dignus habeatur, necesse est pro sit homo deliberatiuus & ruminans, & q̃ ungues sui ideſt opera per discretionem distinguantur debitã, Alias si unum istorum duorum deficiat, dignum est quòd ipsum homo spiritualiter non comedat nec tangat, scilicet tanquam immundum fugiat & dimittat, & talis pro certo debet reputari sus seu porcus ideſt quilibet luxuriosus & immundus, & lepus & cuniculus ideſt quilibet timidus, & in terris per auaritiam tumulatus. Vnde Apostolus. 1. Cor. 15. Si quis inter uos nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, maledicus, ebriosus, cũ huiusmodi nec cibũ sumere &c. Vel dic q̃ ruminatio significat contritionem, & proprij peccati mastigationem, vngulæ vero diuisio, apertio & distinctio significant malorum operum confessionẽ & distinctam sacerdoti reuelationem, quia re uera qui in istis duobus tacuerit, nũquam mundus apud Deum erit &c. sicut supra. ¶Vel dic q̃ ungula quæ est extremitas, & perseuerãtiã significat &c. sicut supra. ¶Piscis qui pinnas & squamas non habebat, immundus erat in lege reputatus, & sic tã quam immundus nec tangi nec comedi merebantur. Pisces uero uiscosi & longi sicut sunt angulæ & congri, erãt, phibiti, ita q̃ nullo modo debebant comedi. Morticinum vero eorum non debebat tangi, sed magis abominabile & tãquã execrandum haberi.¶Pennulæ charissimi, quibus scilicet piscis uel saltat uel natat, significant virtutem contemplationis, qui. s. animam per quietem mentis facit natare, & ipsam spiritualiter saltare, & vsque ad cœlestem celsitudinem trãsuolare. Squame q̃ duritiam & fortitudinem maiorem habere videntur, & quibus medianrib. corpus defenditur & fouetur, patientiam possunt significare, quia. s. corpus interioris animi hominis, ne lædatur à tribulationib. solet defensare, quia secundum Senecam, Doloris remedium est patiẽtia. Pisces igitur. i. homines, qui in aqua dulcis deuotionis, vel in mari amaræ contritionis uel religionis habent uiuere, tunc propriè iudicantur mundi, quando pennulis contemplatio-

A plationis & squamis patientiæ sunt muniti, vt scilicet possint ad cœlestia interius uolare, & aduersa terrestria exteriꝰ fortiter ac tranquillo corde tolerare, quia re uera pisces, i. religiosi uel clerici, qui per uoluptatem sunt uiscosi, fragiles, flexibiles & ignaui, qui pennulis cõtemplationis & squamis fortitudinis & patientiæ sunt priuati, non debent ab alijs per imitationem comedi, nec per frequentationem tangi & ideo de squamis fortitudinis, & patientiæ boni religiosi, potest exponi illud Iob. 41. Corpus eius quasi secuta fusilia compactum squamis præmentib. Hic videtur supponere, q̃ animalia immunda siue essent gressibilia, siue natatilia, siue volatilia, quia dr q̃ non debebant comedi, nec morticinia eorum tangi, dupliciter considerantur, inquantum uiua, vel inquantum mortua, q̃ dum uiua erant tangi quidem poterant, manducari vero non debebant, immo etiam nec manu tangi. Ista possunt applicari ad uirum iustum, quia, s. animal significat hominem, qui debet esse per gratiã animatus, per bonam affectionem gressibilis, per contemplationẽ volatilis, per deuotionem natatilis. Et sic dico q̃ animal immũdum significat peccatorem, animal uero mundum significat uirum iustum. Veruntamen animalia immunda, s. peccatores in duplici sunt differentia, quia scilicet aliqui adhuc uiuunt, qui. s. communione fidelium adhuc coniuncti sunt & uitam ideſt ecclesiastica sacramenta participare possunt. Alij uero iam sunt mortui. i. per excommunicationem à corpore ecclesiæ diuisi, & à sacramentorum vita per cẽsuram ecclesiasticam separati. Igitur istud præcipitur nobis, q̃ scilicet animalia immunda, uiua tamen. i. peccatores fideles tñ & ecclesiæ participes, bene tangere. i. associare & cum eis participare possumus, ipsos tamen comedere. i. eorum vitam nobis p malam complacentiam & imitationẽ incorporare aliqualiter non debemus. Ex quo tamẽ nobis cõstat q̃ mortui sunt, ipsos omnino debemus fugere, ipsosque per associationẽ aut frequentationem, pterquam in casibus licitis declinare, eos viles & abominabiles reputare. Vnde dr. Num. 16. Separamini de tabernaculis hominum impiorum. ¶Vel dic, q̃ animal immundum viuens est peccator, adhuc uitam ideſt, famam suam retinens. Animal uero immundum mortuum signficat peccatorem, iam vita. i. bona fama priuatum. A primis ergo non prohibemur tactum. i. societatem vitare, ipsos tñ iubemur non comedere. i. ab eorum imitatione cauere, nec colloquium aut consortium fine iniuria denegare, à secundis uero debemus & vitam fugere, & colloquia & consortia declinare. ¶Vel dic, q̃ morticinium, quod per se erat mortuum significat illos, qui voluntarie & quasi ex proposito peccant, qui. s. summe sunt cauendi. Alii vero q̃ aliter moriuntur, & qui per violentiam tentationis uel tribulationis vita gratiæ spoliantur, nõ sunt ita execrandi, sed potius supportandi. Vnde Apostolus. Galath 6. Si præoccupatus fuerit frater tuus in aliquo delicto, supportare debes &c. Sequit, considerans temetipsum ne & tu tenteris. ¶Volatilia omnia erant munda præter has uiginti species, scilicet præter aquam, gryphonem, haliætum, miluum, uulturem, iuxta genus suum, q̃ omne animal corvini generis, struthionem, noctuã, larum & accipitrem in genere suo, bubonem, mergulum, ibim, pauonem, onocrotalum, porphyrionem, hærodionẽ, caladrion, iuxta genus suum, upupam & vespertilionem, & nota q̃ multæ ponuntur hic species auium vbi subiungitur iuxta genus suum, in quo notat, q̃ in uno eodemq; auiũ genere multe sunt species subalternæ, sicut exemplificat Plinius de accipitre, vulture, qui tamen omnes generaliter sũt immundæ. ¶Dic si vis, q̃ per istas uiginti auium species intelliguntur diuersæ conditiones hominum peccatorum. Aquilæ. n. qui alte volant, & gryphones qui homines deuorant, sunt mali reges & superiores, qui scilicet altiori præeminẽt dignitate, etiam excellunt in superbia & crudelitate. Haliætus qui alaudas rapit, & miluus, qui pullos inuadit, significãt malos balliuos & raptores inferiores, qui scilicet, magnos non audent inuadere, pullos tamen, ideſt innocentes, & pauperes solent continuè lacescere. Accipiter qui columbas odit, hærodius, qui pectore lædit, onocrotalus, qui rostro corrodit, significant inuidos atque detractores, qui scilicet pectore. i. animo solent alios lædere, columbas. i. simplices odire, & omnes dentibus & labijs comedere. Vultur, qui cadauera sentit. Vpupa, qui in stercoribus nidum facit, significat luxuriæ & immunditiæ sectatores, Bubo, noctua & uesperti- C lio, qui de nocte uolant, significant hæreticos & latrones, & occultos criminum operatores. Ibis, larus & mergulus, qui aquas frequentant, significant delitiarum, & gastrimargię, p fessores, cuius exempla extra cãdida, intus nigra. Et struthio alas habens, & nunquam uolans, significat hypocritas & simulatores. Et omne, quod est coruini generis, quod semper dicit cras, significat pigros procraltinantes, & pœnitentiæ dilatores. Porphyrio. i. pellicanus, qui pro filijs suis se uulnerat, significat, nepotum, filiorum & amicorum carnaliũ immoderatos dilectores. Caladrion, quæ ad sanandum ducta, homini non morituro faciem venit, à morituro uero vultũ auertit, significat falsos homines, q̃ in prosperitate sunt hominum amatores, sed in aduersitatib. desertores. Omnes igit tales aues sunt immundæ, quæ tangi, & imitari à sanctis hominibus nõ sunt dignæ. ¶Omne uolatile, quod quattuor pedibus graditur, immundum erat, nisi forte pedes posteriores per quos salit, essent anteriorib. longiores, sicut habet locusta, tunc enim erat animal comestibile, & non abominabile. ¶Quatuor pedes, quatuor sunt cordis affectiões, scilicet dolor & gaudium, & sunt anteriores, quia concernunt præsentia. Spes & timor, q̃ sunt posteriores, q̃ a concernunt futura. Apostolus. 1. Corin. 15. Prius quod animale, deinde quod spirituale est. Igitur dico quod omnæ uolatile, i. omnis hõ contemplationi datus, & ad uolandum mentialiter ad cœlestia electus, sicut est religiosus uel clericus, immundus debet iudicari, qui quattuor pedibus graditur ideſt quattuor cordis affectionibus circa terram uidetur occupari. Non debet in religiosis, & clericis magis abundare pedes quam alæ ideſt affectio quam contemplatio, nec debent circa terram, & terrena negocia currere, sed sursum circa cœlestia uolitare, & ideo illic clerici immundi merito iudicantur, qui plus graduntur quàm volant, & plus in terrenis negocijs quam in cœlestibus desiderijs occupantur. Veruntamen ne omnino contemnamus actiuos, & circa terrena negocia occupatos, sciendum quod si pedes ideſt affectiones posteriores, & desideria futurorum anterioribus pedibus ideſt præsentium terrenorum affectionibus præferuntur, & amplius per perseue D rantiam prolongantur, & per excellentiam exaltantur, tũc isti immundi non iudicabuntur, sed apud Deum & homines comestibiles ideſt imitabiles & tangibiles, i. frequentabiles decernẽtur, quia re vera animus circa terrena gradiẽs, tũc nouus, & mundus existit, quando in eo amor futurorum amorem præsentium superat, & quando saliendo superius p desiderium æternorum ratio sensualitatem præcedit. Apo. 1. Nouissima tua peiora priorib. ¶Vel dic q̃ pars prior significat sensualitatem, posterior rationem. Ista ergo, quæ debet præcellere ad hoc quod homo mundus possit apud Deũ esse. Maiora. n. debent esse in nobis posteriora priorib. & spiritualib. Apo. 2. Posteriora tua peiora priorib. ¶Vel dic quod posteriora significant senectutem, anteriora significant iuuentutem, quia si uolumus mundi esse, bona opera senectutis debent iuuentutis operibus præpollere. ¶Omne animal quadrupes quod super manus ambulat, immũdum erit. Vbi nota, quod ille, qui super manus vult ambulare, necesse habet se ad terram incuruare, & manus ad terram inferius inclinare. ¶Sic ergo dic moraliter, quod ille, qui manus ideſt operationes suas ad terram, ideſt solum ad murum terrenũ applicat, & qui terram, ideſt terrena amplexatur, diligit seu tractat, & ad terrena se extendit totaliter, & inclinat, immũdus apud Deum dicitur & bonorum tactu & consortio indignus iudicatur. ¶Qui tangebat animalia immunda, uel q̃ ea mortua deportabat &c. immundus erat, & extra castra ire debebat. ¶Charissimi, iste uidetur immundus seu morticinũ comedit, qui ipsum & ipsius vitam sibi incorporat imitando. Ille uero tangit, qui talem frequentat sibi associando. Illũ portat, qui ipsum sustinet defendẽdo uel qui sibi fauet seu eum fouet, ipsius iniquitatem non reprobando uel excusando, uel non puniendo uel arguendo. Sicut ad literam faciũt adulatores; qui malos & morticinos diuites portant. Sicut ẽt faciunt mali iudices & superiores, qui suos morticinos familiares & amicos defendunt contra iustitiam & adiuuant, ipsosque non puniunt, sed iniquitatem eorum supportant, exemplo heli, q̃ filios suos nõ corrigebat, sed eos potius sustinebat. 1. Re. 2. Oẽs ergo tales comestores, tractores seu portatores

E tatores immundorum & iniquorum, sunt immũdi, & bonorum tactu, frequentia & cõsortio sunt indigni. Vnde Nu. 19. Quicquid tetigerit immundum, immundum fiet. Talis igitur qui tactu alienæ societatis vel alieni mali, verbi & exempli immundus & peccator factus est, debet extra castra, i. extra ciuitatem spei aliquandiu manere, & aqua lachrymarum. i. pniæ se lauare, & sic in vespere. i. in obscuritate timoris poterit castra, s. per securitatem intrare, & conscientiæ mundi tiam re habere. Nullus. n. qui immundus exiitit per morticinum. i. per peccatum mortale perpetratum, vel per malum & morticinum cõsortium, debet statim castra intrare. i. se digñum intrandi castra Paradisi sperare, immo prius se tenet per confessionem lauare, & sic manere vsque in vesperum. idest in aliqua timoris & contritionis caligine antequam ad castra. i. ad cœlestium spem audeat se transferre. Eze. 12. Per fodetibi parietem. In humeris portaberis, in caligine efferis. ¶Vel dic, ꝙ vesper significat finem vitæ, quia. s. vsque ad vesperam debemus immũdi esse. i. vsq; ad mortem debemus nos immundos reputare, & intrãdi tabernacula Paradisi indignos esse. Quod contingit quotiens nos immundũ comedere. i. aliquam immunditiam facere, vel morticinum peccati mortalis tangere consueuit. ¶Vel ista possunt applicari ad excommunicationem maiorem uel minorẽ. Animal immundum uel morticinum significat illum, qui maiori excõmunicatione ligatur: & vita gratiæ & sacramentorũ cõione priuat. Ille vero qui est cum talib. in participatione immundus. i. excommunicatus minori excommunicatione efficit, & vna cum alio extra castra. i. extra cõionẽ fidelium iudicat. Quia istud est verũ, ꝙ immundi se tangentes immundos faciũt, & ꝙ excõicati alios excõicatos reddũt. Iõ bene dr hic. Ne tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. ¶Aliqua animalia immunda numerantur hic, s. mustella, mus, crocodillus, migale, chameleon, stellio, lacerta, talpa. Ista. n. immunda erant, & morticina eorum immunda: intantum ꝙ q̃quid morticinũ de istis aialib. sup quodcunq; vas ligneum uel fictile, siue etiam super vestem vel pelles vel cilicia cadebat, totum immundum faciebat, quinimmo ẽt quicunq; liquor vel cib. in talib. vasis ponebat, antequam aqua lota vsq; ad
F vesperam stetisset, totum immundum reddebatur. Terrea autem vasa vbi talia cadebant, frangi & destrui iubebantur. Illa verò, quæ erant lignea vna cum vestib. dictis & pellibus, aqua lauari mandabantur, & sic munda ad vesperam reddebantur. ¶Sic vero dico quod in hoc mundo inueniuntur multa aïalia immũda. i. multa genera peccatorum, videlicet, mustela, quæ ualde flexibilis est naturæ, & fraudulenter rapit, q̃ significat dolosos. Mus qui semper comedit, significat gulosos. Crocodilus, quem iaculum non lædit, significat obstinatos & ceruicosos. Migale quod est crudele, & mite se fingit, significat fallaces & proditiosos. Chameleon, qui uento viuit, significat superbos & inaniter gloriosos. Stellio qui pellem habet pictam, significat lasciuos & curiosos. Lacerta, q̃ sepulchra inhabitat significat immundos & luxuriosos. Talpa, quæ sub terra manet, significat auaros & terrenorum ambitiosos. Omnes isti sunt immundi & ab hominib. execrandi & mores eorum uilipendendi & fugiendi. Quia breuiter, qui tales imitando comedit, uel morticinum eorum, i. eorũ vitam mortifera per associationem vel per affectionem tangit, statim eorum immunditiam in se sentit, & immundum & peccatorem eorum exemplo & uerbo faciliter sese facit. Igitur siue sit uas ligneum. i. spũaliter leuis per voluntariã paupertatem, siue sit uas terreũ. i. spiritualiter grauis per timorem & humilitatem, siue sit uestis. i. homo alios uestiens, vel pellis. i. homo alios calcias per eleemosynam & pietatẽ, siue sit cilicium, i. homo alios pungens per iustitiam & seueritatem, uel seipsum aculeans per pœnitentiæ austeritatem, cum tamen tangit morticinum, & frequentat peccatorem corruptum & infectum & maximè hæreticũ & faciliter immundus efficitur. Et quamuis à principio bonus esset, eius tamen tactu societate & auditu de facili maculatur. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Quin etiam liquor inferioris affectionis seu scientiæ uel locutionis talium valorum. i. talium hominum, qui simili tactu morticinorum. i. hæreticorum & peccatorum q̃nq; corrupti fuerint, tam immundi fiunt, ita ꝙ non est dignum a nobis recipi, nec audiẽdo gustari. ¶Morticinum enim, vas, quod tãgit, fœdat, vas vero liquor postea potatorem, & sic talis immunditia per multas successiones & de vno ad alium transfunditur, & de vno immundo multi alij immundi constituuntur. ¶Sic unus infectus hæreticus uel peccator corruptus multos alios corrumpit, & immunditiam successiue ad plurimos transmittit. Vnde Apostolus. Roman. 5. Ex uno homine peccatores constituti sunt multi. ¶Istud etiam potest applicari ad peccatum originale, quo. s. de Adam in alios successiue transmittitur, ita ꝙ natura filij per tactum naturæ paternæ, & per successionem generis uitiatur. Ista debent ergo lauari per compunctionem & lachrymationem si contraxerint immunditiam peccati actualis, & etiam per baptismi ablutionem, si fit tantum immunditia peccati originalis, & sic in vespere mortis munda reputabuntur, & in castris Para diſi in usus filiorũ Israel. i. sanctorum & angelorum purificata prædicabũtur. ¶Vel dic, quod liquor uel cibus immũdi vasis, significat sciẽtiam uel eloquentiam peccatoris, quæ. s. immunda, & abhominabilis redditur, quando ab immundo vase proferẽ. Quia ẽm Greg. Cuius uita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtemnatur &c. ¶Vas fictile in quod morticinum cadebat, polluebatur, & ideo frangi quam cito iubebatur. Vas vero ligneum lauabatur, & mundum efficiebatur, & in vsus filiorũ Israel iterum vertebatur. ¶Vas terreum, quod est sine humore & firmitate, significat hoïem in peccato obstinatum, nullo humore compunctionis contritum, sed in clibano concupiscentiarum decoctum, fragilitati obnoxium & subiectum. Vas vero ligneum significat hoïem magis firmũ, quodã naturali humore humectũ. Igit si in vas terreũ. i. hoïe obstinato & impenitente cadat morticinum peccati alicuius mortalis, & maximæ hæresis, illud procũldubio dẽt frangi, & per punitionem de medio tolli, uel ẽt fortiter castigari. Si vero istud vas ligneũ. i. pœnitens, ẽt si contritus fuerit tũc per confessionem, eruditionem, & lachrymationẽ purificari debebit, & facta pœa iterato sicut prius mũdus erit. ¶Oẽ. n. ꝙ reptat super terrã, abominabile erit, nec assumetur in cibũ. Quicq̃d ẽt sup pectus quadrupes gradit, & multos hẽt pedes, siue per humeros trahitur, nõ comedẽt, sed abhominabile erit vobis. ¶Talia reptilia significant auaros qui. s. & corpore & pectore tangunt terram, terrenaque tractant & H diligunt tam corpore quam affectu. Quia re uera tales, q̃ nõ cessant per auaritiam circa terram, i. circa terrena repere, & pectore cordis & affectu terram & ipsa terrena tangere, & per humum terrenæ cupiditatis pedes suos multiplices. i. suos & filios & famulos post se ducere, erudire & trahere, non sunt comestibiles & tangibiles, i. imitabiles & frequẽtabiles, sed pro certo ipsi debent esse abominabiles & detestabiles, sicut ad litteram patet de vsurarijs & auaris, quos q̃libet abhominatur, & quos Deus & populus detestat. Vt habetur in Prou. 8. Labia mea detestabuntur impium. ¶Quãdo morticinum cadebat super sementem, si erat sementis, non polluebatur ex morticino. Si vero aqua erat madida, tũc ex tactu morticini efficiebatur immundum. ¶Sic vero si semen affectionis nostræ humore deliciarum aspergitur & imbibitur, restat, si morticinum, idest aliqua mortifera tentatio, locutio vel exempli mali datio, vel alicuius malæ personæ societatis delectatio ipsum tetigerit, quod per malum consensum faciliter polluatur. Si vero ista humectatio deficiat & ficcitas abstinentiæ uel paupertatis abundat tunc immundi tia tentationis & mali consensus ita faciliter nõ subintrat, sed mundum & sine macula perseuerat. Constat enim quòd ille, qui diuitijs aspergitur, tactu mortuæ tentationis facilius inficitur, quam ille, qui in siccitate paupertatis & abstinentiæ commoratur. ¶Vel dic, quod morticinum significat peccatum, aqua uero significat delectationem in peccato, quia scilicet morticinum, idest tactus peccati mentem non inficit, nisi aqua, idest delectatio consensus & complacẽtia subsit. Peccatum enim adeo est voluntarium, quod si nõ est voluntarium, non est peccatum secundum Aug. ¶Vel dic secundum glo. quod aqua est baptismus, quia si illi, qui aqua baptismatis non sunt loti, s. infideles, tangunt morticina. i. si committunt peccata mortalia, non tãtum polluuntur, nec ita profunde delinquunt seu tanto peccato inficiuntur sicut illi, qui a qua baptismatis abluuntur, quia scilicet in eodem peccati genere plus peccat fidelis quam infidelis, baptizatus quam gentilis, quia. s. infideles pro parte excusat ignorantia,

A rantia, fideles vero excusat conscientia. ¶Fontes & cisternæ & ois aquarum congregatio non polluebatur, dato ꝙ à morticinio tangeret. Sic vero fontes sacræ scripturæ, cisternæ philosophiæ, aquarum congregatio moralis sapientiæ non inficitur, nec mala aut immunda redditur, si à morticino. i. à malo doctore vel prædicatore tangatur. Constat enim quod ille fons sapientiæ & sacrarum scripturarum quantum de se est, non potest pollui vel infici quamuis contingat eam per hæreticum male exponi, vel per malum hominem prædicari. ¶Vel dic, quod fons talis significat gratiam sacramentalem, quam proculdubio morticinium tangens, idest malus minister administrans, nunquam potest inficere, quinimmo solet semper munda & syncera manere. Virtus enim sacramentorum dependet à Deo, non à ministro, & ideo nunquam minuitur, aut inficitur ministri immunditia vel delicto.

CAPITVLVM XII TEXTVS

Locutusque est dominus ad Moysen dicens, loquere.
Moralitatum Cap: 5.

MVlier, quæ peperit, septem diebus immunda manebat & si fuit partus masculus, idsum in die octaua circumcidebat, & per quadraginta dies in domo stãs tandem ex toto ad communionem redibat, & atrium cum alijs subintrabat, & pro purificatione sua sacrificium, scilicet agnum aut columbam pullos aut turtures offerebat. ¶Sic verè quando mulier, idest anima peperit aliquod bonum opus, exinde solet immunditiam superbiæ vel inanis gloriæ contrahere, quapropter non statim est munda idest non statim debet se mundam idest sanctam reputare, sicut pharisæus, dicens. Lu. 18. Ieiunio bis in sabbato &c. quinimmo ipsa debẽt partum suum circuncidere & examinare, & omnem inanem gloriam abinde præscindere vel fugare, & sic per septem dies, idest per totius huius vitæ circulum, vel per septẽ peccata mortalia semper se debet vilem. i. immundum reputare, iuxta illud. Luc. 17. Cum omnia bene feceritis, dicite. Serui inutiles sumus, quousque. s. per quadraginta dies, i. per stata pniæ in domo propriæ conscientiæ recluſa, agnum innocentiæ, turturem castimoniæ, columbam simplicitatis & modestiæ Deo poterit immolare. Quod cum fecerit, tũc purificata & munda poterit atrium Paradisi fœliciter introire. Ideo dr Iac. 4. Purificate corda duplices animo. ¶Vel dic qd partus potest significare malorum operum facinora, à quo si purificari volumus quadraginta dies, s. per tempus pœnitentiæ uel quadragesimæ nos recludere in domo conscientiæ, & tandem oblatis agno turture & columba, idest innocentia & castitate & simplicitate, mundi & purificati esse poterimus & templum seu atrium Paradisi eum mundis idest sanctis & angelis introire. ¶Per tantum spacium stabat mulier antequam purificaretur, per quantum partus in uentre steterat antequam uiuificaretur, scilicet si esset masculus, p quadraginta dies, & si esset fœmina, per octoginta dies. Maiusque tempus requirebatur ad purificandum pro partu fœminea quam pro puero masculo. ¶Partus qui cum libidine concipitur & cum immunditia nascitur, significat peccatũ, quod scilicet facit concipi libido delectationis, & quod facit compleri & perfici immunditia operationis. Igitur istud est verum, quod quanto stetit ille fœtus in ventre voluntatis & malæ complacentiæ diutius, tanto pro certo purgatio pœnitentiæ debet durare longius. Et quanto mater, idest anima plus voluit fœtum peccati secum retinere, tanto debet diutius per pœnitentiam affligere, & purgationem pœnitentiæ diutius tolerare, quia re uera quanto maior est mora & obstinatio, tardiorque confessionis parturitio, tanto difficilior est purgatio & mundatio, vt sic de proportione culpæ & pœnæ dicatur de anima pœnitente illud Apocalyp. 18. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tãtum date ei tormentum & luctum de uiuificatione & tardiore & citiore, vide supra hic tertio capitulo de puero. ¶Vel dic, quod puer hic est homo, qui octo dierum, idest in tempore resurrectionis vltimæ à cunctis mortalitatis defectibus circuncidetur & mundabitur & sic quadragenario inde transacto ad templum Paradisi perducetur, vbi immundus non offertur.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.

Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, C
dicens. Homo in cuius cute. Moralitatum Cap. 6.

LEpra multiplex nobis in scriptura manifestatur, scilicet lepra in capillis, lepra in cute, lepra in carne, lepra in veste, lepra in domo. Quælibet istarum leprarum erat immũda, & à tactu, & à frequentia hominum euitanda. ¶Potest lepra significare quodcunque peccatum, & maxime peccatũ luxuriæ, quæ quidem luxuria, inficit non solum proprium subiectum, immo etiam alios circunstantes. Sed re vera lepra luxuriæ peccati vel infamiæ quãdoque in capillis, idest in cogitatione, quandoque in carne, idest in delectatione, quandoque in cute, idest in exteriori operatione inuenitur. Quandoque inficit vestem, idest exteriorem conuersationẽ quandoque etiam corrumpit domum, idest totum vicinum & regionem. ¶Tunc enim lepra nostra esse in veste uel in domo dicitur, quando luxuria nostra uel auaritia uel peccatũ in exteriori conuersatione manifestatur, & quando in domo religionis vel ecclesiæ per infamiam diuulgatur, & per mali exempli dationem in alios dilatatur. ¶Vel dic, quod lepra est superbia quæ ad modum lepræ tumorem, & mentis indignationem. s. inflaturam parit. Ista ergo quandoq; in capillis, quando scilicet homo superbit & gloriatur in crinibus quandoque in carne, quando gloriatur in delicijs carnalibus quandoque in cute, quando gloriatur in cutis pulchritudine, quãdoque in veste, q̃n gloriatur in generis valore. ¶Vel dic ꝙ capilli significant sciæ subtilitatem, caro sanguinis nobilitatem cutis corporis formositatem, vestes virtutum amenitatem, seu ẽt bonorum temporalium fœcunditatem, domus status seu dignitatis, quam obtinet, sublimitatem. In istis. n. oibus potest lepra crescere, & pro his oĩb. põt superbia uel inanis gloria prouenire, & mentem inficere & fœdare. Processus, qui fit contra hæreticos, videtur habuisse ortum à processu, qui fiebat antiquitus cõtra leprosum. Dr. n. ꝙ si suspitio lepræ appareat in aliquo, forte quia est scabiosus, vel quia cutis apparebat humilior, & pilus albior, debebat eum sacerdos recludere septem diebus, & si videret ꝙ D huiusmodi lepra non cresceret, sed etiam quod post inclusionem alijs septem diebus sese nullatenus augmentaret, debebat eum dimittere & mundum bonamq; carnem hre prædicare. Lauabit inquit homo vestimenta sua & mundus erit, quia scabies est. Quod si forte lepra crescebat, ipsum leprosum & eum extra castra pellere tunc debebat. ¶Sic uerò audita suspitione lepræ. i. hæresis contra aliquem, debet eum sacerdos, iudex diligenter inuestigare & etiam si fit necesse, capere & includere. Si uero videt, quod non pseuerat, sed cessat, ipsum tanquam mundum debet absoluere, & inde liberare, & esse potius scabiem quam lepram, idest aliquem leuem errorem, quã hæresim iudicare. Quælibet. n. scabies non facit leprosum, nec quilibet error facit hæreti cum. Sed procul dubio si uiderit hmõi maculam crescere, ipsamq; in errorẽ persistere, tunc debet cum leprosum uel hæreticum iudicare, & à consortio fidelium segregare. Vñ dr. Mat. 25. Separabit malos de medio iustorum. ¶Vel dic ꝙ scabies uel lepra sũt duæ spẽs excõicationis. s. minor & maior. Propter scabiẽ ergo. i. pp minorẽ excõicationem, non dẽt quis à canonica fidelium cõione segregari, sed tm uelle conscie sue dẽt lauare per confessionẽ, & à sacerdote mundari. Per lepra vero. i. per maiorẽ excõicationem, hõ debet ab aliorũ cõsortio diuidi, & ab ipsis tãquam leprosus necessario reputari. Isa. 33. Nos aũt reputauimus eũ quasi leprosum. ¶Vir, de cuius capite pili fluunt, caluus, & mũdus est, & si ẽt à fronte ceciderũt, mundus & recalualter est. Si uero in caluitio lepra oritur, immundus iudicabitur. ¶Caluitium, quod nihil aliud est quã casus & nuditas capillorum, potest significare uoluntariam paupertatem, quam pro certo qui debite amplectitur, mũdus & sanctus apud Deum efficitur, intantum quod quanto quis plus capillos diuitiarum suarũ pauperibus per eleemosynas dimittit fluere, ita quod caluitium paupertatis ipsum ex hoc contingit incurrere, nunq̃ propter hoc debet vilis & immundus reputari, sed magis mundus & honorabilis apud Deum & homines credi. Veruntamen quandoque contingit, quod in caluitio oritur le-

E pra,quia ſcilicet de paupertate quandoque oritur ſuperbia & inanis ſuperbia,quia illi,qui diuitias dimittendo vel pauperibus erogando ſunt pauperes,exinde quandoque ſuperbiunt & fiunt arrogantes & alios contemnentes, & perperam iudicantes,contra illud apoſtoli.Rom.14.Is qui non mãducat manducantem non iudicet. Et ſic in caluitio eorũ lepra naſcitur,inquantum de paupertate ſua gloriari & alios contemnere comprobantur.Eccleſiaſt.25. Et tamen ſicut apparet,Pauper ſuperbus inter ea quæ Deo diſplicent,numeratur.¶Vel dic ſi vis,quod caluitium eſt fluxus & abraſio uitiorum,quod ſcilicet per confeſſionem & pœnitentiam efficitur,ita quod homo mundus & ſanctus creditur & habet. Veruntamen, quia quandoque de tali munditia ſuperbit & gloriatur,ideo leproſus dici meretur, ſuaque munditia in lepram,& ſua ſanctitas in culpam conuertitur. Vnde dicit. Num.12 Maria apparuit candens lepra quaſi uix.¶Sicut hic ſupponitur,lepræ ſigna erant,color rufus & albus per corpus diffuſus,& cutis humilior,in capillis flauus. Vnde etiam ſicut hic patet in capite,& in barba & in fronte lepra generabatur,& ibi cognoſcibilis videbatur.¶Sic vero quando in homine apparet albedo fictæ caſtitatis,rubedo malitioſę voluntatis,flauedo duplicitatis,& depreſſio exceſſiuæ humilitatis,ſignum eſt,quod ille,qui habet talia,nõ eſt bonus, ſed magis eſt leproſus ſpiritualiter & corruptus, quia re uera illi,qui ſunt leproſi,aut peccatores & corrupti,vt communiter fingunt ſe eſſe cęteris magis humiles atque caſtos, & amplius apparent ſubtiles,ſcientifici & aſtuti. Vnde dicitur.Eccleſiaſt.19.Eſt qui nequiter ſe humiliat,& interiora eius plena ſunt dolo.Et ſic dico,quod iſti habent lepram fictæ humilitatis in capite, inquantum alijs inclinant,lepram malitiæ in barba,inquantum ſe habere diuinam ſapiẽtiam ſimulãt. Barba enim ſapientiam ſignificat, lepram fictæ caſtitatis in fronte,ideſt in apparentia honeſta,quam omnibus manifeſtant,ſicut de Oſia,de quo dicitur 2.Paralipom.26. quod ſtatim orta eſt lepra in facie eius.¶De iſtis ſicut hic dicitur,veſtis ſiue pellis ſupponebatur ſubire lepram, & erat talis lepra quædam alba macula uel rufa humili ſuperficie cætera corrodens,vel inficiens ipſam veſtem.Iſta ergo,ſi manifeſta erat,ſacerdos debebat eam uidere,& ipſam ueſtem comburere.

F Si uerò dubia eſſet lepra, debebat eam includere, & ſi non creſceret,dimittere.Si uero creuiſſe reputabatur,ipſam quam cito cõcremaret.¶Sic vero ſi aliqua veſtis,ideſt aliqua perſona lepra hæreſis incurrerit,& clarum perſpicuumque fuerit,proculdubio per ſententiam ſacerdotis,ideſt prælati vel iudicis concremari debet.Si vero fuerit aliquod dubiũ, debet intra clauſuram abiurationis recludi,& ſi vltra non creuerit,ſic dimitti.Sic vero poſt recluſionem,ideſt poſt hæreſis abiurationem inuenta eſt lepra creuiſſe,& talis ueſtis, ideſt talis perſona in hæreſim relapſa fuiſſe, tunc uero debet cõburi & ſeculari poteſtati demãdari vel committi.Vnde dicitur Matth.3. Paleas comburet igni inextinguibili. ¶Vel dic de punitione malorum, quia iudex vel prælatus ſi videt aliquam veſtem, ideſt aliquam perſonam vitioſam, ſi ſit talis lepra,ideſt tale crimen, quod non poſſit nec celari nec emendari,debet iſtam ueſtem comburere, ideſt perſonam ipſam per aliquam pœnam corporis condemnare.Si vero ſit non adeo euidens lepra criminis,vtpote quia nullũ ſcandalum fuit ibi,uel quia ſpes eſt quod delinquens ſe corriget,& quod lepra ipſius criminis ad deterius nõ procedet debet in loco pœnitentiæ vel in bono carcere eum recludere,& vſque ad tempus præfinitum ab eo,ipſum debet pœnitentiæ uinculis alligare, ita quod ſi videt lepram ipſius criminis non procedere,ſed ceſſare,debet talem patientẽ mũdum iudicare,& de clauſura carceris liberare.Si uero videt, quod talis clauſura ſeu talis iniuncta pœnitentia non proficit,tunc ipſum comburere,ideſt ſententialiter condemnare debet.Iſtum etiam modum ſeruat Deus quia illos, qui ex toto ſunt leproſi obſtinati,incorrigibiles atque mali, de quorum ſalute deſperat,ſępe per mortem ſubitaniam interficit & in inferno comburit:alios uero, de quorũ ſalute ſperat, ſolet in carcere tribulationum includere,& eos caſtigando mundare,& mundi proſperitati reſtituere.Si uero ipſos per clauſuram tribulationum uidet non poſſe corrigi,ſolet eos finaliter in inferno cremare, vt ſic de quolibet tali dicatur. Ioann.15. Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum,& omnem,qui fert fructum,purgabit eum & cætera. G

¶Si lepra apparebat in aliqua parte veſtis,debebat illa veſtis includi & ſi non creſceret,debebat aqua lauari. Si uero locus ipſius maculæ adhuc obſcurior apparebat, debebat ipſa macula à ſoliditate ueſtis abrumpi.Quod ſi tunc adhuc in aliqua parte ueſtis alia ſimilis macula naſcebatur, tunc quia lepra uolatilis, tota veſtis ignibus mancipari iubebat. ¶Veſtis eſt peccator, quà ſcilicet diabolus ſe induit, quãdo ipſum ſibi conglutinat & adiungit,macula eſt peccatum,qđ lepra dicitur, pro eo quòd per ipſum homo corrumpitur & fœdatur.Igitur ſi coniungit lepram ſeu maculam peccati in aliqua perſona generari & naſci,proculdubio ſacerdos, ideſt prælatus debet ipſum primo benigniter corrigere, & in clauſuram & in ſtatutorum obedientiam ponere, & per confeſſionem & pœnitentiam emendare.Si vero poſt loturam pœnitentiæ,adhuc appareat in iſta ueſte,ideſt in iſta ꝑſona ueſtigium maculæ præcedentis in aliqua mala conſuetudine,uel aliqua mala conditione,& reliquiis præmiſſorũ criminum,ſtatim debet ſacerdos illam maculam abrumpere,& illud vitium penitus ab eo ſeparare.Sed ſi iſte recidiuãdo talem maculam iterat, ita quod iterum ſimilis culpa in eo appareat, ita quod ſpem correctionis de ipſo amplius non habeat,tunc uere igne tribulationis & aſperæ punitionis debet comburi.Vel etiam ad litteram, ſi crimen hoc requiſierit,debet ignibus concremari, ſicut ſi eſt hæreticus & relapſus, quia reuera,qui per benignam locutionem,monitionem & caſtigationem non corrigitur,ſed recidiuat, ſeu quotidie in ſimilia relabitur,neceſſe eſt vt aſperius corrigatur,quia vbi non proficit correctio in facto fidei,ignis incẽdium apponatur.Vnde dicit dominus.Ioanni.15. Si quis in me non manſerit,mittetur foras ſicut palmes & areſcet, & in ignem mittẽt & ardet.¶ Leproſus mandabatur extra caſtra eijci,& à mundorum conſortio ad ſacerdotis arbitrium ſeparari. Os eius debebat ueſte contegi, ne ipſius anhelitu poſſent alij infici uel corrumpi,caput eius debebat eſſe nudum, ueſtimentum eius diſſutum, & ipſe ſeipſum debebat clamare uilem ſordidum & immundum.Solus extra ſolebat H manere,& à mundorum conſortium iubebatur penitus abſtinere.¶Reuera talis leproſus videtur eſſe peccator, & maximè ille,qui maioribus criminibus eſt infectus, & fœtoribus infamiæ maculatus, & potiſſimè hæreticus & excommunicatus, quia re uera talis à conſortio charitatis diuiditur per inuidiam,ſolus & ſine bonæ ſocietatis copula ſeiungitur per diſcordiam,caput ſuæ intentionis nudum efficitur per iactantiam,ueſtis conuerſationis tota diſſuitur per inſolentiam.Os vero ſuæ locutionis eſt ita fœtidum & immundum,quod alios corrumpit & inficit per detractoriam infamiam, quare propter hoc contegi meretur & reprimi, ne anhelitus ſuarum malarum locutionum alios corrumpat per nequitiam.Vilem ergo & immundum ſe poteſt dicere per uniuerſalem corruptionem & ſpurcitiam, dicens illud,quod ſcribitur.Leuitic.14.Quaſi plaga lepræ uidetur eſſe in domo.Quia vero leproſi,ideſt peccatores ſolent ſingularitatis ſolitudinem diligere,& ſocietates bonorum fugere,intentionis caput per iactantiam mundare, os ſuum per verſutias locutionis contegere,& veſtes conuerſationis ꝓprie laniare,contra illud ſupra.10.Capita ueſtra nolite nudare,& ueſtimenta ueſtra nolite ſcindere.¶In domo quando oriebatur lepras?Erat autem macula corroſiua lapidi uel parieti impreſta cæteris partibus parietis magis præſſa. Igit ſi talis lepra apparebat in domo quib. adhærebat, debebãt lapides de pariete ſubmoueri, tota domus debebat radi, & domus alio luto liniri:lapideſque & puluis abraſus debebat extra ciuitatem proijci & portari. Quod ſi talis lepra in aliqua parte domus oriebatur, alia lepra perſeuerans indicabatur, & ideo tota domus deſtruebatur & ligna & lapides extra oppidum in locum immundum ilico portabantur. ¶Sic uero ſi lepra alicuius hæreſis vel proditionis in aliqua domo vel in aliqua villa uel collegio naſcitur, ſtatim ſubmouendi & è medio tollendi ſunt lapides, ideſt perſonæ, quæ macula huiuſmodi corroduntur, ne forte per alios alij lapſu temporis macula ſimili corrumpantur. Secundum enim beatum Bernandum. Melius eſt quod pereat vnus,quam vnitas tota.Et domus iſta debet per correptionem radi, & puluis malæ & hæreticæ doctrinæ abinde eijci,

A eiici,& luto alio,ideſt alia bona doctrina ipſa domus inſtrui vel liniri.Alijque lapides,ideſt aliæ bonæ perſonæ loco priorum,ſ.in officijs,dignitatib.& beneficijs ſubſtitui & reponi.Vnde Iob.34 Conteret multos & innumerabiles & regnare faciet alios pro eis.Quod ſi talis lepra nec ſic velit ceſſare,immo ad alios inueniatur tranſire,& iterum in alijs lapidibus,i.perſonis ſubcreſcere & venire,tunc non pigeat ſacerdotem vel prælatum talem domum, ideſt talem villam vel collegium de medio tollere, & extra oppidum,i.extra communionem fidelium excommunicando deijcere, & ẽt ex toto ſi ſit neceſſe,inuocato brachio ſeculari ſubuertere & delere,ſicut factum eſt de ordine templariorum.¶Vel ſi vis dic,quod lepra eſt vitium proditionis,quam ſi iudex aliqua in domo vel villa reperit,ſtatim ipſos lapides quib. adhæret,i.ipſos proditores deſtruere & euellere, & in loco & officio,quod tenebãt,alios ſubſtituere debet, & alio luto,ſ. cemento charitatis,reconciliationis & amoris debet talem domum ſeu patriã vngere,vt ſic in fidelitate domini ſui poſſit decætero permanere.Quod ſi contingat talem domum, villam vel patriam ex toto corruptam eſſe,& lepram iſtã,ſ. proditionem per omnes partes eius venire, tunc tota ipſa domus ſeu villa ruinæ ſeu periculo debet penitus ſubijcere, vt ſic quos aliorum pœna non terruit,poſſit propria pœna ſua coercere.Lepra enim,ideſt hæreſis vel proditio perſeuerans alio modo non tollitur,niſi tota domus leproſa,i.tota villa vel patria proditrix uel hæretica deſtruatur.¶Quando domus leproſa examinabat,ſolebat claudi, & introitus habitatoribus denegari,quam qui tunc tẽporis intrabat vel ibi dormiebat immundus efficiebatur,& lauare veſtimenta ſua tenebatur.¶Domus leproſa & infecta eſt mundus,q. tũc temporis à domino fuit clauſus,quando eius ingreſſus & amor fuit nobis per dominum interdictus.Vnde dicit.Ioh.2. Nolite diligere mũdum &c.Qui ergo in iſta domo leproſa, ideſt in mundo per malam complacentiam intrat,& ibi dormit,& temporaliter ſe delectat,pro certo faciliter immunditiam culpæ,& maxime auaritiæ & luxuriæ ſolet incurrere, B quapropter neceſſe habet per confeſſionem & pœnitentiam ſe lauare.Vnde Eſa.1.Lauamini,& mundi eſtote. ¶Vel dic,quod iſta domus ſignificat excommunicatum, qui tunc alijs clauditur,quãdo occaſione iſtius lepræ communicatio eius alijs denegatur.Si igitur tunc aliquis talem domũ introierit,& cum tali participauerit,immundus,i.excommunicatus,ſcilicet minori excommunicatione & ipſe erit.Vnde dicitur.Num.19.Quicunque tetigerit immundum,immundus fiet.Vel dic,quod ſicut patet ex pręmiſſis,quatuor genera lepræ inueniebantur,videlicet lepra in ueſte,lepra in cute,lepra in carne & lepra ĩ domo ſeu in æde.Sic vero dico in hominibus inueniuntur quatuor genera vitiorum, ſcilicet lepra in veſte,hoc eſt curioſitas veſtiũ ſeu laſciuioſitas, lepra in cute,hoc eſt gulæ ingluuies ſeu gaſtrimargia,lepra in carne, hoc eſt carnalis delectatio ſeu luxuria, lepra in domo ſeu in æde,hoc eſt rumor malus ſeu infamia,quæ ſcilicet apparet in domo & in lapidibus,ideſt in exteriori vicinia. Vnde videtur,quod iſtæ quatuor lepræ poſſunt ſignificari ĩ iſtis leproſis,de quibus dicitur in lib.4.Reg.7.Quatuor viri erant leproſi iuxta introitum portæ.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Locutuſque eſt dominus ad Moyſen,dicens, Hic eſt ritus. Moralitatum Cap. 7.

QVando leproſus cum aliquo mundabatur, ad reſtitutionem ipſius multa requirebantur.Debebant enim ante omnia ad oſtia caſtrorum venire & ſacerdoti ſe oſtendere,ſacrificia offerre,& ſanguine paſſeris occiſi debebat eum ſacerdos aſpergere, extra proprium tabernaculũ debebat aliquandiu manere,omnes pilos corporis & barbam & ſupercilia radere, veſtes & corpus lauare, & ſic oblatis duobus agnis poterat mundus caſtra mundorum intrare. ¶Sic vero peccator,quando vult à lepra mundari,& fidelium reſtitui communioni, tunc debet ante omnia per confeſſionem ſacerdotibus oſtendi.Vnde Lucas.17.Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et oblato ſacrificio ſpiritus contribulati ſanguinem paſſeris, ideſt Chriſti, debet per ſuæ paſſionis memoriam aſpergi,capillos malarum cogitationum & affectionum a ſe radere & euellere, barbam fatuæ ſapientiæ & ſu- C percilia ſuperbiæ deponere,& lachrymis contritionis ſe lauare & abſtergere extra proprium domicilium aliquandiu peregrinando manere,& tandem duos agnos,ideſt duplicẽ ignorantiam cordis & corporis domino offerre,& ſic mundus poterit fieri,& ad ſanitatem gratiæ reuenire. Ideo dicitur. Matth.11. Cæci vident, ſurdi audiunt, claudi ambulant,leproſi mundantur. ¶Ad mundationem leproſi requirebantur duo paſſeres in aqua uiua in uaſe fictili,lignum cedrinum, hyſopus, vermiculus, ideſt filius coccineus. Vnus ergo iſtorum paſſerum occidebatur, & ſanguis eius ſuper illas aquas in vaſe illo fictili ſtillare permittebatur & tandem paſſer alius viuus & hyſopus in ligno cedrino cum filo coccineo per modum aſperſorii ligabatur, quibus in aquis rubricatis intinctis,leproſus ſepties intingebatur,& ſic paſſer ille viuus abire in campum permittebatur, raſiſque pilis & lotis corpore, & ueſtibus,homo etiam per ſeptem dies extra proprium tabernaculum morabatur. Octaua vero die duos agnos ſacerdotibus offerebat, & mundus effectus caſtra ingrediebatur.¶Leproſus ſignificat genus humanum,quod ſcilicet in Adam fuit infectum de caſtris ideſt de Paradiſo eiectum, ita quod ueſtimentum ſuæ mortalitatis fuit diſſutum.Caput vero ſui cordis fuit crinibus virtutum nudatum.Vnde Iob 1. Nudus egreſſus ſum de vtero matris. Ad hoc ergo,quod ille leproſus mundaretur & in caſtra Paradiſi reduceretur,plura neceſſaria concurrerunt. Neceſſe enim fuit,quod interuenirent duo paſſeres, ideſt duplices Chriſti naturæ,vnitas & veritas. Aqua uiua,ideſt baptiſmi puritas. Vas fictile,ideſt Chriſti naturæ mortalitas. Hyſopus, qui tumores ſedat, ideſt ipſius Chriſti humilitas. Coccus ſeu vermiculus,filium ſcilicet ignei coloris, ideſt ipſius Chriſti ardens amor & charitas. Lignum cedrinum, ideſt ipſius Chriſti crux & ſuæ paſſionis auſteritas. Sanguis paſſeris occiſi ideſt ſanguinis effuſi vtilitas. Iſta enim omnia humanum genus leproſum purificauerunt & caſtrorum Paradiſi eidem aditum reddiderunt.De iſtis enim duobus paſſeribus,ideſt de iſta duplici Chriſti natura humana & diuina vna ſola fuit occiſa,ſcilicet natura humana in uaſe fictili humanæ mortalitatis mortua.Nihil paſſus fuit homo ſe- D cundum diuinitatem.In deſertum euolare dictus eſt,inquãtum ſemper illæſus permanſit, & inquantum paſſionis acerbitas ipſum aliqualiter non afflixit. Diuinitas tamen iſta in ſanguine paſſeris mortui intincta dicitur fuiſſe, inquantum per paſſionem ipſius Chriſti hominis noſcitur eius diuinitas conſenſiſſe.Cedro etiam cum coccino charitatis & hyſopo humilitatis alligata dicitur, inquantum ipſius deitatis charitas & humilitas in ipſo cedro,ideſt in ipſo ligno crucis ſummæ apparuiſſe monſtratur. Ideo Apoſtolus dicit, quod propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, filium ſuum tradidit.Et alibi dicit,quod humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis.Omnia tamen iſta,ſcilicet paſſer viuus, & ſanguis paſſeris occiſi,& lignum cedrinum, in aqua immerſa dicuntur, inquantum ſcilicet ipſæ aquæ baptiſmi à ſanguine & paſſione Chriſti & ipſius deitate & cruce uirtutem propriam ſortiuntur. Iſtæ ergo aquæ mixtæ cum ſanguine, ideſt baptiſmus & Chriſti paſſio iunctæ ſimul, ſepties, ideſt mediantibus ſeptem donis ſpiritusſancti,leproſum iſtum,ſcilicet genus humanum aſperſerunt, & à lepra peccati lauerunt, ſic vt.poſt ſeptem dies, ideſt curriculum vitæ huius, ſcilicet in octaua futuræ reſurrectionis ex toto mundus efficitur,quãdo raſis & abſterſis omnibus mortalitatis ſuperfluitatibus caſtra paradiſi ingredietur,& ad illos, de quorum ſocietate ceciderat,ideſt ad filios Iſrael, ideſt ad beatos angelos adiungetur.Poſt mundationem enim leproſi,& ipſius mundificationem præmiſſam, ſeptem diebus debebat extra proprium tabernaculum manere,qa ſcilicet dato quod humanum genus per Chriſti paſſionem,baptiſmum, & crucem à lepra peccati originalis mundetur,non tamẽ propter hoc ſtatim tabernaculum paradiſi ingreditur, immo extra ſcilicet in hac valle miſeriæ ſeptem diebus,ideſt per totam vitã iſtam,quæ per ſeptenarium dierum fluit, permanere iubet, vſq; quo veniat octaua, ideſt futura reſurrectio, vbi inter mundos (vt præmiſſum eſt) in corpore & aĩa cœleſte habitaculum ſortietur, & ſic de homine videatur dictum illud

Exo.22.Septem dieb.sit cum matre sua,i. cum mortali vita, die vero octaua dabit eum domino.¶ Vel si vis, dic quod ad hoc quod leprosus,idest homo peccator mundetur,necesse est,quod sacerdoti per confessionem se ostendat,& qđ Deo duos passeres,scilicet corpus & animam offerat,& quod lignum cedrinum,idest crucis memoriam, coccum charitatis,& hysopum humilitatis necnon vas fictile,cum aqua, idest cor contritum cum lachrymis secum ferat,vt sic dum vnus passerum suorum,scilicet corpus per pœnitentiam immolatur,alius passer,scilicet anima, liber euolet & recedat. Nam cum sanguis,idest peccatum in aqua uiua lachrymarũ, etiam vase fictili,idest corde humili per confessionem funditur,& tali lachrymarum delictis propriis rubricata,mediã te humilitatis hysopo leprosus peccator aspergit & lauat, ab omni contagio mundatur,& ad castra Christi,scilicet ad gratiam in præsenti,& gloriam in futuro tanquam mundus & innocẽs acceptatur.Psalmist.50.Asperges me domine hysopo & mundabor,lauabis me &c.¶ Hic ponitur, quod leprosus mundatus debebat duos agnos offerre sacerdoti, q̃ de sanguine debebat auriculas dexteram,pollices,manus & pedẽ dextrum ipsius leprosi tingere & cætera.¶ Et simile habes.Exod.30.Vide & expone sicut ibi.¶ Hic ponitur de illo, qui à lepra,& infra capitulo sequenti de illo,qui à fluxu immundi seminis mundabatur,quod ingredi statim non debebat præsumere,sed per septem dies indignum se propter p̃cedentem immunditiam reputare, & à castrorum ingressu cessarè.¶ In quo figuratiue notatur, quod quando notabilẽ immunditiam & infamiam incurrit, dato q̃ inde mundetur & emendetur,& ad gratiam seu munditiam pristinam reparetur,semper debet quadam naturali uerecundia sibijpsi timere,& non præsumptuose in castra,idest in societates mũdorum seu maiorum se iungere,sed inde aliquandiu se trahere,quoſque perfecta munditia seu fama ipsum permittat subintrare,exemplo illius publicam,qui non audebat oculos ad cęlum leuare,sed percutiebat pectus suum,& dicebat Lucæ.18.Domine propitius esto mihi peccatori. Dato enim quod lepra culpæ tollatur, læsa tamen opinio necesse est quod aliquandiu retrahatur, & præsumptio & audacia reprimatur.¶ Vel dic contra infames,qui dato quod culpa trã fierit,remanet tamen infamia,qui ipsos castra ecclesiæ, beneficia,dignitates ecclesiæ sine ampliori sacrificio,i.sine speciali dispensatione egredi nõ,permittit.Vñ in canone dicitur,quod portæ digniratum in famibus non patebunt.

CAPITVLVM XV. TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens.
Moralitatum. Cap. 8.

ILle qui fluebat semine immundus erat,& extra castra eijci debebat, omnia quæcunque contingebat immunda erant,quinimmo omnes qui carnem eius,saliuam eius,vestimenta eius,sagma,super quod sederat,& lectum eius tangebant,protinus immunditiam contrahebant, & ideo se lauare debebant.Si etiam tangebat uas fictile,frangebatur.Si verò vas ligneum,lauabatur,talis erat fluens semine.Idem iudicium per omnia erat de muliere, quæ menstrua patiebat.¶ Talis semine fluẽs significat luxuriosum & de se vilem, abhominabilem & immundum, per monstruosam etiam mulierem intelligo fœminam luxuriosam,quia vera talium carnes idest carnalis vita,saliua defluens idest carnalis secta,lectus idest carnalis delectatio,uestis idest inhonesta conuersatio penitus sunt immunda intantum, quod qui talia tangunt idest qui talia frequentãt & imitantur,immũditiam luxuriæ & infamiæ contrahere dinoscuntur. Quapropter lotura confessionis & pœnitentiæ se abluere tenebuntur, & ideo tutum est,quod tales viles personæ non tangantur aut frequententur,sed potius de aliorum consortijs expellant. Vnde dicitur.Genes.21.Bijce ancillam & filios eius.4.Reg.5. Et alibi.Vade lauare septies in iordane &c. De vase vero ligneo & fictili dic vt supra.cap.4.Vel si vis dic,quod semine fluens est hæreticus,qui,quia semen immundum.i.malã doctrinam seminat,ideo sancta ecclesia ipsum repudiat, & de societatibus aliorum fugat.Igitur caro idest carnalis uita,saliua idest immunda doctrina,lectus,idest iniqua secta talium non debet tangi,nec aliqualiter frequentari,sed magis effugi & vitari.Vnde apostolus ad Titum.3.Hæreticum hominẽ post tertiam monitionem deuita,sciens quoniam corruptus est.¶ Talis immundus quando mundabatur,debebat septem diebus expectare,tandem seipsum in aquis viuis lauare; & postea turtures & pullos columbarum offerre, & sic castra in vespere poterat subintrare.¶ Sic uero ille, qui à fœdo humore carnalitatis sanatur, debet septem diebus expectare, idest de septem peccatis mortalibus se deliberare per contritionem,se totum lauare per confessionem,columbas offerre idest simplicitatem,turtures idest castitatem, & sic mũdus erit per sanctitatem, & tabernaculum Paradisi intrare poterit per beatam fœlicitatem.

CAPITVLVM XVI. TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen post mortem duorum.Moralitatum Cap. 9.

INter cętera sacrificia vnum magnum & solenne fiebat in festo expiationis,in quo.s.cineres fiebant,de quib.aquam expiationis faciebant,& per totum annum immundos purificabant.Accipiebantur enim quatuor animalia.s.unus aries,una vitula triẽnis rufa,& duo hirci,qui omnia ad ostiũ tabernaculi offerebantur,& ritu mirabili immolabant Mittebantur.n. sortes super hircos,ut.s.unus Deo alius populo assignaretur,& q̃ ille,qui in sortem domino cadebat,immolabatur.Ille vero qui populo assignabatur, imprecatis peccatis oĩs populi super caput eius per nuncium ad hoc deputatum in desertum emittebat,& ibi liber abire permittebatur & lupis, & leonib.exponebat. Alius uero hircus vna cum vitula rufa mandabatur per sacerdotem occidi,& sanguine ipsius ipsum tabernaculum interius & exterius expiari,& hoc.s.per sacerdotem linea tunica fœminalibus lineis Zona linea & cidari linea indutum, & tam propitiatorium quam altare aureum, quam etiam velum cum digito tincto sanguine septies aspergi,cornu altaris sanguine tangi, & vtrunq; pauimentum interius & exterius iubebatur sanguice cum digito aspergi.Sacerdos enim illa die cum sanguine solus sancta sanctorum intrabat,& ne uisa maiestate domini moreretur,magnam copiãthuris in thuribulo secũ portabat,quo totum sanctuarium obnubilabat.Quib. completis sacerdos egrediebatur,& depositis dictis uestibus, vestimentis sacerdotalibus induebatur,arietemque cum adipibus,sanguine & renunculis hirci occisi & uituli domino,super altare immolabat,& sic ipsum altare ab immunditijs filiorum Israel expiabat,vitulæ vero & hirci carnes, simus & pelles extra portari faciebat,& vsque ad cineres comburebat,& in ignem lignum cedrinum, hysopum & coccum bis tinctum comburẽda cum carnib.immittebat.Et sic populus à suis peccatis expiabatur,tabernaculum emundabatur,cinis pro facienda aqua expiationis efficiebatur, quæ per totum annum seruabatur.Dicamus allegorice, quod ista animalia Christum figurare uidetur,quia scilicet hircus emissarius qui illæsus dimittebatur,deitatem significat, quæ.s.impassibilis perseuerat,alia uero tria aialia denotant ipsius humanitatem,pro eo.s. quod tres naturas continet,s. animam sanguinem & carnem vnde etiã & iste dicitur aries ductor gregis.Dr̃ hircus propterea,quia in similitudinẽ carnis fuit factus.Dr̃ vitula rufa triennis,inquantum fragilitas mortalitatis suæ,quã sexus fœmineus designat triginta annis prius vixit,& post tribus annis & amplius prædicauit.Coloss.1.Sãguis igitur ipsius effusus,idest uirtus sui sanguinis & passiõis, interioris,idest cœlestis, exteriora,idest terrestria terigit & expiauit,inquantum secundum apostolum illa,quæ in cęlis sunt & in terris,per sanguinem suum pacificauit,quando.s. secundum apostolum ipse,qui est sacerdos & hostia,per proprium sanguinem semel in sancta intrauit.Hebræor.9.Propritiatorium enim,idest diuina propiciatio & misericordia isto sanguine aspergitur,inquantum ipse Deus per Christi sanguinem humano generi placatur. Altare etiam,idest ipse amor patris,in isto sanguine fuit tactus, inquantum ad pacem humani generi inclinatus.Velum enim,idest ipsum cœlum,sanguine isto uidetur tactum, inquantum eius uirtute hominibus fuit apertum.Pauimentum interius,idest natura humana,isto sanguine fuit tacta,inquantum una natura fuit alter, reconciliata,& mediante Christi sanguine concordata,

ta,& ruina angelica per homines reformata. Vnde Apostolus Eph.2.Vos,qui eratis aliquando longe,facti estis prope in sanguine Christi Ipse enim est pax nostra,qui fecit vtraque unum.Ista enim aspersio mense septimo facta dicitur, pro eo quod ipsam spiritus septuplex nobis impartitur.Igitur istud est uerum,quod corpus istius hirci atque uitulę scilicet Christi,extra castra,idest extra ciuitatem Hierusalem fuit positum,& ibi cum appositione ligni cedrini,idest crucis passione crematum,idest afflictum,& vsque ad cinerem, idest vsque ad summam humilitatem seu corporis deformitatem redactum.Esa.53.vidimus eum & non est ei aspectus, in ipso.n.passionis igne interuenit cedrus,idest crucis Christi asperitas:hysopus,idest humilitas:coccus bis tinctus,idest ipsius Christi clementia & perfecta charitas.Cinis ergo, idest passionis Christi uirtus cum aqua baptismi miscetur,& sic in ecclesia seruatur, & inde quotidie populus purificatur & ab orignali crimine expiatur.Vnde Apostolus Hebr. 9.Sanguis taurorum aut hircorum & cinis uitulæ aspersus, inquinatos mundificat.¶ Vel dic aliter, quod istæ tres species animalium,significare possunt tria genera personarũ. Aries enim dux gregis significat prælatos.Vitula iugo subdita significat religiosos & clericos.Duo hirci significant sęculares bonos & malos.Iste enim aries i holocaustum oblatus dicitur, quia scilicet prælati toti Deo offerri tenentur. Holocaustum enim erat illa species sacrificii,de quo non licebat retinere aliquid,sed totũ oportebat Deo offerre, nec populus nec sacerdos poterant sibi aliquid retinere uel reseruare.Et ideo dicitur ab holon quod est totũ, caustos qđ est incendium,pro eo quod totum domino cremabat.Quia re uera prælatus debet esse ita Deo dedicatus, quod totus debet esse per charitatem domino associatus,& nulli alteri,scilicet nec carni,nec mũdo,nec diabolo mancipatus. Vitula vero,idest clerici & religiosi,iugo obedientiæ debẽt more vitulæ subiici, & Deo per pœnitentiam concremari. Et dato quod corpus eorum extra castra.s.exterius in mundi negociis cremetur aliquotiens per uitam actiuam,adeps tamen & renunculus suæ interioris affectionis i tabernaculo,scilicet super altare Paradisi crematur & incenditur per contemplationem,quia scilicet tam de uitula quam de hirco bono Deo retento.i.tam de bonis ecclesiasticis quam laicis,illud debet esse uerum,quod interiora Deus per affectionem & contemplationem habeat dato,quod,carnes pellẽ & simum.i.dato quod corpora mũdus exterius in negociis detinebat.Hirci uero,i.Christiani seculares in duo diuidun tur,quia secundum sortem occultæ Dei dispositionis aliqui Deo reseruantur, & sibi per pœnitentiam concremantur, alii uero cum peccatis & iniquitatibus suis & aliorum per desertũ mundi uagari permittuntur.i. aliqui uti præsentib. sinuntur,& lupis & canibus exponuntur. Ps. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum,ibunt in adiuentionibus suis. Quia breuiter ista est sors occultæ Dei iustitiæ, ut de hircis.i.de mundi ferentibus peccatoribus aliquos habeat Deus, qui.s. se per pœnitentiam sibi offerunt,alios habeat populus siue mundus,qui.s.mundi deserta circumeunt,& p̃sentibus æterna prætermittunt.Vnde dicitur Luc.17.Erunt duo in lecto uno,unus assumetur & alter relinquetur. Igit sine agamus de hirco.i.de pœnitente,vel de uitula.i.de religioso & clerico se diuino iugo subiugante,istud est verum, quod sanguis.i.pœna,sudor & labor,vel etiam martyrium, talium vsque ad interiora velaminis,& usque ad paradisum transit,velum cœli penetrat & transcendit, pauimentũ ecclesiæ ornat & colorat,& aspergit ipsum altare diuinæ charitatis,& ipsum propiciatorium diuinæ pietatis tangit, inquantum pro se & pro aliis ueniam impetrat,& attingit,sicut ad litteram apparuit,in sanguine martyrum, qui.s.Deo placuit,& ipsos & alios a criminibus expiauit. Apostolus Heb.9.Omnia pœnè in sanguine mundantur. Quicunque ergo sacerdos.i.quicunque iustus sacra docens intrare uult tabernaculum mentis suæ & penetrare sicut per contemplationem vsque ad sanctuarium paradisi,semper debet talem sanguinem.i.memoriam pœnæ martyrum & sanctorũ secum habere,vt sic possit sibi & populo Deũ placare.Thus etiam orationis portare tenetur,vt sic propitiatorium diuinæ misericordia obnubiletur,& adoretur,& quicquid peti tur impetretur.Apostolus.Tabernaculum non fine sanguine dedicatum est,& absque effusione sanguinis nõ fit remissio.¶ Ad vnum talem aduertendum est,quia quando animalia ista.s.vitula & hircus extra castra comburebantur,lignũ cedri,coccus bis tinctus,& hysopus in igne ponebant.¶ Ad denotandum,quod quando iusti in pœnitentiæ vel tribulationis cremantur incendio,tria principaliter debẽt eos cõ comitare.s.cedrus alta,idest spei celsitudo, coccus coloris igneii.i.charitatis feruor & amplitudo, & hysopus mundificãs,i.fidei certitudo.Ista.n.tria.s.fides,spes,& charitas sunt illis,qui cremantur per tribulationem & pœnitentiam,necessaria,vt scilicet per fidem fortius,per spem facilius & p charitatem libentius sustineãt pro Christo grauia,quib. factis,cinis.i.memoria vitæ,taliũ erit mũdificatiuus,& si aqua lachrymarum affuerit,totius immũditiæ absterſiuus.Psal.50. Asperges me domine hysopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.¶ Vel dic qđ cinis est memoria mortis,qui.s.si aquæ lachrymarum adiungitur,mens immũda & peccatrix expiatur,& ab omni reatus macula liberat. ¶ Vel dic,qđ sacerdos facilius populum expiat,quãdo sanguinem Christi in altari per Missæ celebrationẽ offert. Oĩa tamen uestimenta linea debet habere, ad denotandum, qđ puritatem in capite intentionis,in tunica conuersationis, & femoribus carnis & in zona iustitiæ summæ profiteri iubetur.¶ Vel dic, quod dominus nebulam in sanctuario suo uult abundare,ne maiestas sua nuda possit homini apparere,ne. s.p̃ terrore ipsũ oporteret perire,sicut ẽt supra Exo. 9.& 33.& in multis aliis locis ostenditur dominus in caligine apparuisse,& in fumo gloriæ & nebula legem dedisse,ad denotandum q̃ Deus uult vt in sanctuario mentis semper aliquam nebulam ignorantiæ habeamus.Nec uult tempore huius uitæ maiestatẽ eius intuitiue videamus,aut q̃ secreta deitatis & rerũ plenarie cognoscamus,quia.s.tunc fides nostra meritũ nõ haberet,& mens nostra p p̃sumptionẽ forsitan interiret.Dñs ergo & in nebula loqui & in nebula habitare dr̃,pro eo,q̃ dñs mentem sanctam,contritam & obscuram diligit,& ibi habitare spiritualiter delectat.3.Re.8. Vñ dñs dixit,quod habitaret in nebula.Ps.17. Caligo sub pedibus eius.Illa,quæ ad salutem pertinẽt,in tali nebula cordis contriti melius à Deo reuelantur.Vnde dicitur.Exo. 24.Vocabit dominus Moysen de medio caliginis &c.De modo vero purificandi cum cinere,uide in lib.Num.18.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Et locutus est dominus ad Moysen dicens, Loquere. Aaron.Moralitatum Cap. 10.

HIc supponit Moyses animam omnis carnis in sanguine esse,& ideo sanguinis esum omo prohibet,sed ipsum domino mandat offerri,vt sic anima, quæ uiuit in sanguine possit à peccatis suis per sanguinem expiari.¶ Dic, q̃ sanguis spiritualis est affectio seu amor, quia re uera talis sanguis est propriæ animæ nostræ uita.Augustinus. Scio anima mea,quam amo,est uita.Ideo sanguinem non debemus comedere,idest amorem & affectionem nostram non debemus in nosipsos reducere, nec ad nutrimentum carnis nostræ conuertere,sed soli Deo offerre,& ad Deum ordinare, quia re uera sanguis affectionis animam naturaliter uiuificat & delectat,& ideo si Deo offeratur, ipsam spiritualiter purificat atque mundat.Vnde Eze. 16. In sanguine tuo viue. ¶ Vel dic,q̃ sanguis iste est sanguis Christi in sacramento altaris,vel etiam memoriã & compassio passionis & sanguis Iesu Christi,quia re uera in isto & ex illo constat spiritualis vita animæ nostræ,& ideo talem sanguinem non debemus comedere,idest non recollendo absorbere & abscondere, sed ipsum missas celebrando,& passionem eius recordando offerre,vt sic possimus animas nostras expiare.Vnde Iob 16.Terra non operies sanguinem meum.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad omnem. Moralitatum Cap. 11.

HIc præcipiuntur homini multa præcepta,& dicit.Nõ maledices surdo,& coram cæco non pones offendiculum. Non obseruabitis somnia. Non facietis uobis

figuras aut ſtigmata. Non radetis barbam, nec in rotundo attondebitis comam, nec ſuper mortuo incidetis carnem. Non proſtitues filiam tuam &c. ¶Iſta nobis omnia ſpirituali ter inhibẽtur. Et primo quidem ſurdos & cęcos, ideſt perſonas ſimplices, & ignorantes, quia. ſ. verbum Dei nec audiũt, nec intelligunt, non debemus maledicere vel contemnere, vel offendiculum alicuius mali ſcandali vel exempli corã eis ponere vel facere, ne forte occaſione accepta poſſint ruinam peccati incurrere. Tales enim ſimplices, qui neſciũt præcauere, facillime cadunt quando offendiculum, ideſt occaſionem mali in verbis aut factis noſtris inueniunt. Iõ bene dicitur Mat. 18. Quia qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, quod ſubmergatur in mare. Item ſomnia, i. falſas opiniones non debemus credere, nec friuola ꝓ veris recipere, nec ariolis nec diuinis, i. hæreticis aut adulatoribus fidem dare, nec ẽt ad auguria ſeu garritus auium, ideſt ad verba & gurrulationes perſonarũ attendere vel vacare, ſicut fecit Manaſſes, de quo dicit, qđ obſeruabat ſomnia & ſectabatur auguria &c. 4. Reg. 21. Itẽ non debemus barbam, ideſt virilitatem animi radere, nec comam capitis, ideſt virtutem cordis aliqualiter decurare, quia. ſ. virilitas animi, quam barba ſignificat, non eſt abijcienda, nec coma uirtutum aliqualiter detondenda. Vnde dicit. Num. 6. Nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Rotunditas autem, quæ figura eſt valde mobilis, inſtabilitatem mentis denotat, quia tunc coma in rotundum tondetur, cum inconſtantia mentis uirtutum ceſariem in nobis truncat. Item figuras & ſtimata non debemus nobis facere, i. malas malorum imagines & exempla non debemus accipere, nec in noſtris cordibus aut moribus per imitationem imprimere, nec per retinentiam aut complacentiam adorare. ¶Vel dic ẽt, ꝙ iſta dicuntur contra quoſdam, qui familiares conſtituunt, ſic ꝙ eos quaſi pro diis colunt inquantum eis plus debito credunt. Tales ergo figuras ſtatuere vt ſtigmata nobis prohibentur, & eorum odorationes vetantur. Itẽ carnem noſtram non debemus ſuper mortuo. i. ſuper peccato luxuriæ vili & fętido incidere & diuidere, nec de ſangui
F ne delectationis carnalis aliquid ſibi dare. Nec filiam nram .ſ. aiam diabolo proſtituere, nec ſibi eam per diuerſa uitia maculandam offerre. Caro.n. per luxuriam non eſt incidenda, ſeu integra & caſta ſeruanda. Aia ẽt non debet proſtitui nec per petm diabolo ſubiugari, ne forte poſſimus de ea illud dicere Mat. 15. Filia mea male vexatur a dæmonio. ¶Hic præcipitur, quod animalia diuerſi generis ſimul conuenire vel cohabitare non facient, & ꝙ veſtimenta ex lana & lino non texant, & quod agrum ſuum diuerſo ſemine non ſeminent ſeu ſerant, quod etiam præcipitur. Deut. 22. ¶In uerbis iſtis chariſſimi videtur tangi, quod illi, qui eiuſdem cõditionis ſunt & ſtatus, ſicut pauperes & diuites, ſicut clerici vel laici, debent ſimul cohabitare, & ſocietatem alter alterius frequentare, copulam uero & ſocietatem perſonarum diſſimilium fugere, & iſtorum, qui ſunt diuerſæ conditionis & ſtatus, conſortia nõ amare. Vnde dicit ſapiens Eccl. 13. Quia põdus ſuper ſe tollit qui altiori ſe communicat. Quid communicabit cacabus ad ollam, quoniam ſi ſe colliſerint, confringẽt. Sequitur. Oẽ animal diligit ſibi ſimile. Iſtud potiſſime debet ſeruari in coniugijs, vbi pro certo paritas conditionum ſumme debet attendi, quia. ſ. diuerſæ conditionis animalia non debent inuicem copulari, nec ruſticus nobili mulieri, nec ruſtica cum nobili coniugari. Facile eſt. n. qđ quando ager, ideſt lectus tali diuerſo ſemine ſerit, quod alter ab altero faciliter contemnatur. Vnde ibidem. Quæ cõmunicatio homini ſancto ad canem, aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Et ad idem per omnia poteſt applicari illud, quod dicitur Deut. 2. Non arabis in boue & aſino. ¶Vel ſi uis applica contra quoſdam, qui ita fidem euangelicam aſſumebant, quod cerimonias legis nullatenus relinquebãt ſed utrunque ſeruare uolebant. Bos. n. iugo ſubditus ſignificat legem, aſinus vero, quem Chriſtus æquitauit ſignificat euangelicam diſciplinam. Talis ergo combinatio repellitur & duplex ritus à Deo reprobatur. Allega vt infra. ¶Vel dic, quod boni non debent cum malis, fideles cum infidelibus & hæreticis, religioſi cum laicis cõmunicare, ne eos cõtingat malos eorum mores diſcere vel habere. Pſ. 17. Cũ ſancto ſanctus eris &c. ¶Vel dic, quod ager eſt cor, quod. ſ. diuerſo ſemine ſeritur, quando diuerſis contrariis negociis occupatur, & quando Deo & mundo uacare conatur, quod vtique ꝓhibitum eſt, Deus enim in corde noſtro non uult habere participem, nec ſocium, ſed ĩ ſolidum poſſidere. Tãti emit ut ſolus poſſideret, quia. ſ. ſicut dicitur in Euangelio Mat. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire &c. Ideo deſolatio cordis diuiſione dicitur Eccl. 11. Fili mi, non in multis ſint actus tui. Et alibi. Eccl. 2. Ve duplici corde & homini ingredienti terram duabus uiis. Igitur in hoc reprobatur omnis duplicitas, commendatur vnita & ſimplicitas, quod quãdo ſcilicet agitur cor diuerſo ſemine, ideſt duplici vel multiplici intentione vel fictione, vna, ſcilicet apparenti & alia exiſtenti ſeritur, tunc iſtud mandatum præteritur. Vel dic, quod ueſtis lana & lino contexta, ſignificat proditoriam & hypocritam falſitatem, quę ſcilicet lanam. i. ſimplicitatem oſtendit exterius, linum vero ſubtile, ideſt malitiam, interius celat. Tali ergo ueſte, ideſt talis hypocriſis duplicitate non debemus indui, ſed potius vel corporaliter vno uel alio debem⁹ ueſtiri. Melius. n. eſt uel qđ ſimus ex toto lanei, uel ex totolinei, i. ex toto boni uel ex toto mali quã ꝓ ꝓ hypocriſim boni exterius appaream⁹, & interius mali ſim⁹. Sicut. n. dicit Comeſtor, ſimulata æqtas nõ ẽ eqtas, ſed duplex iniquitas. Vnde Chryſoſtomus. Hypocrita appare quod es, aut eſto quod appares. ¶Domino fuit maxima cura de peregrinis & aduenis fouendis, & non vituperandis, aut non cõriſtandis, & ideo præcepit quod. ſ. ſegeres vſq; ad ſolum nõ tonderentur, nec grana racemorum decidentia colligerentur, ſed peregrinis & aduenis dimitterentur. Præcipitur ẽt ipſis non exprobrari, ſed ſicut ſeipſos diligi & foueri. Quod ſcilicet potiſſimè præcipitur filijs Iſrael, quia aduenæ & peregrini in Aegypto fuerunt, ideo aduenarum miſerias cognoſcebant. Quare concludit quod amplius miſereri debebant. ¶Iſta omnia poſſunt exemplariter adduci ad inducendum ad pietatem & miſerationem egenorum & pauperum & peregrinorum, quia. ſ. iſtis eſt compatiẽdum & de ſuis bonis tribuendum. Et maxime hoc debent facere illi, qui quãdoque pauperes fuerunt, & qui alienas terras perãbulauerunt & qui per experientiam quid patiantur alii, didicerũt. Vnde dicitur Exo. 23. Peregrinis moleſtus non eris, ſcitis. n. aduenarũ animas, nam & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti. Quod tamen eſt contra multos diuites, qui quamuis aliquãdo fuerunt egeni & pauperes, ipſi tamen peregrinis & pauperibus præ cæteris ſunt crudeles. ¶Vel dic, ꝙ pauper uel peregrinus eſt peccator, cui pro certo non eſt detrahendum, ſed potius miſerendum. Quandoq;. n. a Deo peregrini, i. peccatores ſumus, & ideo humanam fragilitatem cogitare debemus, iuxta illud Eccl. 31. Diſce ex teipſo quæ ſunt proximi tui. Quod tamen eſt contra multos, quia. ſ. illi, qui præ aliis fuerunt pauperes & peregrini, & qui aliunde fuerunt nati, vel qui etiam per peccatum a Deo fuerũt alieni, ſolent quando ad proſperitatem ueniunt, eſſe aduenis & alienis magis duri, & contra delinquentes plus ſeueri. ¶Itẽ ibidẽ præcipitur ſic. Quando ingreſſi fueritis terram, & plãtaueritis ligna pomifera, & auferetis pręputia eorũ: poma quæ germinant, immũda erunt nobis, nec comedetis ex eis. Nam (vt dicis ſcholaſtica hiſtoria) omnes fructus, qui in primis trib. annis creſcebant, immũdi erant, fructus vero quarti anni & deinde, domino cõſecrabant, & fructus quinti anni & deinceps, ad uſus proprios referuabant. ¶Arbor pomifera ſignificat hominem, qui poma bonorũ operum, germina boni propoſiti producit. Vnde proprie pomorum præputia ſeu germina, ſunt bonorum operum initia, q̃ pro certo immunda cenſere debemus, eo quod bona noſtra initia non ſtatim approbare, ſed potius vilipendere, & immunda eſſe & inutilia reputare tenemur. In vſus. n. noſtros non debent ſtatim cedere, nec ea quouſq; ſolida & uiuificata ſint debemur noſtris vſibus, i. noſtris approbationibus applicare. Primo. n. ſunt omnia quaſi immunda vilipendenda, & tãdem ſi perſeuerant in bono, dño conſecranda & attribuenda, & finaliter in noſtros vſus. i. in noſtram complacentiam ſunt vertenda. Nimia. n. participatio reprobatur, & iõ multi ſunt doctores iuuenes & ẽt nouitii, qui in bonis ſuis primordiis plus debito gloriantur, ita quod ſe magis ſcire vel plus bonorum operum poſſe facere quam cæteri arbitrantur, contra illud Prou. 26. Subſtãtia ad quã feſtinatur in principio,

Acipio, in fine benedictione carebit. Vel aduerte, quod vt dicit ſcholaſtica hiſtoria ſuper Leuit. 20. Quod poma trium annorum uinex immunda erant, pro eo quod natura minus prœceps vim videbatur feciſſe. Quod ad hoc poteſt applicari, quod poma. i. opera neophytorum & nouitiorum, q. ſ. indiſcrete contra naturam quandoque aggrediunt opera valde ardua & miranda, debet immunda reputari. i. non approbari, quia. ſ. faciliter ſolent perire, & apud Deum & homines reprobari, Sicut dicit philoſophus, Acres in principio franguntur in fine. Tales. n. uineę. i. tales perſonę, quæ in iuuentute alios uituperare in bonis operibus uidentur, ante tempus deſiſtere & deficere cõprobantur. Vñ dr. Luc. 14. Iſte homo cępit ędificare, & non potuit conſummare. Et ió talia poma. i. talia iuuenum opera non ſunt multum approbãda, ſed potius immunda & inutilia reputanda.

CAPITVLVM XX TEXTVS.

Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicens. Hęc loqueris. Moralitatum Cap. 12.

Præcipit dominus ſupra. 18. cap. multa genera immunditiarum vitari, hic autem ſub pœna mortis illa mandat totaliter declinari. Dicitur enim, quod homo non debebat turpitudinem patris aut matris, fratris aut ſororis reuelare, alios merebatur mortem incurrere & ſubire. Qui etiam patri & matri maledicebat, ſine remedio mori debebat. Aliæ etiam carnis immunditiæ multiplices reprobantur, & ſub mortis periculo prohibentur. Vide ſi uis textum, & allega contra diuerſas ſpecies luxuriæ. ¶Vel dic, quod pater noſter eſt prælatus, mater noſtra eſt eccleſia vel religio, fratres & ſorores ſunt ſocii & uicini, & maximè illi, qui nobis per ꝓfeſſionem & familiaritatem ſunt iuncti, quia reuera talium turpitudines. i. uilitates, in famias vel enormia crimina, ſi q̃ ſcimus, nullo modo detrahendo reuelare debemus, quia ꝓ certo qui tales amicos ſuos, quibus. ſ. fidelitatem & reuerẽtiam exhibere tenetur, diffamauerit, & eorum turpitudines reuelauerit, mortis æternæ periculum ſuſtinere debebit. Nõ debet enim eccleſiaſticus patri vel matri maledicere ſeu detrahere, uel turpitudines prælati vel eccleſiæ ſuæ, necnõ ſociorum ſuorum apud laicos reuelare, nec ſecreta ſuorum
B aliis publicare, ſed potius ipſa tenetur abſcondere & celare, niſi forte propter correctionẽ ſit neceſſe ipſa maioribus declarare. Vnde dr. Prou. 25. Quę uiderunt oculi tui, ne cito proferas in iurgio, ne emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.

Dixitq; dominus ad Moyſen. Loquere ad ſacerdotes. Moralitatum Cap. 13.

Sacerdos nullum mortuum debebat tãgere, nec in alicuius mortui exequis intereſſe etiam, dato quod eſſet princeps populi ſui, niſi duntaxat eſſet pater vel mater, filius vel ſoror virgo. Et adhuc iſta confeſſio non fiebat niſi ſacerdotibus minoribus, quia. ſ. ſacerdos, qui mundus erat, ad nullum prorſus mortuum accedere, nec alicuius exequis intereſſe debebat. ¶Ex iſto poſſumus oſtendere quanto quis eſt maior in eccleſia, tanto magis debet mortuos, i. excommunicatores, & peccatores & tactum & ſocietatem malorum ſummopere declinare. Soli enim coniuncti & conſanguinei excipiuntur, quia. ſ. viri Chriſtiani & eccleſiaſtici tãgere & ſociare ſe permittuntur. Summi vero ſacerdotes. i. illi, qui ſpecialiter Deo ſunt iuncti & conſecrati, ſicut ſunt viri religioſi & perfecti, ex toto debẽt mortuos. i. peccatores imperfectos, excommunicatos & hæreticos abhorrere, & dato quod ſint principes ſeu magni & cõſanguinei, ẽt & propinqui, ipſos tamen debent fugere & uitare, quamuis talis tactus & acceſſus ſit generaliter omnibus prohibitus, iſtę tamẽ ſtrictus eſt ſacerdotibus. i. eccleſiaſticis & maxime ſũmis ſacerdotibus. i. prælatis maioribus interdictus & maxime hoc debet eſſe in religioſis & perfectis, qui de parentib. carnalibus maxime quando ſunt peccatores, non debẽt curare, ſed eos pro Chriſto dimittere & horrere. Quod tamẽ eſt contra multos eccleſiaſticos, qui plus debito diligũt cõſanguineos & amicos, quibus dicitur in Euangelio. Lucæ 14. Qui non odit patrem & matrem aut vxorem & filium & fra C tres, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Multi ſunt eccleſiaſtici, qui dum malos parentes plus debito dilexerũt, proprias animas perdiderunt. Ideo dr ſupra. Leu. 11. Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. ¶Sacerdos nõ debet accipere aliquam ulẽ aut inhoneſtam vxorem, ſcortum, captiuam ancillam, viduam, repudiatam, ſordidam aut meretricem, ſed potius uirginẽ aut puellam de populo ſuo natan. Quia breuiter ſicut hic dr, ſacerdos ſeu Pontifex, ſuper cuius caput fuſum eſt oleũ vnctionis, & cuius manus in ſacerdotium conſecratæ ſunt, veſtiuſq; eſt ſanctis ueſtibus, non debet caput ſuum diſcooperire, veſtimenta ſua ſcindere, ad mortuum intrare, & inhoneſtam mulierem in vxorem accipere, ſed puellæ virgini de ſuo populo nubere, & ſtirpem gener is ſui uulgo gentis ſuæ non miſcere. ¶Sacerdos dux & Pontifex ſeu pontẽ faciens, eſt prælatus, quæ. ſ. pontem ad cœlum debet facere, & illuc ſubditos verbo & exemplo docere. Vxor ipſius eſt vita ſua & morum ſuorum compago, quia. ſ. iſte tunc ali cui vxori ſpiritualiter nubit, quando aliquam vitam ſpiritualem accipit & cuſtodit. Igitur ſicut hic dicitur, ſacerdos. i. prælati & clerici, ſumme debent dici ſancti, & ſanctitatẽ moribus obſeruare. Sancti (inquit) erunt Deo ſuo, & nõ pol luent nomen eius. Galla. 6. Et iſti, quorum manus ſacratæ & ordinatæ ſunt ad actus bonæ operationis, & qui induti ſunt ueſtibus ſacris honeſtæ conuerſationis, non debent barbã radere. i. dimittere animi virilitatem, caput mentis diſcooperire, i. deponere humilitatẽ, humilitas. n. uelat & celat interiores virtutes, mentis ueſtimenta ſcindere. i. deſtruere exteriorẽ humilitatem, ad mortuum intrare. i. frequentare malã ſocietatẽ, vilẽ vxorem ducere. i. profiteri vel ſectari alicuius malæ vitæ ſordidam vilitatem. Vxor enim ſua, ideſt uita & conditio ſtatus ſui debet eſſe virgo, ideſt pura & munda, quæ. ſ. non ſit vidua, nęc à populo repudiata aut cõtempta nec captiuitati timoris ſeruilis ſubiecta, ſeruituti pctí aliqualiter ſubiugata, nec in ſe uilis meretrix aut immũda, nec etiam de alieno populo, i. per nimiam ſingularitatem D ſubditis aliena. Sic. n. erit ſanctus & mundus & ſancto Dei ſeruitio ſancte & munde deditus & ſacratus, ſupra eodem cap. Incenſum & panes offerunt Deo ſuo, & ideo ſcti erũt. ¶Vel dic allegorice, quod ſacerdos eſt Chriſtus ſpiritu lætitiæ unctus, & ſacra ueſte. i. puriſſima humanitate veſtitus, qui re vera iſte pro ſpeciali coniuge, cum. ſ. in beata incarnatione ſe nobis coniunxit, non accepit mulierem vilem, ſed nobilem, non corruptam ſed virginem, non hominum ancillã ſed uirtutum dominam, non ſub peccato captiuam, ſed liberã elegit virginem glorioſam, cui ſe carnem aſſumendo cõiunxit, quæ etiam de populo Dei Iſraelitico nata fuit. ¶Vel dic quod vxor, i. mens vbi eſt anima, quam. ſ. ſi ſit virgo. i. pura, ſancta & immaculata de populo ſuo, i. de Chriſtianitate & fidei nata libenter Chriſt⁹ ducit. Si uero uilis, reproba & immunda fuerit, ipſam nõ accipit, ſed contemnit. ¶Vel dic qđ vxor hominis eſt dignitas, officium vel beneficium ſeu dioceſis vel eccleſia, cui coniungitur, & ad quod in hoc ſæculo promouetur, ſiue ſit eccleſiaſtica ſiue ſæcularis. Sed vere de talibus vxoribus aliquæ ſunt virgines, i. illæ eccleſiaſticæ dignitates, quæ mundæ & ſanctæ, nullo ſimoniæ uitio vel nullo carnali affectu vitiatæ vel corruptæ. Aliquæ vero ſunt corruptæ & immundæ, & ſemper aliquo adiũcto vitio maculante fedatę, ſicut ſunt multæ ſeculi dignitates, quarũ quędam ſunt, quę magis danti annuatim uenduntẽ, aliæ ſunt ſicut repudiatæ, quia. ſ. ab omnibus bonis hominibus refutãtur. Aliæ ſunt ſicut captiuæ uel ancillę, quæ. ſ. ſeruituti & periculo ſubmittuntur, ſicut ſunt generaliter illę, q̃ hodiæ ſũt altiores &c. Igitur iſtud eſt uerum, quod ſacerdos, ideſt quicunque eccleſiaſticus bonus nunquam talia publica officia debet petere, nec tales immundas, & immunditiæ & uitiorũ permixtas vxores ſeu ſeculi dignitates diligere, ſed magis uirginem. i. aliquam mundam, quamuis pauperem & ſterilẽ prælegere, cum qua poſſit munde & ſancte uiuere & manere. Vnde dicitur. 3. Eſd. 9. Diſcedite a gentibus terrę, & ab vxoribus quandoque alienigenis, quamuis aliqui hodie non curant qualem vxorem habeant, quinimmo vxorem forniariam, ideſt beneficium Dei dignitatem fornicarie, ideſt ſimoniace acquiſitum libenter accipiunt & procurant. Iõ

E dicitur Oseæ.1. Accipe tibi vxorem fornicariam, & fac filios fornicationum. ¶Vel dic, quod non licet alicui ecclesiastico vxorem alterius gentis, ideſt dignitatem vel beneficium alterius ſectæ vel eccleſiæ aſſumere vel concupiſcere, ſed de populo ſuo, ideſt de Papa, eccleſia vel patriarcha debet ſibi vxorem ſeu beneficium procurare. Vnde dicitur. Mar.6. Non licet vxor aliena dignitates ſeu officium ſeculare, quam.ſ. non licet ſacerdoti & eccleſiaſtico accipere vel ad eam anhelare, ſed ſolum de populo ſuo.i. de ſtatu eccleſiaſtico vxorem & promotionem acquirere vel habere, cõtra multos clericos in curiis regum & ſecularibus officiis conſtitutos, de quibus dicitur. Inueni iudæos ducentes vxores moabitidas. ¶Vel dic, q̃ ſacerdos non debet commiſcere ſtirpem generis ſui cum vulgo gentis ſuæ, quia illos qui ſunt de genere ſuo, patria & conſanguinitate non debet ſibi commiſcere, nec in beneficiis nec officiis eccleſiæ ſuę ponere, nec etiam eos ibidem cum diuitibus & nobilibus patriæ cõiugare, ſicut quotidie faciunt multi prælati, qui aliũ de venientes totam eccleſiam ſuam & patriam ſibi cõmiſſam de ſuis conſanguineis implent & ſtirpem generis ſui cum vulgo populo ſui miſcent. Item dicitur, qđ omnis, qui habuerit maculam, non offerret panes Deo, nec accedet ad miniſterium eius: oportet ergo vt non ſit cæcus, nec claudus ſi habuerit paruum naſum uel grandem, vel fractã manum, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem habens in corpore, ſi hernioſus. Iſtæ enim ſunt tredecim maculæ ſeu impedimenta, quæ hominem reddebant indignum, ne miniſtraret in tabernaculo in ſacerdotali officio. Veruntamen dato quod panes & incenſum non permitteretur offerre, de panibus tamen qui offerebantur in ſacrificio, permittebantur comedere. ¶Sic vero moderni ſacerdotes & clerici a Dei miniſterio reddũtur indigni, qñ ſpũalibus maculis ſunt fœdati. Teſte.n. beato Gregorio. Iſtæ tredecim maculæ peccata deſignant. Vnde dico q̃ cœcus eſt, qui non videt per contẽplationẽ. Claudꝰ q̃ vacillando incedit, & per malitiam & cauillationem. Paruꝰ naſi, qui naſum ideſt ſenſum diminutum habet per ſubla tam debitam diſcretionem. Naſi grandis, qui ſenſu nimis abundant p̃ preſumptionẽ. Apoſt. Rom. 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere. Torti naſi, tortum & peruerſum ſenſum per hæreſim vel per inuidiæ machinationem. Contra quos Apoſt. 1.Cor.14. Nolite pueri effici ſenſibus, quantum ad naſum paruum, ſed malitia paruuli eſtote quantũ ad naſum tortum & magnum. Pedẽ etiam habet fractum ille, qui debilem & fragilem habet affectionem. Fractã uero manum ille, qui habet remiſſam & laxam operationem, vt ſic de tali ſic excæcato, claudo & pedibus, manibuſq; cõtracto dicatur illud Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores &c. Itẽ lippus eſt ille, qui licet clarus per ſcientiam & diſcretionem uideat, oculis tamen cordis ſui infectus eſt per immunditiam ſimoniæ. Albuginẽ habet ille, qui mente & effectu habet candorem mundanę gloriæ. Gibbus eſt, qui patitur tumorem ſeu gibbum ſuperbiæ. Scabiem habet iugem, qui quotidie uerſatur in immunditia luxuriæ. Impetiginem patitur, qui pruritum & ardorem ſuſtinet libidinis. Hernioſus ſeu põderoſus eſt, cuius humor interioris affectionis ad genitalia fluit per deſideria carnis. Breuiter ergo iſtud eſt uerum, quod illi, qui talia patiuntur, indigni ſacerdotio vel quocunq; eccleſiæ miniſterio reputant. Homines enim bene formatos, i. bonis moribus inſtructos, nõ vitioſos vel maculatos vult dominꝰ miniſtros ſuos habere, malos vero informes, vitioſos & incompoſitos ſolet abiicere & horrere. Vnde dicitur. Leu. 22. Animal cicatricem, papulas, ſcabiem, aut impetiginem habẽs, non offeretis domino. Sed quia pro certo vnum reſtat de iſto capitulo: quia. ſ. dato, quod iſti propter indignitatem nõ debebãt panes offerre vel in eccleſia miniſtrare, tamen oblatos non vetabantur cum aliis manducare. Sic verẽ (proh dolor) hodie multos videmus eccleſiaſticos, qui. ſ. licet eccleſiæ nõ deſeruiant aut miniſtrent, nec digni ſunt etiam miniſtrare pp uitiorum maculas, quas continent, panes tamen oblatos ab aliis. i. fructus eccleſiaſticorum beneficiorum & aliorum labores percipere, nunquam ceſſant, quinimõ tales habent abundantius eccleſiæ panes, quam illi, qui quotidie in Dei ſeruitio & miniſterio offerunt, & laborant, ita quod iſtis p-

priẽ poteſt dici iſtud Io. 4. alij laborauerunt, & vos in labo
res eorum introiſtis. ¶Vel dic, q̃ ille, qui habet maculam eſt
ille, qui non debet ad altare accedere, nec in ſacerdotis officio miniſtrare quouſque a tali macula nõ luerit per pœnitentiam ſe purgare, quãdoque ſe ſentit talibus vitiis ſeu uinculis irretitum. Et maximẽ quando ſe ſcit per excommunicationem maculatum, tunc debet ſe ab introitu tabernaculi. i. eccleſiæ retrahere, & in officiis eccleſiaſticis nullatenꝰ miniſtrare, ſed indignum ſe reputans, debet & à miniſterio ceſſare. Vñ Leu. 2. Ois hõ, in quo fuerit immunditia & acceſſerit ad ea, quæ ſanctificata ſunt, peribit de populo ſuo.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.

Locutus quoque eſt dominus ad Moyſen, dicens. Loquere. Moralitatum Cap. 14.

TRia genera panum erant apud Iudæos. ſ. panes propoſitionis, quos ſoli ſacerdotes, qui erant ſine macula, debebant comedere, & in loco ſancto. Item panes alii qui populo offerebantur, & in ſacerdotum partem cedebant, & de iſtis licebat comedere omnibus, qui erant leuitici generis, etiam ſi haberent maculam, etiam ſi eſſet filia ſacerdotis vidua vel repudiata, & ad domum patris reuerſa. Veruntamen quicunque alienigena, vel etiam filia ſacerdotis, dũ tamen adhuc alicui alieno de populo actualiter eſſet nupta de talib. panibus non comedebant, ſed tanquam extranei à talibus abſtinebant. Item panes laici, qui populo & clero communes erant, & de quibus omnes generaliter comedebant. ¶Per iſtas tres ſpecies panum poſſunt intelligi tria genera bonorum eccleſiaſticorum, ſ. panes propoſitionis, & iſta ſunt bona ſpiritualia. ſ. uirtutes & merita, quæ. ſ. nullus poteſt accipere maculoſus. Item panes oblati à populo, & iſti ſignificant beneficia eccleſiaſtica, quę etiam multi maculati, & repudiati, ideſt multæ malæ perſonæ poſſunt habere, dum tamen de genere ſacerdotali. i. perſonas eccleſiaſticas contigerit eas eſſe. Item panes laici, i. bona mundana & ſecularia, qui. ſ. bonis & malis, mundis, laicis & clericis cõmunes eſſe cenſentur, inquantum ab ipſorum perceptione nulla generatio hoĩum impeditur. ¶Vel dic q̃ dato q̃ homines habeant maculas diuerſorum uitiorum, & nomina eos ſi uis ſicut in capitulo precedenti. dato ẽt q̃ ſint perſonę repudiatę a Deo & a mundo, nihilominus, ſi ſint de genere ſacerdotali, ideſt ſi ſint de conſanguinitate prelatorum, non ſolent a comeſtione panum. i. a perceptione eccleſiaſticarũ prębendarum & beneficiorum repelli ſed inde amplius ſatiati. Pſ. 72. Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Dato etiam q̃ ipſi non miniſtrẽt nec ſeruiant, bona tamen eccleſię participant, & abundãt. ¶Vel tres panum ſpecies ſunt tres uirtutes theologicę. Vnde dicitur Lu. 11. Amice accomoda mihi tres panes. Sed de iſtis vnus eſt ſolis bonis perſonis conceſſus. ſ. charitas, Nullus.n. maculoſus aut peccator poteſt comedere panem iſtũ. Charitas enim fons viuus, quem non participat alienus, ſecundum Aug. Alius enim eſt non ſolum mundis & immaculatis, immo etiam maculoſis conceſſus & repudiatis, dum tamen ſint de genere ſacerdotum. i. Chriſtianorum, & iſte eſt fides, quę. ſ. bonis & malis conceditur, dum tamen ſacerdotum, ideſt Chriſtianorum propago habeatur. Alius autẽ omnibus eſt communis generaliter, ſ. ſpes, quia fideles & infideles, boni & mali aliquid ſperant poſt hanc vitam. Et ſic dico q̃ charitas ſola eſt bonorum Chriſtianorum, bonorũ tamen & maculatorum eſt fides, ſpes vero eſt communis vniuerſorum. ¶Vel dic q̃ primi ſunt uirtutes, ſecundi ſunt ſcientiæ, tertij ſunt ſpalia. ¶Vel dic q̃ tres panes ſunt tres ſcię, moralis, phyſica & ciuilis &c. Dilata fiuis. ¶Hic ponit q̃ filia ſacerdotis nupta alteri populo, non poterat comedere de ſanctificatis, quãdiu extra maneret, & quamdiu cum viro eſſet. Verum quando repudiabatur, vel uiro mortuo uidabatur, & ad domum patris reuertebatur, tunc poterat ſanctificatos comedere ut prius. ¶Sacerdos eſt Chriſtus, filia eius eſt anima, de qua. ſ. ſupra præcipitur, q̃ ſacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro flammis exuretur Leu. 21. quia ſcilicet anima filia Dei, ſi in morte deprehenſa fuerit in peccato, flammis perpetuis incenderetur. Vnde Ezech. 18. Anima, quę peccauerit, ipſa morietur. Iſta ergo quadoque exit

A exit domum patris ſui. i. Chriſti eccleſiam vel ſtatum gratiæ, & nubit p̃ deſiderium & amorem vni extraneo de populo, ſcilicet diabolo, carni vel mundo, Vnde dicit. Lu. 16. Adhæſit vni de ciuibus regionis. Et tunc pro certo quamdiu ſtat tale nefandum matrimonium, iſta filia nõ debet comedere de ſanctificatis, & non eſt digna percipere bona ſpiritualia & æterna, ſed terrena. Si vero tale matrimonium ceſſauerit, & iſta vidua facta, vel a mundo & eius proſperitate p̃ infortunium ita repudiata, quòd ad domum patris. i. ad gratiã vel eccleſiam per pœnitentiam redierit, tunc vero cibus cœleſtibus & ſpiritualibus digna erit. Filia ergo ideſt anima vel fragilis perſona, quæ a viro ſuo. i. a mundo repudiatur, vtpote quia per paupertatẽ & infortunia omni proſperitate priuatur, debet in domum patris ſui, ideſt ad conſcientiam ſeu eccleſiam reuenire, fortuna inſtabilitatem cognoſcere, & ſe patri ſuo Chriſto reddere, vt ſic de ſanctificatis. i. de bonis ſpiritualibus & æternis partem ſuam poſſit percipere & habere, exẽplo filii prodigi, qui a mundo repudiatus, & infortunijs compulſus ad patrem redijt, & vitulum ſaginatũ comedit. Et ideo tali filiæ loquitur dominus in Cantic. 6. Reuertere reuertere, ſunamitis, reuertere reuertere, vt incuea mur te. Et illud Hiere. 3. Reuertere ad ciuitates tuas. Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga. ¶Alienigena nunquam debebat comedere de ſanctificatis, dato quòd in domo ſacerdotis maneret, niſi forte eſſet ſeruus perpetuus ſacerdotis & eius vernaculus emptitius conſtitutus. De manu eriã alienigenæ non debebant ſacrificia accipi & domino immolari, ſed omnia corrupta & inutilia iudicari. De manu inquam alienigenæ non offeretis panes domino Deo veſtro, nec q̃ quam aliud, quod dare voluerit, quia corrupta & maculata ſunt omnia. ¶Alienigena ſignificat hæreticum vel quem libet infidelem a fide Chriſti alienum. Iſte ergo non debet de ſanctificatis comedere, ideſt eccleſiaſtica ſacramenta percipere, niſi forte vernaculum ſeu perpetuum eccleſiæ ſeruum ipſum per fidem & pœnitentiam contingerit factum eſſe. Panes etiam, ideſt doctrinæ & alia opera & exempla, quæ tales offerunt, a fidelibus nõ debent recipi neque credim, ſed
B magis omnia debent hæretica & corrupta reputari. Et ſimplices etiam ſumme debent cauere ab illis, quæ ab hereticis & infidelibus prædicantur & offeruntur, ne forte per errorem aliquem corrumpantur. Vnde Leuiti. 11. Non tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. ¶Vel ſi vis, dic q̃ panes alienigenæ ſunt ſcientiæ ſæculares, quæ ſcilicet a ſacerdotibus non debent recipi vel ſectari, & maximè leges & medicina &c. ¶Animalia, quæ offerebãtur Deo, debebant eſſe integra, ſana, & nulla macula vitiata, alias a ſacerdote dẽbant repudiari, & nunquam domino immolari. Vnde hic dicitur Leuitico. 22. quòd omnis macula non erit in eo. ſi fractum, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, ſcabiem vel impetiginem, non offeretis eum, ſed repudiabitur. Etiam animal, quod teſticolos tonſos, & fractos, ſectos & albatos haberet, ſi lingua careret, & ſi aurem vel caudam eidem aliquis amputaſſet. ¶Sic vero illi, qui offeruntur domino, & eidem in ipſius ſeruitio, ſcilicet in ſtatu eccleſiaſtico præſentẽtur, mundi, ſancti & immaculati eſſe iubentur. Igitur non debẽt eſſe cœci per ignorantiam, non fracti per inconſtantiam, non cicatricem malorum exemplorum & malorum morũ habentes per inſolentiam, non papulas, ſcabiem ſeu impetiginem ideſt pruritum & immunditiam carnis ſentientes per luxuriam, & non ſciſſis veſtibus ſeu teſticulis p̃ virilitatis amiſſionem, ſeu per mentis effeminationem, nõ perdita lingua per bonæ locutionis laudem & cõfeſſionis perditionem: non truncata cauda, per finalis perſeuerantiæ depoſitionem, quia pro certo, viri eccleſiaſtici debent per diſcretionem clare videre, debent per conſtantiam & fortitudinẽ integre manere, debent ſine cicatrice, ideſt ſine malę cõſuetudinis vulnere, vel ſine inuidiæ vlcere mentem habere, debent in ſuæ conuerſationis pelle ſcabie, ideſt vitijs maioribus, & impetigine ſeu papulis ideſt vitiis minoribus ſemper carere, teſticulos, ideſt virtutem bonorum generatiuã. Aurem, ideſt promptitudinem auditiuam & obedientiam. Caudam, ideſt virtutem perſeueratiuam & completiuam. Linguam, ideſt prædicatiuam vel diuinæ laudis & confeſſionis depromptiuam, debent iugiter continere. Si vero omnibus iſtis vel aliquibus iſtorum caruerint, non ſunt digni coram dño comparere, nec in eccleſia triumphante locũ dñt
C aliqualiter obtinere. Vñ dr. Mar. 22. Qui vocati fuerant, non erant digni. Lu. 14. De illis enim, qui teſticulos, i. gñatione bonorum operum, vel ẽt generationem fidelium habẽtur, quæ per prædicationem efficitur, quæ ſcilicet a duobus teſticulis prædicatorum procedit, ſcilicet a vita & doctrina, poteſt dici illud Deut. 23. Nõ intrabit eunuchus amputaris teſticulis, ab ſciſſo ver retro in eccleſiam Dei. De aliis vero dicitur. Mal. 1. Si offertis domino claudum & languidum, nouũ malũ eſt, quia breuiter illi, qui domino offeruntur, ſine peccati macula eſſe tenentur. Apocalip. 14. Sine macula ſunt ante thronum Dei. Vnde Deuteron. 17. Non immolabis domino bouem, & ouem, in quo eſt macula aut quippiam vitii. Vel ſi vis, allega hæc oĩa contra ſæculares, qui filios cœcos, claudos, & male morigeratos & formatos offerunt Deo, facien do eos religioſos, & clericos, bene aũt formatos retinent ſibi, vt ſeruiant mundo, & vt eos faciant cupidos, & mundanos. Contra quos dicitur. Malach. 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debilem domino. Aduerte hic, q̃ quando quis offerebat ſacrificium ex voto oblatum, debebat eſſe ſine quacunque macula, ſicut præmittitur in capitulo præcedenti. Quando vero quis offerebat voluntarie, ſcilicet oblationem pacificorum, vel huiuſmodi, tũc potuit offerre animal, dato quòd haberet aliquam de maculis ſupradictis. ſ. & maxime aurem vel caudam amputatam. ¶Vnde ibidem dicitur ſic Ouem & bouem aure & cauda amputatis, voluntarie offerre quis poteſt. ¶Sic cum in mundo ſunt duo genera perſonarum, quæ Deo offerũtur, ſ. boni eccleſiaſtici, qui tenentur ex voto, vel tacito vel expreſſo, & boni laici, qui videntur tantum volũtarię teneri, iſtud eſt verum quia illa animalia, i. iſtę perſonę quæ pro voto ſoluendo, & complendo domino immolant, & in eius ſeruitium deputantur, ſicut ſunt religioſi, & clerici, debent eſſe perfectiores, & ab omni macula criminũ mũdiores, quam illi, qui voluntariè offerũtur. i. q̃ ſeculares, qui ſuper erogationis opera voluntariè exequuntur. In iſtis. n. multæ maculæ, & multi defectus ſolent ſuſtineri, quæ in religioſis, & clericis eſſet neceſſarium reprobari. Et multa ſunt
D vitia, quæ apud Deum, religioſos, & clericos indignos facerent, quæ ſæcularibus non nocerent, quia. ſ. illi tenentur eſſe perfecti ex voto & neceſſitate, iſti aũt ex voluntate. Ideo clericis dr. Matth. 5 Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quã ſcribarum, & phariſeorum, non intrabitis in regnum cœlorum. ¶Hic præcipitur, q̃ nullum animal ſibi offerri debeat, quouſq; ſeptem dierũ in ætate trãſeat ſpaciũ &c. hic p̃cepit dñs, q̃ ſiue ille bos ſit, ſiue illa ouis, non immolabitur vna cum ſetibus ſuis. ¶Iſtud exponunt aliqui ſic, q̃ mater eſt miſericordia, fœtus eius ſunt bona opera. Iſta ergo mater, & fœtus ſui non debent domino offerri, inquantum, ſ. ſtatim, q̃ à pœnitentia incipitur, opera eius non debent perfecta putari, nec digna gratia diuina adhuc putari, nec ante conſpectum domini offerenda tanquam perfecta, & digna iudicare debemus. ¶Vel iſtud expone allegorice de Chriſto, qui eſt mater miſericordiæ, de quo dicitur, quòd propter nimiã charitatem, qua diligit vniuerſos, paſſus eſt &c. Vnde dicit 2. Reg. 1. Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam. Principales ergo fœtus iſtius matris fuerũt Apoſtoli. Igitur iſtud fuit verum, quòd eadem die non fuerunt imolati nec paſſi mater & filii, i. Chriſtus, & diſcipuli. Quinimmo iudęis, quando, & diſcipulos cũ Chriſto apprehendere voluerũt, ipſe dixiſſe legitur. Io. 18. Si me quæritis, ſinite hos abire.

CAPITVLVM XXIII TEXTVS.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Moralitatum Cap. 15.

HIc ponuntur feſtiuitates legis, ſed ad præſens omitto, quia forte Numerorum libro aliquid de his dicam. c. 24. Mulier Iſraelitica conceperat filium de viro ægyptio, qui iurgatus cum viro Iſraelitico, blaſphemauit nomen domini, maledicens ei, ergo ipſe incluſus à Moyſe, fuit à populo lapidatus. ¶Allega exempliariter contra ſpurios, qui nati de ægypto. i. de adulterio vel fornicatione, fiunt quãdoque blaſphemi, & rixoſi & male morigerati, & iniuriati,

qua

quapropter aliquando incarcerantur,& êt suppliciis exponunt.¶ Vel dic moraliter,ꝙ mulier hæbrea est voluntas vel aia,vir ægyptus est corpus,à quo tunc pro certo blasphemũ concipit, qñ malũ aium seu malum desiderium ꝓ corporis suggestionẽ & tentationem incurrit, malus. n. affectus Deũ vt maledicere,in quantum semper nititur suis iussionib.cõtraire,& ideo talis blasphemus,idest talis malus affectus dêt in carcere timoris includi,& lapidibus idest diuinæ scripturæ sententiis & reprehensionibus reprehendi. Vnde supra Leu.22.Lapidib.obruetur & mechus & adultera.

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen in monte synai. Moralitatum Cap. 16.

ANnus Iubileus apud hæbreos præcipit obseruari.Erat autẽ iste annus quinquagesimus ab egressu filiorum Israel ex ægypto, & ex tũc de quinquagesimo in quinquagesimum obseruabatur,quia scilicet iudei omnia septenaria obseruare voluerunt,& sic septimum diem & septimum annũ seruauerunt,& tandem iubileum tanquam vltimum annum in fine septem hebdomadarũ annorum.Erat ergo ille annus valde priuilegiatus,quia scilicet tunc omnis seruus liber efficiebatur,omne debitum tunc dimittebatur,& omnis hæreditas vendita ad pristinum dominum reuertebatur, & ideo iste annus Iubileus a iubilando dicebatur, pro eo ꝙ ibi tubis canebatur, summisque lætitiis annus huiusmodi celebatur.¶ Per istum annum potest intelligi tempus gloriæ paradisi,quod scilicet per numerum quinquagesimum intelligitur, pro eo ꝙ in fine septem hebdomadarum annorũ idest in fine huius vitæ, quæ fluit per septenariũ dierum & ætatũ, annus Iste Iubileus, idest æterna gloria cum suis æternis iubilis celebratur.Psal.99.Iubilate Deo oĩs terra,seruite domino in lætitia.In isto enim anno & tempore, scilicet in paradiso omnia debita humanę naturę,timor,languor & mors & cætera similia erunt soluta, seruitus corruptionis erit dimissa,& hæreditas gloriæ quæ dudum per Adam vendita & perdita fuerat, erit plenarie humano generi restituta. Psal.
F 5,Dominus pars hæreditatis meæ & cærera.In isto ergo anno & in isto festo summa iubelatio,summa laudatio,gratiarum actionis exultatio.Vnde cuilibet aiæ dicitur.Zachar.nono. Exulta satis filia Hierusalem, iubila filia syon.¶ Vel dic ꝙ iste annus significat festum Penthecostes, quod,s.a tempore,quo nos eximus de ægypto,s.a tẽpore Paschæ,quo sancti patres sunt egressi de iterno,die quinquagesimo celebratur,quia re vera istud est tempus & festum valde priuilegiatum,quia.s. ibi est remissio debitorum. i. peccatorum ibi est hæreditatis restitutio, idest reparatio gratiarum & meritorum,ibi seruitutis abolitio,ibi libertas spiritualis charisma tum & donorũ,ibi est iubilationis decãtatio. i. exultatio laudis vel prædicationis & confessionis, & quorumcunque spiritualium canticorũ.Sanctus enim spiritus, qui isto die fuit emissus,habet debita peccatorum dimittere, hæreditatẽ vitutum restituere, libertatem donorum distribuere,& iubilũ laudis, ꝓdicationis & grarũ actionis inspirare & influere. Iste est ergo iubileus, a iubilãdo dictus,ꝙa.s.ista die debem⁹ iubilare,& laudes dño decãtare.Ps.80.Iubilate in neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ.¶ Vel si vis,dic oĩa de pœnitentia,vel diuina misericordia,vel de Christi passione, seu etiã de gratia quia.s. quælibet istarum peccata soluit, libertatem aiæ concedit,& hereditatem gratiæ,& glorię restituit &c.¶ Quia dominus ꝓcepit ꝙ hæbrei anno septimo requiescerent,& quòd non seminarent, nec etiam sponte nascentia colligerẽt,ordinauit ꝙ anno sexto fructus duplices prouenirent,de quibus anno septimo & octauo viuere possent.Voluit etiam, quòd veteres fruges comederent, vsque quo anno 9.fruges nouæ procederent & prouenirẽt. Exod. 16. Donec inquam noua nascantur, edetis vetera.¶ Ista expone sicut supra de mãna, cuius duplex portio sexta die decendebat.¶ Vel si vis,dic ꝙ fruges veteres sunt præcepta & cerimoniæ veteris legis,quæ edi,recipi,& teneri debebant, quousque nouæ fruges,i.noua lex, & noua præcepta venirent.Et quia iam nouum testamentum venisse videmus,ideo vetustatem legis abiicere,& antiquas fruges non comedere seu recipere,sed abdicare debemus. Vnde dicitur. Leuit.26. Nouis superuenientibus vetera proiicietis. Et apostolus dicit.Roma.7.Non ambulemus in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus.¶ Hic præcipitur quòd terra nõ vendatur ad ppetuitatẽ.Terra (inquit) nõ vẽdet in perpetuũ,ꝙa mea est. Item si aliquis vendebat possessionem suam,semper vel ipse vel proximus eius poterat ipsam infra annũ redimere. Alioquin si nequiret,oportebat quòd tandem in iubileo, & vna cum liberis suis liber exiret.Sic igitur erat quòd gentiles hę reditatem suam & seipsos absolute, & sine conditione vendebant, filii vero Israel annexam conditionem habebãt,& nec se nec hæreditatem suam ad perpetuitatem vendere poterant aut debebant.Vide supra Exo.21.¶ Vel dic, quòd iste annus significat vitam præsentem,in qua quamdiu durat,licitum est cuilibet si peccãdo se ante diabolo vendiderat,seipsum per pœnitentiam redimere; & hæreditatem paradisi vel gratiæ, quam perdiderat, vel obligauerat,recuperare. Quod si ipse facere noluerit,ꝓximus eius.s. prælatus vel ꝓdicator, quilibet homo iustus debet ipsum prædicando vel orãdo redimere,& a peccati seruitio liberare, exẽplo Christi,qui quia proximus noster erat per incarnationem, ideo nos redemit,& hæreditatẽ paradisi nobis restituit, & emit. Psal.15.Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.¶ Et si vis,dic ꝙ hæbrei significant bonos,gentiles vero significant malos, hæreditas est gratia seu gloria, venditio est peccati commissio seu culpa.Igitur illud est verum, quòd & hæbrei, & pagani,i.boni & mali quandoque hæreditatem gratiæ,& gloriæ,i.illud ius,quod ad illam hæreditatem habebant, diabolo peccando vendunt,& a se alienant atque perdunt.Differunt tamen diuersimode,quia.s.hæbrei.i.boni,si eos quandoque peccare,& huiusmodi venditionem celebrare cõtingat,illud non fit ad perpetuitatem,quia.s. isti non desperãt, sed potius de restitutione, & de pœnitentia cogitare sperẽt. Terra.n.cordis humani domini est, & ideo ipsam ad perpetuitatem non debemus desperando vendere, sed quicquid acciderit,semper debem⁹ de iubileo,i. de diuina misericordia sperare,& de pœnitentia cogitare, dicentes illud 1.Re. 21. Absit à me vt vendam tibi hæreditatem patrum meorũ. Sed re vera contrarium est de malis,quia.s.illi, quando vendunt,i. quando de linquunt sine conditione ad perpetuitatẽ H solent vendere,quia.s. per desperationem solent se ex toto diabolo exponere, & de restitutione pœnitentiæ nullatenus cogitare,& ideo hæreditatem istã nullo modo pñt amplius rehabere.Vnde dicitur Ezec.7.Vnusquisque ad illud, quod vendidit,non reuertetur amplius.¶ Vel si vis, dic quòd christiani & infideles in hoc differunt,quia christiani si peccant, spem certam,ꝙ restitui poterũt per pœnitentiã semp gerũt, infideles aũt nõ sic,ꝙa isti hẽditatem gratiæ, & gloriæ continuè delinquẽdo vẽdunt,& pdunt,& cum rõne infidelitatis, in qua sunt,ipsam recuperare nõ possunt.Isti.n.sine cõditione,& absolute videnẽ paradisum pdere, mali vero christiani semp dum sunt in via,habent conditionẽ annexã, inquã tum possunt per pœnitentiam ad statum gratiæ reuenire.

CAPITVLVM XXVII TEXTVS.
Locutus est dominus ad Moysen, dicens Moralitatum Cap. 17.

DE maledictionibus, & benedictionibus, quæ ponuntur hic c.27. omitto gratia breuitatis, ꝙa forte Deuter.28.aliquid de his dicam.In isto vltimo c.agitur de decimis.Et dicitur hic,quòd decimum animal eo ordine,quo venit, pro decima debet dari, ita quòd illud siue esset bonum siue malum,non poterat cum alio commutari.Idem autem fiebat de voto, quia.s. si quis domino aliquod animal vel rẽ aliam deuouerat sine mutatione, illud cum alio siue deteriori siue meliori permutari nequibat,sed illud idem, quod vouerat,sine mutatione reddebat, quinimò sicut ibidem dicitur, quicquid vel de votis domino consecrabatur, si offerens id cum alio mutare vellet, vtrunque domino dedicabatur,& illud.s. quod mutatum est, & illud cum quo mutabatur.Et ideo subdit. Omne inquit quod consecratur, siue homo siue animal siue ager fuerit, non vendetur, nec redimi poterit. quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino.¶ Illud si vis applica ad litteram de illis animalibus,i.de illis personis,quæ per votum obedientiæ

A tiæ in religione Deo deuouentur,& consecrantur, quia scilicet necesse est ꝙ ipsi in ꝓpriis personis, non aũt per substitutos dño famulẽtur.Qui.n. dño ad religionem vel ad sacerdotium est astrictus, non põt alium loco sui vt cõiter substituere,sed ipse in ꝓpria persona teneẽ beneficio deseruire. Homo.n.siue debilis siue fortis fuerit, non dẽt mutari, sed vnusquisq; ẽm vires suas dẽt dño famulari,iuxta illud Apostoli.Galat.6.Vnusquisq; onus suum portabit. Qui ergo consecratus est dño,& in ordine vel religione deuotus,non põt amplius non consecratus fieri,nec ad mundum redire,seu a clericali statu retrahi,sed ibi debet perpetuo, ex quo semel deuouerit, vel tacite vel expresse,& professionem fecerit, Deo confecrari.¶ Vel dic quod quicquid est decimum.i.qui cunq; seruant decẽ mandata,dño consecratur, & sibi spiritualiter dedicatur. Quando aliquis agrum vel aliquid aliud deuouerat Deo,si illud volebat redimere,quintam partẽ vltra commune præcium adhibere debebat. Vnde ad finem, ꝙ offerens rei oblatæ affectionem deponeret,& ne pœnitẽtia ductus à promissione,quam spoponderat,resiliret,ordinauit dominus,quòd extraneus in emẽdo præferretur,& ꝙ amplius solueret ipse, qui obtulerit, quam alius teneretur. Hoc potest aliegari cõtra illos, qui faciliter de illis,quæ domino facere promittũt,solent pœnitere,vtpote quando pœnitentiam vel peregrinationem promittunt facere, se si redimere vel mutare oportuerit, debent aliquid amplius addere, & votum non in deterius sed in melius commutare.
Moralitatum super Leuiticum Finis.

MORALITATVM
Liber quartus libri Numerorum.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron dicens. Singuli per turmas. Moralitatum. Cap. 1.

B IRca ordinationem tabernaculi sciendum, quòd tabernaculum in deserto constitutum, præcepit dominus quòd populus in quattuor partibus circumiret, & quod circa ipsum excubaret. Vnde præcepit,quòd tribus Iuda Isacar,& Zabulon excubarent ad oriẽtem.Ruben, Symeon & Gad ad miridiem. Dan, Aser & Neptalim ad aquilonem.Ephraim, Beniamin & Manasse ad occidentem.¶ Sicut iam multotiens dixi per tabernaculum moraliter intelligitur cor humanum. Quattuor vero mundi partes significant quattuor cardinales virtutes, quia scilicet oriens lucens est prudentia, meridies feruens est iustitia, occidens humidus est temperantia, aquilo gelidus seu solidus est fortitudo & constantia. Igitur dico quòd circa tabernaculum cordis debent excubare, & vigilare per istas quattuor partes duodecim trib. Israel ideſt duodecim speciales virtutes, quia scilicet pars orientalis ideſt prudentia, debet habere secum Iudam,Isachar, & Zabulon ideſt veritatem in affectu,memoriam in intellectu,firmitatem in opere vel in actu.Iudas enim interpretatur confessio,& significat verbi veritatem, Isachar interpretatur memorans vel memoratio,& significat illorum,quæ ad salutem pertinent, noticiam & sagacitatem Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis,& significat operum firmitatem,& promissorum stabilitatem. Quia proculdubio oriens ideſt homo prudens debet habere veritatem in ore, memoriam seu notitiam in mente, stabilitatem & firmitatem in opere, & sic de ista claritate orientali ideſt de prudentia cum sua triplici tate, poterimus dicere illud. Matth.2. Et vidimus stellam eius in oriente.Item dico quòd pars meridionalis,ideſt feruens iustitia, debet similiter habere tres aliquos patriarchas seu trium patriarcharũ tribus scilicet Ruben,Simeon, & Gad, & isti nihil aliud significant nisi tres speciales virtutes,quæ debent iustitiam concomitare ideſt scientia in examinando,benignitas in audiendo, feuericas in exequendo. Scientia enim intelligitur per ruben, qui interpretatur videns per medium,quia.s. iustus iudex debet se in fine intellectus sui per medium negociorum fingere, vt sic posset veritatem,& merita causarum sentire. Interpretatur etiam Ruben videns filium, quia semper debet iudex filium Dei præ C oculis habere,& ad ipsum sicut ad iustitiæ regulam respicere & videre,& timor eius ab infantia debet in eo semper esse.Vnde Iob. 31. Semper.n.quasi tumentes super me fluctus Deum timui,& pondus eius ferre non potui. Interpretatur etiam videns in medio,quia.s.iustus iudex debet in medio p æquitatem sedere,& non plus ad vnam partem quàm ad aliã pendere,& se etiam medium, & mediatorem inter Deum & populum cognoscere, & inter partes debet sicut mediator concordiam generare dicens illud Luc.22.Ego aũt ĩ medio vestrum sum. Benignitas per symeonem itelligitur,qui.s.audiens merorẽ seu auditio interpretatur, quia videlicet ad iustitiam pertinet ꝙ & quirimonię partium audiantur, & ꝙ iudex ad audiẽdum causas & negocia benignus & affabilis habeatur. Psal. 2. Audite omnes qui iudicatis terram. Vnde tam de scientia quam de audientia ipsorum dicitur. Sap.6. Audite reges,& intelligite iudices finium terræ. præbete aures vos qui continetis multitudines.Seueritas per Gad significatur,quia.s.Gad interpretatur accinctus, significans iustũ iudicem,qui se debet armare,& accingere, vt malos possit punire,& innocentes liberare. Vnde dicitur.Gene. 49.Gad accinctus præliabitur.Item dico ꝙ pars occidentis est temperantia.Occidens enim temperatus est in frigore & calore.Et ista pars similiter debet habere tres patriarchas, scilicet Ephraim,Beniamin,& Manassen,& isti sunt,pieras,pauperes nutriendo, humilitas, a fastu abstinendo,patientia q̃ sit iniurias remittendo.Ephraim enim,qui interpretatur fertilitas,significat clementiã, cuius fertilitas pauperes habet nutrire. Beniamin interpretatur filius asininus significans humilitatem, quæ more asini solet obedire. Manasses interpretatur obliuiosus, & significat patientiam, quæ aliorum iniurias solet obliuisci, & non seruare. Virtus enim temperantiæ solet non solum a superfluitatibus abstinere, vt pauperibus prouideat, sed etiam humilitatem, & patientiam tenere,vt a superbia & ab ira temperet,& se restringat. Vnde de isto occidente dicitur Eze. 48. Ad plagam occidentalem partes tres. Item dico quòd pars aquinolaris quæ dura est & solida,significat solitudinem, quæ etiam habet tres D patriarchas,s.Dã & Asser,& Neptalim,qui.s.significant tria, quæ fortitudinem nostram iuuant. s. causæ rectitudo, lucri magnitudo,& amoris amplitudo.In dan, qui interpretatur cã,lucrum denotatur.In Aser, qui interpretatur beatitudo eius,s.spes quæ facit hominem magis fortem, amor designatur.In Neptalim,qui dilatatio interpretatur,quia.s. latitudo charitatis fortificat propugnantem Isti ergo duodecim patriarchæ per istas partes quattuor debent tabernaculum cordis circumire,& circa ipsum fortiter excubare.Vnde dicitur.Per quattuor partes erant ostiarii.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens.Tolle summam filiorum. Moralitatum Cap. 2.

PRæcepit dñs ꝙ populus leuitarum portare onera tabernaculi deberet &c.Veruntamẽ sic erat, ꝙ præter sacerdotes nullus audebat illa,quæ erant infra velum,in sanctuario videre,& ideo sacerdos omnia, quæ erãt in sanctuario, s.arcam,propiciatorium,cherubin & altare, velo & pallijs inuoluebat,& sic leuitæ propriis humeris deferebant. Nullus ergo præter sacerdotes ista nuda videre debebat, quinimò si antequam inuoluerentur,ab aliquo non sacerdote videbãtur,mortem quam citius incurrebat.Igitur leuitæ omnia onera tabernaculi transferebant, alia in humeris, alia in vehiculis transigebant. ¶ Ista si vis applica ꝙ nos, qui sumus leuitæ.i.viri ecclesiastici, & in ecclesiæ beneficiis & officiis constituti,debemus onera tabernaculi, ideſt onera ecclesiæ,officiorumq; & beneficiorum nostrorum in propriis humeris portare, & in propriis personis nostris principaliter exercere,& non substitutis aut vicariis commẽdare. Vñ Apostolus Gal.6.Vnusquisq; onus suum portabit.¶ Vel dic ꝙ illa,quæ in sanctuario erant abscondita, significant christianæ fidei secreta scripturæ sacræ seu deitatis sacramenta. Sacerdotes,ꝙ dicuntur quasi sacri duces,vel quasi sacra docentes,significant viros scientificos.Alii vero leuitæ vel popularis,

pulares, significant hoĩes simplices & indoctos. Istud ergo verum est, ꝙ sacerdotib. solis. i. solis viris sciẽtificis & sapiẽtibus licitũ est vasa sanctuarii interioris fidei nostræ secreta inuestigare, tractare, tãgere vel videre. Aliis aũt nõ licet ista nude considerare, nec perscrutando cernere ne forte errores & hæreses incurrãt, & sic mori habeant necesse spiritualiter. Sacerdotes ergo. i. sacri doctores & prædicatores semper debent ista fidei ministeria pallio & velo alicuius figuræ vel verbi dissimulatim inuoluere, & nunquam nuda simplicibus portanda vel credenda tradere, alioquin immo sæpe fit quòd conceptis erroribus, morte culpæ & pęnæ solẽt faciliter deperire, & ideo hic dicitur, quòd alii nulla curiositate videant, qui sunt in sanctuario, prius quam inuoluantur, alioquin morientur. ¶ Vel dic ꝙ ista significant ecclesiæ sacramẽta vel etiam beneficia, quia. s. horum tractatio & administratio solis sacerdotibus, i. solis sacris ducib. dignis. s. personis & sufficiẽtibus debet committi, aliis vero indignis & ignorantibus interdici, quia. s. boni, ista administrando nõ lęduntur, mali vero & indigni ista tractãdo, mortis ęternæ periculum consequentur. Vnde supra dicitur, ꝙ extraneus, qui ad ministrandum accesserit, morietur.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen, dicens Præcipe filiis Israel. Moralitatum Cap. 3.

HIc ponitur ꝙ vxor hæbrea si culpabilis erat de adulterio & bibebat aquas maledictas & amaras, vbi puluis pauimenti miscebatur, & scriptura nominis domini delebatur, venter eius tumescebat, & femur ipsius putrescebat, & sic ipsius adulteriũ clarum erat. Si aũt adulterii rea nõ erat, tunc potus ipsius aq̃ eidẽ pęnitus non nocebat. ¶ Aquæ istæ maledictę significãt mundi scientias, delitias & ꝓsperitates, quæ dñr maledictæ, quia maledictionem æternæ damnationis procurant Dñr amaræ, quia plura amara quã dulcia continent. Dicunt puluerem pauimenti continere, quia transitoria bona & puluerem solũ habent, scripturam vero nominis domini, & ipsius Dei memoriam de arca cordis destru-
F unt atque delent Et breuiter istæ sunt aquæ, de quibus dicit Apo. 8. Homines mortui sunt ex aquis, quia amaræ factæ sunt. Igitur dico, quòd mulier. i. anima, quæ erga virum suũ, erga Christũ fidelis est & casta, nec cum adultero diabolo per mortale peccatum adulterata, si contingat ipsam aquas huius mundi, idest diuitias, delitias & alias prosperitates gustare & bibere, ipsa pro certo cum ipsis bene vti sciat, nocere ei non poterunt. Si vero peccatrix, & adultera est, tunc si tales aquas biberit, & mundi prospera, scilicet delitias corporales, diuitias temporales, eminentias emundanas & scientias sæculares habuerit & obtinuerit, tunc vere culpæ & pœnæ periculum mox subibit, quia sanctæ personæ ex mundi prosperis non læduntur pro eo scilicet quòd ipsis discrete & temperate vtuntur, vt habetur in Cantic. 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Mali vero cum ipsis temperatè vti nesciant, per ea spiritualiter occiduntur, quia scilicet ventres suorum cordium per superbiã tumescunt, & fæmora eorum per luxuriam faciliter corrũpuntur. Vnde Prouer. 1. Prosperitas stultorum perdet eos. Vnde recte istæ sunt aquæ, quibus boni & mali probantur, quia, scilicet mali ibidem pereunt, boni vero immunes & liberi permittuntur. Vnde dicitur Iudic. 7. Duc populum ad aquas vt probem eos &c.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Locutusq; est Dñs ad Moysen dicẽs. Loquere Moralit. Ca. 4.

APud iudæos antiquitus erat quædam religio virorum, & mulierum, qui nazarei vocabantur, & erat quando vir vel mulier se domino deuouebant, & perpetuo vel ad tempus se a communi ritu, & vita populi separabant, & domino consecrabant, erat enim ritus deuotionis seu consecrationis, quia scilicet quamdiu ad tempus durabat, statutum, non debebat nouacula super eius capita ascendere, nec barbam radere, vinum, acetum aut cyceram, aut omne, quod inebriare potest, non bibere, vuas recentes seu etiam siccas non comedere, nec aliquid, quod de vua nascitur, de
gustare. Non debebat tangere mortuum, nec ad patrem vel G
matrem, fratrem aut sororem, si moriebantur, accedere, & sic vsque ad tempus finitum debebat sanctificationem suam seruare, & se domino consecrare, & à cunctis, quæ supra diximus, abstinere, & tãdem finito tꝑe rasis capillis, oblato sacrificio templum poterat introire. ¶ Re vera tales nazarei possunt mihi significare religiosos & quoslibet viros perfectos, qui scilicet Deo sunt cõsecrati & deuoti, & eidem specialiter dedicati, quia pro certo isti nunquam debent de capite mentis suæ capillos bonarum cogitationum vel affectionum radere, nec barbam virilitatis, & virtutis perdere, nec nouaculam fraudis & doli in capite mentis admittere vel habere. Et hoc ne forte dicatur nobis illud Psal. 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Item isti non debent mortuos idest peccatores & homines corruptos & luxuriosos, hæreticos & infectos sibi associare vel tangere, quinimo dato, quòd sint parentes, amici & consanguinei, non debent se super eos inquinare, nec eorum malam vitam diligere, nec eorum consortium frequentares Vnde dicitur Leuit. 21. Non contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum. Constar enim quòd multi Nazarei idest multi viri sancti, & iusti, immundi & peccatores efficiuntur, quando mortuorum, & peccatorum tactus & societates sectanẽ. Vnde Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Item isti non debent comedere vel bibere idest sibi per complacentiam incorporare aliquid, quod possit inebriare, idest quod possit sensum, rationem, & discretionem auferre. Et ideo isti non debent diligere vinum delitiarum corporalium, syceram scientiarum sæcularium, vuas seu grana diuitiarum temporalium. Isti enim sunt, qui sensum, & discretionem tollunt, & ebrietatem obliuionis & insipientiæ inducunt. Qua propter viri spiritales debent ita fugere, & a cunctis mundi bonis, quæ huiusmodi ebrietatem possunt inducere, se abscindere. Ideo dicitur, Lucæ 1. Vinum & syceram non bibet, sed Nazareus erit omnibus diebus vitæ suæ. Ista igitur si vsque ad statutum tempus idest vsque ad mortem seruauerit, mox templum paradisi sanctificatus intrare poterit ei dicens illud Psal. 5. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum H
sanctum tuum. ¶ Vel dic ꝙ nouacula est adulator, qui insensibiliter pilos diuitiarum secum rapit. Ps. 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. A quo. s. vir iustus debet abstinere, si verus Nazareus, i. sanctus & floridus cupit esse. Vnde dr̃. Iud. 13. Nouacula non ascendet super caput eius. c. 6. ¶ Quando Nazareus erat in abstinentia, in voto & consecratione sua, si contingebat coram eo aliquem mori, vel ipsum aliquem mortuũ tangere, tota sua sanctificatiõ polluebatur, & ideo, pilos suos radere, & sanctificationẽ reincipere denuo tenebatur. ¶ Sic vero cũ quis est in sua abstinentia, voto, religione vel pñĩa, si mortuũ tãgit. i. peccatũ mortale faciat vel ipsum ꝑ complacentiã videat, constat ꝙ tota sua sanctificatio ꝓcedens. i. oĩs virtus & bona operatio mortificaẽ, & polluiẽ & apud Deũ inutilis reputatur Vnde dr̃ Ezec. 18. Si conuersus iustus fecerit iniquitatem, oĩm iustitiarum quas fecerat, non recordabor. Talis ergo tenetur de nouo reincidere, pilos veteres. i. superfluitates & peccata ꝑ confessionẽ radere & alios pilos nouos. s. virtutes, nasci procurare, & permittere. Et sic poterit, si sine interruptione continuauerit, templum paradisum intrare, & sacrificium laudis dño offerre, & sanctus & consecratus dño semp esse, Interruptio. n. bonorum operum qñ per peccatũ fit, virtutes vitia mortificãt. Perseuerantia vero sanctitatẽ augmentat. Vnde dr̃. Matt. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit &c.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Locutusq; est Dñs ad Moysen, dicẽs. Loquere Molit. Cap. 5

LEuitarum consecratio sic fiebat. Aspergebanẽ. n. aqua expirationis, radebãt corporis sui pilos, lauabãt vestimenta sua, offerebantur in conspectu domini Aaron sacerdoti. Ipsi vero offerebant bouem cum oleo in farina, & sic fiebant domino consecrati, & in tabernaculo a vigintiquinque annis vsque ad quinquagesimum annum seruiebant, & tandem completo quinquagenario quiescebant. ¶ Re vera talis consecratio spiritualiter intellecta, debet esse in omnibus leuitis. i. in viris omnibus ecclesiasticis & perfectis quo-

tidie

A tidie fieri & compleri. Igitur dico ꝙ ante omnia aqua expiationis, i. compunctionis, nos debemus aspergere ꝑ compunctionem, & post pilos nostros, i. superfluitates, & vitia debemus radere per contritionem seu discussionem. Tandem vestes nostras debemus lauare & mundare per cõfessionem, & coram Deo idest in confessionis secreto, sacerdoti nos præsentare & ostendere, etiam per vitiorum nostrorũ reuelationem. Vñ dr̃ Luc. 17. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Et tandem debemus offerre Deo bouem, i. carnem nostram ꝑ pœnitentiæ macerationem, & adhibere oleum & farinam. i. eleemosynam & cõpassionem, & sic erimus dño consecrati per sanctitatem, & perfectionem, & in tabernaculo ecclesię ministrare poterimus per ꝑlationem. Vñ Leui. 26. Hoc ritu consecrabitur Aaron. Tales igitur personæ sic consecratæ, & sic sanctificatæ, cum vigintiquinq; annos, qui constant ex quinario quinquies ducto, i. quinque sensuum cohibitionem & custodiam habent digni sunt dño ministrare, & per alios viginti quinque annos, i. per librorum legis spiritualem adimpletionem domino deseruire. Quod cum fecerint, digni sunt ad quinquagenarium numerum, & ad iubileum perpetuæ quietis attingere, & a cunctis huius mundi laboribus in paradiso qescere & cessare. Apo. 14. Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis.

CAPITVLVM NONVM TEXTVS.
Locutus est dominus Moysi in deserto synai. Moralitatum Cap. 6.

HIc dicitur, ꝙ cum pascha celebraretur, inueniri sunt plures, qui fuerant immundi, nec ita cito poterãt mũdari, quia. s. in eorum mundatione tempus septem dierum aliquotiens requirebatur. Igitur cum isti propter immunditiam pascha celebrare nequirent, & istis tunc castra ingredi non licere, mandatum est eis ex parte domini, quòd tunc quidem à celebratione paschatis abstinerent, sed quòd ipsum in sequenti mẽsæ ritu suo celebrarent. ¶ Ista possunt ap-
B plicari quod quando quis se sentit immundum. i. in aliquo peccato pollutum, non debet ad celebrationem paschæ scilicet ad sacramẽtum altaris accedere, sed nisi sit scãdalum, potest dissimulare & differre, & tandem recuperata munditia per confessionem & pœnitentiam debet istum agnum paschalem digne mãducare. Quod etiam de in mũditia pollutionis nocturnę potest intelligi, propter quam celebratio missæ potest aliquando differri. Vnde Iob 14. Expecto donec veniat immutatio mea. ¶ Hic inueni notatum per quendam doctorem, quòd filij Israel leguntur pascha quadruplex celebrasse. Exod. 12. Vnum in ægypto, aliud in deserto, aliud in galgalis in deserti exitu, aliud in Hierusalẽ Iosi 5. quod fuit solẽnissimum pascha. 3. Esa. 1. ¶ Sic vere cũ pascha seu phasę interpretatur trãsitus, sciẽdum est quòd iusti quadruplicem transitum celebrare noscuntur. Est enim pascha in ægypto, & iste est transitus de vitijs ad pœnitentiam. Est pascha in deserto idest in pœnitentiæ statu, quod fit cum transitur de virtute in virtutem, vel de bono in melius. Est pascha in galgalis, quæ interpretatur releuatio, & est transitus de vita hac ad stolam animæ, quod fit in morte. Est pascha in Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, & est transitus qui fiet ad stolam corporis, & de morte ad vitam in resurrectione. In ægypto, idest in peccati statu peccati statum dimittimus. In secundo per desertum idest per profectionis & pœnitentiæ statum proficiscimur & incedimur. In tertio æterna beatitudo nobis reuelatur, & Deum facie ad faciem cernimus. In quarto iam resumpto corpore, in cęlesti Hierusalem pacifice quiescimus. Itaque transeamus vsque in Bethleẽ. Exo. 12. Phasæ enim est transitus domini. Hic ponitur quomõ nube mota tabernaculum mouebatur & populus proficiscebatur &c. Exo. 14. sed de hoc vide supra vbi posui.

CAPITVLVM DECIMVM TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Fac tibi duas tubas. Moralitatum Cap. 7.

PRæceptum est Moysi vt faceret duas tubas albas argenteas & ductiles, quibus conuocaret multitudinem. Et erat vsus tubarum (sicut hic dicitur) ad Populum conuocandum ad bella, & ad conuiuia & ad festa domini. Tubis enim C
populi conuocabantur, bellãtes excitabantur festa domini denunciabantur, conuiuę lętificabantur. ¶ Tubæ istæ significant prædicatores, qui ideo duo dicuntur, quia duo testamenta scire debere noscũtur, vel quia duplici charitate inuicem combinantur. Isti ergo debent esse argentei per eloquentiam. Ductiles, hoc est malleis facti per patientiam vel Per malleorum. i. tribulationum tolerantiam. Qui. s. ad quattuor dicuntur in ecclesia valere, videlicet ad populum ad fidem conuocandum, ad festum paradisi nunciandum, ad bella contra uitia præparandum, seu ad bellatores contra uitia excitandum, & ad conuiuas. i. fideles ecclesiæ per spẽ cõsolandum, & lætificandum. Tubæ enim nostræ. i. prædicatores populum ad fidem & ad iustitiam conuocant. Vnde dicitur Iohel. 1. Vocate populum, coadunate cœtum, canite tuba in syon &c. Item milites. i. fideles ad bellandum contra uitia & cõtra tribulationes excitant. Vnde Amos 2. Morietur in sonitu Moab in clangore tubæ. Item festum præparari prænunciat. Psal. 80. Buccinate in neomenia tuba. Itẽ conuiuas ecclesiæ per spem & consolationem lætificant. 3. Esdrę 5. Clamauerunt multi cum tubis & gaudio magno. Vide supra lib. 14. vltimo c. 1. vbi multa inuenies. ¶ Hic aduerte unum notabile quòd quando principes & capita multitudinis erant conuocãdi, tubæ vnico sonitu pulsabantur. Quando populus conuocabat uel ad proficiscendum excitabatur tunc tubarum sonitus in longum protendebatur, quandoq; planus, quandoque intercisus fieri iubebatur. In quo potest notari, ꝙ principes & capita multitudinum. s. principes iudices & prælati facilius debent tubis, i. prędicationibus obedire quam alij, quia. s. vnica vox debet sufficere ad tales uocandum, ubi tamẽ uox prolixior seu prædicatio uel monitio intercessior, & grauior, & diuturnior est necessaria ad populum excitandum, vel ad virtutes, vel ad bona opera ꝓuocandũ. Quia re uera boni superiores cito & faciliter obediuntur, vbi populus. i. duri & rustici ac rurales difficilius & tardius ad bona opera ire uelint. Et de Petro, & Andrea Apostolis & prælatis dr̃ Mat. 4. qđ cum a Christo vocati essent, D
ꝙ statim relictis retibus & patre secuti sunt eum. De difficultare conuersationis popularium dr̃. Prou. 1. Vocaui, & renuistis, extendi manus meas, & non fuit qui aspiceret.

CAPITVLVM VNDECIMVN TEXTVS.
Inter ea ortum est murmur populi. Moralit. Cap. 8.

ORtum est murmur populi quasi dolentium pro labore cõtra. Quod cum audisset dominus, iratus est, & accensus est in eos ignis domini, & deuorauit extremam partem castrorum. Sed orante Moyse absorptus est ignis. ¶ Illud potest allegari, quod Deus summe odit uitium impatientiæ, & murmurationis. & maximè quando quis de labore quem pro Deo sustinet, murmurat, & tristatur, nam ignem, idest maiorem tribulationem solet in talibus accendere, & eos temporaliter, & ęternaliter concremare & sic de dolore murmurationis ad ignem tribulationis necesse est eos pertransire. Vnde dicitur Ezechiel. 13. De igne egredientur, & ignis consumet eos. ¶ Vel si vis allega quomodo oratio iusti proficit tribulatis. Vnde dicitur Iacob. 5. Multum valet deprecatio iusti assidua. Vel dic quòd illi qui erãt in castris vltimi vel extremi, fuerunt igne accẽsi. In quo potest notari, ꝙ ignes idest tribulationes non inuadũt hodie illos qui in exitu ecclesiæ sunt primi idest principales domini, & magistri, sed solum illos, q. sunt extremi, idest pauperes, miserabiles & mendici, quia hodie mundi tribulationes illos solent inuoluere, quos extremos in mundi gradibus vident esse. Primi vero, idest superiores, & diuites tribulationum ignibus non tanguntur, sed potius honoribus & diuitijs extolluntur, ita quòd generaliter miseriæ & tribulationes ad illos, q. sunt tribulati & miseri, deuoluuntur. Vnde dicitur. Pepercerũt pinguioribus Amalec, quicquid vero vile, & reprobum fuit, demoliti sunt. ¶ Vel dic, quod extremi sunt negligentes, qui scilicet in omnibus suis factis tardi, & vltimi volunt esse. Illos ergo solet ignis tribulationis inuadere. Primos vero idest diligentes & celeres solet nõ tangere. ¶ Vulgus promiscuum dicitur flagrare desiderio carnium, cepitque manna cubitum dulcissimum abhorrere & ægypti cibos appete-

re, &

E re, & præaliorum ciborum desiderijs taliter proclamare. Quis dabit(iquit) nobis carnes? Recordamur pisciū, quos comedebamus in ægypto. In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones & porri, & cæpe & allia. Anima nostra arida est, oculi nostri non vident nisi manna. ¶Re vera charissimi, iste populus, qui erat in deserto, & exierat de ægypto ad terram promissionis, & in tabernaculis habitabat, & de cœlo manna dulcissimum manducabat, significat viro religiosos & perfectos, qui scilicet ægyptum, idest mundum vel peccatum exierunt, & vt terram promissionis idest paradisum haberent desertum pœnitentiæ vel religionis subintrarunt, & vbi scilicet manna deuotionis & scripturæ possunt comedere, & vbi sint peregrini & hospites, cum hic manentem ciuitatem non habeant, debent in isto seculo transitorie habitare. Sed quid est? Pro certo multi sunt qui istam vitam contemnunt, & ægypti idest mundi, quem dimiserāt, recordātes carnes. i. carnis delitias concupiscunt. In mentem enim eis veniunt carnes & pisces. i. delitiæ carnales, cucumeres & pepones, qui frigiditatem indeuotionis inducunt, .i. eminentiæ seculares: porri, cæpe & allia, quæ choleram. i. auaritiæ ardorem generāt, & quæ lachrymari faciunt, curæ seculi seu negocia, & diuitiæ temporales. Et breuiter isti animas suas aridas. i. consumptas repræsentāt, manna sacræ scripturæ & deuotionis, dulcedinem bonorum spiritualium abominantur & refutant, & illa, quæ nihil valent. s. mundi bona desiderant & affectant. Vnde Sap. 27. Anima satiata calcabit fauum. Et Iob 30. Et esse sub sentibus delitias computabant. ¶Cum filij Israel in deserto manna contēnerent, & ægypti carnes & cibos appeterent, iratus dominus dedit eis carnes multas, & eorum ingluuiē satiauit. Fecit.n. volare coturnices circa eorū castra ad duos cubitos propter terram in tanta abundantia, q̄ populus per mensem de ipsis quantum volebat, accipiebat, & in abundantia manducabat. Sed dum adhuc carnes essent in dentibus eorum, percussit eos dominus plaga magna, & vocatus est locus ille, sepultura concupiscentiæ. Ibi.n. sepelierunt populum, quid desiderauerūt carnes. ¶Ista possunt applicari, quòd interdum dominus in F malum hominis malam eius petitionem exaudit, & malis eius desiderijs condescendit. Vnde sæpe fit, quod cum videt hominem manna. i. cibos spirituales contemnere, & carnes & ægypti fructus .i. carnis delitia & mundi diuitias appetere, volet ei omnia ad votum cōcedere, & eum in mundi prosperis ampliare, omniaq; mala sua desideria solent pro libito prouenire Ptal. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuētionibus suis, & eisdem talia cōmodare. Quia re vera dum isti adhuc carnibus vtuntur, i. delitijs & prosperis sibi concessis, a domino delectantur, sæpe accidit, quod subito a Deo per mortem & infortunia percutiuntur, & plaga damnationis perpetuæ feriuntur, & sic mundus sepultura concupiscentię dicitur, pro eo. s. quòd ibi carnes. i. delitiæ carnales concupiscuntur, propter quas homines finaliter sepulturæ traduntur. Psalm. 105. Concupierunt cōcupiscentias in deserto, pluit eis sicut puluerem carnes. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. ¶Ad finem, quod Moyses posset melius onera populi supportare, elegit dominus septuaginta viros seniores de populo, quibus dedit de spiritu suo, vt possent ad gubernandum populum Moysen adiuuare, qui. s. statim ceperunt virtute suscepti spiritus prophetare. Accidit autem quòd ex illis septuaginta descriptis duo, s. Heldad & Medad deerant, qui ad tabernaculum non venerant, sed in castris resederant, qui etiam in ipsa datione spiritus prophetare ceperunt, & sic absentes sicut præsentes spiritum domini receperunt. ¶Item possunt allegari quòd spiritus, vbi vult spirat, & non præsentiam plus quam absentiam requirit. Ioan. 3. quinimo ita bene fluit super absentes, qui in domibus suis & in castris huius seculi remanserunt, quia scilicet fieri potest quòd boni seculares, qui in seculo remanent, aliquando tantam portionem spiritus recipiunt, & ita bene de futuris prophetant & pronosticant, hoc est dictu, ita bene ad bona vel mala futura vel ad occulta Dei iustitia inuigilant & attēdunt, sicut religiosi & clerici qui Deo in ecclesia specialiter se dederunt. Apud Ro. 3. Apud Deum. n. non est distinctio iudæi & græci, vnus. n. dominus est omnium. ¶Vel dic. quòd illi duo non remanserunt ex contemptu, sed, quia indignos se ad populi regimen iudicabant. Et ideo dico q̄ isti ita bene inuenti sunt prophetasse sicut alij, ad denotandum, q̄ illi, q̄ se indignos reputant, non sunt repudiandi ex hoc, sed vna cum alijs spū sctō. s. per ordinationem & promotionem implendi. Quia. s. sm Greg. ad ecclesiasticas promotiones sunt illi, qui se retrahunt, impellendi, & illi, q̄ se ingerunt, repellendi. ¶Vel si vis, potest istud dici pro illis, qui a tabernaculo. s. a proprijs bñficijs se ex causa legitima absentant, & in castris. i. alijs mundi negocijs seu etiam in studijs vel in proprijs negocijs se occupant, quia. s. sic causam iustam habēt, spiritum sanctum ad diuinam gratiam recipere nunq̄ cessant. ¶Hoc ponitur cū q̄ Iosuæ videret Heldad, & Madab p̄phetare in castris, visus fuit exinde dolere, ita q̄ prę inuidia quam habebat, super supernā gratiam, dicit Moysi per hęc verba. Domine mi Moyses prohibe eos. Quod tamen nō fecit, sed ipsum potius de inuidia, quam habebat super supernam gratiam, reprehendit. ¶Sic vere multi sunt, qui dolent, si vident alios aliqua spāli gratia p̄pollere, qui re vera sunt reprahendendi, & ad cōsiderationem diuinæ misericordiæ inducendi. Vnde Moyses ait. Quis tribuat vt omnis populus prophetet & tribuat ei dominus spiritum sanctū? Quasi diceret. Omnibus placeret q̄ sic fiat &c.

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Locutaque est Maria ad Aaron contra Moysen propter vxorem. Moralitatum Cap. 9.

H Ic ponitur q̄ Aaron & Maria inuidebant Moysi fratri suo, & locuti sunt contra eum propter vxorem eius æthiopissam, dixeruntque. Per solum Moysen locutus est dominus, Nonne & nobis similiter locutus est. Ac si recte si viderentur sibi inuidere, de hoc quòd sibi dominus loquebatur, & quòd princeps, & rector populi habebatur. Quapropter Maria lepra percussa fuit, & per septem dies inclusa, & tandem ad præces Moysi, qui erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, & in tota domo domini fidelissimus reputatus, post septem dies est sanata. ¶Istud applica, q̄ inuidia non parcit fratribus aut propinquis, qa. s. frater vel soror si viderit fratrem suum in aliquo prosperari, vel in honore vel in gradu ipsos præcellere vel eis anteferri, solent inuidere eis & quandoque contra Deum murmurare. ¶Vel secundum Origenem, istud potest allegari, q̄ detractor vnde nocere credit, aliquando proficit, & vbi famam alterius obnubilare intendit, ipsam potius augmentat & extendit, sicut hic patet, quia nunquam dominus inuenitur laudasse Moysen sicut hic, vbi contra eum murmurabatur, ac nunquam talis seruus fuit sicut Moyses, qui in tota domo mea ita fidelissimus est. Vel potest allegari, quomodo murmuratio est magnum crimen & maxime quando detrahitur Moysi & fratri, amico fideli pariter atque mīti, propter quod scilicet tanta punitio scilicet lepræ percussio est secuta. ¶Vel allega quomodo mulieres sunt multotiēs causa rixæ, propter vxorem enim eius locuti sunt contra eum. Vel si uis dic q̄ Moyses est prælatus, qui re uera non debet curare si fratres, socios suo & vicinos videt cōtra se murmurare, sed omnia debet benigniter supportare, & si infortunium accidat, debet pro eis exorare, exemplo Tyberij cęsaris, cui cum quidam adulator diceret, q̄ multi de eo obloquebantur. Non curo (inquit) quia in libera ciuitate liberæ debent esse mentes & linguæ. Bene ergo dicitur. Leuici. 9. Nō quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Profectusque est populus de Aseroth fixis tentorijs. Moralitatum Cap. 10.

C Vm Caleph & Iosuæ terram promissionis explorassent & ad illam occupandum filios Israel inducere decreuissent, palmitem cum vna sua collegerunt, & eum in vecte pendentem per duos homines in deletum portari fecerunt, & vt populum sic allicerent, sibi fructum eius demōstrauerunt: Veruntamen sicut ibi dicitur. Nume. 13. Quidam de exploratoribus turbauerunt populum, & acquisitionem terræ impossibilem esse dixerunt, propter quod ad retrocēdum

A dum populum in ægyptum commouerunt, dixeruntq; Constituamus nobis ducem, & reuertamur in ægyptum. De quo indignatus dñs, ipsos exploratores percussit, populum vero ad moriēdū in solitudine cōdemnauit. ¶Sic vero duo beati exploratores terræ sanctæ paradisi, s. pater & Spiritussanctus, volentes q̄ populus fidelium, qui in deserto huius mundi vacabat, ad istam terram & possessionem acquirendam inuitaretur, & non obstantibus gigantibus qui impediebant. i. dæmonibus ordinauerūt q̄ duo homines seu personæ. s. Gabriel & Maria palmitem cum vua. i. Dei filium cum humanitate in hoc desertum deferrent, vt per huius benedicti fructus præsentiam corda populi ad concupiscētiam istius patriæ commouerent, & maxime cum istum fructum in vecte .i. cruce pro redemptione sua pendētem conspicerent & viderent illud quod hic dicitur. Ista re vera fluit lacte & melle, sicut ex his fructibus cognoscitur. ¶Vel dic q̄ palmes abscissa cum vua pendens in vecte est Christus & eius sanguis, abscisus & mortuus pendens in cruce. Duo portantes sunt populi, iudaicus, scilicet & gentilis, & illi, scilicet qui de duobus populis crediderunt, & maxime sancti patres. Increduli significant iudæos & gentiles, qui credere noluerunt, quia re uera sic factum est, quòd isti baiuli, id est Apostoli, & prædicatores vtriusque populi, seu professores duplicis testamenti palmitem seu botrum, id est Christum pendentem & crucifixum, idest Christi crucifixi fidem prædicauerunt, portando vsque ad desertum huius mundi, vt scilicet populum inducerent ad credendum, & ad terram promissionis, idest paradisum appetendum, & concupiscendum. Sed reuera mediantibus aliquibus exploratoribus. i. contradicentibus aliquibus iudæorum phariseis, & aliquibus gentilium philosophis multi in incredulitatis vitio remāserūt, & ægyptum .i. mundum potius elegerunt. Quapropter in deserto inferni cum suis exploratoribus idest cum suis malis & hęreticis doctoribus perierunt. Psal. 105. Pro nihilo habuērūt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in habitationibus suis. ¶Vel dic q̄ exB plotatores boni fuerunt Apostoli. Mali fuerunt farisei & hæretici. Isti ergo populum ad terram promissionis id est ad paradisum inducunt, illi vero totis viribus contradicunt. Sed quia magis malis quam bonis creditur, igitur increduli peccatores morti perpetuæ in inferni solitudine condēnātur. Illi enim, qui prælia filiorum Enachim gigantum, i. dæmonum tentationes metuunt, & pro terra promissionis & pro Paradiso laborare & militare renuunt, in deserto pœnitentiæ vel religionis sed potius ad ægyptum, idest ad mūdum vel ad peccatum retrouerti contendunt, non sunt digni dictam terram promissionis ingredi vel videre, sed potius temporaliter necesse habent ex diuino indicio deperire. Vnde hic dicitur Matt. 22. Non videbunt terram pro qua iurauī patribus eorum nec quisque ex illis, qui detraxerunt mihi, intuebitur eam. Et alibi. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni &cætę. vt patet ibidem.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa. Moralitatum Cap. 11.

V Idens dominus populum murmurātem voluit ipsum delere & percutere, Moysen uero diuitem & potentem facere, & alteri populo maiori præficere. Moyses uero noluit, sed fusa oratione, p̄ populo intercessit, & iram Dei, ne deleret populum, temperauit. ¶Sic vero prælatus non debet populum propter quod cumque delictum dimittere, nec in eorum damnatione consentire, sed potius pro ipsis dominum exorare, quinimmo quamcumque vtilitatem temporalem debet contemnere, ut possit salutem populo procurare, populique salutem & utilitatem debet proprię & priuatæ suæ vtilitati præponere & præferre. Vnde iste debet dicere illud Apostoli 1. Corint. 10. Omnibus per omnia placeo, non quęrēs, quod mihi utile est, sed quod multis &c. ¶Filij Israel cōtenebrati uoluerunt contra uolūtatem Moysi chananeum inuadere, dato quòd Moyses diceret eis, quòd dominus cum eis nunquam esset, & ideo quia tunc proprijs uiribus confidere uidebantur, victi fuerunt & multi ex eis

ceciderunt. ¶Quod ad hoc allegari potest, quòd ille qui in C proprijs virib. plus debito confidit, & se contra hostes suos diabolum & carnem prævalere credit faciliter atentationibus vincitur, & ab hostibus spiritualibus superatur, maxime quando dominus non est cum eo, idest quando ipsum diuina gratia nullatenus comitatur, Vnde dicitur Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et Apostolus 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est &c.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
Locutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios. Moralitat. Cap. 12.

H Ic ponitur, quòd quidam inuētus est, qui sabbato ligna cedebat & colligebat, qui inclusus est in carcere quo usq; sciretur de eo quid dominus imperaret. Præcepit ergo dominus quòd lapidaretur, & quòd propter violationē sabbati lapidibus opprimere. ¶Istud applica cōtra illos, qui sabbata & festa non custodiunt, sed in eis opera seruilia, & maxime peccata faciunt & committunt, & errāt, tales enim in inferno lapidabuntur, & lapidibus duris, idest perpetuis tribulationibus obruentur. ¶Vel dic, quòd sabbatum significat statum religionis ubi debet esse quies, idest tranquillitas afflictionis & tribulationis. Qui igitur tale sabbatum, idest religionis statum uiolauerit & ibi ligna collegerit, idest mundana negocia tractare præsumpserit, lapidibus duræ Dei sententiæ finaliter cæsus erit. Vnde dicitur Exod. 20. Memento ergo ut diem sabbati sanctifices. ¶Vel si vis, istud allega, ad ostendendum q̄ legis transgressores acrius in principio puniuntur, vt sic ipsa lex obseruari discatur, sicut ēt plurimis antiquorum exemplis patet, scilicet de Romulo, qui fratrē suum occidit, pro eo q̄ cōtra edictum ipse muros urbis trā filijt, & de illo, qui filium proprium peremit, pro eo quòd contra hostes pugnasset, licet uictor extitisset. ¶Istud ēt pót allegari, ad probandum, quòd Deus antiquitus erat ualde ri D gorosus & punitiuus, qui tamen modo in tempore legis nouæ est pius, patiens & benignus, qui lex antiqua dicitur lex rigoris & timoris. Lex autem noui testamēti dicitur lex grātię & amoris. ¶Præcepit dñs q̄ filij Israel ex quattuor angulis palliorum suorum faciāt sibi fimbriā de uittis hacynthinis, vt cum eas viderint (inquit) recordentur mandatorum domini, & non sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed recordentur præceptorum dñi, & faciāt ea, sintq; sancti Deo. Quod sm Comestorem ita strictè seruauerunt. Pharisæi, q̄ in angulis palliorum spinas ponebant, ut eorum punctionibus legem domini memorarent. Et adhuc in pallio, quo utuntur in synagoga, in quattuor angulis uittæ sunt hyacinthinæ, qui quidem pannus coloris cę lestis est, ad recordationem legis, quæ de cœlo eis extitit data. ¶Per pallium intelligitur conuersatio, per quadraturam intelligitur, quattuor virtutum cardinalium perfectio, per uitam hyacinthinam intelligitur cœlorum uel cœlestiū Dei mandatorum adimpletio, per extremitatem pallij intelligitur perseuerantiæ sanctæ conuersationis, & continuatio, p spinas intelligit diuini timoris punitio & stimulatio. Igitur dico, q̄ quilibet debet in pallio conuersationis suæ habere quatuor angulos, i. quatuor virtutes cardinales, necnō cum extremitate perseuerantiæ, cum vitijs hyacinthinis, i. cū cōsideratione cœlestis vitæ & mansionis, & cū spinis, i. cum timore, & compūctione infernalis damnationis. His.n. mandatis Dei recodamur & ea perficimus, & cogitationes malas & vagas nō sequimur, sed reprimimus, & oculos cordis ne per res varias diuersis desiderijs fornicētur, cohibemus, & reprimimus. Sic ēt Deo nro sctī sumus atq; viuimus. Constat.n. quòd per spinas diuini timoris, & per hyacinthinum cœlestis amoris, sensus nostros a malis appetitibus cohibemus, & mandata Dei recordamur facilius, & implemus.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Ecce autem Chore filius Isoar, filij Caath. Moralitatum Cap. 13.

C Hore quidē magnus leuitici generis, adiunctis sibi ducētis quinquaginta viris, cum dathan & Abirō q̄ erant

inter rubenitas maiores, murmurauerunt contra Moysen, & Aaron contribules, & fratres suos, & inuidentes, quòd Aaron propter sacerdotium, Moyses propter ducatũ, plus cæteris honorabantur, se & dictos complices suos leuitas dignos sacerdotio aiebant. Dathan vero & Abiron, quia erant de genere Ruben primogeniti duces debere fieri prætendebant. Igitur dathan, & Abiron ad Moysen venire contempserunt vocati, sed potius ad resistendum sibi, se & affines suos, contribules parauerunt, quapropter orante & flente Moyse, & eorum inuidiam puniri postulante, factus est vehemens terremotus. Præcepit itaque Moyses populo, quòd separarent se a tabernaculis hominum impiorum, statimque aperta ê terra, & ipsos cũ vniuerso supellectili, & familia, & congregatione deuorauit, & absorbuit, & tandem iterum ipsa vorago patula se reclusit. Tunc etiam Chore, & illi ducenti, qui sacerdotium ambiebant, à Moyse vocati fuerunt, hausto igne in thuribulo suo, Aaron similiter, in suo, coram domino stabant, & quem eligeret dominus in sacerdotem, expectabat. Repræhenderat enim eos Moyses de huiusmodi ambitione dicens. Multum erigimini filij leui. Nunquid parum vobis est q̃ separauit vos dominus ab omni populo, & iunxit sibi & ordinauerit, quòd quilibet cum thuribulo suo coram domino staret, & voluntatem domini vtrum illi vel ipsorum aliquis vel Aaron eligi deberet ad sacerdotium, expectaret? Tunc ergo cum terra dathan & Abiron absorbuisset, & isti cum suis thuribulis stabant, igne ab ipsis thurribulis exeunte, sunt coram domino deuorati, Aaron vero inter ignes illæsus permansit. ¶Ista possunt allegari literaliter, q̃ in quo peccat quis, in hoc etiam punitur, isti enim peccabant appetendorem spiritualem, scilicet sacerdotium, ideo igne tanquam re magis spirituali, consumpti sunt. Dathan vero & Abiron peccauerunt appetendo rem terrenam & spiritualem, scilicet populi ducatum, & ideo a terra puniti & absorpti fuerunt. ¶Vel dic generaliter contra inuidiam, quæ non potest pati prosperitatem alterius ẽt bonorum vel meliorum, vel a Deo specialiter electorum, quamquam in nullo eos lędentium vel nocentium, sicut ẽt hic Moyses legitur dixisse. Ne respicias (inquit) sacrificium ipsorum, tu domine scis, q̃ nec asse llum quidem acceperim ab eis, nec affixerim quempiam ipsorum. Vnde Senec. dicit, q̃ si nullos inimicos facit iniuria, multos tamen facit inuidia. Isti ergo igne proprij thuribuli, ideſt dolore proprij cordis & corrosione inuidiæ comburuntur in hac vita, finaliter vero absorbentur in infernali miseria. Vel dic, quòd istæ duæ lectæ significant duo genera ambitiosorum, quidam. n. ambiunt ad sacerdotium, ideſt ad ecclesiasticum statum, sicut sunt religiosi, & clerici, & isti figurantur in Chore & suis sequacibus, qui erant leuitæ. Alij ambiunt ad ducatum, ideſt ad iudicaturas præposituras & singularem principatum, & isti figurantur in Dathan, & suis complicibus. Omnes enim tales de suis sufficientijs præsumunt & se dignos talibus officijs, & statibus esse credunt. Illos vero, qui talia officia ex Dei voluntate tenẽt, despiciunt, & contemnunt, & se eis præficere, ipsosque de suis statibus abijcere conantur, satagunt & contendunt, & eos habere dominos vilipendunt. Tales ergo præsumptuosi & rebelles & inuiti ambitiosi, qui etiam vocari, a Moyse, ideſt a superioribus, uenire nolunt, sed potius murmurant, rebellant & contradicunt, solet dominus terribiliter punire. Ignisque rixæ, & discordiæ de suis ꝓprijs thuribulis, ideſt de suis cordibus, & domibus inter se solet aliquotiens exire, & ipsos & eorum statum solet cõsumere lædere & vorare. Terra finaliter eos deuorat, & infernus eos deglutiuit, destruit atque damnat. Et non solum ipsos sed & eorum sequaces, & complices sic castigat. Psalm. 105. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Quia igitur sequaces taliũ cum talibus pereunt, præcepit dominus vt talium consortia fugiamus, & quòd ab eorum tabernaculis & familiaritatibus recedamus, ne forte cum eis pereamus, quia reuera quando videmus conspiratores vel detractores contra Moysen, & Aaron, ideſt contra bonos prælatos, & Principes congregatos, & ad detrahendum, & machinandum compositos, non est tutum talibus se adiungere, quia scilicet prælatis vel principibus præualẽtibus contra tales, solent eorum sequaces & complices pœnas similes luere vel defluere. Beneergo dicit. Recedite a tabernaculis impiorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini cum eis. ¶Vel dic, quòd terra, quæ Dathan, & suos suscipiebat, significat ambitiosorum terrenam prosperitatem & statum, vel etiam illam terram, vel patriam, quam occupant, quæ pro certo ipsos quandoque deuorat, inquantum scilicet damnationis, tribulationis eorum materiam administrat. Quod quidem videmus spiritualiter in multis, qui essent boni & virtuosi, nisi terra ideſt terræ prosperitas & fluctus negociorum ipsos per vitia deuoraret, & sensum eorum & ingenium absorberet. Vnde Seneca in epistola, 19. Ingeniosus fuit Methenas magnum exemplum eloquentiæ daturus, nisi eum felicitas inuoluisset. Quod etiam tẽporaliter videmus in alijs. Constat enim quòd de tyrãnis, & malis dicimus, quòd propria terra, in qua stant propria ciuitas vel patria, quam occupant, ipsos finaliter occidit & deuorat, & eos quandoque cum suis sequacibus ita tollit, de medio, quòd nullum vestigium restat. Supra. 13. Terra quam vidimus, deuorat habitatores suos. ¶Vel istud allega si uis, contra aliquas abbatias, vel etiam ciuitates, quæ scilicet prælatum, vel iudicem sustinere nequeunt, sed omnes, qui ibi stãt, etiam cum afflictionibus deuorare contendunt, sicut patet de cultoribus vineæ, qui seruos patrisfamilias vnum postalium occiderunt &c. ¶Vel dic quòd, Chore & sui sequaces sacerdotium ambientes, ignem & thuribula habuisse legũtur ad denotandum, quòd ambitiosi pro habendis dignitatibus, thuribulis & suffragijs, ideſt adulationibus & igne. i. muneribus, & alios per auaritiam inflammantibus vtuntur, & in eis considere dinoscũntur. Cum Chore suique sequaces sacerdotium ambientes, & ante Deum Thurificare uolẽtes, iusto & mirabili Dei iudicio igne de suis proprijs thurribulis exeunte fuissent combusti, & propter ambitionem puniti. ¶Præcepit dominus, qui quòd illa thuribula in laminas fabricarentur, & altari holocaustorum affigerentur, vt sic quicunque sacrificantes & videntes laminas terrerentur ex punitione dicti criminis, & a simili ambitione metu, similis supplici retraherentur. ¶ Ista autem possunt applicari, quòd pœna vnius debet esse terror multorum. Potest etiam allegari pro cõsuetudine illorum, q̃ sceleratos in locis publicis suspendunt, vel in locis eorum aliquod signum suæ punitionis & nequitiæ constituunt, vt omnes qui talia signa vident, timeant, & à simili delicto caueant. Et inde etiam est, quod historiæ antiquæ malorum hominum depinguntur: pro eo quòd ex eorum aspectu homines a criminibus coerceantur. Vnde etiam de Xerxe rege legimus quòd quendam malum iudicem fecit excoriari, & pelle eius sedem iudicialem cooperiri: filiumque eius loco eius iudicem constituit, & vt in dicta sede super corium patris sedendo, iusta iudicia redderet, imperauit. Hoc ergo fecit, vt quotiens aliquam sententiam daret, punitionis patris sui memoriam haberet, & sic ab iniustitia deuiaret. Igitur dico, quòd in altari ecclesiæ debent malorum & ambitiosorum pœnæ scribi & depingi, ut. s. terrore suppliciorum possint alij a similibus nequitijs retardari. Quod etiam de altari sacræ scripturæ dici potest, in quo pro certo multorum malorum hominum, & suarum punitionum signa & historiæ recitantur, vt omnes, qui in tali altari sacrificant, i. quilo sacra scriptura student, dum hæc aspiciant, terreantur, ideſt a similibus arceantur. Apocalyp. 18. Qui in mari operantur longe steterunt & clamauerunt, videntes locum incendij eius. Aaron, qui erat iuste promotus & a Deo electus, quamuis esset in medio eorum, qui propter suam ambitionem incendio periclitabantur, tamen non legitur esse læsus. Sic vero iusti quamuis sint in medio malorum igne suæ cupiditatis & auaritiæ, tamen nullatenus læduntur, sed seipsos bonos & synceros seruantes, innocenter viuere comprobantur. ¶Hic dicitur, quòd cum populus propter mortem Chore, Dathan & Abiron & suorum, vellent Moysen & Aaron lapidare statim apparuit gloria domini, quæ ipsos fugientes ad tabernaculum, cooperuit, & protexit, populum uero murmurantem & ad seditionem mouentem, ira Dei puniunt, ipsosque incendium mox inuasit Numero. 14. Simile ponitur supra, vbi cum populus vellet lapidare Moysen, apparuit gloria domini, quæ & populũ terruit, & Moysen de manibus populi liberauit. ¶ Istud etiam allega, quòd tunc

A tunc summa apparet Dei benignitas, quando magis instat periculum & necessitas, tuncque magis solet auxiliari, quãdo videt bonos ab impijs molestari. Solet enim quandoque in ipso actu persecutionis bonos protegere, & malos incendio, tribulatione, & infortunio molestare. Vnde Apostolus. 1. Cori. 4. Faciet cum tentatione prouentum. Quod scilicet in passionibus martyrum comprobatur pluries accidisse. Vnde dicitur Prouerbiorum vndecimo Iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. ¶Cum populus combureretur, & incendium pateretur, pro eo quòd contra Moysen murmurauerunt, Aaron ex præcepto Moysi ad locum incendij cucurrit, & stans inter mortuos, & viuẽtes thymiama Deo obtulit, & orans pro populo incendium diminuit, & extinguit. ¶Sic vero quando incendium vitiorum vel tribulationum vastat populum subditorum, statim debet adesse Aaron ideſt prælatus vel ecclesiasticorum populus, qui pro certo debet contra huiusmodi incendium concurrere, & se inter mortuos & viuentes ideſt inter peccatores & iustos medium ponere, ut scilicet mortuos possit ad gratiã resuscitare, viuos vero ideſt iustos, ne tali incendio pereãt, liberare. Debet ergo thymiama orationis pro populo domino offerre, & sic poterit vitiorum vel infortuniorum incendium superare. Et sic de bonis prælatis potest dici illud Apostoli. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt gladij aciem.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Loquere ad filios. Moralitatum Cap. 14.

VOlens dominus sacerdotium Aaron confirmare, & murmur populi sedare, & volens ostendere ipsum Aaron specialissimum electum suum esse. Præcepit, quòd singulas virgas a tribus singulæ tribus cum superscriptione singulorum nominum tribuum in tabernaculum ponerẽt. Aaron autem suam virgam siccam cum inscriptione proprij nominis suæ tribus poneret cum eisdem. Cunque omnes illæ virgæ coram domino per noctem fuissent dimissæ, & in crastinum productæ, inuenta est virga Aaron germinasse, nec non frondes & flores & fructus, scilicet amygdala protulisse, quo signo sacerdotium Aaron fuit à domino confirmatum. Virga quoque sicca, quæ floruit, est in tabernaculo, & in arca ad perpetuum monimentum reposita. Sic vero si tu vis scire, qui sacerdotes, ideſt superiores & ꝓlati debent esse à Deo prælecti, respice virgas eorum ideſt iustitiam vel iurisdictiones, quibus regunt populum, ille cuius virga ideſt iustitia erat arida sine humore carnalis affectionis, recta sine curuitate uel declinatione personalis acceptionis, germinans per bonam cogitationem, frondens per latam dilectionem, florens per bonam conuersationẽ, fructificans per bonam operationem, Talis pro certo erit Aaron Dei electus, ideſt prælatus iustus & bonus, dignus sufficiens, & acceptus. Alij vero, quorum virga seu iustitia remanet sicca, & à germine, fronde, flore, fructu prædictis sterilis & vacua, digni sunt repudiari à sacerdotio, prælatione & promotione vel officio retropelli, & sic poterit illis dici illud: Virga æquitatis virga regni tui & cętera. Et dic quòd Aaron interpretatur mons fortis, ad denotandum quòd prælatus qui talẽ virga iudicat, est vt communiter mons ideſt altus & honoratus, & fortis, ideſt solidus & confirmatus, quia scilicet tales, quorum iustitia talis est, vt promissi, sunt apud homines alti & honorati & in statu suo timere debet, qui scit & vult iustitiam exercere, & virgam floridam & fructiferam domino præsentare. Vnde dicitur. Factæ sunt ex eo virgæ solidæ sceptrum dominantium. ¶Vel dic quòd Aaron significat populum iudaicum. Virga sicca significat virginẽ benedictam. Mariam, ab omni humore carnalis voluptatis pœnitus alienam. Ista ergo sicca germinauit, floruit, frõduit fructificauit ideſt virgo concepit, peperit & generauit illũ, qui est germen gratiæ, fons lætitiæ, flos munditiæ, fructus iustitiæ. Dei filium benedictum Christum, Christus amigdalum potest dici, qui est fructus medicinalis, pro eo quòd iste mundum sanat & redimit à morbo peccati, nequitiæ. Et breuiter aliijs virgis, ideſt aliis virginibus siccis & sterilibus manentibus, ista sola floruit, & sine semine viri Deum, & hominem parturiuit. Vnde dicitur. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Ista enim ad litteram fuit de radice, ideſt de genere Iesse, qui fuit pater Dauid, & de radice, ideſt de corpore huius virgæ ascendit flos iustitiæ Dei filius, super quem requieuit Spiritus sanctus. ¶Aduerte hic si vis, quod dixit Dominus Moysi. Illius, quem elegero, germinabit virga, & tamen ipse plus reddidit, quàm promisit, quia scilicet virga illa non solum germinauit, immo frondiit, floruit & fructificauit, ad denotandum, quòd Deus superabundantius præmiat, quàm promittit, sicut apparuit in Salomone, qui solum petebat sapientiam, sed Dominus non solum sapientiam, immo etiam diuitias, & gloriam sibi dedit. 2 Regum tertio Vnde dicitur, quòd ipse dat omnibus affluenter, & non improperat. Iaco. 1. Vel dic quòd exemplo eius, quilibet vir perfectus plus debet facere, quàm promittere, & abundantius bene facere quàm ausus fuit dicere, uel asserere. Quod est contra multos, qui multa promittunt, & pauca reddũt, de quibus dicitur. Eccl. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Et alibi. Prou. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.
Dixit Dominus ad Aaron. Tu & filii tui, & domus patris tui. Moralitatum Cap 15.

DIctum est Aaron. Tu & filii tui custodite sacerdotium vestrum, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, sacerdotes illud ministrabunt. Si quis extraneus accesserit, occidetur. Ponitur etiam hic, quòd leuitæ debebant habere decimas de omnibus bonis filiorum Israel. Ipsi verò leuitæ de decimis perceptis debebant percipere decimam partem, & dare sacerdotibus: nihilq; debebant hæreditatis habere in populo, decimarum oblatione contenti. ¶Sic vero sacerdotes, ideſt sacri duces, scilicet boni & sancti viri, debebant circa altare domini, scilicet in officijs ecclesiasticis ministrare, nullusque extraneus, ideſt nullus peccator Simoniacus, vel indignus, se debet ad hoc ingerere quoquomodo. Leuitæ etiam & clerici, & religiosi non debent mundanas hæreditates & opes quærere, sed decimarum oblatione, ideſt suorum prouentuum ecclesiasticorum perceptione debent contenti esse, & ad hæc de illis debent suis sacerdotibus, ideſt suis maioribus, primitias, ieeſt subuentiones, & seruitia debita ministrare, quod tamen est contra multos ambitiosos clericos, quibus decimę, ideſt beneficia ecclesiastica non sufficiunt, immo temporales dignitates, regumque officia ambiunt atque cupiunt, & terrenas possessiones pro se, & suis accumulant, & acquirunt. Contra quos dicitur. Luc. tertio Contenti estote stipendiis vestris. Et hic dicitur etiam sic, in terram eorum, scilicet secularium, nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego enim hæreditas uestra sum in medio filiorum Israel. ¶Hic dicitur, quòd omnia, quæ offerebantur Domino uel ministris eius, siue essent decimæ siue donaria, debebant esse optima & electa Deo. Et debebant meliora dare, & non egregia & pinguia reseruare. ¶Quod tamen est contra illos, qui Deo & religioni dant filios deformes, fatuos & proteruos. Dic etiam contra illos, qui deteriores fructus pro decima soluunt, deteriorem denarium offerũt, & de vestibus ac victualibus deteriora pauperib. pro Christo tribuunt, & quicquid est egregium uel electum, sibi retinent & assumunt. Debent tamen isti attendere illud Malach. 1. Maledictus, qui habet in grege suo masculum & offert Domino debile.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron dicens. Ista est religio. Moralitatum Capitulum 16.

HIc ponitur & replicatur de sacrificio vaccæ rufę, sed de hoc vide Leuiticum 16. Hic uero attende vnum mirabile. Dicitur enim hic, quòd de cineribus uaccæ com-

E buſtæ fiebat aqua expiationis, ex qua ſcilicet omnes immũdi purificabantur, & cum tali aqua mundare immundos à Domino iubebatur. Veruntamen ſic fiebat, quòd uir mundus, qui carnes comburi faciebat, & ille, qui collectos & mundificatiuos cineres in loco mundo reponebat, vel qui immundum aqua mundificatiua aſpergendo mundabat, immundus fiebat, & rem mundam & mundificantem tangendo, & immundo munditiam dando etiam immunditiã contrahebat. Propter q̃ vt mundus fieret, in veſpere ſaluabat. ¶Per cineres mundificatiuos, qui erant de cineribus vitulæ combuſtæ, intelligo myſterium paſſionis Chriſti vel altaris ſacramentum, vel alia ſacramenta, quæ mixta cum aqua lachrymarum mundat immundos, ideſt de peccatoribus faciunt iuſtos. Cinis enim remanet poſt combuſtionem. Sic & memoria poſt paſſionem, & ſacramentum Euchariſtiæ, & alia ſacramenta poſt Chriſti mortem, & reſurrectionem. Igitur illi, qui tractant illos cineres, ideſt ſacramenta eccleſiæ, & qui iſtis mediantibus immundos peccatores mundificant, qui vitulam comburunt, ideſt qui Chriſti combuſtionem & paſſionem conſiderant, & qui cineres iſtos cũ aqua ſacræ ſcripturæ & doctrinæ in alios aſpergunt, & prædicãt: & immundi efficiuntur ad tactum munditiæ, quã miniſtrant indignos, & immundos ſe putant, quicunque quanquã mundus & ſanctus ſacramenta eccleſiæ adminiſtrat, ſeu qui onus mundificandi alios in confeſſione portat, ſeu quæ ſacram ſcientiam alijs prædicat, & inde aſpergit alios atque rigat, proculdubio in ſua exercitatione debet immunditiã contrahere, inquantum ſe non digne adminiſtraſſe ſemper debet credere & timere, & ideo pro immunditia, ideſt pro tali indignitate ſe debet per confeſſionem abſtergere & lauare. Vnde. Luc. 17. Cum omnia bene feceritis, dicite: ſerui inutiles ſumus. Vel dic contra malos ſacerdotes, qui dum alios prædicando, & ſacramenta miniſtrando mundificant à peccatis, ipſi immundi peccatores efficiuntur, inquantũ ſcilicet indigne ſuum miniſterium exequuntur. Conſtat. n. quòd multi ſimplices ex ſimplicitate ſua mũdi & boni ſunt, qui tamen ſi cineres tangere, ideſt ſacramenta eccleſiæ miniſtrare præſumpſerint, vel officiũ eccleſiaſticum, & potiſſime officium præiaturæ cum ad hoc indigni ſunt, immundi & peccatores fiunt, & ſic fit, quòd ille, qui in minoribus erat mundus, dum ad maiora vehitur, fit immundus. Allega ſicut vis. ¶Hic dicitur, quòd quicunque tangebat mortuum vel domum eius intrabat, vel aliquid de domo ſua tangere præſumebat, immundus erat, & tertio, & ſeptimo die abſtergere ſe debebat. Qui enim tertio die non aſpergebatur, nunquam in die ſeptima mundabatur. ¶Numerus ternarius ſignificat fidem trinitatis. Septenarius verò numerus ſignificat ſeptem ſacramenta, vel eitam ſeptem virtutes vel ſeptẽ opa miſericordiæ. A qua expiationis, quæ habebatur, ſignificat pœnitentiam, & mortis memoriam lachrymoſam. Igitur illud eſt verum, quòd illi, qui ex tactu mortui, ideſt ex conſenſu & operatione mortalis peccati efficiuntur immundi, nunquam per aquam expiationis, ideſt per pœnitentiam mundantur, niſi die tertio, ideſt in fide trinitatis, & in die ſeptimo, ideſt ſeptenario ſacramentorum, virtutũ & operum, iſta expiatio & ablutio, ideſt mundificatio peragatur. Nihil enim valet ternarius ſine ſeptenario, & econuerſo. Quia ſcilicet nihil valet ad ſalutem fides, niſi habeat opera, nec etiam ſacramenta, vel opera valent aliquid ſine fide. Vnde dicitur Iac. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Et apoſtolus Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. ¶Item hic dicitur ſic Vas quod non habuerit operculum vel ligaturam deſuper, immundum erit. ¶Sic verè vas cordis reputatur immundum, quando per cuſtodiam uel charitatem non eſt ligatum, nec per timorem domini coopertum, vel per timorem domini abſconditum vel velatum, & ideo illi, qui cor ſuum omnibus manifeſtant, qui per iactantiam vel per vanam gloriam, vel per iracundiam interiora ſua dilatant: & affectus ſuos non cohibent, nec moderant, immundi merito dicendi ſunt. ¶Vel dic etiam, quòd vas iſtud ſignificat os, quod ſcilicet per loquendi moderantiam non fuerit ligatum, vel per verecundiæ reuerentiam non fuerit coopertum, dici debet pro certo, quòd eſt fœtidum & immundum. Os enim quod ſemper eſt ad loquendum apertũ

F & deligatum, ideſt à termino temperantiæ ſolutum, neceſſe habet eſſe in multis immundum & diſſolutum. Vnde dicitur Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ſic homo, qui neſcit in loquendo ſpiritum ſuum cohibere. Pſ. 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum &c.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Veneruntque filij Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin. Moralitatum. Cap. 17.

CVm populus veniſſet in cades, mortua eſt ibi Maria, & defecit aqua populo, & contra Deum murmurauit. ¶Cades interpretatur commutata, uel mare tollens, & ſignificat mundi proſperitatem, quæ mare, ideſt mortis amaritudinem de mente tollit, & faciliter mutatur & deperit. Maria interpretatur amara, quæ ſignificat pœnitentiam, q̃ per contritionem amaricat atque rodit. Igitur iſtud eſt verum, quòd quando homo venit ad cades, ideſt ad ſtatum mũdanæ, & murabilis proſperitatis, pro certo ſtatim Maria, ideſt pœnitentia ſibi moritur, quia nunquam pœnitentiã amaritudinem amplexatur, & propter hoc aqua diuinæ gratiæ tunc deficit, propter quod murmur & contentio ſæpe venit. Proſperitas enim pœnitentiam interficit, & per mortem pœnitentiæ aqua gratiæ deficit, & propter eius defectum murmur, & diſcordia in populo uel in mente naſcitur atque creſcit. Et ideo de Maria matre Ieſu dicitur, quòd in nuptijs vbi ipſa fuit, aqua non defuit, immo etiam in vinum mutata fuit. ¶Hic ponitur quomodo aqua de petra producitur, vt biberent homines & iumenta, ſed vide Exodi. 17. vbi ſimile ponitur, quod ibi expoſui. Populus Iſrael volens tranſire per compendium ad terram promiſſionis, rogauit regem Edom, quòd ipſum per terram ſuam tranſire permitteret, promittens quòd per uiam tritam, publicam & regiam pergeret, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram diuerteret, aquam de ſuis puteis non biberet, agros', & vineas non intraret. Quod ſi de bonis terræ ſuæ accipere ipſum aliquid contingeret, mox iuſtum precium ſibi darent. Rex autem Edom hæc omnia denegauit, & dare tranſitum fratri ſuo Iſrael noluit, ſed ad præliandum contra eum ſe parauit. Propter quod Iſrael ab eo ſe diuertit, & per uiam aliam magis longam ad terram Hieruſalem properauit. ¶Iſrael & Edom, Iacob & Eſau, qui fuerunt fratres, poſſunt ſignificat animam, & carnem, quæ ſicut fratrem, inuicem ſunt coniunctæ. Iſrael enim videns Deum, Edom autem ſanguineus interpretatur, quia ſcilicet anima poteſt Deum cognoſcere, caro vero ex ſanguine dinoſcitur viuere & conſtare. Cum ergo Iſrael, ideſt anima habeat ire in terram promiſſionis, ideſt in Paradiſum, uel etiam in perfectionis ſtatum, & neceſſe habeat per terram fratris ſui, ſcilicet corporis ſiue carnis tranſire, valde timet, quòd ab eo impediatur, & quòd à carne à virtutum itinere retardetur. Iſte ergo Iſrael, ideſt ſpiritus, per uiam rectè pœnitentiæ, vel per uiam publicæ miſericordiæ, uel eleemoſynæ, p viam regiam iuſtitiæ proponit ire. Aquas delicatum non proponit bibere, per agros & vineas, ideſt per extrema negocia non intẽdit incedere, nec per aliquam iuſtitiam proponit ad ſiniſtram ſeu ad dexteram declinare. Quod ſi aliquid de bonis ipſius terræ, ideſt de mundi deliciis guſtauerit, promittit ſatisfacere, & per pœnitentiam emendare. Sed quid? Reuera iſte Edom, ideſt caro cum populo ſuo, ideſt cum gula, & vitijs carnalibus, talia pacta renuit, & Iſrael, ideſt animæ ſeu menti contemplatiuæ tranſitum præſtare contradicit, immo ad ei obuiandum ſe continuæ præparat & præmunit. Non tranſibis inquit per me, alioquin armatus occurram tibi. Inde ergo ſæpe fit, quòd mens, ſeu anima neceſſe habet aliam uiam magis latam & communem quærere, & ipſe Edom, ideſt carnis impugnationes, à via compendij, ideſt à ſtatu & uita perfectionis & abſtinentiæ retroire. Ideo bene dicit Apoſtolus Galat. 5. quòd caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem. ¶Hic præcepit dominus, quòd Aaron vadat ad patres ſuos, & quod ſanctis ueſtibus denudetur, & ipſis filius eius Eleazar induratur in monte hor. Eleazar igitur à Moyſe ducitur, & ibi ſacris veſtibus induitur, & ſummus ſacer-

dos

A dos conſtituitur. Aaron autem ibidem moritur, qui triginta diebus à populo deploratur. ¶Sic vere cum quis ad ſacerdotium ſumendus eſt, & loco patris, ideſt prælati ſubſtituendus, debet ſupercilium montis, ideſt mentis contemplationem aſcendere, ueſtes ſacras, ideſt uirtutes induere, & ſic mediante Moyſe, ideſt adiuuante diuina lege digne poterit ſacerdotium & eccleſiaſticum gradum ſeu officium obtinere. Hor enim interpretatur lumen ſeu mons, quia ꝑ certo iſte lumen contemplationis & montem perfectionis aſcendit, qui digne Aaron, ideſt ſancto prælato vel epiſcopo prædeceſſori ſuccedere quærit. Bene ergo dicitur. Circunda tibi decorem & in ſublimi erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Aaron mortuus eſt, & per triginta dies eſt à populo deploratus. Sic & nos in religione terrena ꝑ mortuis facimus & per triginta dies miſſas pro mortuis facimus & decantamus.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Quod cum audiſſet chananeus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam. Moralit. Cap. 18.

POpulum circuneuntem terrã Edẽ, cepit tedere itineris & laboris, dicebatq; Moyſi. Cureduxiſti nos de Aegypto vt moreremur in ſolitudine: Deeſt panis, nõ eſt aqua. Aia noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, ſicut ante fecerat ille populus ſimilem murmurationem dicens. Nu. 20. Quare nos aſcendere feciſti de Aegypto, & adduxiſti in hunc locũ peſſimum, qui feri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malo granata, in ſuper & aquam non habet ad bibẽdũ. Igitur indignatus dominus, pro murmure miſit in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas, mortesq; plurimorum venit populus ad Moyſen dicens, Peccauimus, quapropter pro ipſis ſanandis præcepit dominus fieri ſerpentem eneũ, & eum in palo ſuſpendi, vt percuſſi à ſerpentibus, dum in iſtum ſerpentem aſpicerent, ſanarentur. Sic ergo fiebat, qd̃ illos, quos aliquis ſerpens viuus & venenoſus mordebat, ſerpens innocuus mortuus & æreus in palo ſuſpenſus, dum reſpiciebatur, ſanabat. ¶Iſte populus murmurans genus humanum deſignat, qui ſcilicet in ſolitudine huius mundi, qui re vera eſt locus peſſimus, qui per prædicationem non ſerit, pane verbi non reficitur, aqua gratiæ non bibitur, ficubus, malogranatis, ideſt bonis ſpiritualibus & virtutibus nõ ditatur, à principio non ceſſauit contra dominum murmurare, & eidem per mala opera repugnare. Quapropter ignitis ſerpentibus, ideſt à dæmonibus & vitijs ipſum permiſit dominus percuti, qui non ceſſauerunt eos ab Adam vſque ad Chriſtum miſerabiliter mordere, & ſpiritualiter necare, tã propter plagas tribulationum & vitiorum, cum antiqui populares plangerent & clamarent, voluit dominus, quod rerpens æneus, ideſt Chriſtus, qui more æris prædicando reſonaret, in virginis vtero ſicut in quadam fornace conflaretur & quod per Moyſen, ideſt per populum iudaicum, in palo, ideſt in cruce ſuſpẽderetur, etiam in ſuper moreretur, & qd̃ percuſſi à ſerpentibus, ideſt dæmonibus vitiis & tentationibus, per aſpectum & per fidem ipſius ſanarẽtur. Iſte etiã ſerpens mortuus viſus & creditus humanum genus ab illis plagis ſanauit, quibus antiquus ſerpens, i. lucifer, in perſona Adæ, totum genus humanum lethaliter vulnerauit. Et quod loquendo moraliter quotidie efficitur, quod illi, qui ab ignitis ſerpentibus, ſ. à mundo, carne & à diabolo igne triplicis concupiſcentiæ inflamantur, ſi ſerpentem in palo pendentem, ideſt Chriſtum & eius humanitatem in cruce morientem, per compaſſionem & deuotionem aſpiciunt ſani & liberi ſtatim fiunt. Ideo Heb. 12. Apoſtolus monet nos adhũc aſpectum dicens. Aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. Conſiderate eum &c. ¶Sicut hic inuitur, filijs Iſrael terram Edo circuneuntibus iuxta terminos Moab duo mirabilia contigerunt. Vnum de flumine ſeu torrente zareth, qui ante eos eſt ſiccatus, & ſicut mare rubrum coram euntibus eſt diuiſus. Aliud iuxta arnon de quibuſdam rupibus & ſcopulis, qui ad eorum aduentum geſtiebant, & ſignum lætitiæ dantes, ſeipſos inclinauerunt, & tranſeundi ſpacium præbuerũt, & ideo ſecundum ſcholaſticã

B hiſtoriam, & ſecundum iudæos hic dicitur, ſcopuli torrentium. Et in Pſal. 113. dicitur. Montes exultauerunt vt arietes & colles ſicut agni ouium. ¶Iſta poſſunt exponi myſtice, & dic, q̃ filij Iſrael ſignificant religioſos, qui ſcilicet per ſolitudinem religionis circuneundo terram edom, i. mundũ, probarent ad terram futurę promiſſionis. Sed pro certo iſti duo inuenerunt nocumenta, ſcilicet fluuium zareth, qui ſignificat carnis fragilitatem, & montes arnon, qui ſignificant pœnitentiæ difficultatem. Et re vera iſti duo ſolent nos, à progreſſu bonorum operum impedire. ſ. fragilitas, & voluptatis fluxibilitas ex parte noſtra, & aſperitas & difficultas ex parte rei. Sed qd̃? Pro certo ſi fuerimus & veri filii Iſrael, ideſt veri contemplatiui & iuſti, iſta duo impedimenta tollentur, quia. ſ. fluuius noſtræ fragilitatis ſiccabitur & ſolidabitur. Scopulus vero aſperitatis & difficultatis nobis geſtiet & lætabitur, & facilis & meabilis efficietur, quia re vera boni inueniunt in ſolitudine religionis & pœnitentiæ difficilia eſſe leuia, & facilia eſſe fortiſſima. Vnde dicitur. Matth. 11. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Profectique, & caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab. Moralitatum Cap. 19.

HIc ponit de morte Og & Seõ regis amorreorũ ſed nihil ibi notabile iudicaui. Videns Balach rex Moab, q̃ victi & deſtructi fuerunt amorrei, timuit populum Iſrael, & ideo pro maledicendo ſibi, Balaam ariolum adiuit. Dum ergo Balaam ad balach properat, ipſe munerum (vt dicunt aliqui) & contra Dei voluntatem prædictum populum maledicere proponeret, occurrit ſibi angelus in via euaginato gladio contra eum. Quem videns aſina, diuertit ab itinere, & fuſte ceſa angelo cũ gladio occurrente, & in ſtricto quodam loco, q̃ declinare nequibat aſſiſtente, tatum adhæſit parieti, q̃ pedem ſedentis attriuit. Aſina vero angelum cũ gladio videbat, ipſe vero Balaam non videbat angelum. Incepit ergo aſina loqui, aperuit enim dominus os illius, & cepit Prophetam reprehendere, & de hoc, quod ipſam fuſte percuſſerat, vituperare. Quare me percutis ecce iam tertio, Ex tunc etiam dominus oculos prophetæ aperuit, & angelum cum gladio vidit. Qui iam ipſius reprehendit, & ne populum Domini malediceret, imperauit. ¶Iſta allegorice poſſunt dici de Iudæis & gentilibus. Balaã enim propheta poteſt ſignificare iudæos, qui legem & prophetas habuerunt. Aſina vero ſignificat gentiles, qui beſtialiter & brutaliter vixerunt. Angelus ſignificat Chriſtum vel etiam eius fidem, q̃ gladium ſuæ ſeueritatis & iuſtitiæ ſecum portat. Iſta ergo eſt veritas, quòd aſina prius vidit angelum quam Propheta, i. gentiles primo crediderunt Chriſto & ipſum citius per fidem viderunt, quam iudęi, quia ſcilicet gentiles ipſum per fidem viderunt, & iudæi in perfidia remanſerunt, qui prius erant beſtiales & cęci, fuerũt illuminati, & illi, qui prius clare viderant, ſunt excæcati, iuxta illud, quod dicitur. Ioan. 9. Ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & q̃ vident, cęci fiant. In fine tamen balaam angelum videt, quia iudaicus populus finaliter conuerteretur, & credet in Chriſtum, & eius fidem percipiet & cognoſcet. Vnde Eſa. 60. Tunc videbis, & affluues. ¶Vel dic, quod Balaam propheta, qui interpretatur turbans eos, vel deuorans populum, ſine ſubſtantiam eorum, ſignificat mũdi ſuperiores, ideſt prælatos principes, & etiam clericos uel diuites, quia ſcilicet iſti licet ſint Prophetæ, ideſt ſapientes, & ſcientifici reſpectu aliorum, ipſi tamen per diſcordias populum turbant. Patet de aduocatis, qui nutriunt omnes lites, propter rapinas populum deuorant, & tamen ſine ſubſtantia eorum ſunt finaliter, inquantum ſcilicet tales rapinarum diuitiæ nunquam diu apud eos perſeuerant, ſicut patet tales vt communiter ſunt pauperes, aduocati vero & alij fraudulenti, quanquam de ſubſtantia populi ſint diuites, tamen apud hæredes eorum minime diu reſtant. Quia ſecundum Prouerb. 11. Alij congregant non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Aſina vero poteſt populum ſubditum, beſtialem & ſimplicem ſignificare, quam ſcilicet Balaam, ideſt ſuperiores non ceſſant equitare contemnere & calcare. Igitur dico, quòd aſina hodie melius videret angelum quàm Propheta, quia

E pro certo hodie inferiores & subditi melius vident Deum, & melius considerant gladium suæ sententiæ, quàm ipsi sui equitatores, ideſt quam clerici, Prophetæ & religiosi, principes & quicunque superiores. Gladius enim diuinæ sententiæ hodiæ præterquam à simplicibus non timetur & angelus testamenti Christus ab ipsis, non à mundi sapientibus, & potentibus contemplatur. Vnde Esaiæ 38. Non videbo dominum Deum in terra uiuentium. Asinæ ergo, ideſt simplices p aſpectum gladij diuinæ sententiæ, quando scilicet in arcto loco mortis inter parietes finalis necessitatis, à quo declinare non possunt, Christum cum gladio expectare comminantem conspiciunt, à mala via iniustitiæ diuertunt, & verberari tribulationibus citius se permittunt, quam peccare, iuxta illud Iob 19. Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Mali uero prophetæ ideſt mali clerici, & superiores, quia Deum nō uidēt neque cogitant, audacter contra ipsum peccando properāt & gladium suæ sententiæ non formidant. Sic ergo fit, quòd asinæ prophetas reprehendunt, dum simplices melius quam litterati, laici melius quàm clerici, subditi quàm prælati operantur, & viuūt. Vnde isti hodie contra naturam loqui, Deū laudando videntur, vbi maiores tacere noscuntur. Vnde de beato Antonio legitur, ꝙ cum per deserta videre paulum pergeret, & homuncionem secum loquacem reperisset dixisse fertur. Ve tibi alexandria, quia bestiæ Christum loquuntur, homines vero ipsum ignorant. ¶Vel si vis, dic ꝙ si homo ducit asinam suam, ideſt aliquem familiarem vel subditum ad aliquod malum opus, scilicet ad maledicendum populo domini, scilicet ad pauperes molestandum, si videt angelum cum gladio, ideſt Christum cum sua dura sententia contra se stare, & uiam illam seu opus illud angelo, ideſt Deo displicere cognoscat, sibi rebellem & contrarium esse Deum, statim debet à tali itinere vel opere resilire, nec propter domini sui minas aut pœnas debet vltra procedere, immo debet pedem, ideſt affectum, & voluntatem domini sui atterere & affricare, & eidem potius displicere, dicens illud Obedire oportet *Deo magis* quàm hominibus. ¶Vel dic,
F quòd asina significat hominem humilem, & patientem, qui licet habeat sustinere à superiore, tamen cum nimis prouocatur, & per iniurias à sessore suo, ideſt à superiore uel prælato plus debito stimulamur, non est mirum si eius patientia dirumpatur, & si contra dominum suum murmuret, & loquatur. Subditi enim quamquam patientes non tamen possunt semper iniurias superiorum tolerare, immo quando nimis conuiciantur, necesse habent contra eos reclamare. Quare (inquit) me percutis ecce iam tertio? Vnde isti dicūt illud Iob 6. Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam, aut qs finis meus, vt patiens agam? Nec enim fortitudo mea, vt fortitudo lapidis, nec caro mea ænea est. ¶Vel si vis, dic moraliter, quòd balaam est uoluntas, quæ est potentia libera, & tamen cæca. Asina uero est potentia cognitiua, & tamen subdita & seruа. Quæ scilicet videns, quòd angelus ideſt Deus, gladio infirmitatum uel infortuniorum ipsam persequitur, ipsam uexat, & ad mundi prospera transire deprehendit. Balaam, i. voluntatem ad istum gladium non attendentem, sed ad suas concupiscentias properantem monet, vt declinet à via mala. Vnde dicitur. Infirmitas grauis sobriam facit animam. & cætera.

CAPITVLVM XXV. TEXTVS. Morabatur autem eo tempore Israel in sethim. Moralitatum Cap. 20.

Filijs Israel existentibus in sethim, venerunt in castra mulieres Madianite seu filiæ Moab, cum quibus fornicatus est populus, & vocauerunt eos ad sacrificia sua, & adorauerunt etiam Deos suos, propter quod iratus dominus, præcepit, quod quilibet fratrem suum occideret, & idololatriā vindicaret. Principes etiam populi qui populum non punierant, præcepit dominus suspendi, & contra solem in patibulis poni. ¶Allega exemplariter si uis, quòd vnum peccatū ad aliud trahit. Mala enim societas & cohabitatio malorū, vitiorum est occasio. Luxuria enim traxit istos ad fornicationem, fornicatio ad idolatriam, idolatria vero traxit ad mortem. Quia secundum Grego. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. ¶Vel dic legari potest contra prælatos, principes siue iudices negligentes, qui reuera, si populum non puniunt, cum delinquit, etsi peccare ipsum non impediunt, quando possent in inferno suspendi merentur & ibi ad solem, ideſt ad ardorem perpetuum exponentur. ¶Vel potest illud allegari, quòd vbi de fide agitur, quilibet zelare iuberur, intantum quòd nulli parenti uel amico parcere tunc tenetur. Amicus enim amicum, & frater fratrem debet occidere, quando videt eum in Deum impie agere, & per idolatriam vel hæresim sibi in via morum & fidei obuiare. Vnde Deut. 13. Si tibi persuaserit frater tuus vt seruias diis alienis non acquiescas ei, sed statim interficias eum. Quæ tamen intelligo cum iudicis auctoritate, vel quando est bellum commune contra hæreticos uel infideles. ¶Hic ponitur de illo filio Israel, qui corā Moysen & alijs tabernaculum ingrediens, vna cum meretrice cohabitauit. Quem phinees subsecutus gladio confodit, & ideo sacerdotium sempiternum à Deo sibi pollicitum est. ¶Quod utique ad hoc allegari potest quòd uiri christiani & fideles, & maximè ecclesiastici & sacerdotes, profide & moribus debent zelare, & publicè fornicantes, vel quoslibet in scandalum publicè delinquentes debent redarguere & punire. Et sic pro certo poterunt sacerdotium perpetuum, ideſt honorem æternum, & hoc in alio seculo possidere. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedech. Nihil.n.ita perpetuat sacerdotia, i. dignitates ecclesiasticas & mundanas, sicut zelus iustitiæ & fidei cum habentur. Zelo ergo istius fuit dominus placatus, & populus ab vlteriori plaga liberatus, quia reuera zelus & iustitia etiam malos punit. Ps. 105. Stetit phinees & placauit, & cessauit quassatio &c.

CAPITVLVM XXVII TEXTVS. Accesserunt autem filiæ Salphaad, Moralitatum Capitulum. 21.

Salphaad mortuus est in deserto, & cum non haberet filios, qui sibi possent succedere, præcepit dominus, quòd filiæ suæ succederēt loco eius. Vnde etiam legem super hoc dominus promulgauit dicēs, quòd homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam transibit successio. ¶Filij significāt viros perfectos, fœminæ significant imperfectos. Igitur quando pater, ideſt aliquis prælatus moritur, tunc si habet aliquem filium, ideſt aliquem subditum perfectum, prouidum & discretum, hæreditas sua, ideſt prælatio vel dignitas, debet sibi distribui & concedi, & ad illam debet talis eligi & assumi. Verūtamen si talis filius, ideſt talis perfectus deficiat, tunc necessarium est, quod in hæreditate vel prælatura, filia, ideſt subditus simplex & imperfectus succedat. Melius est enim filiam, ideſt minus sufficientem, imperfectum seu simplicem eligere, quam hereditatem ecclesiæ, beneficij uel officij sine gubernatore diu dimittere. Quod tamen est contra illos, qui hereditates ecclesiasticas etiam viris, ideſt perfectis & sufficientibus committere nolunt, sed ipsas vacantes diuturnis temporibus permittunt. Quod est etiam contra illos, qui dato quod filios, ideſt viros sufficiētes perfectos habeant, fœminas tamen ideſt ignorantes & imperfectos, scilicet nepotes suos & amicos promouent & exaltant, & hæreditatem, quæ debebatur non filiabus sed filijs, eis donant, cum tamen scriptum sit, & quod non est bonum dare panem filiorum canibus ad manducandum. ¶Vel dic, quòd sic in nobis magis debet eligi mulier, dum tamen sit filia, quam quicunque masculus alienus. Sic vere in beneficijs ecclesiæ quandoque debet mulier, ideſt minus perfectus eligi, dum tamē sit filius ecclesię, ideſt de dioceſi vel patria, quam masculus, ideſt quicunque magis perfectus de alia gente natus. ¶Vel ista possunt allegari, quod nullus potest esse ita mirabilis persona, quę à nobis paternis debet exheredari & cætera. Aduerte hic, quod Moyses in omnibus arduis causis consulebat dominum, sicut patet hic de successione istarum filiarum, de blasphemo, & supra de colligente ligna & cætera. Leuitic. 24. In quo notari potest, ꝙ iudex vel prelatus in omni facto arduo debet ad Deum mentaliter recurrere, & sibi ante omnia negocium commendare, & sic poterit tutius iudicare. ¶Moysi moriturо *dictum fuit*

A fuit a domino, quod montem altum ascenderet, & quod terram promissionis cōtemplaretur & cerneret, qđq; loco suo Iosue filiū nūc ducē populi substitueret, & ꝙ ad patres suos relicto corpore trāsmearet. ¶Sic verè Balatus vel vir iustus, in monte, scilicet in perfectionis statu moritur, inquantū a valle, ideſt a populi moribus segregatur. Moriturus tamen summe debet terram promissionis paradisi contemplari & respicere, eam totis nisibus affectare, de substituendo etiam Iosue, ideſt bono successore, si sit tibi possibile debet curare, & pro hoc dominum exorare, dicendo cū isto Moyse illud, quod dicitur. Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, vt possit exire & intrare ante eos. ¶Item aduerte hic, quod quia Moyses & Aaron in dominum peccauerunt ad aquas contradictionis, inquantum ipsum sanctificare corā populo noluerunt, ideo ne intrarent terram promissionis, & ne inducerent illum populum, condemnati fuerūt. Iosue ergo, qui nō peccauerat, electus fuit & ibi populū introduxit. ¶Dic si uis allegorice, quod Moyses & Aaron significāt veterem legem, vel generaliter omnes patres veteres. Iosuæ uero, qui interpretatur saluatur significat gratiam vel etiam Christum, quia pro certo illi primi omnes peccatores fuerunt, & omnes in dominum deliquerunt, & ideo populum Dei in terram promissionis, ideſt in paradisum, seu etiam in perfectionis statum intromittere nequiuerunt. Hebræ. 3. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. Apostolus Hebr. 7. Nihil enim ad perfectum adduxit lex Necesse ergo fuit istos in deserto. i. in inferno remanere, quia propter adæ peccatum ad terram paradisi nequiuerat penetrare. Psalmist 94. Quibus iurauī in ira mea, si introibūt in requiem meam. Quid ergo? Proculdubio necesse fuit hominem innocentem scilicet Iosuæ, saluatorem, ideſt Christum vel Dei gratiam quærere, qui populum posset in paradisum intromittere, seu introducere & saluare. Christus enim, non Moyses gratia, non lex, nouitas, non uetustas, ecclesia, non synagoga, nos introducit ad gloriam & ad uitā.
B Apostolus Roman. 3. Non ex operibus legis iustificabitur omnis caro. Et alibi ad Titum. 3. Iustificati gratia ipsius hæredes simus. Vel dic generaliter, quod peccatores etiam sufficientes. & maxime illi, qui peccauerunt ad aquas contradictionis. discordes, dyscoli & rebelles, non debent, populi duces fieri & prælati, domini vel rectores, sed potius Iosue, ideſt innocentes, prouidi & fideles. Apostolus Hebr. 7. Talis decebat vt nobis esse pontifex sanctus, innocens: & impolutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Hic nota si uis, quod Moyses non rogauit pro aliquo in speciali, nec de consanguineis, nec amicis curauit, sed in genere pro sufficienti successore rogauit.

CAPITVLVM XXVIII TEXTVS. Dixit quoque Dominus ad Moysen. Præcipe filiis Israel.

CAPITVLVM XXIX TEXTVS. Mensis etiam septimi prima dies venerabilis. Moralitatum Cap. 22.

In 28. & 29 capitulis agitur generaliter de festis & sacrificiis eorundem, & de libamentis. Circa quod nota, quod secundum qđ possumus colligere, dño offerebatur de animalib. agnus, aries, vitulus, bos, hircus, vacca, capra, agna, turtur, columba, & passer. Item de rebus non liquidis offerebant similam, panem, thus, sal. De rebus vero liquidis oleū & uinum. ¶Re uera ista sacrificia possunt significare diuersas uirtutes, quæ sunt à nobis domino offerendæ. Debemus enim sibi offerre agnum. i. innocentiam, bouem, qui tarde incedit, ideſt temperantiam; hedum, qui libenter ludit, ideſt bonam lætitiam; hircum & capram, quorum pilus pungit, ideſt pœnitentiam; vaccam & agnum, quarum simus sterilibus agris proficit, ideſt eleemosynam; uitulum, qui iugo se subiicit, ideſt obedientiam; turturem quæ est auis casta, ideſt munditiam; columbam, quæ est auis simplex, ideſt modestiam. Item debemus sibi offerre farinam, ideſt mundam cogitationem; panem ideſt eucharistię deuotionem; sal, ideſt sapientiam & discretionem; thus, ideſt charitatem & orationem; oleum. i. misericordiam & compassionem; vinum, C ideſt spiritualem spem & consolationem. Et breuiter ista debent esse sacrificium Deo spiritus contribulatus, quæ a Deo sunt acceptibilia atque grata. Homo.n.de seipso facit agnum, bouem, & arietem, & similia, quando ipse offert Deo innocentiam, fortitudinem, iustitiam, & bona spiritualia. Psal. 59. Sacrificium laudis honorificabit me. ¶Vel dic, qđ in Paradiso domino offeruntur variæ res, ideſt varia genera personarum, scilicet agnus, ideſt homines innocentes aries, ideſt homines iustitiam diligentes, vitulus ideſt spiritualibus gaudentes &c. Dic & refert omnia ad personas. ¶Nota hic, ꝙ apud iudæos erāt septem solennitates legales. ſ. Sabbatum, vbi ab operib. cessabatur. Neomenia, vbi principium mensis & nouæ lunæ principium celebrabatur. Et dicebatur, a neo quod est noua & mene quod est luna, quasi nouilunium. Phase ideſt pascha, in quo agnus paschalis comedebatur, & dr phase. i. transitus dñi. Pentecostes, à die quinquagesima post pascha, dicta a pētecon ꝙ est quinquaginta, in qua de frugib. nouis primitiæ offerebant. Festum clangoris in principio mensis septimi, in quo cum cornibus pecorum buccinabatur. Festum propiciationis, decima die mensis septimi, in quo uitula rufa concremabatur, & cinis pro immundis expiandis ad totum annum reseruabat. Et festum tabernaculorum, quintadecima mensis huius quo populus septem diebus in tabernaculis morabatur. Et aduerte, quod ista septem festa suas rationes habebant. Nam celebrabatur sabbatum, quia dominus requieuerat. Neomenia, quia tunc mensis legalis incipiebat. ¶Pascha, quia tunc populus mare rubrum transierat. Pentecostes, quia tunc scilicet die quinquagesima ab exitu de Aegypto populus legem acceperat. Festum clangoris, quia ea die Isaac liberatus fuerat, & ideo cum cornibus arietinis clangebant propter arietem, quem pater loco eius immolauerat. Festū propiciationis, quia ea die post vitulum conflatilem. Moyses de monte descendens propiciatum eius dominum nunciauerat. Festum tabernaculorum, pro eo quod populus in deserto in tabernaculis habitauerat. ¶Dic moraliter loquēdo, quod talia septem festa celebrabant spiritualiter fideles in ecclesia. Et sic dicamus, quod & sabbatum celebra- D mus, quando a malis operibus quiescimus, & cessamus. Neomeniam, ideſt lunæ nouitatem colimus, cum nostram conuersationem in bonis morib. innouamus. Pascha facimus, cum de mundo ad religionem, de Aegypto in Hierusalem, de peccato ad gratiam, de amaro seculo ad cœli amicitiā pertransimus. Pentecostem celebramus, cum legem Dei, scientiam & fidem accepimus, cum primitias bonorum operum sibi damus. Festum clangoris agimus, cum Deum pura mente laudamus, & cum de arietis immolatione & Isaac liberatione. i. de Christi passione & resurrectione eidē gratias agimus. Festum propiciationis recolimus, quando de uenia impetrata per uaccæ rufæ combustionem, ideſt Christi passionem gaudemus. Festum uero tabernaculorum perficimus, quādo nos esse in hoc mundo peregrinos & aduenas cogitamus, & quando nos non habere hic manentē ciuitatem cernimus, & ad futuram patriam mentaliter proficimus. Ista sunt ergo festa, quæ nos debemus spiritualiter colere, & in templo cordis nri mentaliter celebrare. Vñ Nau. 1. Celebra iuda festiuitates tuas, redde altissimo uota tua, quamuis hodie lamentando posset dici illud Threno. 2. Obliuioni tradidit dominus in syon festiuitatem & sabbatum. ¶Vel dic quòd multi sunt mali, qui uidentur adhuc iudaizare, festa iudaica spiritualiter celebrare. Quidam enim celebrant sabbatum, & isti sunt illi, qui semper uolunt quiescere, & nullum opus bonum facere, nec sunt in aliquo laborē. De quibus dicit Psal. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia &c. Alii sunt, qui celebrant neomeniam, ideſt nouam lunam, & isti sunt illi, qui solent nouitates diligere, nouos ritus, mores, & statuta introducere, noua & curiosa quærere, & semper aliquid nouitatis appetere, dicere vel facere. Vnde dicitur Act. 17 Nouorum dæmoniorum denunciator videtur esse. Alii celebrant festum paschæ, quod interpretatur transitus, & sunt illi, qui instabilitatis vitio solent laborare, nec vnquam in aliquo proposito persistere, sed de bono ad malum, de malo vero ad deterius continuè pertransire. Vnde Hierem. 50. Transierunt de mon-

te in collem, obliti sunt cubilis sui. Alii celebrant festū pēte costes, dictum a pente quod est quinque, & isti sunt illi quinque, qui superfluis desideriis obediunt, & qui legē carnis suspiciunt, & primitias suæ iuuentutis sibi luxuriando offerunt, dicentes illud Lu. 14. Iuga boum emi quinque: Alij celebrant festum clangoris, & isti sunt illi, qui non cessant tubicinare & clāgere, & cum canticis & cithara mundi læti tiam frequentare, & tales sunt etiam præliatores & uenatores, qui tubis & clamoribus utunt &c. Vnde Iob 21. Tenēt tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Alii celebrant festum propitiationis, quod etiam dicitur festum afflictionis & expiationis, q̄ isti sunt illi, qui sperant in fine pœnitere, & Dei misericordiam habere, & seipsos per pœnitentiam affligere, & peccatorum suorum expiationem & veniam obtinere. propter quod nō cessant, quamdiu viuūt, peccare, dicentes q̄ satis est de tempore, quo possint uenia impetrare, dicentes illud Eccl. 7. Misericordia domini magna, delictorum meorum non recordabitur altissimus. Alii celebrant festum tabernaculorum, & isti sunt illi, qui i nullo flatu uel beneficio figunt pedem, sicut sunt ambitiosi, qui scilicet in nullo officio vel beneficio, quod habeant, limites gressum & affectuum suorum firmant, immo in omni beneficio tanquam peregrini, & etiam tanquam in tabernaculis habitant, & semper ad aliquid aliud ambiunt & anhelant. Vnde dicitur Reg. 13. Habitauerunt filii Israel in tabernaculis. Ista sunt ergo festa mala malorum, quibus in hoc mundo tripudiant & festinant, de quibus dicitur Esa. 1. Solennitates vestras odiuit, anima mea. Et iterum. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram Amos 5. Et Alibi. Odiui & proieci festiuitates uestras. Cum omni die deberet fieri iuge sacrificium, scilicet unus agn⁹ mane, & alius uespere cum libamentis suis, istud erat verum, quod in diebus festiuis & solennibus plura & maiora fiebant sacrificia, quam in diebus communibus. Sic vere licet omni die debemus iuge sacrificium, ideſt iuge bonorum operum exercitium facere, & mane, & uespera, i. iuuentute, & senectute agnum immaculatum, ideſt vitam puram & immaculatam offerre, in diebus tamen festiuis debemus pura & meliora sacrificia. i. opera bona, & præcipua exercere. Inquantum. n. festum est solennius debet sacrificium bonorum operum esse maius. Vnde Io. 13. Eme ea, quæ opus sunt ad diem festum. Quod tamen est contra multos qui diebus festiuis non plura bona, sed potius faciunt plura mala. Vnde dicit 1. Machab. 1. Conuersi sunt dies festi eius in luctum. ¶Sicut ponit hic scholastica hystoria. Iuge sacrificium vespertinū pinguius erat quàm matutinum. Cuius causa erat (vt ait) qa multi ponebant de die sacrificia in altari, vnde sacrificium pinguius reddebatur. ¶Sic etiam sacrificium nostrum vespertinum, ideſt bona opera senectutis debent esse meliora, & per eleemosynas pinguiora quam opera matutina iuuentutis. Quia scilicet quanto plus ad vesperam senectutis properamus, tanto meliora opera exercere debemus, ut in nocte mortis odore uirtutum nostrarum dominum delectemus, & ipse cremationem nostræ pœnitentiæ spiritualiter odoretur. Psalm. 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

CAPITVLVM XXX TEXTVS.
Narrauitq; Moyses filiis Israel omnia, quæ ei dominus imperarat. Moralitatum. Cap. 23.

MVlier non poterat votum facere. Si uero ipsa siue filia familias votum faceret, statim quando vir uel pater uotum audiebat, contradicere poterat, & sic uotum, qđ fecerat, non tenebat. Si vero vir uel pater statim non cōtradiceret sed taceret, & quasi vota associando aliquantulum expectabat, ipsum amplius tollere non ualebat. Filia uero uidua vel repudiata, quę in patris potestate non erat, si uotum nouebat, necessario obligata manebat, & ipsum uotum pater suus nullo modo tollebat. ¶Istud si vis allega moraliter, & dic q̄ pater & mater est animus rationalis, filia vero & vxor eius, sensualitas carnalis. Igitur dico, q̄ quando talis filia seu vxor. s. caro vel sensualitas, vult aliquod votū facere, i. nulle ex uoluntate sua agere, necesse habet uiri seu patris sui. s. animi rationalis consensum, & consilium requirere, & si contradicat, debet quiescere, & cessare. Iste etiam vir uel pater, qñ filiam istā. s. carnē, videt uotū emittere i. aliquid mali concupiscere, potest in principio sibi resistere, & uotum ipsius refrenare. Quod si aliquantulum tardauerit & contradicendo & carnali appetitu repugnando paulatim semper cessauerit, ipsam amplius a tali uoto. i. a tali immundo desiderio retardare non poterit, quia. s. mala carnis vota & desideria, dum adhuc sunt in principio. i. in cogitatione possunt per rationem reprimi, & auferri. Si aūt conualescere permittuntur, vix aut nunquam possunt destrui vel auelli. Vnde dicitur. Nisi pueneris eos, paulatim maiora his facient, & non poteris obtinere eos. ¶Vel dic q̄ vir uel pater est Deus, filia uel coniunx est anima, quam pro certo a statuis uotis suis reprimit, & tribulando vel inspirando ipsi a malo custodit. Istud tamen fallit in repudiata vel uidua, i. in anima reprobata & damnata, quia talem solent pater suus. s. Deus, à malis votis suis nō trahere, sed eam propriæ voluntati dimittere, & tanquam correctione indignam sibi in suis malis desideriis nullatenus obuiare. Vnde Ozee. 4. Nō visitabo filias vestras cum fuerint fornicatæ. ¶Vel dic si uis de prælato, qui bonos subditos corrigit, & eorum malis desiderijs cōtradicit, repudiatos uero & proteruos tanq̄ incorrigibiles suæ uolūtati dimittit. Ps. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorū ibunt in adinuentionibus suis.

CAPITVLVM XXXI TEXTVS.
Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens. Vlciscere prius filios Israel. Moralitatum. Cap. 24.

CVm filii Israel de madianitis triumphassent, & quinq; eorum reges occidissent, mulieres, & uiros captiuos, ad castra duxerunt. Quibus ait Moyses per hæc verba. Cur mulieres reseruastis? Nonne istæ sunt quæ peccare fecerunt Israel? Viros igitur & mulieres corruptas occidit, & solum virgines reseruauit. ¶Per madian quod interpretatur contradictio, intelligitur caro, quæ semper contradicit spiritui. Et per quinque reges eius intelligo quinque sensus, per mulieres corruptas, intelligo malas delectationes. Per uirgines vero intelligo puras, & sanctas affectiones. Igitur moraliter loquendo sæpe contingit q̄ filii Israel. i. filii spirituales contra madian. i. contra propriam carnem militant, & ipsam cum quinque suis regibus. i. cum quinque carnalibus sensibus vincunt, superant & expugnant, mulieres uero destruunt & reseruant. Istos vero dominus reprehendit, & mulieres corruptas mulieres. i. cogitationes, & delectationes occidi, & destrui præcipit, solas vero virgines. i. puras & mundas affectiones reseruari permittit. Nonne inquit illæ sunt, quæ peccare fecerunt Israel, quia pro certo malæ cogitationes sunt illæ, quę Israel. i. uirum iustum uel etiam rationalem animam faciunt peccare, quia peruersæ cogitationes separant a Deo, & propterea ipsas oportet destruere. ¶Prædam, quam filii Israel madianitis tulerant, præcepit Moyses purgare, aurum & omnia talia, quæ ignem sustinere poterant, igne præcepit purificari. Illa vero, quæ ignem sustinere non poterant, sicut uestes, & similia, præcepit aqua expiationis mundari. ¶Præda ista significat animas, quæ a madianitis. i. a diabolo per pœnitentiam subtrahuntur, & quotidie dominum & eius prælatos & predicatores spiritualiter ipsiunt. Sed re uera de istis sic raptis, & ad fidem uel pœnitentiam conuersis, duo sunt genera, quia. s. quidam sunt infirmi & debiles, qui ignem tribulationis nequeunt sustinere, quidam vero sunt fortes, & ignem istum cōpetenter tolerare possunt. Et ideo Moyses. i. Deus, illos quos fortes & perfectos videt, per ignem durę tribulationis probat, purificat & exercet. Ps. 17. Igne me examinasti &c. Et Eccl. 2. In igne probatur aurum &c. Illos vero, quos debiles & infirmos uidet, aqua expiationis, i. dulcedine suę misericordiæ lauat, & cum ipsis misericorditer agendo, eos ab igne tribulationum præseruat, sicut patet in quibusdam, quos per martyrium sicut per ignem ad se uocat, & in aliis, quos per simplicem confessionem, sicut per aquam, expiat atq; purgat. Ps. 65. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. ¶Vel si uis dic, qđ aqua expiationis est lachrymosa compunctio &c. sicut supra. Vel dic, quod ignis & aqua significant duplicem baptismum. s. flaminis & fluminis, quorum. s. altero necesse est animam purgari & purificari, priusquam a madiam. i. a diabolo abstrahi vel auferri possit. Allega vt supra.

CAPITVLVM XXXII TEXTVS.
Filii autem Ruben & Gad habebant pecora multa. Moralitatum Cap. 25.

TRibus Gad & Ruben & Manasse, uidentes terram Syō regis ammorreorum, & Og regis basan, quæ erat circa Iordanem, q̄ ipsa pascuis abundabat, & q̄ ipsi multa pecora possiderent, illam terram pro hæreditate pro alendis suis gregibus à Moyse petierunt, & totam aliam, quæ erat vltra Iordanem, pœnitus quitauerunt. ¶Sic uere tres tribus ideſt tria genera hominum. s. Ruben, qui patris cubile fœdauit. i. luxuriosi Gad, qui interpretatur accinctus. i. auari. q̄ ad laborandum pro mundo semper sunt accinctu Manasses, q̄ interpretatur obliuio. i. superbi, qui Dei & sui proximi & suiipsius sunt obliti, non curāt vltra Iordanē. i. ultra fluuiū iudicii. i. ultra mortem. t. in paradiso possessionem accipere, immo summe curāt hic habere citra Iordanem, scilicet in hoc mundo, diuitias & possessiones, quibus possint pecora sua ideſt vxores suas & filios alere & ditare. Istam ergo terram à Moyse. i. à Deo uidentur proportionem & hæreditatem accipere, & terram promissionis. i. paradisum, qui ultra Iordanē mortis latitat, prorsus dimittere & quittare, & contenti præsentibus, de perpetuis temporibus nō curare.

CAPITVLVM XXXV TEXTVS.
Hæc quoq; locutus est dominus in campestribus Moab. Moralitatum. Cap. 26.

ORdinauit dominus q̄ certæ urbes leuitarum pro refugio illorum, qui hominem occiderant ordinarentur q̄ toti tranfugæ ab occisi amicis saluarentur, quousque summus sacerdos moreretur, & tunc liberi penitus efficiebant si tū non uoluntariè, sed à casu hoiem occidisse reperiebantur. ¶Sic vero si quis hominem. i. rationem, vel ēt Christum, vel etiam gratiam in seipso occiderit per peccatum, constitutæ sunt sibi ciuitates refugii. i. diuersi pœnitentiæ & religionis status, ad quos fugiens liberatur, nec ab amicis occisi, ideſt à Deo & ab angelis perenniter occidat. ¶Vel dic q̄ ciuitas refugii est ecclesia, quia. s. ille, qui est homicida suipsius per peccatum, non habet remedium nisi ad ciuitatem refugii. i. ecclesiæ fidem & disciplinam, & ad mortem summi pontificis. Christi passionem & mortem. Ps. 45. Domine refugium factus es nobis. ¶Vel dic q̄ homicida non habebat nisi tria remedia. s. pacem cum amicis, ciuitatem refugii, & mortem pontificis. Sic vere peccator, qui suiipsius (vt dictum est) est homicida, non habet remedium, nisi tria scilicet ciuitatem refugii, hoc est beata uirgo mortem pōtificis. i. Christi passio: pacem cum amicis, hoc est pœnitentiæ satisfactio, & Christi, & sanctorum per pœnitentiam placatio. Pœnitentia enim iudicem placat, passio semper saluat, Maria transfugam protegit atque seruat. Vnde cantur. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei genitrix &c.

CAPITVLVM XXXVI TEXTVS.
Accesserunt autem & principes familiarum Galaad. Moralitatum Cap. 27.

AD finem, quod sortium distributio non confunderet, præcepit dominus occasione filiarum Salphaad, qđ quilibet de tribu sua vxorem acciperet, & quælibet mulier in tribu sua nuberet, & sicut distincta tribus, sic & hæreditas in suis familijs permaneret. ¶Hoc si vis applica contra illos, qui in aliis tribus. i. in alienis ecclesiis, vxores. i. beneficia cupiūt accipere, & nō cōtenti propria tribu. i. propria dioceſi, religione vel collegio, vxorem. i. beneficium alibi vendicare non uerentur. Præcepit ergo dominus, quod nemo aliunde coniugem accipiat, & quod per ambitionē ad aliam tribum, i. ad aliam ecclesiam vel collegium se sine causa non transferat, seu vxorem vel beneficium ibi quærat. Vnde dicitur. 4. Reg. 15. Contentus esto glorię tuæ, & sede in loco tuo. De voribus etiam. i. de dignitatibus, officiis & beneficiis uult, q̄ de tribu sua. i. de gremio, prio vir vel prælatus vel rector ipsis assignetur, & q̄ de aliena patria vel ecclesia ipsis nullatenus ordinetur. Quod tamen hodie male seruatur, quia. s. illi, qui sunt de propria tribu. i. de collegio vel de patria, & qui sunt proprii filii ecclesiæ, hodie repelluntur. Alii vero, qui aliunde ueniunt. s. nepotes & familiares prelatorum, talibus vacantibus vxoribus. i. beneficijs dotantur. Vnde illi de patria possunt dicere illud Esa. 1. Hæreditates nostras coram oculis nostris alieni deuorāt. Quia re uera sicut dicitur Mat. 8. in Euangelio, Multi ueniunt ab oriente & occidente. i. aliunde, & recumbunt cum Abraā, Isaac & Iacob. i. cum principibus & prælatis, filii autem regni eiiciūtur foras. Quod est cōtra multos principes nros q̄ i domib. suis, seruitiis, & officijs alienos de alieniis terris & tribubus aduocant, filios autem regni, ideſt homines terræ & patriæ suæ eiiciunt & repudiant, & non amant. De hiſtoria Deuteronomii pauca pono, pro eo quod pro maiori parte non facit nisi quæ supra posita sunt recapitulare, & pro eo quod communiter non solent verba sua inductiue vel litteraliter recitari &c.

¶Moralitatum super librum Numerorum finis.

MORALITATVM
Liber quintus libri Deuteronomij.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Cum vero introduxerit te dominus Deus tuus in terram. Moralitatum Cap. 1.

PRæcepit dominus filiis Israel, q̄ septem populos de terra, p̄missionis eiiciāt & subuertant, s. Etheū, Iebuseum Amorreum & Pherezeum, Chananeū, Eueum & Gergezeum, & q̄ ipsos penitus interimant & confundant, quodque cum eis pacta non teneant, nec coniugia simul faciant nec non q̄ filiis suis illorum filias non accipiant & q̄ filios suos cum eorum filiabus nubere non permittant, sed potius q̄ aras eorū destruāt, & q̄ lucos eorum succidant, & idola conterant & euertant. Et cām subiungit ibidem. Populus (inquit) sanctus es dño Deo tuo. Te elegit dns Deus tuus. ¶Moraliter loquēdo isti septem populi sunt septem vitia. Si uis interpretationes, infra, & applica singulos populos singulis uitiis. Filii istorū malorū populorum significant malos actus & operationes. Filiæ uero significant malas cogitationes, populi aūt Israel sunt vi iusti. Filii eorū sunt boni affectus. Filiæ aūt sunt bonæ spirituales delectationes & consensus, istud est uerum q̄ populus Israeliticus, i. populus fidelis, & eccleſiasticus, debet de terra promissionis, i. de mente sua, septem populos, i. septē genera vitiorum mortalium eiicere, & cum eis familiaritatē seu coniugiū malæ consuetudinis non debet cōtrahere nec filias eorum. i. malas delectationes debet filiis suis. i. interioribus affectibus copulare, nec etiam cōtra filias suas. ideſt mētis spūales delectationes debet cum istorum filijs. i. cum malis uitiorum operibus maritare, quinimò aias eorū. i. malas cogitationes, idola eorum, i. malas operationes, lucos vmbrosos. i. malas excusationes debet totaliter extirpare. Vñ dr Gen. 35. Abijcite Deos alienos, qui sunt in medio, vestiri, & mundamini, & vestimenta vestra mutate. Quia. n. Christiani sancti sunt & electi, ideo dēnt esse à talibus cōsortiis alieni. ¶Vel dic q̄ terra promissionis est ecclesia vel religio a qua. s. eiiciēdi sunt septē populi. i. septē gña hoīm pctōrum. Etheus. n. qui interpretatur stupidus, significat imbecilles & timorosos, de quibus dr, q̄ trepidauerūt timore vbi non erat timor. Gergezeus, qui interpretatur colonum eiiciens, significat raptores & vsurarios, qui pauperes eiiciunt de domibus & possessionibus eorum. Vñ Iob 24. Vulgū pauperē spoliauerūt &c. Amorreus, qui amara loquens interpretatur, seu amaricans, significat inuidos, qui de prosperitate aliorum amaricantur, & contra alios libenter eloquuntur. Vñ dr Iob 10. Loquar in amaritudine animæ meæ. Chananeus, qui interpretatur possidens vel negociator, significat auaros, qui possident male seruando, & negociantur.

E tur male acquirēdo Eze.28.In multitudine negociationis tuæ impleta sunt interiora tua iniquitate.Pherezeus,qui interpretatꝰ separans,significat detractores,qui separant amicitias aliorum.Prou.16.Vir verbosus separat principes. Iebuseus,qui interpretatur præsepia vel conculcati, significat luxuriosos & gulosos,qui.s.bestiis.i.motibus & delectationibus carnis sunt pabulum & præsepe.Vnde Zac.11.Pasce pecora occisionis. Eneus, qui interpretatur ferus uel pessimus,significat crudeles & superbos,de quibus dicitur Gen.16.Hic erit ferus & figet tabernacula e regione fratrū suorum.Ista ergo est veritas,ꝙ populus Israel.i.uiri iusti,nō debent talibus malis populis.i.peccatoribus confederari, nec eorum consortia,familiaritates vel connubia diligere vel sectari,sed potius tales debet de terra promissionis.i.de ecclesia eiici,& ara & idola.i.uitia eorundem destrui & subuerti,& vt sic ipsi filii Israel.i.viri ecclesiastici sint sancti domino & electi.Vnde dicitur Leu.19.Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Vel dic,quod etheus est timor,gergezeus est rapina,amor eus est inuidia,chananeus est auaritia,pheresеus est ira vel detractio;iebuseus ē luxuria;eteus ē superbia, qui.s. populi sunt de terra promissionis mentis nostræ eiiciendi,& ibidem filii Israel, idest uirtutes & merita substituenda.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Omne mandatum,quod ego præcipio tibi.
Moralitatum Cap. 2.

SIcut dicitur Deut.8.filiorum Israel non fuerunt vestimēta consumpta,& calciamenta non sunt atrita. Et dicit, ꝙ terra promissionis est terra frumenti,olei & mellis & uinearum,in cuius campis fluunt fluuiorum abyssi,cuius lapides ferrei sunt,& de cuius montibus æris metalla fodiuntur,in qua absque penuria viuitur,& rerum omnium abundantia cumulatur.¶Dic si uis, ꝙ talis debet esse ecclesia vel religio,quia uidelicet ibi debent esse fluuii gratiarum, oleū misericordiarum,hordeum domini,& grossarum pro simplicibus doctrinarum,frumenta subtilium & utilium scien-
F tiarum,mella deuotionis,uina consolationis. Item ibi debet esse ferum per constantiæ firmitatem,debet esse ibi ęs.i. uiri prædicatores,qui tamen ibi non debent atterere vestimenta sua,quia.s.cultores istius terræ debent hr̃e exteriorē honestatē & decentiæ perpetuitatem,nec etiam calciamenta,quę.s. sunt de pellibus animalium mortuorum, quia isti etiam debent habere perpetuam mortis considerationem & humilitatem.Ideo ista est terra,quæ a filiis Israel,idest viris contemplatiuis.i.Deum videntibus,debet inhabitari, q̄ a chananeis.i.malis hominibus debet purgari. Breuiter ergo ista debet esse terra,de qua dicitur supra Exo.4.Vos trāsibitis & possidebitis terram egregiam. ¶Hic dicitur ꝙ in deserto,per quod filii Israel ad terram promissionis ibant, tria genera serpentum inuenerunt, quæ ipsos filios Israel multipliciter infestauerunt,& uulnerauerunt,s.serpēs flatu vrens,scorpio & dispas,qui.s.siti interficit quem percusserit. Ibi etiam (vt ait) nulla pœnitus erat aqua.¶Sic uere etiam in deserto huius mundi,per quod ad æternę promissionis habitaculum properamus,sunt specialiter tria mala scilicet scorpio(faciem uirgini habens similem) capite blādiens,& cauda pungens hoc est carnis fallacia,serpens flatu vrens hoc est hostis malitia:dispas siti occidens, hoc est mundi auaritia & auiditas,aquam non habens, hoc est diuinæ gratiæ carentia.Caro enim in primo blanditur,sed in fine pungit & damnat.Diabolus suggerendo, & tētando ad peccatum urit & inflammat.Mundus uero cum diuitiis suis, statum auaritiæ prouocat, & utique aquam diuinæ gratiæ destruit & desicat. Vnde Esa.5.Nobiles intereunt famę multitudo eorum exaruit siti.¶Vel dic ꝙ desertum est religio,in qua pro cero hodie inueniuntur aquę, idest diuinæ gratiæ penuria,serpentum uero, idest malorum hominum abundantia.Ibi.n.abundant serpentes, qui flatu uerborum alios urunt.i.detractores:scorpiones,qui retro lędunt,& ante blandimenta faciunt.i.adulatores.Dispades,qui siti interficiunt.i.mali familiares alienę auaritię incitatores.Ideo bn̄ dictum est illud Eze.2.Fili(inquit)homines impij, & subuersores sunt tecum,& cum scorpionibus habitas.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
Septimo anno facies remissionem,quę hoc ordine celebrabitur. Moralitatum Cap. 3.

DEuteronomij 15.fit mētio de anno septimo remissionis,& de seruis libertati donandis. Sed de hoc uideī Exo.21.Vnū aūt dr̃ hic. Non operaberis (inquit) in primogenito bouis,nec tondebis primogenitum ouis in conspectu dñi Dei tui,sed comedes ea per annos singulos in loco, quem elegerit.¶In scriptura sacra loquendo moraliter,per ouem intelligitur simplex & infirma innocētia.Per bouem uero intelligitur fortitudo vel iustitia.Primogenita autem istorum,bona opera sunt,quæ qn̄que a simplicitate, quandoque a fortitudine mentis procedunt.Sed re uera sic debet esse ꝙ ista primogenita.i.ista bona opera non debētin publicū deduci,nec per innanē gloriā manifestari nec uelamine secretæ humilitatis priuari,corā domino enim debēt talia primogenita,idest talia bona opera nostra comedi.i. ad solam Dei gloriam ordinari,& nulla vana gloria quæri quomodolibet vel separari.Vnde dicitur.Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus &c.Vn̄ dicit Greg. In primogenito bouis operari prohibemur,& à primogenitis ouium detondendis compescimur.Quia si quid robustum exercere incipimus,in aperto ostendere citius nō debemus, sed & cum vita nostra simplex quid & innocuum inchoat,dignum est,vt secreti sui uelamina non relinquat, nec non nudum humanis oculis quasi subducto vellere se ostendat. Vel dic ꝙ primogenita significant uiros religiosos & clericos, tanquam inter cæteros magis dignos, sed istorum quidam sunt primogeniti bouis.i.uiri fortes atque perfecti,quidam primogeniti ouis.i.uiri simplices & infirmi.Ista est ergo ueritas ꝙ non est in talibus operandum,qa .s.perfecti isti ad publica mundi opera & negocia non sunt trahēdi,nec in eis occupandi.Primogenita uero ouis.i.simplices non sunt tondendi nec uellere bonorum temporalium pœnitus denudandi,quia breuiter istud est verum,ꝙ lana bonorum temporalium debet simplicibus, & imperfectis pro sustentatione dimitti & quòd uiri perfecti,& sancti nunquam debent in temporalibus negociis occupari, sed coram domino comedi,idest in solo Dei seruitio mancipari.Apostolus.Precio magno empti estis,nolite fieri serui hominum idest ad Dei seruitium ordinati estis,nolite appetere mundi seruitium & officium. ¶Hic dicitur ꝙ anno septimo debita non repetebantur,sed eorum repetitio ad sequētem annum differebatur,vt exponit.Comestor.Et sic ista erat differentia inter annum remissionis septimum, & annū iubileum quinquagesimum,quia septimus annus debita nō tollebat,sed differebat, iubileus uero omnia remittebat. ¶Isti duo anni significant duos status, scilicet gratiam, & gloriam.Septimus uero gratiam designat propter septiformem spiritum,quem ministrat.Iubileus autem gloriam,ꝓpter hæreditatem paradisi perditam,quam restaurat. Istud est uerum,ꝙ debita.i.peccata septimo anno.i. per gratiam non ex toto tollunt̄,quia.s.adhuc reatus & obligatio ad pœnam remanet,qui anno sequenti, s.post mortē in purgatorio repetitur.Sed re uera iubileus,idest gloriæ status omnia debita totaliter,ēt quantum ad pœnam dimittit, & hominem liberum prorsus reddit.¶Et si vis adhuc,dic ꝙ in anno septimo seruitus ex toto remittebatur, & homo liber efficiebatur, Debitum tamen ex toto non quitabatur, sed vsque ad annum sequentem differebatur. Sic verè per septenarium gratiæ & sacramentorum remittitur seruitus,idest culpa,non remittitur.i. debitum.i.pœna, imò, si ipsum homo pro anno præsentis vitæ soluere differt,necesse est ꝙ soluat ī alio & tūc diceт̄ sibi illud Mat.18.Redde qđ debes &c.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Obserua mensem nouarum frugum. Moralitatum. Cap. 4.

HIc præcipitur de luco.i. de nemore circa altare non plantando,ad tollēdum ritum gentiliū,qui lucos dijs suis dedicabant, & ideo dicitur sic. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare. ¶Altare est ecclesia vel religio, lucus seu arbor umbrosa uitiorum

A excusatio. Statua,quæ dicitur a stādo, & quæ erat imago facta ad laudem & culturam diaboli, est peccati obstinatio & confirmatio & diaboli imitatio. Ista ergo ab altari ecclesiæ debent remoueri,quia scilicet lucus.i.vitiorum status & obstinatio, nunquam debent in religiosis & ecclesiasticis inueniri,sed potius,si peccare contingat,omnia debent a prælato resecari,& a statua,idest obstinatione immutari,unde supra dicitur.Confringite statuas,lucosque succidite. Vel dic quòd statua est diaboli imago,lucus,idest ignorantia,& veritatis obumbratio sunt ab altari ecclesiæ repellenda. Vel dic quòd altare est cor,vt supra.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Non immolabis domino Deo tuo bouem & ouē
Moralitatum Cap. 5.

IVdices præcipiuntur in portis sedere. Quod si ambiguū aut aliquod negocium emergeret debebat, ad sacerdotes recurrere, & eorum iudicium quærere, & tenere. Quod si quis superbiens tenere dedignabatur, statim interfici iubebatur. Cunctus (inquit) populus audiens timebit vt nullus deinceps intumescat superbia.¶ Allega hoc quòd habes hic exemplum de appellando de minori iudice ad maiorem,seu etiam ad eum recurrendo, quando de negotio vel de sententia dubitatur. Item hic allega exemplariter quomodo sacerdotibus.i. prælatis est obediendum & quomodo obedire dedignans & superbiens grauiter puniebatur, & allega similiter &c.¶Vel si vis dic, quomodo pęna vnius est terror multorum. ¶Hic ponitur, quòd si quis alium ad seruiendum diis alienis induceret, interfici & obrui deberet lapidibus, & quod etiam sicut supra ponitur, hoc non solum erat de extraneis, immo etiam de fratribus, vxoribus & propinquis.Sit(inquit)manus tua primum super eū, & post te omnis populus mittat manum. ¶Istud potest allegari, quòd pietas fidei est pietati parentum præferenda, & ꝙ consanguinitatis vinculum soluitur, vbi quis in idolatriā vel hæresim labitur,intantum ꝙ frater a fratre & filius a pa-
B tre occidi iubebatur. Et allega generaliter contra hæreticos,q̄ alios mouent ad idolatrandum & ad male credendū, quia.s. statim debent de medio tolli & lapidari. i. duris sententiis castigari.¶Doctrinam regis eligendi ponit hic dominus dicens. Non poteris alterius generis hominem regem facere,qui non sit frater tuus. Cunque cōstitutus fuerit rex, non multiplicabit sibi equos,nec reducet populum in ægyptum æquitatus numero subleuatus. Non habebit vxores plurimas quæ illiciant cor eius, neque argenti, neque auri immensa pondera.Legat Deut. leges. Nō eleuetur cor suum super fratres suos per superbiam, nec declinet ad dexterā siue ad sinistram.¶Ista omnia competuntur vel principi vel prælato,quia reuera iste semper debet effici, eligi & assumi de gremio,de secta vel de patria, dum tamen sufficiens inueniatur. Non enim debet præfici hæreticus orthodoxis, laicus clericis,secularis clericus religiosis,extraneus domesticis,sed de collegio & de gremio debet assumi, cuius vita, & mores melius possunt aliis conformari. Vnde dicitur Nu. 35. Cunctæ fęminæ idest cunctæ ecclesiæ maritos de eadem tribu accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs.Et bene dicit, vt hæreditas permaneat in familijs : quia pro certo quando rex vel prælatus de aliena tribu idest de aliena patria sumitur, hæreditas beneficiorum non remanet in familijs suis,immo etiam ad illos, qui sunt de illius prælati partibus deriuati, quia scilicet illi beneficiantur & promouentur, filii vero ecclesiæ dimittuntur. Ideo possunt dicere illud Tre. 5. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Talis ergo rex,iudex, vel prælatus debet generaliter tria fugere & tria facere. Fugere dēt dico tria .s.pompam & elationem, & hoc est quod dicitur. Non multiplicabit sibi eos. Item auaritiam, & ambitionem, & hoc est,quod dicitur, quòd non congregabit sibi auri & argenti immensa pondera. Item amicorum carnalium affectionem, & hoc est, quod dicitur.Non multiplicabit sibi vxores.i.carnales parentes,de quibus. s. filios & nepotulos concipiant, propter quorum affectionem iustitiam derelinquat. Constat autem quòd ista tria destruunt reges hodie idest prælatos & superiores nostros. s.pompa, in qua expendunt plus quam liceat;auaritia,per quam congregant plus quam de- C ceat:carnalis affectus, per quem nepotulos aggregant & diligunt plus quam oporteat. Et ideo dicit Solinus ꝙ in quadam insula mos fuit nullum regem eligere, qui pater esset, quinimmo si liberos educare vellet, exuebatur regia potestate. Hoc autem per prudentiam (vt ait) fiebat ne regnum fieret hæreditarium. Item alia tria debet facere scilicet studere prudentiam,humilitatem seruare, iustitiam custodire. Decet enim regem vel superiorem quòd habeat prudentiā & scientiam, & ideo bene dicit quòd ipse debet legere librum legis. Item decet ꝙ habeat humilitatem & modestiā, Ideo dicitur, ꝙ non eleuetur per superbiam super fratres suos.Item decet ꝙ seruet æquitatem, vel iustitiam. Ideo dicitur quòd per acceptionem personarum aut munerū,non debet declinare ad dexterā vel ad sinistram. i. ad vnam partem plus quàm ad aliam, iuxta illud. Hæc est via ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram.& alibi.Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciū & iustitiam in terra. ¶Et aduerte ꝙ hic dicitur, ꝙ postquam sederit in solio regni sui,describet sibi volumen legis & accipiens exemplar &c. ¶ In quo notatur ꝙ regis & superioris est sedere & in vno loco stare, non vagari. Et etiam dum sedet.i.dum est in ocio & quiete, in libris debet legere & studere, exemplo antiquorum regum, quæ communiter fuerunt philosophi literati.Exemplo etiam Karoli magni, qui tabulas portabat,& in ocio scribere non cessabat. Vnde dicitur Luc.16 Sede cito & scribe quinquaginta, &c.¶ Vel dic ꝙ rex Israel est iussus, quòd uxores plurimas.i. delectationes carnales vel sollicitudines temporales non debet habere, ne forte animum eius possint allicere.vel turbare &c.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.
Non habebunt sacerdotes & leuitæ & omnes qui de eadem tribu.Moralitatum Cap. 6.

VNum notabile ponitur hic in Deuter.ꝙ si quis fingens se prophetam,non missus a Domino, & tamen voluerit loqui in noīe dñi & sine præcepto ipsius aliquid dicere, D interfici iubebatur. ¶ Quod allegari pōt contra malos officiales & balliuos dñorum, qui sine mandato maiorū faciūt multa mala,& nomine eorū præcipiunt,& loqūtur & exequuntur multa iniusta,quę tamen ab ipsis dominis non fuerunt præcepta vel dicta. Vnde dicitur Hier. 23. Nō mittebā prophetas, & ipsi currebant, non loquebar eis,& ipsi prophetabant. Tales ergo merentur puniri, quinimmo sæpius videmus eos interfici & suspendi. ¶Vel allega contra hæreticos,qui in nomine domini, & sub vmbra & titulo veræ fidei loquuntur,& prædicant multa falsa,propter quæ merētur incurrere multa supplicia & tormēta.Vnde dicitur Sap. 1.Os,quod mentitur,occidit animam &c.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Si exieris ad bellum contra hostes tuos. Moralitatum. Cap. 7.

DOminus mandat processuros ad bellum fortiter agere,hostes non timere,sed in dño solum sperare. Verūtamen. quattuor genera personarum remittuntur a bello .s.qui ædificauerunt domum, sed necdum eam dedicauerūt seu initiauerunt:qui desponsauerunt vxorem, sed eam necdum duxerat: qui plantauerunt vineam, & necdum ipsam communem fecerant: qui corde pauidi erant & formidinē incurrerant.Omnes.n.isti desiderio reuertendi poterāt corda aliorum dissoluere, & ideo melius erat eis ante pugnam redire,q̄ a pugna fugere,& alios eneruare.¶ Ista possunt generaliter applicare, ꝙ melius est in minoribus agere, q̄ in maioribus aggredi,& succumbere, meliusque est in actiua viuere,quam in contemplatiua deficere.Meliusque est in sæculo sub latiori disciplina manere, quàm ad religionē ascēdere,& per inconstantiam retroire.Per bellum. n.in scriptura status religionis, contemplationis & perfectionis significatur,in quo.s.contra vitia magis ardua dimicat̄. Vnde Iob 7.Militia est vita hominis super terram. Per locum propriū seu patriam intelligitur mundi status, vel cōis conditio seu gradus. Istud igitur est verum ꝙ a bello contemplatiuæ, & perfe-

perfectæ vitæ quattuor genera hominum imperfectorũ remittuntur, ipsisq; consulitur ꝙ in sæculo remanent, & ꝙ arduam bellandi contra vitia vitam nullatenus aggrediãtur, & isti sunt illi, qui domum suam, quæ oĩa continet. s. charitatem, nec dum per executionem bonorum operum intrauerunt, qui vxorem. s. gratiam necdum perfectæ duxerunt, nec sibi eam per perseuerantis perfectionis propositum acceperunt, qui vineam suam. i. bona suæ cõporalia necdum cõem per eleemosynam fecerunt, qui formidinẽ aggrediendi difficilia, & sustinendi grauia, necdum totaliter dimiserunt. Dominus. n. nostra est charitas, quæ bonis affectibus ædificatur, & bonis operibus initiatur. Quia ſm Gregorium Probatio dilectionis exhibitio est operis. Vxor est gratia, quæ per bonum propositum desponsat, & per perfectã constantiã accipit, & nobis matrimonialiter copulat. Vnde dr̃ Ioseph Mat. 1. fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuã. Ista est vxor, qua mediante bonos filios. i. bona opera generamus, quia sicut dicitur in Psa. 127 Vxor tua sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ. Vinea nostra est bonorum tẽporalium vbertas, q̃ s. p acquisitionem plantatur, & elemosynam, & aliorum misericordiæ operum exercitium efficitur communis, & ad vsus hoĩum applicatur. Oportet, ergo ꝙ domus nostra. i. charitas per bona opera dedicet, ꝙ vxor nr̃a. i. gratia per firmitatem propositi vẽdicetur, ꝙ vinea nostra. i. t. palitas aliis p elemosynam cõicetur, & ꝙ ẽt timor. i. imbecillitas a nobis penitus abdicetur, si ad spũalale præmium contra vitia, & ardua contemplationis opera volumus sufficientes haberi, & a retrocessione inconstantiæ esse tuti. Alias. n. possemus faciliter deficere, & ab assumpto bono ꝓposito retroire, & sic possemus fugere, & pterea aliis hoc videntibus, peccati causam dare, quia pro certo ſm doctrinam sancti Petri: Melius est ardua non aggredi, q̃ post cognitionem retrouerti. Veruntũ ex quo bellũ istud aggressu sumus & ex quo statum perfectionis accepimus, necesse est ꝙ fortiter dimicemus, & sperantes in domino nunq̃ de nostris viribus præsumamus. Psal. 30. Viriliter agite, & cõforte tur cor vestrũ. ¶ Vel si vis dic, ꝙ vinea nostra est scientia, q̃ p prædicationẽ aliis debẽt cõicari sicut supra. ¶ Vel dic ꝙ bellum significat disputationem & pugnam contra hæreticos, quæ non est aggredienda homini imperfecto, necdũ in sciẽtia domificato, cõiugato vel adhuc inhabituato, q̃. s. vincere & succumberet, fuga sua aliis simplicibus scandalũ faceret, & eorum incredulitatis aut periculi causa esset. ¶ Dñs præcepit ꝙ dum aliqua ciuitas expugnatur, fructuosæ arbores, quæ sunt circa eam, nullatenus succidantur, sed steriles sylueſtres pro machinis succidi iubentur. Ciuitas est peccator, qui runc tẽporis expugnatur, quando a prælato redarguitur & iurgatur. Arbores fructuosæ sunt aliqua bona, quę sunt in ipso, in fructuosæ vero sunt ipsius vitia & mala. Ista ergo est veritas ꝙ ꝑlatus vel quicunque corrector, qui vult aliquam ciuitatem. i. aliq̃ ꝑsonam impugnare & corrigere, summe carere debet in ipsa, succidat arbores fructuosas. i. conditiones virtuosas, sed solum steriles, sylueſtres & vitiosas, quia. s. multum debet cauere corrector, ne per incautam correctionem & austeram punitionem, hominem ad deterius prouocet, & sic in eo virtutes & non vitia eradicet. Vnde dr̃. Ne forte colligentes Zizaniã, eradicetis simul & triticum. Ex propriis suis arboribus sylueſtribus ideſt ex istorũ malorum iniquitatibus fiunt contra eos machinæ ad eos destruendos, quando mala ipsorum testimonia sunt causa ad eos puniẽdum Vnde. Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funibus peccatorũ suorum trahitur. ¶ Vel illud allega ad diabolum, qui peccatorem confundit cum proprijs suis malis. ¶ Vel dic quòd ciuitas capienda est scientia gentium, & doctrina philosophica ad vsus catholicos conuertenda. In ista ergo arbores fructiferæ, ideſt bona documenta & bona dicta sunt seruanda. Arbores vero sylueſtres, & est mala & erronea dicta sunt penitus extirpanda. Vnde dr̃ Mat. 13. Elegerunt bonos in vasa sua, malos aũt foras miserunt. Veruntamen, si est possibile de ipsis arboribus sylueſtribus ipsius ciuitatis, i. de ipsis malis documentis & sententiis ipsius philosophiæ vel gentilis vel sectæ, licitum est facere machinas & argumenta ad eum confundendum, quia scilicet nunquã error infidelium melius cõfunditur, quam quando ex propriis suis libris & erroribus contra eum machinæ erigũtur, & ipsius scripto conuincuntur. Ita quòd tunc potest illi dici illud. Mat. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. ¶ Hic ponitur, quòd quando populus Israel ibat ad impugnandum aliquam ciuitatem, ante omnia debebat sibi pacem offerre, quæ pacem recipiebat & portas aperiebat, ipsam sub tributo viuere dimittere debebat, si autem nolebat obedire, sed bellum potius parare moliebatur, tunc impugnari, spoliari ac destrui iubebatur. ¶ Sic vere chariſſimi, si quis prælatus vel corrector contra aliquam ciuitatem ideſt contra aliquam personam puniendam properat, iustum est quod ante omnia pacem sibi offerat, & quod misericorditer ipsum inducat, & quod, si potest, per mansuetudinem ipsum trahat. Vnde Mat. 10. Primum dicite. Pax huic domui. Quod si pacem recipiat, & se emendare promittat, sub tributo ideſt sub obedientia & disciplina ipsum viuere tũ dimittat, & ab austera impugnatione & correctione manum suam compescat & hoc sicut dicitur in Ezechie. 18. Nõ vult Deus mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Si vero nolit pacem recipere, nec sub tributo & obedientia, quod iustum est, facere, tunc necesse est ipsum seueriter castigare, & si fit necesse, destruere vel grauare, vt sic illum, qui verbo non vult corrigi, possint verbera frangere vel domare. Vnde dicitur Eccle. 33. Seruo maliuolo tortura & compedes. Tali modo videtur etiam dominus contra impios procedere, quia quotidie non cessat ipsis pacem & misericordiam per scripturas offerre, sed qui recipere non curant, illos solet perpetuo condemnare.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.

Quando inuentum fuerit in terra, quam dominus Deus tuus daturus est tibi. Moralitatum Cap. 8.

CVm quis mulierem pulchram, gentilem, captiuam suã in vxorem volebat accipere, ipsam primo in domum suam debebat introducere, quæ ad hoc, quod vxor Israeliti ci posset fieri, ista per ordinem debebat facere, quia scilicet primo debebat cesariem capillorum suorum radere, deinde debebat vngues suos circuncidere, tandem debebat vestimenta sua, in quibus capta erat, deponere, & finaliter in domo sedens, debebat patrem suum per vnum mensem deferere, & sic poterat ab Israelitico accipi, & vir ipsius vxor esse. ¶ Dic allegorice, quòd talis mulier gentilis & captiua significat scientias gentilium & philosophicam disciplinã, quæ scilicet a nobis captiua ducitur, quando per subtilitatem intellectus in vtilitatem ecclesię vertitur, ita quod qua si compulsa fidei famulatur. Igitur si aliquis filius Israel videns Deum, ideſt aliquis theologus videritˢ huiusmodi vxorem, ideſt philosophicam disciplinam delectabilem & pulchram, placuerit ꝙ sibi ipsam legere, studere vel scire, ante omnia necesse habet superfluitatem ipsius, ideſt ipsos errores gentiliũ immixtos eidẽ pœnitus amouere, & vngues, capillos & vestes, & quicquid exterius gentile & hæreticũ sapere videbatur, Deo. s. sacræ scripturæ & fidei contrarium debet totaliter refutare. Et sic erit licitũ istam vxorem sibi sumere, & ipsam scientiam gentilium poterit Israelitica facere, & ad vsum veritatis & fidei applicare. Vnde dr̃ Gen. 12. Ecce vxor tua, vtere ea vt libet. ¶ Vel dic, quòd ista mulier est anima peccatrix, q̃. s. pulchra dr̃, pro eo ꝙ in pulchritudinem naturalem a Deo constituitur & creatur. Per capillos, vngues & vestes, quæ sunt quædam res quasi non naturales, sed accidentales, non viuæ, sed mortuæ, non necessariæ, sed superfluæ, intelliguñ ipsius mali mores, & peccata mortalia, q̃ tunc habet. Vnde capilli significant malas cogitationes; vngues manuũ significant malas operationes; vestimenta, cum quibus capta est, significant malę conuersationis mores & conditiones. Igit qñ de muliere gentili debet fieri israelitica, de ancilla vxor, de serua libera; de aĩa peccatrice aĩa sancta, & qñ ad Christi connubiũ, qđ fit præsenti per gratiã, & in futuro p gloriã, est admittenda, quattuor sunt sibi necessaria, ſ. ꝙ p pœnitentiam & confessionẽ radat capillos capitis sui, ideſt omnem cordis immũdam cogitationẽ, circũdat vngues, ideſt omnem superbiam & mortuam operationẽ, mutet gentilitatis vestes, ideſt omnem malam conuersationem, sedeat in domo conscientiæ per suiipsius con-

siderationem, & desecat patrem & matrem, ideſt mundum & carnem, & omnem, quam exinde contraxit maculam & infectionem, dicendo illud Hiere. 15. Væ mihi mater mea, quia genuisti me & cœrera. Et sic post triginta dies, qui constant ex denario terducto, ideſt post completionem decem mandatorum & trinitatis fidem, virille, qui in crucis prælio eam cæperat & acquisiuerat, scilicet Christus, tunc sibi eam per gratiam desponsabit, & corpori suo mystico spiritualiter adiungens, vxorem & sponsam spiritualiter consecrauit. Vnde. Vade & accipe vxorem fornicariam. Et alibi. Sponsabo te mihi in fide. ¶ Vel dic quòd istud potest dici ad literam de anima gentili per prædicatorem conuersa, quia ad hoc quòd corpori nostro ideſt ecclesiæ coniungatur, necesse est quòd quattuor faciat, quę superius exponuntur &c. sicut supra habetur. ¶ Homo, qui habet duas vxores, vnam prædilectam, & alteram odiosam, & fuerit filius odiosæ primogenitus, & voluerit diuidere hæreditatem inter filios suos, non poterit filium prædilectæ primogenitum facere, sed filium odiosæ primogenitum faciet, dabitque sibi de omnibus, quæ possidet, cuncta duplicia. Ipse enim est principium liberorum eius, & ei debentur primogenita. ¶ Dic ꝙ homo potest significare prælatum. Duæ vxores eius sunt carnalis affectio prædilecta & propria, ecclesia odiosa, primogeniti filii sunt ecclesię, & illi, qui sunt de ecclesia vel patria procreati, qui videntur hodie filij odiosi, secundo geniti sunt carnales amici, quos scilicet vxor eorum prædilecta, scilicet carnis affectio generauit. Igitur istud est verum, ꝙ quando homo iste, ideſt prælatus vult inter filios suos & subditos bona sua ideſt beneficia diuidere, non debet primogenitos, ideſt ecclesiæ filios postponere, nec carnaliter dilectos istis primogenitis anteferre ideſt principales facere, nec primogenita ideſt beneficia pinguiora quæ debebantur aliis, eis debet cribuere, sed istis primogenitis filijs ideſt viris sufficientibus & bonis ab ecclesia procreatis, cuncta duplicia ideſt in duplo meliora aliis debet dare. Isti enim sunt principium liberorum eius, ideſt isti sunt propriæ filij ecclesiæ ideſt prælati, & ideo primogenita & pinguia, ideſt principalia beneficia talibus debent dari. Cuius tamen contrarium modo faciunt multi, qui filios corporales spiritualibus anteponunt. Ita quòd ipsi plangendo possunt dicere illud. Gen. 27. Hæreditas nostra conuersa est in alienos. Et illud. Primogenita mea ante tulit, nunc etiam surripuit benedictionem meam. ¶ Vel dic quòd duæ vxores sunt anima, quæ oditur, & caro, quæ diligitur. Vir tamen sapiens non debet filios, ideſt affectus & opera carnis, filiis, ideſt animæ affectibus & operibus anteferre &c. ¶ Si genuerit quis filium proterum & contumacem, qui non audiat patris & matris imperium, debebant pater & mater eum apprehendere, & ad morum iudicium ducere, & dicere. Filius iste noster proteruus & contumax, mandata nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus obruet eum vniuersa multitudo. ¶ Istud allega contra malos & proteruos subditos, qui scilicet patri suo, ideſt ecclesiæ obedire nolunt, sed proterui, contumaces ludis & comessationibus intendunt, quare scilicet parentes ideſt prælati eorum lapidibus, ideſt duris correctionibus merito ipsos obruunt & confundunt. Ista enim est veritas, quòd omnes debent eum lapidare & obruere, & castigare & corrigere increpare & arguere, qui parentibus suis, scilicet tam carnalibus quam spiritualibus, in iustis & licitis dedignantur obedire, & magis studeˢ comessationibus & luxuriæ intendere & vacare, quod potissime de apostatis dici debet, quia re vera, qui in iugo obedientiæ se subtrahunt, pro merentur ab omnibus lapidari. ¶ Hic præcipitur quòd ille, qui captiuam duxit vxorem, si sibi tandem displiceret, poterat eam dimittere, non tamen poterat in seruitutem reducere, nec per potẽtiam opprimere, sed liberam permittebat abire. ¶ Sic etiam vere si quis habeat aliquem amicum sibi con iugio ideſt familiaritate & amicitia coniunctum, nullo modo ipsum debet opprimere vel turbare, nec eum per potentiam lædere, vel grauare, sed potius si sibi non placet, debet eum gratis dimittere & se ab eius consortio segregare, quia sicut dicit Seneca, Turpe est cum illo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris ante.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.

Non videbis bouem fratris tui aut ouem errãtem Moralitatum. Cap. 9.

MOyses nolens quòd mixta inuicem sint rerum negotia, fecit prohibitionem generalem, quòd vir non vteretur veste muliebri. ¶ Quod ad hoc allegari potest, quòd nullus debet alterius officium vsurpare, quia scilicet inter coniuges viri non debent muliebria officia facere, nec taliter effeminari aut emolliri, quòd se velint in rebus femineis occupare, iuxta illud Sen. Si te maritum & virum habere contigerit, cogita. Mulier nunquam in tanta vesaniam debet irrumpere, vt viro contempto nitatur exteriora negocia per tractare, quinimmo fęminæ in domesticis muliebribus, viri vero in arduis & virilibus debent se iugiter exercere. Quod tamen est contra viros effeminatos, & contra fęminas præsumptuosas, quæ vestem virilem nituntur induere, in quantum omnia negocia & regimen etiam domus, & alia, quæ viros concernunt, volunt viris postpositis ordinare. Vnde prouerbium gallicum est de talibus dominabus, ꝙ ipsæ portant brachas domus. Itaque de talibus dr̃abus, q̃ viros regunt, & virorũ negocia facere volunt, pót dici illud Hier. 31. Faciet dñs nouum super terram, fœmina circundabit virum, cõtra illud Apostoli 2. Mulierem docere in ecclesia non permitto nec dominari in virum. Et merito, quia fęmina non debet esse viri domina sed ancilla. In cuius signũ mulieres perfidæ signum pedis supra caput pro ornatu portant, quod etiam & preciosis lapidibus ornant. Hoc autem faciunt vt esse subiectas, sub virorum pedibus se ostendant, iuxta illud Genesis 3. Sub viri pt̃e eris & ipse dominabitur tui. Verba sunt Dei ad mulierem. ¶ Vel dic, quòd illud spiritualiter pertinet ad prælatos, qui viri nomine continentur, quia scilicet multi sunt ita hebetes & effeminati, quòd a fœminabus ideſt a suis subditis se permittunt gubernari & regi. Econtra multæ fęminæ ideſt multi subditi tantis superbiis induuntur, quòd viros suos ideſt prælatos gubernare nituntur, & sic viri fœmineis, fœminæ vero virorum vestibus induuntur. Vnde dicitur Esa. 3. Mulieres dominantes sunt eis. ¶ Si quis per viam incedens auiculam super pullos inueniret cubantem, non debebat vtrunque simul capere, sed matrem captis filiis debebat liberam permittere. ¶ Istud exponunt doctores sic. Aiunt enim quòd mater ista significat litteram sacræ scripturæ, quæ in multis passibus habet sub se occultos pullos. ideſt sensus & intellectus spirituales absconditos. Igitur nos de matre ista. i. est de historia vel littera non debemus curare, sed pullos, qui subtus latitant, i. intelligentias spirituales debemus assumere & tenere, quia. s. non est magna vis de litterali historia, dum tamen habeatur spiritualis intelligentia. Aliqui autem litteram sectant, & sic filios dimittere, & matrem retinere conantur, contra illud Apostoli Rom. 7. Non ambulemus in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus ¶ Vel istud potest allegari cõtra duros & crudeles, qui non solum sentiunt in personis, sed ẽt in rebus. Sufficere debet eis si pullos nostros, i. bona possent habere, & sic matrem. i. personam liberam deberent dimittere, & eam captis huiusmodi filiis non curare. Cuius tamẽ contrarium multi faciũt, qui. s. & bona rapiunt & personas præmunt vel affligunt, Vnde Iob. 24. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes. Sequitur. De ciuitatibus fecerũt viros gemere & anima vulneratorum clamauit, & Deus ab ea inultum non patitur. ¶ Vel secũdum aliquos dic, ꝙ mater ista est carnalis concupiscentia, pulli eius sunt carnales affectus & actus. Illa ergo est, quæ omnino teneri & eradicari, non põt. Veruntamen pulli eius. s. mali affectus & consensus tenendi sunt & reprimendi, & ne ad effectum veniant, compescendi. Ista. n. est auicula, quæ in nido carnis nostræ cubat. Ista est, quę abraę sacrificium fedat, & quę oculos tobię excecat & offuscat. Istam necesse est ꝙ non permittamus in carne nostra viuere, sufficit tñ ꝙ pullos eius possimus per temperantia retinere. Ad hoc videtur facere illud Leui. 16. ꝙ mater & filius non debebant in die eadem immolari. i. ꝙ concupiscentia carnis & ipsius mali actus, nõ possunt simul per hominem eneruari. Hic ponitur Le. 19. illud. Non arabis in boue & asino. Item. Non indueris vestimento lino lanaq; contexto, sed de hoc habetur supra. ¶ Hic dicitur ꝙ si quis

E opp̃resserit puellam & clamauerit, dato ꝙ non audita fuerit ipsa, nullatenus puniẽtur. Si vero nõ clamauerit, dato ꝙ audita non fuerit, tũc cum suo oppressore occiderur. ¶ Dic ꝙ clamor est confessio, quæ qaandoque non aditur, quando constat in sola cordis contritione, quando autem auditur, constat in verborum prolatione. Istud est ergo verũ, ꝙ quãdocunque diabolus aliquam puellam. i. aliquam personam per peccatum opprimit, tunc vere si per confessionem clamauerit, dato ꝙ sacerdotem aliquem, qui eam audiret, non inuenerit, mortem perpetuam nõ incurrit. Sufficit enim ani mæ peccatrici clamor cordis, si non sit sacerdos qui audiat verbum oris. Psal. 106. Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Veruntamen si sit peccato oppressa, & non clamauerit, nec vocem cordis aut oris contra diabolum oppressorem emiserit, tũc vna cum dicto suo oppressore in æternum peribit &c. ¶ Vel dic ꝙ clamor orationem significat. Quotiẽs ergo diabolus, caro vel mundus per tentationem vel tribulationem nos nititur opprimere, & per malum consensum corrumpere, totiens debemus ad Deum per orationem clamare. Et tunc si deuote clamauerimus & Dei auxiliũ implorauerimus, dato ꝙ nos non exaudiat, & in peccatum labi, & a diabolo corrumpi permittat, punitionem tamen seu damnationem nõ incurrimus, quia s. quod in nobis erat, fecimus, sed qui nos exaudiret, nõ inuenimus. Sæpe. n. occulta Dei dispensatione agitur, ꝙ hõ clamans & repugnãs in peccatũ collabi pmittatur, vt dum fragilitatem suam experimẽto dicit, humilior habeatur. Vnde Apostolus. He. 5. Cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Ac si diceret, ꝙ filius Dei. i. iustus & prædestinatus quandoque tentationem vel peccatum patitur, vt humilis & obediens effici mereatur.

CAPITVLVM XXIII TEXTVS. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis. Moralitatum Cap. 10.

F In isto. 23. capitulo ponuntur quattuor genera personarum, quibus ingressus in ecclesiam Dei vel perpetuo vel ad tempus negabatur. Primi sunt, qui in membris generationis erant vel attriti vel truncati, seu eunuchus vel concisus. Secundi erant illi, qui defectum natalium patiebantur (scilicet manseres spurij, & alii de illegitimo matrimonio procreati. Tertii erant amonites, qui interpretantur populus turbidus. qui. s. de stirpe amon filii loth fuit genitus. Et moabites, qui interpretantur populus meroris, qui. s. de genere Moab alterius filii loth fuit natus. Isti enim duo populi filiis Israel de ægypto venientibus & fame & siti pereuntibus, vel occurrere, vel panem & aquam concedere noluerunt, sed potius ad maledicendum eis balaam excitauerunt, ¶ Dicamus ergo allegorice, ꝙ isti primi significant homines ignorãtes & scientificos, qui. s. nesciunt alios prædicando conuertere seu spiritualiter generare. Secundi significant simoniacos, quos legitimus vir ecclesiæ Christus vel bonus prælatus nõ genuit vel produxit, sed potius quos adulter diabolus, carnis affectus vel malus prælatus illegitimus voluit introducere vel creare. Tertii sunt luxuriosi, qui turbidi sunt populi, inquantum res fœdas & turbidas solent præ cæteris exercere. Quarti vero sunt auari, qui populi sunt meroris, inquantum per sollicitudinem & timorem semper solent in amaritudine cordis præ cæteris peccatoribus viuere & manere. Igitur ista est veritas ꝙ ecclesiam Dei, statum ecclesiasticum, officia & beneficia ecclesiæ non debent habere ista quattuor genera peccatorum. s. eunuchi, qui non generant per prædicationem. Illegitime nati, s. simoniaci, qui adulterine procedunt ad promotionem. Amonites. s. luxuriosi, qui sunt populi turbidi per carnis infectionẽ. Moabites populus merori. s. auari, qui semper habent sollicitudinẽ, merorem & desolationem. Tales ergo non debent statum ecclesiæ ingredi, nec ad beneficia ecclesiastica promoueri. Psal. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Isti enim auari. s. filiis Israel. i. pauperibus in deserto huius mundi esurientibus, cum pane & aqua. i. cum elemosynis non occurrunt, sed potius balaam malum Propheram & ariolum. i. aduocatos & balliuos contra eos, & ad eorum exhæredationem prouocant & inducunt. Contra quos dicitur Esa. 21. Qui habitatis terram austri, occurrite cum panibus fugienti. Moyses præcepit populo Israel, ꝙ ipse nõ abominetur ægyptum, in qua fuit aduena vel colonus, nec etiam idumeum, qui de Esau fratre Iacob fuit natus, quia, inquit ipse est frater tuus. Alios vero populos. s. moabites & amonites præcepit abominari. & nullum fœdus voluit cum eis iniri. ¶ Per filios Israel, qui de seruitute ad libertatem venerant, intelligo eos, qui de paupertate ad diuitias ascendunt. Per ægyptios vero intelligo eos, qui ipsos dum erant pauperes, aliquoriens nutrierunt. Per idumeum vero fratrem suum, intelligo eos, qui de eorum propria parentela ad paupertatem veniunt. Igitur o tu populе Israel ideſt populus diuitum, qui de seruitute miseriæ ad statum prosperitatis venisti, caue ne abomineris ægyptum. i. illum rusticum apud quem aduena aliquando fuisti, & a quo nutritus & beneficiatus dum eras pauper, aliquoriens extitisti, sed potius ipsum recognoscere & diligere debes, & ne habeas verecũdiã, quia pauperiem habuisti, sed potius, reputa tibi ad gloriam, ꝙ pauperem habes consanguineum, & noli eum contẽnere vel fugere, quamuis nunc sit pauperior quam prius eum vidisti. Cuius tamen sæpe sit contrarium, quia multi sunt, qui dum ad prosperitatem veniunt, nunquam amplius aliquem pauperem parentem videre volunt, & illos apud quos aliquando egeni fuerant, vilipendunt. Vnde dicitur Prouerbiorum 19 Fratres pauperis hominis oderunt eum. ¶ Vel dic ꝙ filii Israel sunt religiosi. Idumei vero & ægyptii sunt sæculares & laici, qui. s. ab ipsis non debent abominari, sed potius in charitate & beniuolentia supportari. Vnde Apostolus Ro. 14. Infirmum in fide suscipite, Amonites vero & moabites, peccatores & hæretici dicũtur, & debent perpetuo detestari, nec eorum consortiũ aliquo modo debet frequentari. ¶ Cum quis nocturno pollubebatur somno, vel aliquam immunditiam contrahebat, statim extra castra exire debebat, & in vespere lotus aqua iterũ redibat, sicut hic & supra in multis locis & passibus continetur, ¶ Sic etiam statim, quãdo quis aliquo peccato mortali polluitur, castra paradisi exire per considerationem tenetur, quia statim debet se immundum reputare, & a cohabitatione sanctorũ indignum se esse iudicare, & a tabernaculis paradisi dignum expelli & eiici cogitare, quousq; s. aqua compunctionis & confessionis sit lotus, & quousque in ipso vespere veniti. quousque ardor concupiscentiæ sit in eo dominus, tunc enim potest castra mundatus intrare, & de ingressu paradisi sperare. Psalm. 114. Ingredere in requiem meam, quia dominus benefecit tibi. ¶ Hic præcipitur quòd filii Israel, cum essent in castris, deberent habere locum deputatum ad requisita naturæ. s. ad purgandum ventres. Veruntamen semper vnum paxillum debebant in baltheo portare, quo debebãt terram fodere & stercus, quod egesserant, operire, ne forte posset dominum, qui castra Israelis circunibat, feditas offendere & grauare. ¶ Sic vero loquendo moraliter, homo peccator debet extra castra, i. extra communionem sanctorum se reputans, certo loco vel coram sacerdote fœditatem suorum vitiorum, per confessionem egerere, & paxillo acutæ compunctionis terram humilitatis fodere & terre nitẽtem vilitatis proprie cogitare, & sic per satisfactionem immunditiam vitiorum debet a Dei oculis, qui castra cordis nostri circunit & cõsiderat, contegere, & ea a punitione suæ iustitiæ celare. Tunc enim fœditas peccatorum nostrorum a Dei conspectu tegitur, quando, quod per cõfessionem egestum est, per terram, i. per mortis memoriam vel per satisfactiuã pœnitentiam operitur. Terra enim est subiacens humilitas vel pœnitentiæ grauitas, vel nostra confiderata terre streitas, quæ. s. omnia Dei oculis de nostris peccatis satisfaciunt, & ipsam, ne amplius videantur, sepeliunt atq; tegũt. Psal. 13. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum &c. Et sic exponit Stephanus de longotono in sua postilla. ¶ Item adhibetur mandatum, vbi dr̃ sic. Non tradas seruum domino suo, qui ad te confugit, sed habitabit tecum, & in vna vrbium tuarum requiescet, nec contristes eum. Nec offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo Dei tui. Vineam proximi tui ingressus, tolle de vuis quantum tibi placuerit, foras autem portare non licebit. Segetem etiã amici tui, si intraueris, manu etiam potes terere & comedere, falce autem non poteris aliquid discerpere vel auferre.

¶ Ista

A ¶ Ista possunt applicari ad multa, s. ꝙ cum quis seruus diaboli vel mundi, s. secularis vel infidelis, ad religiosum vel fidelem, vel ad fidei religionem confugerit, vtpote quia relicta gentilitate fidelis, vel relicto mundo religiosus factus fuerit, proculdubio talis sic nouiter conuersus aut fugiens non exasperandus, nec scãdalis aut iniurijs molestandus vel perturbationem vel scandalum iterum ad manus domini sui, mundi, vel diaboli reducẽdus, sed potius supportandus est in vna vrbium nostrarũ, scilicet in ecclesia vel religione pacifice viuere permittendum. Cuius tamen contrarium multi faciunt auferi prælati in religione, qui subditos suos cõpellũt præauferitate sua ad primos dominos suos, s. ad mũdum vel diabolum per apostasiam retroire. Quod etiam faciunt mali christiani, quia. s. per sua mala exempla scandala q̃sque faciunt nouiter conuersos ad fidem, iterum ad vsum gentilitatis redire. Cum tamen dicat dominus, quod si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ꝙ suspendatur mola asinaria in collo eius &c. Quãtum ad illud præceptum de mercede meretricis, vel de precio carnis non offerendo, potest dici, ꝙ in hoc videtur dñs dona iniquorum pœnitus reprobare. Canis. n. rapinam significat, meretrix vero luxuriam designat. Ne igitur mala mulier posset dicere se velle meretricari, vt de lucro oblationem faciat, & ne dicat homo se velle rapere, vt exinde Deum honoret, vel pauperem enutriat, reprobat dñs vtrunque, s. mercedem meretricis, & præcium rapacitatis vel canis, Ac si diceret, ꝙ sibi non erat accepta elemosyna vel oblatio, quæ fiebat lucro vel conuitio. Non enim sunt facienda mala, vt inde veniant bona: sequitur. Dona iniquorum non probat altissimus. De vinea vero intus comedenda & nõ extra portanda, potest dici ꝙ vinea fratris nostri Christi est sacra scriptura, de cuius vnis ideſt de cuius sententijs & doctrinis licitum est cuilibet se satiare & delectari. Veruntamẽ non extra portare, hoc est dictũ, istas vuas diuinarum scripturarum ad exteriora mundi negocia applicare nulli est licitum vel concessum. Non vult enim dominus, ꝙ illa quę ad
B salutem animarum ordinantur, in secularium negociorum vsibus expendãtur, uel ob mundi vanitatem studeantur vel addiscantur, quod est contra illos, qui in mundanis cantilenis & alijs dictaminibus vtuntur sacris verbis. Contra illos ẽt qui ad mundi laudem & temporalem vtilitatem theologiam prædicant seu docẽt. ¶ De segete vero vicini manu terenda, non falce truncanda, possumus dicere ꝙ segetes vicini est conditio vel conuersatio proximi, quam tunc prælatus dicit intrare, quando ipsam incipit vificare, examinare, corrigere vel punire. Sed reuera ipse non debet falcem duræ & auferæ punitionis statim apponere, immo, per dulces munitiones ipse debet manu terere vel fricare, quasi blandiendo & non exacerbando proximum castigare. Hoc autem intendo in illis, qui pœnitent, de quorum emendatione prælati sperant, quia alias si esset obstinatus vel proteruus, posset auftere punire, & falce iustitiæ segetes vitiorum truncare. Iuxta illud Apocal. 14. Mitte falcem tuam & mete, quoniam maturauit messis.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam. Moralitatum Cap. 11.

Hic ponitur, ꝙ si quis habeat vxorem &c. quæ propter aliquam fœditatem oculis ipsius displiceret, poterat libellum repudij sibi dare, & ipsam viro alteri dimittere, & aliam loco eius pulchriorem accipere. Veruntamẽ sic erat, ꝙ ipsam sic repudiatam, & sic coram domino vilem factam non poterat amplius rehabere. Nec si vellet, iterum eam recipere licebat, nec sibi eam amplius copulare. ¶ Vxor fœda ex secularis vita, vel etiam carnis concupiscentia. Vxor vero pulchra est vita contemplatiua vel penitẽtia. Quia istud est verum, quòd quia vxor nostra prima, scilicet vita secularis vel concupiscentia carnalis, multas continet in se fœditates, quapropter viris spiritualibus displicet, & eorum offendit multipliciter voluntates. Istis ideo licitum est talem vxorem repudiare & dimittere, & ad pulchriorem vxorem, s. ad vitam religiosam & contemplatiuam euolare. Et Lyalippa & fœdosa omissa, ad rachelis connubia transmeare, & istam fœdam vxorem, s. carnis concupiscentiam & secularem vi- C tam, alijs viris, s. secularibus dimittere & quitare. Veruntamen si sit sic, ꝙ ipse postea pœniteat, & ꝙ secunda vxor. s. pœnitentia vel religio, quam assumpsit, sibi displiceat, & ad priam vxorem & uitam dimissam redire studeat, non poterit, quia nullus illi vicæ, quam dimisit, & quæ coram Deo & hominibus apparuit sibi fœda, iterato coniungere se valebit, quia scilicet homini non licet retrocedere, nec ab assumpto arduo proposito retroire, qa sicut dicitur Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. ¶ Vel dic ꝙ vxor fœda est culpa, & pulchra est gratia. Si igitur pro gratia culpã dimiseris, ipsam amplius recuperare non debes &c. sicut supra. ¶ Dominus præcepit, quòd cum quis vxorem accipiebat, ire ad prelium non debebat sed cum vxore sua libere quiescebat. ¶ Quod ad hoc potest allegari, ꝙ ille, qui nouam vxorem. s. gratiam vel religionẽ accipit, a bello, ideſt a secularium negociorum tumultu debet cessare, & quieti contemplationis vacare. ¶ Vel dic ecõtra, ꝙ illi, qui vxores accipiunt, & qui in carnis operibus se ingerunt, nunquam ad bellandum contra vitia vtiles sunt. ¶ Vel dic ꝙ uxor est mundi prosperitas, vel etiam, carnalis affectio &cæ. Sicut dicit Apostolus. 1. Cor. 7. Qui cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi &c. ¶ Item hic ponitur vnũ aliud mandatum, prohibitiuum, vbi dicitur. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: Animam. n. suam appositi tibi. ¶ Istud cõiter exponitur per doctores de timore & spe. Timor enim & spes sunt duæ spirituales molæ. Timor mola inferior considerans infernum, quæ est pigra & immobilis. Spes vero superior considerans paradisum, quæ est mobilis, leuis & agilis. Inter istas enim molas mens nostra voluitur & molitur, & a furfure ideſt a superfluitate criminum expurgatur. Ista ergo duplex mola, s. spes & timor, non debet impignorari, nec per peccatum vsurario diabolo obligari, quia. s. fine timore mens præsumeret, & fine spe pœnitus desperaret. Et sic dico ꝙ vtilis est timor qui tollit vitium præsumptionis, & vtilis est spes quæ tollit vitium desperationis. Prædicatori ergo vel prælato videtur D ista scriptura dicere, ꝙ neutrã velit a peccatore tollere, sed potius ꝙ vtrãque studeat in eo conseruare. Vnde dicitur Iudic. 1. Dedit et pater suus irriguum superius & irriguum inferius. ¶ Vel dic ꝙ mola superior quæ tenet farinam ne fursum, euolet, significat timorem, qui tenet mentem ne volet præsumendo. Mola vero inferior, quæ tenet farinam ne inferius cadat, est spes, quæ tenet mentem, ne in infernum corruat desperando. Neutra ergo istarum molarum est ab homine tollenda, sed vtraque in quolibet conseruanda, cuius tamen contrarium faciunt adulatores, qui auferunt homini molam timoris dum promittunt impunitatem. Et etiam quidam hęretici desolatores, qui tollunt ab homine molam spei, dum prædicant salutis impossibilitatem, quales etiam fuerunt nouaciani, q̃ dicebant impossibile esse lapsum post baptismum per pœnitentiam ad eandem gratia resurgere. ¶ Vel dic quod mola superiora est nouum testamentum, inferior antiquum, cuius scilicet utrũque est necessarium, & neutrum per se sufficiens & firmum. ¶ Præcepit dominus ꝙ cum quis pignus pauperis habebat accipere, domum eius non debebat intrare, sed quod sibi offeretur pignus, debebat expectare. ¶ Istud inueni fic expositum, quia scilicet per pignus confessorum confessio intelligitur dilectorum, quã cum sacerdos vult accipere, non debet peccatori violentiã facere, sed potius quòd voluntarie pignus offerat expectare, domum conscientiæ suæ non debet intrare, de peccatis nimis profunde inquirendo, nec circunstantias ignotas inuestigare, ne scilicet ipsum ad similia moueat peccata, quæ non nouerat, perscrutãdo. Melius ergo est, quod illud, quod quis nobis offert, expectemus quam ꝙ nimis profunde indagemus. Vnde dicitur Proue. 24. Non quæras iniquitatem in domo iusti. Multa alia ponuntur hic, sed vide ea Leui. 19. & alibi supra tacta &c.

CAPITVLVM XXV TEXTVS. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerit iudices. Moralitatum Cap. 12.

CVm aliquis sine liberis decedebat, frater ipsius debebat vxorem eius accipere, & semen fratris sui mortui

suscitare

E fuſcitare,Vxor enim ipſa quod generabat,non ſibi,ſed mor
tuo fratri ſuo attribuebatur, ipſiuſque adoptiuus filius di-
cebatur, qui in hæreditate ipſius ſuccedebat. Si vero ipſe
frater nolebat vxorem fratris ſui accipere vel ſemen ipſius
ſuſcitare, tunc ipſa mulier calciamenta ipſius debebat ſol-
uere, & in faciē eius ſpuere, & ſic licebat ipſi ad viri alterius
copulā euolare.¶Dic ſi vis allegorice,q̄ iſte vir primus ē pla
tus.Vxor eius eſt p̄latio,ſemen eius ſunt ſubditi, fratres eius
ſunt boni fratres & ſocij.Iſta ergo eſt veritas,quòd quando
aliquis,uir.i.aliquis prælatus vel beneficiatus moritur, tunc
neceſſe eſt quòd vxor eius viduata eccleſia vel prælatio fra-
tri vel propinquo ipſius ideſt alicui,qui ſit de gremio,& cō-
fraternitate ipſius ipſi adiūgatur, & quod nō extraneus ſed
magis compatriota,confrater,concanonicus vel vicinus ad
iſtius vxoris regimen & connubium aſſumatur, a quo ſcili-
cet ſemen fratris ideſt ſubditi & defunctī,qui cum mortuo
commortui erant,in fide & moribus ſuſcitentur. Quia ſci-
licet ſicut dicitur in Prouerb.18.Frater qui adiuuatur a fra-
tre, quaſi ciuitas firma. Nunquam enim debet extraneus ad
aliquam eccleſiam promoueri,dum tamen in gremio & cō
fraternitate collegij poſſit aliquis idoneus reperiri. Si ve-
ro frater huiuſmodi videlicet bonus ſubditus noluerit vxo-
rem ducere,nec ad p̄laturam promoueri, ſi forte non poſ-
ſit tunc ibidem aliquis idoneus reperiri,tūc alius remotior
poterit eligi & aſſumi.Veruntamen ipſa mulier,i.eccleſia,ta
lem ſe refutantem merito debet contemnere, & conſpue-
re, & eum calciamento priuigeliorum nudare, qui ſcilicet
ſemen fratris,ideſt ſubditos defuncti prælati noluerit ſuſci-
tare.¶Vel dic quòd vir mortuus eſt malus prælatus, frater
eius viuus eſt bonus & gnarus,qui videns fratrem ſuum id-
eſt,prælatum eſſe mortuum ideſt inſcium & ignarum & pro
pter defectum generationis ideſt p̄dicationis ſemine de
nudatum,debet vxorem eius, ideſt eccleſiam,parrochiam
vel dioceſim ipſius ibidem prædicando accipere, & nego-
cium pro ſuo fratre ſumere,& ſemen filiorum nouorum ip
F ſi fratri ſuo mortuo ſpiritualiter generare. Quod ſi facere
noluerit,calciamēta bonorum temporalium,& ſubuentio-
nem eleemoſynarum iuſte poterit ipſa vxor tali fratri vel
proximo.i.tali doctori vel prædicatori ſubtrahere, & in ip-
ſius faciem cōſpuere ideſt ipſum publice poterit increpare.
¶Vel die q̄ primus vir eſt Moyſes,qui de vxore ſeu ſynago-
ga, ſeu lege antiqua, liberos ideſt homines in gratia con-
ſtitutos generare,non poterit,immo ſine tali ſemine diſceſ-
ſit,quia ſicut dicit Apoſtolus Heb.7.Nihil ad perfectum ad-
duxit lex.Quapropter frater eius Chriſtus vxorem eius ſci-
licet ſynagogam ſeu antiquam legem duxit,tenuit,tradidit,
expoſuit & accepit,dicens illud euange.Matth.5 Non veni
ſoluere legem,ſed adimplere.Et iſtam vxorem antiquam in
nouam nuptam ſuam, ideſt in eccleſiam commutauit & ſic
fratri ſuo Moyſi ſemen ideſt filios ſuſcitauit,in quantum mul
tos filios Iſrael filijs gratiæ conformauit,& fideles & catholi
cos eſſe fecit.Vnde dicitur.Potens eſt enim Deus de lapidi
bus ſuſcitare filios abraæ &c.¶Vel dic quòd Chriſtus fuit
primus vir, qui ſine liberis, ideſt fidelibus dicitur diſceſſiſſe,
eo quòd paucos fideles legitur,dum viuere,conuertiſſe.Sed
re uera fratres eius Apoſtoli & prædicatores,vxorē eius,id-
eſt eccleſiam & eius regimen acceperunt,& ipſi fratri ſuo
mortuo,i. Chriſto, plurimos genuerunt, illos ſcilicet quos
ad fidē & ad iuſtitiam conuerterunt.¶In iſto capitulo præ-
cepit dominus, quòd os bouis triturantis in area meſſis ali-
cuius non debebat alligari. Non alligabis (inquit) os bouis
triturantis in area. Vnde videtur ex ſcriptura ſupponere,
q̄ in illis partibus non cum flagellis,ſed cum animalibus ſege-
tes triturabant.¶Iſta vī Apoſtolus de prædicatoribus expo-
nere,qui.ſ. eſt quaſi bos in area dñi proſegete fidelium tri-
turanda,& verbis & increpationib.corrigēda, & a paleis,i.
a vitijs ſegreganda, quia re vera talis non debet os alliga-
tum habere, ne aliquid comedat. Sed potius licitum eſt &
iuſtum, vt os liberum habeat,i.vt ab illis, quibus prædicat,
victum & ſtipendia vitæ(teſte Paulo Apoſtolo)ſumat, q̄ dic-
it.1.Ti.5. Dignus ē operarius mercede ſua.1.Co.9.Nullus te
netur proprijs ſtipendijs militare.Et.Qui ſeruit altari,debet
viuere de altari.Et.Non magnum eſt,ſi is, qui ſpiritualia ſe-
minat,temporalia & neceſſaria ſibi metat.¶Vel iſtud poteſt
generaliter allegari de quolibet ſeruitore vel operatio,cui

ſcilicet eſt in neceſſarijs prouidendum, & in rationabilib.diſ-
pendijs compēſandum.¶Hic etiam ponitur,quòd cum quis
per iudicem ad verbera condemnandus erat,numerus pla-
garum ad quadragenarium numerum attingere non debe-
bat.2.Co.11.De quo etiam dicit Apoſtolus,quòd quinquies
quadragenas plagas,vna tamen minus acceperat,quia ſcili-
cet q̄ vna de quadraginta ſola deficere, ſufficiebat. Quod
allegari poteſt, quòd nunquam eſt crudeliter contra homi-
nem procedēdum,ſed quòd ſemper conſideranda eſt natu-
ra,& ei compatiendum.

CAPITVLVM XXVI II TEXTVS.
Si autem audieris vocem domini Dei tui.
Moralitatum Cap. 13.

HIc conſequenter ponitur de altari,de lapidibus infor
mibus ædificando,de hoc vide in li.Ioſ.8. Item de be-
nedictionibus & maledictionibus imprecandis. Circa hoc
aduerte,q̄ hic imprecantur aliquę benedictiones legem ſer
uantibus & aliquæ maledictiones legem non ſeruantibus.
Item ſciendum, q̄ aliquæ tribus Iſrael reputabantur igno-
biles,quia deſcenderant de ancillis &c.Veruntamen(vt po-
nit Comeſtor)& Ruben & Zabulon quamquam erant de li-
beris vxoribus,etiam tamen quandoque inter ignobiles hu
bebantur.Ruben autem,quia cubile patris fædauerat,& Za
bulon,quia vlcimus Lyæ fuerat.Iſta igitur fuit veritas,q̄ tri-
bus nobiliores conſtitutæ ſunt ſuper montem garizim, q̄
interpretatur diuiſio,vt factiones legis benedicerent.Igno-
biles ſteterunt ſuper montem ebal, vt legis tranſgreſſores
maledicerent.¶In quibus moraliter notari poteſt, q̄ nobi-
lius officium eſt benedicere quam maledicere & q̄ viri ſpi-
rituales,& nobiles & prædicatores, & q̄ ſunt ſpirituales iu-
dices, magis ſtudent ſubditos ſuos ad obſeruantiam djuine
legis inducere promittendo,& alliciendo amore,& ſpe p̄
mij,quam comminādo timore ſupplicij.Ecōtra vero igno-
biles tribus ideſt iudices temporales magis ad hoc nituntur
ſubditos compellere & à malo coercere maledictione qui
benedictione,pœna quam gratia, timore quam amore.Bo-
ni ergo ſtant in monte garizim, qui interpretatur diuiſio,
quia, ſcilicet iſti à mundi tumultibus vitijs & concupiſcen-
tijs ſe diuidunt.Mali vero ſtant in monte ebal, qui interpre
tatur vorago, quia per auaritiam omnia vorant, & conſu-
mūt,quia iſti ſcilicet balliui,& iudices ſeculares,q̄ alios cō
pellūt ad bonū,hoc ſolum faciunt ad deuorandum, & ad lu
cra temporalia emungendum.Deute.32.Vnde.Deuorabunt
eum morſu amariſſimo.

EX CAPITVLO XXVIII TEXTVS.
Percutiat te dominus egeſtate, febri & frigore
Moralittum Cap. 14.

INter malas imprecationes ſeu maledictiones, quæ filijs
Iſrael, niſi legem ſeruauerint, promittuntur,dicitur ſic
Percutiat te dominus egeſtate,frigore,frebri & ardore,cor
rupto ære & rubigine.Sit cœlum,quod ſupra te eſt æneum,
& terra,q̄ calcas, ferrea. Det dñs terræ tuæ imbrem pulue
rem de cœlo,deſcendat ſuper te cinis,tradat te dñs corruē
tem ante hoſtes tuos. Per viam vnam ingredieris ad eos,&
per ſeptem fugias omni tpe calumniā ſuſtineas,nec habeas
qui liberet te.Vxorem accipias, & alius dormiat cū ea Do-
mum ædifices & alius habitet in ea.Vineam plantes,& non
vindemies eam,ſementem multum jacies in terra, & modi
cum congregabis. Oliuas habebis,& nō vngeris oleo.Ad-
uena qui tecum verſatur in terra,aſcendet ſuper te, & erit
ſublimior, tu aūt deſcendes, & eris inferior. Iſtæ & multæ
aliæ maledictiones imprecantur hic male ſeruantib. legem
Dei.¶Sic re vera hodie partim ſpiritualiter, partim litterā-
liter intellectæ, iſtæ maledictiones imprecātur illis,q̄ man-
data dñi vilipendunt,quia pro certo,ſicut videmus,iſti per
cutiuntur egeſtate, & fame auaritiæ, febre male concupi-
ſcentiæ,frigore indeuotionis & deſidiæ, ardore immundi-
tiæ & iracundiæ, rubigine,inuidiæ,& ideo ipſum cœlum
æreum,& terram ferream, & pluuiam pulueream habēt,qa
cœlū efficitur eis æreum.i.durū, & nullius influētiæ emiſſi-
uum,& terra etiā ipſis efficitur ferrea & inutilis, ſterilis ac-

que

A que ſicca. Aer etiam efficitur puluereus, ideſt ſiccus,turbi-
neus & uētoſus,& ſic hūt puluerem pro pluuia,ſiccitatē pro
humiditate, paupertatem pro opulētia. Quia pro certo dū
peccatores ab obſeruantia legis, & mandatorum ſe retra-
hunt, oīa bona temporalia eis deficiunt. Nec à cœlo influē-
tia, nec ab aere pluuia, nec à terra fructuū copia ſicut eſſet
neceſſe,proueniunt. Vnde Hie.3.Polluiſti terram in forni-
cationib.tuis.Ideo prohibitæ ſunt ſtellæ pluuiarum,& ſero-
tinus imber non fuit,& ſic ſequitur q̄ illi,qui habent oliuas,
non vnguntur oleo;illi,qui multum frumentum in terra ja-
ciunt,parum recolligunt.Illi, qui habent vxores, vituperia
incurrunt.Sic etiam ſit q̄ tales à ſuis hoſtib.ad litteram ſup-
peditātur,& ipſis de pauperatis,aduenæ,qui ſunt cum eis,ſ.
vſurarij & extranei de bonis eorum ditantur.Quia breuiter
cōcludendo,peccato noſtra cauſa ſunt,quare paupertates,
lites,guerras,& vituperia incurrimus,& totum ſit pro eo,q̄
diuinæ legis mandata non cuſtodimus.Hier.5.Iniquitates ve
ſtræ declinauerunt hic, & peccata veſtra prohibuerunt bo-
num à uobis, quia inuenti ſunt in populo meo impij.¶ Iſta
poſſunt moraliter & allegorice allegari contra illos malos
eccleſiaſticos,qui cum ſint filij Iſrael,ideſt Deū per fidem &
ſcientiam clare videntes,& hæreditatem eccleſiæ tanquam
filij legitimi poſſidentes, ipſi tñ legem & mandata Dei non
cuſtodiunt, quapropter multa mala temporalia,& ſpūalia
incurrunt. Et inde eſt q̄ iſti hodie patiuntur eſuriem auari
tiæ,febrem concupiſcentiæ &c.ſicut ſupra.Et ideo ſit q̄ eg-
lum,quòd ſuper ipſos eſt,eſt æreum,i. ſuperiores ſui.ſ.prin-
cipes & prælati,ſunt eis duri & crudeles, & clamoroſi pari-
ter & brigoſi. Terra etiam,quàm calcant eſt ferrea, quia.ſ.
inferior populus, qui per terram intelligitur,eſt eis durus,
indeuotus,ferreus,& auſterus,& quod plus eſt, iſti recipiūt
puluerem pro pluuia,i.temporalia, quæ ſunt hic puluis ante
faciem venti,recipiunt pro cœleſti gratia,terrena expectant
vel acceptant pro ſpūali influentia & pro æterna glo
ria.Finaliter de cęlo deſcendet ſuper eos cinis.i.inferni ar
dor & incendium. Iſta.n. (proh dolor) ſe habent per ordi-
B nem, quia.ſ. legem Dei non cuſtodimus. Ideo multa vitia
incurrimus, crudeles & malos ſuperiores,& rebelles infe-
riores inuenimus,& quòd deterius eſt, ſpiritualia cum terre
nis,æternalia cum temporalibus commutamus.Ecce igitur
quòd iam ante hoſtes noſtros.ſ.diabolum, carnem,& mun-
dum,ſpiritualiter corruimus,& quamquam per vnam viam
.ſ.per gratiam,vel baptiſmum,vel per pœnitentiam contra
eos veniamus, ipſos tamen non vincimus, imo eos per ſe-
ptem vias,i.per ſeptem mortalia vitia fugientes,coram eis
ſuccumbimus & perimos.Ita q̄ iam de nobis poteſt diabo-
lo dici illud,quod ponitur in capitulo præcedenti.Per viam
vnam venient contra te,& per ſeptem fugient à facie tua.
Et breuiter omni die patimur calumniam,& a ſpiritualibus
& cēporalib.inimicis,& nullus eſt,qui liberet nos. Quia ad
litteram,domos noſtras,vineas & armenta,& boues, & aſi-
nos ſeculares rapiunt,vxores noſtras.i. eccleſiam & benefi-
cia alieni,i.ambitioſi & ſimoniaci auferunt a nobis,& cum
eis dormiunt,& aduenæ,qui nobiſcum conuerſantur,i. lai-
ci minoris ſtatus homines ſuper caput noſtrorū aſcendunt,
& nos ſibi ſubijciūt & ſubmittunt, quæ.ſ.omnia peccata no
ſtra faciunt.Vnde Eze.23.Scelus tuum & fornicationes tuæ
fecerunt tibi hoc.¶Vel dic alio modo,quòd iam in eccleſia
cælum.i.Deus noſter eſt æreus.i. durus & ſiccus per ſuæ gra-
tiæ ſubtractionem.Terra.i.populi ſubditi, uidentur ferrei,
per obſtinationem & indeuotionem.Pluiua, ideſt doctrina
videtur puluerea & cinerea, per auaritiæ finalem intentio-
nem.Scientiæ.n.& doctrinæ eccleſiæ, quæ per pluuiam de-
ſignantur,puluereę ſunt,inquantum.ſ.ad aggregandum pul
uerem diuitiarum ordinantur,ut patet de ſcientijs ciuilibus
& mūdanis.Ita quòd eccleſia iam poteſt dicere illud. Iob 7.
Ecce nunc in puluere dormio.¶Vel etiam per puluerem ac-
cipere poſſumus bona temporalia, quia.ſ. ita eſt quòd tota
pluuia,i.tota conſolatio noſtra eſt in puluere acquirendo,
& terrenorum cinere colligendo.Eſa.56.Serpenti puluis pa
nis eius.Quid plura?Iam videmus quòd in eccleſia prædica-
tores multum ſemen bonæ doctrinæ ſeminant, parum ta-
men de fructu ſalutis animarum reportant. Multas habet
eccleſia oliuas & vineas, ideſt multos diuites pingues, qui
tamen oleum eleemoſynarum, & vinum conſolationum

alijs non diſtillant. Vnde Abacuch 3. Non erit germen in C
vineis. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.
¶Moralitatum libri Deuteronomij Finis.

MORALITATVM
Liber ſextus ſuper Ioſuæ.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Miſit igitur Ioſuę filius Nunde ſethim duos uiros
explora. Moralitatum Cap. 1.

QVm mortuo Moyſe,Ioſuæ factus princeps populi iſ
raelitici populum per Iordanem vellet traducere
in terram promiſſionis,& ante omnia proponeret
ciuitatem hiericho deſtruere, miſit illuc certos ex-
ploratores.Qui cum à rege ciuitatis quærerentur ad mortē,
Raab meretrix ipſos in domo recepit, & ſub ſtipula lini ip-
ſos inſolatio abſcōdit,& ſic inueſtigantes illuſit, & ipſos fu
giſſe diſſimulās,ipſos perſequi perſuaſit.Quib.factis explo-
ratores montana aſcenderunt, & ibi triduo ſteterunt & tan
dem redeuntib.alijs perſecutorib.& non inueniētib.eos,ip
ſi ad Ioſuæ ſine periculo redierunt.Vñ quia Raab iſtos ſalua
uerat,ſignum ſibi dederunt,q̄ qñ caperetur ciuitas, funicu-
lum coccineum in feneſtra domus ſuæ poneret, & ſecum fa
miliam & amicos aggregaret,& ſic ſe & ſuos a periculo li-
beraret.Quod vtiq; factum eſt.Quia ſicut dī.Ioſ.6.Cum ca-
peretur ciuitas,uiſo fune ad feneſtram eius pendente, non
fuit combuſta, ſed ipſa cum amicis fuit liberata, & ad Dei
populum in perpetuum aggregata.¶Allegoricè Moyſes ſi-
gnificat legem,Ioſuæ Ieſum.Hiericho, qui interpretatur lu-
na ſignificat defectibilem mundum,exploratores prædica-
tores.Iordanis baptiſmum. Terra promiſſionis paradiſum.
Raab vero meretrix eſt anima vel gentilitas peccatrix. Fu-
nis uero coccineus ſignificat paſſionem Chriſti vel eius ſan
guinem rubicundum. Dico ergo quòd Moyſe mortuo,i.le-
ge ceſſante, Ioſuæ filius Nun.i.Ieſus filius Dei patris regimē
populi iſraelitici. i. populi fidelium aſſumpſit. Quem.ſ. per D
fluuium iordanis.i.per baptiſmum in terram promiſſionis.i.
in paradiſum traducere deſtinauit. Veruntamen, quia pro-
phana ciuitas Hiericho.i. mundus & malorum hominum
congeries, iſti fideli populo dabat impedimentum, voluit
ante omnia ciuitatem iſtam tollere, congeriem malorum
deſtruere,& ſic eos, quantum ad eſſe infidelitatis & pecca-
ti, penitus extirpare.Vnde in Prouerbio.12.Verte impios &
non erunt.Et ideo exploratores iſtius ciuitatis ideſt Apoſto
los & prædicatores miſit,quos Raab meretrix,ideſt gentili-
tas per credulitatem,& fidem ſuſcepit,& eos,ideſt ipſorum
doctrinā ſub ſtipula lini.i. ſub cordis humilitate celauit, &
tandem quia iſtos receperat, & eis dederat funem rubeū.i.
memoriam ſanguinis,& paſſionis Chriſti in feneſtra cordis
ſui ſuſpendens, ſe & ſuos ab æternæ damnationis interitu
liberauit.Exo.12. Non ſine percuſſorē ingredi viſo ſangui-
ne in ſuperliminari domos lædere. Iſti tres exploratores.i.
ſancti prædicatores,a ſpiculatorib.i.à dæmonib.& tyrannis
liberati & ſaluati fuerunt, dum montana.i.vitæ contempla-
tiuæ eminentiam aſcenderunt, & dum ibi per tres dies.i. p
tria religionis vota contra triplicem mundi concupiſcen-
tiam permanſerunt,quia re vera prædicator vel religioſus
ab hoſtib. ſpiritualibus eripitur, cum per tria vota religio-
nis ad montem perfectionis eleuatur.Ideo bene dī Gen.19.
Non maneas in omni circa regione, ſed in monte ſaluum
te fac. ¶Vel dic moraliter,q̄ dum Ieſus ſaluator noſter ci-
uitatem diaboli, & congeriem vitiorum vult in nobis de-
ſtruere,& per iordanem.i.per fluuium lachrymarum nos ad
terram promiſſionis.i.ad contemplationē paradiſi traduce-
re, ſolet prius exploratores ſuos.i. bonas inſpirationes ad
ciuitatem cordis mittere. Hos ergo qñ Raab meretrix.i.vo-
luntas peccatrix recipit,& ſub ſtipula lini.i.ſub humilitate,
& puritate cuſtodit,& ad montana contemplationis tranſ-
mittit,& ibi per tres dies.i.in fide,ſpe & charitate ipſos ma-
nere præcepit,ſatellites regis hiericho.i.motus malos,& tē
tationes,qui iſtos bonos exploratores .i.bonas affectiones,
& inſpirationes occidere quærunt, cautela ſalubri deludit.
Quapropter iſta tandem oſtenſo fune coccineo ſeu rubeo

ideſt

E ideſt recordato diuinæ paſſionis myſterio, ſeipſam à morte pœnæ & culpę defendit, & ciuitas hierico in qua ipſa manſerat.i.vitiorum congeries, Dei virtute deſtruitur atque perit. Vnde Apoſtolus. Heb. 11. Fide Raab meretrix non perijt ſuſcipiens exploratores cum pace &c.

CAPITVLVM TERTIVM TEXTVS.
Igitur Ioſuæ de nocte conſurgens mouit caſtra.
Moralittum Cap. 2.

AD hoc q̃ filij Iſrael terram promiſſionis intrarent, iordanem fluuium neceſſario tranſire habuerunt, ſed ſic virtute diuina factum eſt quòd dum ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pedes ſuos merſerũt in alueo, ipſa aqua ſiccata eſt per tranſuerſum, retroceſſeruntq́ue aquę ſuperiores, & à fluxu ſteterunt. Aquæ vero inferiores in mare mortuum deſcenderunt. ¶ Fluuius iordanis, qui interpretatur riuus iudicij, ſignificat religionis vel eccleſiæ ſtatum, in quo quilibet tenetur ſeipſum tanquam in riuo purificare, & tanquam in iudicio examinare, & ad pœnitentiam condemnare. Apoſtolus. 1. Cor. 11. Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Sic ergo, fit q̃ filij Iſrael religioſi & clerici, qui Dei patris ſpirituales ſunt filij, qui in terram promiſſionis, ideſt in paradiſum tranſire volunt, & ideo per iordanem religionis tranſeunt, & per ſiccitatem pœnitentiæ, veſtigia ſacerdotum, ideſt ſanctorum patrum, qui arcam fidei catholicæ detulerunt ſequentes, diuinę prouidentiæ ſe cõmiſerunt. Sed pro certo iſta eſt veritas, quòd cum in iſto flumine, ideſt eccleſia vel religione ſint multæ aquæ, ideſt multæ perſonæ, quia ſicut dicitur in Apocalyp. 18. aquę multę ſunt populi multi, quidam.ſ. ſuperiores, ideſt boni & iuſti, quidã inferiores, ideſt mali, ſic fit quòd ſuperiores & iuſti dum in iſto flumine, in fluxu.ſ. mortalis vitæ ſtant, in ſeipſis retrocedunt, & manent, & fluxum malorum ſuorum appetituum cohibent, & refrenant, & ſic in dulcedine deuotionis, & gratiæ ſemper manent. Pſalm. 11. Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Inferiores vero aquæ, ideſt mali, & carnales, religioſi & clerici non ſolent ſtare, ſed fluere, & fluxui ſuorum F deſideriorum nõ reſiſtere, ſed obedire, & ideo ad mare mortuum, i.ad amaritudinem peccati, & inferni ſolent deſcendere, & ibidẽ corde, & corpore declinare. Vnde Ezec. 47. Aquæ iſtæ, quæ egrediunt ad riuulos Zabuli orientalis, & aſcẽdunt ad plana deſerti intrabunt mare. ¶ Vel dic q̃ iordanis ſignificat fluxibilitatem huius mortalis vitæ vel etiam iſtum mũdum, in quo ſunt duo genera aquarum, ſ. ſecularium populorum, quidam videlicet ſuperiores boni. Alij inferiores carnales & mali. Primi igitur ſunt boni actiui, qui ſtant, & in bono perſeuerant, & gratiæ dulcedinem in ſe ſeruant. Secũdi ſunt carnales, & mali, qui ad mare peccati, & tandem inferni defluunt, & declinẽt. Sed pro certo ſacerdores virtute arcæ fœderis, quam portant, ideſt ſancti patres virtutæ ſanctæ fidei, & regulæ, quam obſeruant, necnon filij Iſrael, ideſt boni religioſi & clerici, qui poſt eos ſub eadem profeſſione perambulant, inter iſtas duas aquas, id eſt inter bonos, & malos ſeculares mirabili diſtinctione, per ſiccitatem religionis vel pœnitentiæ ſeu etiam paupertatis ſiccitatem trãſeunt, & pedes ſuarum affectionum in iſto mundi flumine p aquam.i.malam complacentiam non immergunt, ſed ad terram promiſſionis.i.ad vitam ſpũalem, & æternam, ſic eo veſtigio vltra protendunt. Vnde dr. Exod. 14. Diuiſa eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per mediũ ſicci maris, eratq; aqua quaſi murus à dextris & à ſiniſtris. ¶ Vel dic q̃ iordanis riuus diẽ iudicij ſignificat, vbi pro certo arca teſtamenti Chriſtus mirabilem diuiſionem faciet, & diſtinctionem inter aquas ſuperiores & inferiores.i.inter bonos, & malos, quia .i.alios faciet ſurſum cum angelis in gloria ſtare, alios vero faciet in amaritudine inferni deſcendere. Et bonos ſeruabit ne defluant, malos vero compellet, vt corruant. Vnde tunc poterit dominus dicere populo iuſto, & populo peccatori illud Deu. 28. Ipſe aſcendet ſuper te, & erit ſuperior, tu aũt deſcendes, & eris inferior. ¶ Vel dic q̃ iordanis ſignificat baptiſmum, per quem.ſ. neceſſe habent trãſire, qui terram paradiſi cupiunt poſſidere. Sed vere de aquis fluminis .i. de iſtis, qui baptizantur in baptiſmi flumine, boni & ele-
Ai dulcedinem gratiæ cuſtodiunt, reprobi vero in amaritudinem peccati tranſeunt, ita q̃ illi tanquam ſuperiores ſtant in gratia, mali vero ſicut inferiores deſcendunt ad mare naufragia, hoc eſt ad mundi delectabilis, & ad vitiorum flagitia, & finaliter ad inferni amaritudinem, & ſupplicia. Allega vt ſupra. ¶ Vel ſi vis dic q̃ dum ſacerdotes .i. viri eccleſiaſtici, & prælati ſub arca teſtamenti Chriſto per deuotionem, & orationem aſſiſtunt, populi ſubditorum aquarum fluxus, & ſeculi periculum non incurrunt. Sed dum ipſi de fluuio exeunt, tunc aquæ iſtæ ad curſum communem, & ſolitum reuertuntur, quæ per eorum pœnitentiam arcebatur. Multum.n. proficit præſentia bonorum in ſtatu periculi. Iplorum enim meritis quandoque prohibentur aquæ tentationum, & tribulationum qui ſi præſentes non fuerint, ſtatim fluent.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Quibus tranſgreſſis, dixit dominus Ioſue. Elige duodecim viros. Moral. Cap. 3.

FIlij Iſrael tranſacto iordane ad terram promiſſionis procedentes, Ruben, Gad, & Manaſſes, ſicut promiſerant, ceſſerunt, ipſi vero filij Iſrael duodecim lapides de medio aluei per duodecim viros ſingulorum tribuum ſuſtulerunt, & in loco caſtrorum depoſuerũt, & ibi in ſignum ſiccatio danis, & facti miraculi conſtituerunt, & alios duodecim lapides loco iſtorum in loco, vbi ſacerdotes cum arca ſteterant, tranſeunte populo ad perpetuam rei memoriam poſuerunt. Tandem vero ſicut hic dicitur cap. ſequenti, lapideis cultris circunciſi fuerunt, & paſcha celebrauerũt. Omnes.n. qui in deſerto nati fuerant, in circunciſi erant, & propter hoc ante terrę promiſſionis obtentum, & poſt iordanis tranſitum à Ioſuæ circunciſi fuerunt. ¶ Iſta ponunturi ſanctis doctoribus allegoricè ſic. Ruben, qui interpretatur videns filium. Gad qui interpretatur accinctus. Manaſſes qui interpretatur obliuio, ſignificant Patres Sanctos noui teſtamenti, & veteris, qui.ſ. viderunt filium Dei per fidẽ & contemplationem, accincti fuerũt per obedientiam & bonioperis executionem, obliti.ſ. mundi per temporalium contemptum & abdicationem. Pſal. 44. Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Iſti ſunt igitur, qui armati virtutibus filios Iſrael ideſt fideles Chriſtianos ad terram promiſionis, ideſt ad cœli gloriam præceſſerunt, & viam ſalutis aliis oſtenderunt. Vnde iſti ſunt, qui dixerunt. Nu. 32. Nos ẽ armati, & accincti pergemus ad bellum ante filios Iſrael, donec introducamus eos in loca ſua. Duodecim uero lapides ſignificant duodecim fidei articulos de alueo ſacrę ſcripturæ aſſumptos, qui pro tanto lapides dicuntur, quia ipſi tota fidei machina fabricatur, & ſuper ipſis ſtrictura virtutum omnium tanquam ſuper fundamenta ſolida fituatur. Vnde iſta eſt ciuitas, quæ habebat duodecim portas, quæ ſtãt ex duodecim lapidibus præciofis, & nomina duodecim Apoſtolorum in eis ſcripta erant, vt dicitur in Apocal. 21. Lapides alij duodecim loco iſtorum in fluuio repoſiti, ſignificant doctorum fideliũ expoſitiones, & libros ſacrę ſcripturæ fluuio fidei additos, & adiunctos. Dico igitur, quòd tranſacto iordane.i. recepto baptiſmo, ſi terram promiſionis, id eſt paradiſum acquirere uolumus, neceſſe eſt, quòd rubeã, Gad & Manaſſes ideſt patres ſanctos, & bonos prælatos prę deceſſores habeamus, & quòd eorum exempla, vitam, & veſtigia retineamus, necnon quòd duodecim lapides, ideſt duodecim fidei articulos, quos ſcilicet duodecim viri ideſt duodecim Apoſtoli de ſcripturarum alueo extraxerunt, fide & opera aſſumamus, & quòd noſipſos cultris lapideis, id eſt duris pœnitentiæ operibus à vitijs circuncidamus, & oportet quòd paſcha euchariſtiæ, id eſt corporis Chriſtiaſumptionem loco, & tempore celebremus. Sic enim terram iſtam obtinere poterimus, & à Ioſuæ, id eſt a Ieſu ſaluatore poſſeſſionem, cœleſtis gloriæ capere. Deuteron. 3. Iordanem vos tranſibitis, & poſſidebitis terram egregiam. ¶ Vel dic moraliter, quòd ad hoc, quòd homo ad terram promiſſionis, id eſt ad uitam ſpiritualem tranſacto iordane, ideſt contempto ſeculo perueniat, neceſſe eſt, quòd duodecim articulos fidei credat, & quòd per continentiam carnem circuncidat, & paſcha ideſt ſacramenta altaris celebret & aſſumat.

ACAPITVLVM V TEXTVS.
Poſtquam ergo audierunt omnes reges amorreorum.
Moralitatum Cap. 4.

DE populo quomodo, vbi de fructibus terræ comederunt, manna eiſdem defecit &c. Vide ſupra Exod. 16. vbi expoſui. Et quod hic agitur de celebratione paſche vide ſupra Num. 9. vbi de quadruplici paſcha inuenies. Hic habes, q̃ cum Ioſuæ vidiſſet angelum euaginato gladio, ipſum eſſe angelum non recognouit ſtatim, immo an noſter, an aduerſariorum eſſet, primitus inquiſiuit. Qui ſtatim ſe eſſe principem exercitus domini aſſeruit, & calciamenta de pedibus ſolui iuſſit, dicens. Solue (inquit) calciamenta de pedib. tuis, locus, in quo ſtas, ſanctus eſt. ¶ Sic vere quando aliquis angelus.i. aliqua affectio, cogitatio vel inſpiratio nobis de nouo apparet, non ſtatim debemus ſibi credere, nec ipſam recipere, ſed primitus ipſam debemus examinare, & diſcutere, ne forte angelus ſathanam in angelum lucis, i. ne forte mala imaginatio in bona ſe ſtuduerit transformare. Sub igitur dicendũ eſt, an noſter eſt, an aduerſariorum? &c. Et ſi nobis innotuerit, q̃ non angelus domini fuerit, & ſancta cogitatio vel ſanctum propoſitum, ſic ſtatim debemus eis obedire, & calciamenta vitiorum & carnalium affectionum à pedibus abdicare, vnde dicitur. 1. Io. 4 Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus an ex Deo ſunt. ¶ Vel dic, q̃ angelus eſt noſter amicus, qui pro certo ſtatim non eſt ad amicitiam recipiendus, ſed ante omnia examinandus, & probandus, & ne forte aduerſarius ſub amici ſpecie recipiatur, ante omnia eſt perſcrutandus, vnde dicitur. Eccleſiaſtici. 9. Si habes amicum, in tentatione poſſide eum, & non facile credas teipſum ſibi. ¶ Hic vir dicitur, quod cum guſtaſſent filij Iſrael de fructib. terræ, manna defecit, inueni notatum per magiſtrũ Stephanum de longotono, quòd filij Iſrael triplici cibo vſi ſunt, ſ. farina conſperſa in exitu de Aegypto. Exod. 12. Item manna de cœlo deſcendente. Exod. 16. Item de fructibus terræ promiſſionis in deſerti termino, de quo hic. ¶ Sic vero boni generaliter vtuntur triplici cibo ſcientiæ, & primo farina ſublata de Aegypto, hoc eſt ſcientia philoſophica, quæ ab ipſis Aegyptijs, ideſt ab ipſis paganis philoſophicis eſt inuenta, & de Aegypto, ideſt de mundo ad nos trãslata. Manna in deſerto, hoc eſt ſcientia theologica, quæ de cœlo fuit deriuata & inſpirata. Item fructus terræ promiſſionis, hoc eſt ſcientia beatifica quæ ſcilicet habetur in terra promiſſionis, ideſt Paradiſo. Iſti ergo ſunt tres panes, de quibus dicere poſſumus amico noſtro Chriſto illud Lucæ 11. Amice, accommoda mihi tres panes. Manna enim (proutáit) proprie facram ſcripturam ſignificat, quia ſicut ille cibus omnem ſaporem habebat, vt dicitur in lib. Sap. 16. Sic ſcriptura omnẽ virtutem contra peccatum continet atque ſeruat. Vnde ſi auarus es, lege ibi. Prou. 3. De ſubſtantia tua da pauperibus. Si luxurioſus, lege ibi. Lu. 12. Sint lumbi veſtri præcincti. Si iracundus es, lege ibi. P. 36 De ſiue ab ira, & dimitte furorem. Si mendax, lege ibi. Eccl. 7 Noli mentiri omni mendacium. Si ſuperbus, lege ibi. Eccl. 3. Quanto maiores, humilia te in omnibus. Et ſic de aliis, quia breuiter illud manna in omnem ſaporem vertitur, inquãtum in ipſa contra omnia peccata remedium inuenitur. Vnde dicitur Sap. 7. Habens omnem virtutem, & omnia proſpiciens. Vel dic quòd iſti tres fibi ſignificant pœnitentiam, gratiam, & gloriam. Pœnitentia enim eſt ſicut farina, quæ aqua lachrymarum aſpergitur, quando primum de Aegypto ideſt de peccato exitur. Pſalm. quadrageſimoprimo Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Gratia vero eſt manna, quæ de cœlo mittitur, dum in hoc deſerto viuimus. Vnde Sapien. 16. Panem de cœlo præſtiſti eis &c. Gloria vero eſt fructus terræ, qui in terra promiſſionis, ideſt in Paradiſo guſtatur, & comeditur, de quo dicitur Luc. 14. Beatus, qui manducat panem in regno cœlorum.

eam portantibus ciuitas ſeptem diebus & voce ſubmiſ- C
ſa, & tacite à populo circumiretur. In die vero ſeptimo ciuitatem ſeptem vicibus circumirent, & ſeptem tubis fortiter claugerent, & alta uoce omnes pariter ulularent, & promiſit, quod ſic muri hierichó funditus corruerent, & ciuitatem delerent, & ipſam igne comburerent, & in cinerem commutarent. Precepit etiam dominus, quòd nullus aliquid de bonis ciuitatis ſibi acciperet, ſed potius omnia anathematizaret, & reſpueret, ſed aurum, & argentum, & eſs illius ciuitatis in theſauros domini conſecraret, quæ tamen prius igne deteret, & purgaret. Mandauit etiam, quòd illa ciuitas amplius non reædificaretur, atque maledictionẽ ſubiungens, nunciauit quòd ſi quis eam reædificare præſumeret, in primogenito ſuo fundamẽta eius iaceret, & in nouiſſimo liberorum portæ ipſius complerentur. 3. Regum 16. Quod ad litteram factum eſt, quia dum Ahiel ciuitatem iſtam reædificauit, fundamentum eius ponendo, primogenitum ſuum perdidit, & dum valuam in portis poneret, nouiſſimum liberorum amiſit. ¶ Moraliter hierichó, quæ interpretatur luna, ſignificat illam diaboli ciuitatem, & ipſius habitaculum ſpirituale, quod ſibi conſtruitur in conſcientia peccatorum, hoc eſt dictu congeriem vitiorum in qua ſcilicet diabolus ponit vitia ſicut ciues, ponit malas excuſationes ſicut muros. Ponit malos appetitus ſenſuum ſicut portas, quæ.ſ. proprie hierichó dicitur, eo quod ad modum lunæ ecliplim & defectum luminis gratiæ ſæpe patitur, & eo quod pignorantiam multotiens obſcuratur. Vnde dicitur Ezec. 24. Ve ciuitati ſanguinum ollæ, cuius rubigo in ea. Iſta eſt igitur nefanda ciuitas, quam dominus mandat omnino deſtrui, & quam non vult perpetuo reædificari. Et ideo ante omnia neceſſe eſt, ſi ipſam uolumus deſtruere, & eam per ſeptẽ dies circumeamus ideſt quòd per iordanem ſeptem moraliũ peccatorum, ipſam conſcientiæ uel animæ ciuitatem conſiderando ſecretæ videamus, & quòd in iſto circuitu noſtro arcam domini ideſt charitatem uel gratiam uel etiam ſpem veniæ deferamus. Vnde Eſa. 23. Surge, circumi ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Quod cum factum fuerit, neceſſe eſt vt ſeptemplici tuba.i. ſeptemplici genitu pro ipſis ſeptẽ moralibus peccatis perſonemus, & quòd per confeſſionem vo D
caliter vlulemus, & quòd tãdem muris ideſt omnibus excuſationibus vitiorum corruentibus, & ceſſantibus, ipſam ciuitatem impiæ voluntatis, per ſatisfactionem penitus deſtruamus, & igne pœnitentiæ comburamus, & in cineribus redigamus ideſt quòd nos conuertendo in cinerem cogitemus. Vnde Iob 42. Ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in faulla & cinere. Et quòd etiam per recidiuum peccati ipſa ſ. nunquam amplius reparemus. Qui enim iſtam ciuitatem ideſt ipſam vitiorum congeriem in ſeipſo recidiuando reparat, graue ſalarium inde reportat, quod videlicet primogenitum ſuum, ideſt corpus, & vltimo genitum, ſcilicet ſpiritum damnat. Vnde Eſaiæ 25. Non ſit vltra ciuitas, & in æternum non reædificetur. ¶ Vel dic, quòd primogenitus eſt gratia baptiſmalis, vltimogenitus eſt vltimum remedium, ideſt pœnitentia, vtranque igitur homo perdit, dum ciuitatem hierichó ideſt vitiorum congeriem reædificare intendit. ¶ Vel dic, quòd illius ciuitatis diabolicæ, ſcilicet congeries vitiorum uel conuerſationis mundanæ fundamentum eſt mala, intentio, vel mali operis inceptio. Aedificatio vero portarum eſt operis conſummatio. Cum igitur homo habeat duos liberos. ſ. gratiam, primogenitum, & pœnitentiã vltimum, conſtat q̃ gratia tunc amittitur, quãdo ciuitas diaboli ideſt congeries vitiorum concipitur, vltimogenitus vero ideſt pœnitentia tunc moritur, quando cũ obſtinatione vitia conſummuntur. Vel dic allegorice, q̃ hierichó eſt mundus, qui fluit & reflait ſicut luna. Iſtum igitur voluit dñs quãtum ad malas ſuas conditiones deſtruere, & ideo populum cum arca ideſt ſubditos & prælatos præcepit per conſiderationem circa ciuitatem iſtam & malas conditiones ipſius circumire. Vnde in Cant. 3. Surgam, & circumibo ciuitatẽ. Et tubicines etiam ideſt prædicatores & ſanctos ordinauit contra eã proclamare, quorũ clamor, oratio & prædicatio muros ideſt philoſophos, & mundi defenſores facit, quandoque corruere, & eos conuertendo cadere, & ſic facimus populos ſubditorum contra ciuitatem iſtam ideſt contra mundum & mundi vitia prænalere. Iſta igitur eſt ciuitas cu-

B ius bona non sunt concupiscenda,nec à filijs Israel.i.à viris
ecclesiasticis & christianis affectanda,sed potius anathema
tizanda & detestanda,nec etiam ipsa ciuitas.i.ipsa mũdana
vitia,cum destructa,i.amplius reparanda.Psal. 28. Destrues,
illos,& non ædificabis eos. Qui.n.ciuitatem hiericho.i.secu
larem cultum in ecclesia reædificat,primogenitum.s. natu
ram & nouissimum liberorum suorum.i.gratiam perdit spi
ritualiter & necat. ¶Aduẽrte tamen q aurum, & argentum,
ferrum & es,quæ inuenta sunt in ciuitate,non sunt repudia
ta,sed in thesauris domini consecrata,quia.s.aurum philo
sophicæ sapientiæ,argentum eloquentiæ, ferrum & æs ciui
lis seu terrenæ scientiæ,non ex toto repudiantur. Veruntа
men in thesauris domini consecrari iubentur, quod fit qñ
istæ sciæ ad Dei laudem & gloriam ordinantur,& ad regimẽ
ecclesiæ vel ad animarum salutem spiritualiter reducunt,
& quando à vanitate & inani gloria,quæ talibus annexa est
igne spiritussancti expiantur. Vnde Eccl. 28. Argentum tuum
& aurum tuum confla. De Raab autem liberata vide supra c.
2. ¶Vel dic q ciuitas huius mundi totaliter corruet, quan
do in septimo die idest in septima ætate tubarum an
gelicarum sonitus. ¶Vel dic q dum tuba prædicationis se
premplicis.i.contra septem vitia auditur,tunc hiericho.id
est peccator concutitur,& muri excusationis suorum vitio
rum soluũtur,& sic filij Israel,i.bonæ affectiones & virtutes
ingrediuntur,& aurum & argentum.i. ipsius peccatoris sa
pientia,& eloqnentia à domino consecrantur, & ad laudẽ
fidei ordinantur,sicut apparuit de Dionysio & alijs philoso
phis conuersis, quorũ sapiẽtia & eloquentia proficit chri
stianis,iõ de tali tuba & taliũ conuersione dicit apostolus.
1.Cor. 15. Canet.n.tuba,& mortui resurgent incorrupti.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Filij autem Israel præuaricati sunt mandatum. Moralitatum Cap. 6.

CVm dominus præcepisset, quòd nullus de bonis hieri
co aliquid caperet,sed potius omnia tanquam anathe
matizata & execrata refutaret,Achã quidam de filijs Israel
cupiditate ductus,regulam auream & pallium coccineum
F retinuit,& abscondit,propter quod peccatum populus Is
rael contra Hay pugnaturus,& succubuit,& fugiens retro
cessit,quapropter idem Achan cum sortibus deprehensus
fuisset,ex Dei mandato lapidatus fuit, bona vero eius om
nia vorax flamma consumpsit. ¶Sic cũ dñs filijs Israel.i.religi
osis & ecclesiasticis prohibuerit ne bona Hierico.i. mũdi
diuitias,& vitia concupiscant,sed potius,q ipsa tanquã in
terdicta repudient & contemnant,semper est ibi Achã,qui
interpretatur conuersio.i.ipsi sunt ibi aliqui impii, & peruer
si,q.s.auream regulã.i.mundi diuitias,& possessionem pau
ritiã furant,& pallium mundanæ conuersationis per luxu
riam assequuntur,sicut ad litteram patet de propriẽtariis re
ligiosis & luxuriosis,qui.s. auaritiam & luxuriam suam ab
scondere conant,cũ tñ dicat scriptura Prou. 28. Qui absco
dit scelera sua,nõ dirigẽt in terra. Sæpe igit fit q pp pctũ tã
lium,q hodie cõtra mandatum dñi mundi bona & vitia re
tinent,& auaritiæ & luxurię studeant,oẽs filii Israel.i.oẽs ec
clesiastici multa dãna sustinẽt. Et viri Hay,i. seculares cõtra
eos pualẽt,quapropter pro certo isti in valle inferni lapida
ri merent,& oia bona eorum.i.corpus & aia igne perpetuo
condemnant. Vñ Eccl. 7. Vindicta carnis impii,ignis & ver
mis. ¶Vel dic q Achã,qui interpretatur tẽtatio,est simonia
cus clericus vel religiosus,sicut dr in Prou. 15. Cõturbat do
mũ suã,q sectat auaritiã. Iste.n.qñq furatur,& simoniace,&
occulte acquirit regulã aureã.i.aliquã dignitem abbatiam re
gularẽ,& pallium coccineum.i.aliquam dignitatem episco
palem,archiepiscopalem,vel ecclesiam,pro qua tamẽ post
mortẽ in valle inferni merito lapidetur. ¶Vel si vis, allega
illud,q peccatum vnius est qñque ruina multorũ,quia.s.,p
pter peccatum Achan, multi de filiis Israel ceciderunt.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Dixit autem dominus ad Iosuæ. Moralit. Cap. 7.

IOsuæ volens superare regem ciuitatis Hay,& caperẽ ci
uitatem,posuit certos milites in insidiis, & aggressus est
ciuitatẽ. Cũ aũt rex cum exercitu suo sibi obuiam occurrit
set,dissimulauit se fugere, & sic ipsum regem cum popu
suo longe ab vrbe distraxit. Tandem vero clypeum erigen
signum insidiis fecit,quibus ciuitatem intrantibus,& se in
ter regem,& ciuitatem ponentib. ipsum cũ suo populo tru
cidauerunt. ¶Hoc inueni allegorice sic expositum. Iosuæ,q
interpretatur saluator,i. Christus, à principio regem Hay,i.
principem mundi diabolum debellare proposuit.i. prophe
tas cum suis occultis enigmatib. ordinauit. Tandẽ vero car
nem assumendo,se infirmum,& fugitiuum dissimulauit,&
se ab isto rege diabolo,& membris eius inuadi & crucifigi
permisit,sed tandem per resurrectionem reuertens,& fidei
scutum erigens suis fidelib. signum fecit, & sic de isto rege
diabolo triumphauit,& ciuitatem suam,s. gentilitatẽ igne
charitatis succendit, & ipsam per fidem spiritualiter occu
pauit. ¶Vel dic q iste rex significat mundi tyrannos, q nunc
contra Iosuæ.i.contra Christum, & bonorum exercitum ma
dacter progrediuntur,quos Christus nunc fugere,& pecca
ta eorum dissimulare videtur,& ipse etiam fidelibũ,& bono
rum exercitus tunc ab eis superatur. Sed pro certo isti non
aduertunt de cauda.i.non cogitant de insidiis, quæ latitant
post se,s.de morte,iudicio vel inferno,quia.s.finaliter Iosuę
idest Christus scutum pœnitentiæ suæ contra eos erigit, &
dictas insidias,quæ prius latuerunt, in publicum venire fa
cit,& ipse magno impetu contra eos profiliens temporali
ter & æternaliter eos punit,& eorum ciuitatem, statum &
magnificentiam destruit & confundit. Vnde dominus cõtra
tales videtur dicere illud Esa. 42. Silui,patiens fui, quasi par
turiens loquar,dissipabo,& absorbebo simul. ¶Iosue ædifica
uit altare domino de lapidibus impolitis,quos ferrum non
tetigit; etiam super illud deuteronomium legis scripsit; &
super illud holocausta & pacifica immolauit,& benedicen
dum legis factoribus,& maledicendum legis transgressori
bus,& tribus nobiles & ignobiles super montes ebal & ga
rizim ordinauit,sed omnia ista iam superius sunt moraliza
ta,s.de altari faciendo de lapidibus impolitis,& de benedi
ctionib.& maledictionibus &c. Deu. 28. Hoc solum adde hic
q altare istud continebat duo.s.scripturam interius sculptã
& sacrificia exterius oblata, significans quòd prælatus vel
ecclesiasticus,qui per altare intelligitur, debet habere inte
rius scripturam idest diuinæ legis scientiam, & notitiam;
exterius vero debet habere sacrificia, idest bonorum ope
rum opulentiam. Vnde Ezech. secundo. Erat liber scriptus
intus,& foris &c.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Quibus auditis, cuncti re. Moral. Cap. 8.

GAbaonitæ audientes quomodo Iosuę duas ciuitates de
struxerat, & q ex Dei mandato nulli personæ vel se
xui parcebat,& qvod ipsi erant de populo, quem dominus
occidi mandauerat,cogitauerunt quomodo callide confę
derarent se sibi. Acceperunt igitur vtres veteres, & panni
veteribus,& antiquis calciamentis se induerunt,panẽ com
minutum & siccum in suis cistarciis habuerunt,& sic de ter
ra lõginqua se venisse,pacem cũ ipsis q̃rere ex his p̃sumptio
nib. cõfixerunt. Quapropter pactũ cũ eis de ipsis nõ occidẽ
dis Iosuæ,& filii Israel fecerunt,& iurauerunt. Veruntũ cau
tela cognita de pacto,& iuramẽto,pœnituerũt,quapropter
nõ ipsos socios,sed seruos hñe voluerunt,& ad cedenda li
gna,p sacrificiis,necnon & ad aquam portandum ipsos p
petuo ordinauerunt,& eos nathinneos appellauerũt, & sic
sub iugo suo viuere pmiserũt. ¶Isti Gabaonitæ signant hypo
critas,q re vera sunt de illis,qui à dño exterminari mãdant,
& q cum filiis Israel.i.cum bonis in ecclesia vel Paradiso pa
cẽ hñe & hæreditatẽ vetant,& q à Iosuæ.i.à bono p̃lato reci
pi vel diligi prohibẽtur. Vnde Iob. 17. Innocens cõtra hypo
critam suscitabit. Sed quid? Pro certo isti inueniunt modum
mirabilem secum Iosuæ,i.cum prælatis,& filiis,i. cum viris
iustis confederandi. Vadunt enim ad eos adulando, dicen
tes. De terra longinqua venimus serui tui, pacem vobi
scum facientes, & facere cupientes. Assumunt enim ue
stes veteres, idest prętendunt humilitatem in conuersa
tione. Calciamenta, idest prætendunt maturitatem in pe
dibus, idest in interiori affectione. Panes siccos, idest prę
tendunt

A tendunt abstinentiam in cibo,& in refectione. Vires vete
res, idest prætendunt prudentiam, idest scientiarum exube
rationem. Quibus factis, ita fit, quòd in Iosuæ & aliorum.i.
prælati,& maiorum amicitiam recipiuntur, & q à punitio
ne liberi efficiuntur, dum boni ab omnibus existimẽt. Per
tales enim fictitias.i. dissimulationes, acquirunt sibi amici
tias principum,& populorum,& ideo bene dicũtur Gabao
nitæ,qui interpretantur valles mestitiæ,pro eo scilicet, q
isti mestos, & contritos se fingunt,& quia valles,idest humi
les se prætendunt. Veruntamen Iosuæ,i.bonus prælatus, qñ
ipsos,i.fictiones eorum deprehendit,debet ipsos ad seruien
dum alijs condemnare,& ne sint aliorum socij, seu ne hære
ditatem bonorum ecclesiasticorum cum filijs præcipiant,
præseruare,vt & sic qui dominari alijs mediante hypocrisi
quærunt,cogantur alijs subiacere. Vnde Iob 8. Spes hypocri
tæ peribit &c.

CAPITVLVM X TEXTVS.
Quæ cum Audisset Adonisodech Rex hierusalem. Moralitatum Cap. 9.

GAbaonitæ filijs Israel confœderati & tabernaculi vsib.
deputati,& a morte præseruati fuerunt, propter qđ
quinque reges gentiles contra eos surrexerunt, & eos de
struere,& debellare cum suis exercitibus tentauerunt. Qđ
timentes Gabaonitæ,auxilium à Iosuæ,& à filiis Israel inuo
cant. Qui statim accurrentes, aduersarios exterminant, &
ipsos quinque reges in spelunca occultari compellunt,vbi
cum saxis ingentibus ad os speluncæ denolutis,ipsos,vt nõ
Exeant includentes,mane in patibulis suspenduntur, & sic
gabaonitas liberant,& defendunt: veruntamen hic accidit
valde mirabile,quia.s.dum filii Israel in prælio contra reges
essent,& sol ad occasum appropinquaret,propter quod ne
nocte superueniente hostes euaderent Iosuæ dubitaret, ro
gauit dominum,ne sol ad occasum transiret,sol (inquit) cõ
B tra Gabaon ne mouearis,& luna contra vallem Haalon,qđ
& factum est, quia.s.sol & luna in locis suis in cœli medio p
vnius diei spacium steterunt,& sic obediente Deo voci ho
minis in diicandi in hostes spacium habuerunt,quapropter
diei lumine prolungato,hostes totaliter destruxerunt. Dñs
etiam lapidib. grandinis multos hostium interfecit,& sic nõ
solum lumen suis fidelibus præbuit,sed etiam ipsos iuuit mi
rabiliter,& etiam prorexit. ¶Dic q isti Gabaonitæ,qui inter
pretantur valles mestitiæ,significant pœnitentes,qui.s.debẽt
esse valles.i.humiles atq; depressi,necnon contriti, flebiles
atq; mesti,quia re vera vbi isti de nouo confœderatur cum
Iosuæ,& cum filijs Israel.i.cum Christo & angelis, statim as
sunt quinque reges gentiles,i.quinq; corporis sensus, q cũ
exercitibus diuersorum malorum appeticuũ ipsos debella
re nituntur. Quod videntes isti,statim debent ad Iosuæ & ad
filios Israel.i.Christum,& ad sanctos per orationem recur
rere,& eorum auxilium implorare. Qui re vera statim ade
runt & venient, & istos quinq; reges.i. quinque corporum
appetitus in spelunca humilitatis & propriæ confideratio
nis recludente & os spelunceæ.i.cor cum saxis.i.cum cõsidera
tione Dure Dei sententiæ & iustitiæ obstruent & tandem
eos per contemplationem suspendent,& solem diuinæ gra
tiæ,& lunam diuinæ misericordię continue astare facient,
& sic exercitib. vitiorum & tentationum deuictis,gabaoni
tis.i.ipsis pœnitentib. pacẽ reddẽt. Bonum est igitur à Iosuę,
qui interpretatur saluator.i. à Christo saluatore nostro, &
filiis Israel.i.à sanctis auxilium petere,quia re vera alias non
possumus ab hostib. spũalib. salui esse. Vnde dr. Prou. 18. Tur
ris fortissima nomẽ domini,& ad ipsam currit iustus,& exal
tabitur. Vel dic q Iosuæ,qui pugnat contra chananeos, est
vir iustus qui pugnat contra vitia,& contra malignos spiri
tus,qui reuera summe debet curare q sol & luna.i. Christus
& beata virgo sibi velint astare, & suæ gr̃æ lumen sibi mini
strare,vt sic possint quinq; reges.i.quinque sensuum concu
piscentiam cum exercitu vitiorum & dæmonum superare,
ne forte si nox peccati superuenerit,& lux gratiæ defecerit
non possit contra eos prœualere. Isti igitur inuocari & deuo
te exorari,statim voci hominis obediunt,& ad occasum ,p
cedere renuentes,sibi astant benigniter,& intendunt, & lu
men suæ gratię sibi non denegant, sed impendũt, & sic istis
C stantib. & astantibus isti hostes.s.tentationes, vitia & mun
dus,caro & dęmonia,necessario pereunt & succumbunt,&
maximè quando lapides de cœlo mittuntur idest quãdo spe
cialia adiutoria à Deo veniunt & descendunt. Vnde Abac.
Sol & luna steterunt in habitaculo suo,in luce sagittarũ tua
rum ibunt,in splendore fulgurantis hastę tuæ. ¶Vel dic q Io
suæ est prædicator,qui tunc contra hostes pugnat, qñ con
tra eos prædicat,sed quia noctem ignorantiæ,& culpę sum
me debet timere,& ideo solem & lunam.i.Christum & bea
tam virginem mariam debet ante omnia exorare, vt sibi ve
lint astare,& vt illa duo,quæ prædicatori sunt necessaria,s.
lucem scientiæ & solem gratiæ, velit ipse sol intelligentiæ
Christus,& ipsa luna rorifluæ miserię beata virgo sibi beni
gniter ministrare. Vnde in Gen. 37 Videbam solem & lunam
& stellas vndecim adorare me &c.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Quę cum audisset Iabin rex Asor,misit ad Iobab Regem Madan. Moralitatum Cap. 10.

IOsuę simili fortuna vigintiquatuor reges contra ipsum
congregatos in prælium,cum eorum exercitib. interfecit
& terras eorum obtinuit & possedit. Et dr ibidem, q domi
ni sententia fuerat,vt indurarentur corda eorum, & pugna
rent & caderet & non mererentur vllam clementiam acci
pere. ¶Illud potest allegari,qũo occulta Dei prudentia ope
ratur in reb. & quomodo corda hominum interius ab ipso
mouentur, & secundum sua demerita & infortunia dedu
cuntur,vt sic secundum sua demerita puniantur. Meruerãt
enim isti cum essent pessimi, interfici,& ideo cum iustum sit
veniam pœnitentib. indulgere, iusto Dei iudicio & occultẽ
factum est,q dum isti de virib. & multitudine p̃sumerent, q
cõtra Israel dimicantes ipsorum gladiis interirent,vt sic mi
sericordiam, quam non quęsierant, nullatenus inuenirent.
Forte.n. timore ducti veniam petiissent, nisi iusto Dei iudi
cio indurati fuissent. Ista.n. cõtinue perpendimus, qñ hoiem
obstinatum & induratum ad damnum suum currere cerni- D
mus,quod proculdubio ab occulta Dei iustitia fieri nullate
nus dubitamus. Vnde legitur Exod. 10. Indurauit autem do
minus cor pharaonis,& non dimisit populum &c.

CAPITVLVM XII TEXTVS
Hi sunt Reges quos percusserunt filij Israel & possederunt terram eorum. Moralitatum Cap. 11.

IOsuæ terram acquisitam filiis Israel distribuit,& in omni
bus tribub. Israel vrbes leuitis assignauit,sicut infra dici
tur. Postquã vero oia dispẽsasset,vltimo possessionẽ sibi ele
git. Sic verè bonus prælatus vel dispensator, dẽt bona sibi
cõmissa bonis psonis singulis ẽm statuum suorum exigentiã
diuidere,& nõ in primis,sed vltimis partẽ suã & suorũ acci
pere,ne forte videatur infideliter dispensare, & sibi maius
vel minus q̃ deceat retinere. In oi aũt tribu.i.in oĩ laicorum
patria vel cetu dẽt leuitis & ecclesiasticis habitationem assi
gnare vt q spũalia tribuũt possint de laicorũ.t.palib. vt cunq;
nutriri,& vt ẽt ipsi laici vbicunq; spũales viros inueniẽt, ab
eis possint instrui & doceri. Vñ Apls. 1. Cor. 9. Si nos spũalia
vobis seminauimus,nõ magnũ est si uestra tpalia metamus.
¶Vel dic q terras cordis nr̃i similis Israel.i. virtutib. habitãda
traditur,qñ chananei.i. vitia exinde penitus expelluntur.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
Igitur sors filiorum iustæ per cognationes suas. Moralitatum. Cap. 12.

CAleph vero uolens accipere ciuitatẽ Hebron, q̃ tres
gigantes.s.filii enachim inhabitabãt,edictũ & iuramẽ
tum proposuit,q qui prius vrbem percuteret & caperet,fi
liã eius Axã in uxorẽ haberet. Cępit ergo vrbem Othoniel
frater Caleph,& sic filiã eius in vxorem accepit. In quo pa
tet q Caleph magis iuramentũ q̃ legẽ seruari voluit. Cum
igitur Caleph ciuitatẽ pcussis trib. gigantib. filiis Enachim
possedisset, & filiam suã Axã proximo fratri suo maritasset,
suggesta à viro suo,& sedens in asino suspirauit,& terrã ir-

E riguam à caleph postulauit dicens. Terram arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Pater autem eius suspirijs annuens, sibi dedit irriguum superius & inferius. ¶ Caleph, qui interpretatur, quasi omne, Deum patrem significat, cui oē cor patet & omnis lingua loquitur. Othoniel frater eius, qui interpretatur signum Dei, significat Dei filium, qui etiam in scriptura dr̄ Dei signum. Esa. 7. Dabit dominus vobis signum. Ecce virgo concipiet filium, qui vocabitur emanuel. Axa, quæ interpretatur furibunda, significat animam rationalem, cui naturaliter inest furor iracundiæ & concupiscentiæ, nihilominus ista est ratione imaginis filia Dei patris. Hebron, qui interpretatur incantatio, significat mundum, qui. s. incantat, & decipit cor humanum. Enachim, qui interpretatur terribilis significat diabolum, cuius tres gigantes filii Enachim significant triplicem concupiscentiæ appetitum. Asinus vero laboribus deditus, significant corpus humanum. Dico igitur, quòd Caleph Deus pater à principio statuit & proposuit, quòd qui ciuitatem mundi caperet, & qui eam suæ fidei subiugaret, & tres filios Enachim diaboli, i. tria peccata principalia, s. luxuriæ, superbiæ & auaritiæ exinde tolleret, & deleret. Veruntamen, quia non inueniebatur aliquis cōueniēs ad illud opus, tam arduum faciēdum, nec ad salutem humani generis procurandam, oportuit ꝙ proprius filius, s. Iesus Christus filius Dei illud faceret, ciuitatemque mundi per fidem caperet, & destructis tribus prædictis gigantibus, ipsam patris dominio subiugare. Qui quia carnē assumēdo & crucem subeundo compleuit, ideo axam filiam Dei patris, ideſt animam humanam in vxorem accepit, & eam bellando cōtra gigantes hebron. i. contra mundum, & dæmones acquisiuit. Vnde dr̄. Oseæ 2. Sponsabo te mihi in fide. Et alibi Michol despondi mihi centum præputijs philistijm. 2. Reg. 30. Michol autem filia regis erat. Quid ergo? Pro certo ista axa. i. anima, sedens modo in asino corporis dum hic viuit, ad instinctum viri sui Chri debet à patre suo Deo spūale irriguū postulare, dicens. Terram arentem ideſt cor indeuotū & siccum dedisti mihi, iunge & irriguum, i. da mihi mentem humilem, & deuotam, & sic ipse pater suus Deus dabit sibi irri
F guum superius & inferius. i. deuotas lachrimas pro dilatione patriæ superioris, & pro incolatu miseriæ inferioris, vel pro bonis omissis, & pro malis commissis uel pro amissione gloriæ, & acqsitione infernalis pœnæ. ¶ Vel illud duplex irriguum, significat dulcedinem cogitationis in intellectu, dulcedinem dilectionis in affectu. Vel duplex irriguum, i. duplex gratia, s. superius, quod est amor Dei, & inferius, quod est amor proximi. Vel ista sunt visio deitatis, & visio humanitatis. Ista. n. sunt quædam irrigua, pro quibus habendis deuota Dei filia gemebunda suspirat, & ipsa toto corde desiderat, & affectatur. Vnde Iob. 3. Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquæ rugitus meus, &c. Et sic de ista filia, s. de aīa & de suis irriguis, poterit dici illud Hie. 31. Erit anima eorū quasi hortus irriguus, & vltra non esuriet. ¶ Vel possunt ista allegari, ꝙ iuramentum quandoque præfertur legi, & tolerabilius est quandoque frangere legis ordinationem, quàm proprij iuramenti fidem, vt patet, quia lex prohibuit ne frater filiam fratris acciperet in vxorem, Deus ēt mandauerat, quòd totus populus chananeorum deleretur. Et tamen hic habes ꝙ propter reuerentiam iuramenti caleph filiam suam fratri suo desponsauit. Ios. 9. Et sicut supra dictum est, populus Israel gabaonitis pepercit, & Ieptæ ēt si cut dr̄. Iud. 11. propriam filiam immolauit propter ipsius iuramenti reuerentiam. ¶ Vel dic ꝙ quilibet auditor verbi Dei debet esse sicut illa filia Caleph, quæ ad vocem, & exhortationem viri sui. i. prædicatoris, debet per confessionem gemere, & à patre suo duplex irriguum postulare, superius. s. gratiam pro prædicatore vt bene loquatur, & irriguum inferius ideſt gratiam pro quolibet auditore, vt bene recipiat bonum, quod ei prædicatur, & ideo pro isto duplo irriguo habendo rogabimus &c.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Cecidit quoque sors filiorum Ioseph ab iordane contra hierico. Moralitatum Cap. 13.

HIc in isto capitulo, & Iudicum fit mentio, quòd filij Israel ex toto chananeos non interfecerunt, sed eos secum viuere permiserunt, ipsos tamen sibi subiecerunt, & tributarios fecerunt, & sibi seruire coegerunt. ¶ Sic vere cum filii Israel ideſt viri iusti de terra mentis suæ elimare habeā omnes populos gētiles ideſt omnes acutos vitiosos & mortales, & sępe fit ꝙ omnes non possunt penitus extinguere, immo principalioribus vitiis interfectis, necesse est aliquos chananeos ideſt aliqua vitia in homine remanere. Constat autem ꝙ motus corporum ideſt iracundiam cordis, læuitatem operis, quæ quasi sunt connaturalia homini, non potest homo penitus abiicere ipsa, debet tamen rationis seruitio subiugare, & ipsa sibi seruire, compellere, & tributū vtilitatis impendere seu dare. Vitia enim quæ in nobis sentimus, nobis tributum, & vtilitatem impendunt, quando humilitatem & nostræ propriæ fragilitatis consideration in nobis generant, & inducunt, & quando de proprio casu nos esse timidos faciunt, & sic ab elatione & superbia no compescunt, vt sic iuxta doctrinam Greg. homo de virtutibus non superbiat, qui adhuc viuere in se hostes cōspicit, quibus vinci formidat. Et sic concludi potest, ꝙ Deus istos hostes nobiscum permittit viuere, vt discamus de propriis virib. non præsumere, sed potius in humilitate & timore manere. Ps. 58. Ne occidas illos, ne quando obliuiscantur populi mei. &c. ¶ Moralitatum libri Iosuæ finis.

MORALITATVM liber septimus Libri Iudicum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Post mortem Iosuæ, consuluerunt filii Israel dominum dicentes. Moralitatum Cap. 1.

FIlii iuda comprehenderūt adoni besech regem, absciderunt summitatem pedum & manuum eius, & captum in Israel deduxerunt. Qui statim dixit, ꝙ illud merito sustinebat quia hoc ipsum fecerat septuaginta regibus, qui colligebant sub mensa eius ciborum reliquias. ¶ Istud allega exemplariter, ꝙ in quo peccat quis, in hoc punitur, quia. s. sæpe diuino iudicio fit, ꝙ hō idem malum suscipiat ab aliquo, quod iniuste aliis impetrauit, iuxta illud. Sap. 11. Sicut fecit, facite ei. Hie. 50. ¶ Vel illud pōt allegari, qñ quilibet aliqd patitur, debet sua propria delicta recognoscere, & se iuste pati aduertere, & dicere illud. Ge. 24. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Est. n. cōsolatio patienti, qñ cogitat se digne pati. ¶ Vel dic, ꝙ multi tales reges videntur esse hodie in mundo, qui. s. de mensa diaboli reliquias. i. diuitias recolligunt, & ideo summitatem pedum & manuum. i. rectitudinem affectionum & operum perdunt. Et etiam dic ꝙ iudas est prædicator, vel prælatus, qui quando vult Adonisech regem. i. peccatorem cōprehendere, punire & corrigere, debet ipsum in extremitate manuum & pedum lædere, & præscindere, inquantum finem & extremitatem malorum suorum affectuum & operum debet ei ostendere, nec vitare, & extremitatem etiā pœnæ æternæ, quę ipsum expectat, verbaliter declarare, dicēs illud Prou. 14. Extrema gaudii luctus occupat, & poterit ipsum in Hierusalem. i. in statu grāe captiuare. ¶ Vel dic ꝙ extremitas est vana spes, q̄ de pedib. & manib. i. affectionib. & operib. sperare reportare, quam quidem vanam extremitatē dēt, prædicator homini præscindere & vanitatem præsumptionis ab affectib. & actib. suis resecare, vt ipsum possit in Hierusalem. i. in Paradisum humilem & obediētem habere.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Ascenditque angelus domini de galgalis ad locum flentium. Moralitatum Cap. 2.

DEiebuzeis & aliis infidelib. non interfectis, sed subtributo redactis, vide Ios. 17. De hoc ꝙ arguente angelo populum pro eo ꝙ chananeos non extirpauerunt, incepe runt flere vt ponitur hic. ¶ Quod utiq; ad hoc pōt applicari, ꝙ cū angelus. i. pdicator loquitur, & peccata nostra nobis improperat, peccator flere & penitere tenetur, trāseo illud ꝙ dñs ēt multos chananeos delendos relinquit, vt in ipsis filii Israel exercitarentur, vt factū armorū experirent, cū ēm

A Senecam, miserrima sit fortuna quæ inimico caret. ¶ Vel ad hoc pōt applicari, ꝙ vtile est qñq; hoī inimicos hr̄e, vt dum habeat quid timere debeat, discat se cautius custodire, & vt uirtutem suam possit contra eos exercere. Similiter præter mitto, sed vide in Exo. 14. vbi de hoc & Iosuæ 8. ¶ Eglon rex Moab pinguissimus opprimebat populum Israel uiolēter. Nam quia domino peccauerunt, tradiderat eos dominus isti regi, quia per Aioth filium sera, qui utraque manu utebatur pro dextera, volens liberare populum, fecit gladium ancipitem, & captis muneribus ad regem accessit, vt sic sub amicitiæ spē facilius ipsum regem occideret. Offert igitur regi munera, & ab eo gratiose recedit, sed cito post dimissis sociis solus reuertens, regem in æstiuo cubiculo reperit. Cui cum verbum secretum se velle ei dicere assereret rex vniuersos emisit. Quem Aioth solum intuens, ipsum gladio anticipi transfixit, & occidit, & clausis fortiter ostiis posteriorem partem domus fugit & tandem clangens buccina, moabitas plurimos interfecit. ¶ Istud potest allegari exempleriter, ꝙ ualde fatuum est cum inimico sonum remanere, & illum amicum credere, quem uiolenter afflixeris. Qñque. n. potuerit & uoluerit damna tibi dare, dato ꝙ ipsū uideas munera tibi offerre, & amicitiam simulare. Constat enim ꝙ si locum & tempus opportunum inuenerit, cōtra te statim surget, & inimicitiam tibi ostendet. Ideo bene dicit ille. Veruntamen cui malefeceris non credas. Vnde Sene. in Prouerbiis. Cum inimico nemo tutus in gratiam redit. Et Eccl. 12. Non credas inimico tuo in æternū. In oculis suis lachrymabit inimicus & si inuenerit tps, nō satiabit sanguine tuo. Illud male audiuerat ille rex persarum, qui dato ꝙ cuidam principi proprium filium comedendum dedisset, ipsum tñ ducem exercitus sui fecit, qui persuadens militibus tyrum in regem constitui, destrui regem alium procurauit. ¶ Vel dic spiritualiter, quod eglon qui interpretatur festiuitas inutilis, est caro eius, cuius. s. festum & delectatio non ualet, qui tñ filios Israel. i. Christianos & fideles sibi subiugat, & eos suis immundis suggestionibus opprimit iugiter acq; grauat. Aioth qui interpretatur laudabilis, significat virum iustum & maximè bonum ecclesiasticum vel prælatum. Gere, qui incolo interpretatur, filius dr̄, pro eo ꝙ iste peregrinum & incolam se reputans in hoc mundo, non tāquam possessor, sed tanquam incola conuersatur, propterea à domino laudabilis iudicatur. Vnde dr̄ Ecc. 44. Laudemus uiros gloriosos parentes nostros. Ille. n. vtraq; manu debet uti pro dextera, quia. s. nulla debet in eo inueniri sinistra vel uitiosa operatio, sed cuncta dextera & virtuosa. Dato. n. ꝙ vir perfectus vtranque manum habeat, tam dexterā quam sinistram. i. dato ꝙ utranq; discretionem habeat. s. ad ministrandum spiritualia & terrena, vel dato etiam ꝙ duo opera exerceat, s. contemplationis & actionis: Vel dato ꝙ duplici scientia polleat, s. speculatiua & practica, nihilominus tū vtraque debet uti pro dextera, inquantum ēt opera sua quæ sinistra. i. minus idonea uidebātur, ad Dei laudem & animæ saluē ordinat, & sic ipsa facit esse dextera atque sancta. Apostolus Rom. 2. Si præputium iustitias legis custodiat, nōne præputium illius in circuncisione reputabitur? & sic fit de illis, de quibus dr̄ Iud. 20. quòd in Gabaa erant septingenti uiri ita sinistra, vt dextera prœliantes. Gladius anceps, quem iste habet, significat pūam, quæ est anceps per quos interius per contritionē scindit, & exterius per satisfactionē lędit. Et etiā iste gladius est oratio, quæ pro eo dr̄ biceps, quia Deum reconciliat, hostes uero spūales impugnat. ¶ Dico igitur ꝙ qñ Aioth. i. vir perfectus, qui potest dici laudabilis & peregrinus, & qui utraque manu. i. in omni uo opere inuenitur dexter, & uirtuosus, uult superare eglō ideſt inutilem festiuitatem, & gloriam carnis suæ, & de eius potestate filios Israel. i. affectiones, & motus animi liberare, debet ipsum secrete percutere & afficere gladio ancipiti orationis uel pniæ, ita ꝙ pinguedinem delitiarum suarū debet restringere, & stercora diuitiarum extra proiicere & horrere, & tandem ostia sensuum à mundi delectabilibus claudere & ipsum mortuum. i. ipsam carnē mortificatā dimittere & abire. Tali. n. gladio caro mortificatur & spūaliter acciditur, & Israel. i. mēs à pctī seruitutib. liberatur. Vñ Apostolus. Liberati à pctō, serui aūt facti Deo. ¶ Vel dic ꝙ rex iste est prælatus, Aioth. n. est ambitiosus, qui regem suū

B

C

D

.i. prælatum occidere & capere cupiens, gladium ancipitē .i. linguam adulatricē sibi acuit, ipsamq; ad utranq; partem nunc pro primo, nunc contra ēm, quod magis credit placere scindere, & loqui instruit, vtrāque manum ad diligēdū, obsequendum in dexterā conuertit, & ēt se esse totum dextrum & uirtuosum, & nihil habere sinistrum uel uitiosum dissimulat & prætendit, munera etiam pparat, quæ ante oīa præmittere non postponit, tādē uero oblatis munerib. iste solet secretum colloquium petere, & tunc solet regem. i. platum gladio linguæ ancipitis & adulatricis percutere, & ipsum gladium in cor ipsius infigere, & ita solet eum decipere, & spiritualiter occidere, & se libertati (obtēto beneficio uel dignitate) restituere uel ambire. Vnde Tob. 1. Occiderunt regem filii eius. Videmus. n. hodie multos reges. i. multos magnates & prælatus mortuos effeminatos iacentes, & per gladios ancipites linguam adulatorum & malorum consiliatorum suorum, miseros & languentes & nulla virtute pollentes, sed in uitiis mortuos & fœtentes. Cōstat enim hodie, quod tales gladii sunt causa mortis & perditionis omnium superiorum. Vnde in Ps. 149. Gladii ancipites in manib. eorum. s. adulatorum. Ad alligandos reges eorū in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. ¶ Vel dic ꝙ Aioth est laudabilis prædicator, qui cum gladio ancipiti uerbi Dei prælatur contra eglon, i. contra peccatorē, vt eum occidat spiritualiter & conuertat, primo tamen debet uti muneribus, vt ipsum ad gloriam alliciendo tandem gladio asperæ correctionis ipsum per tormenta inferni deterrendo. Vnde Apostolus. Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ¶ Vel dic, ꝙ iste rex est diabolus, qui dicitur Iob 41. rex super omnes filios superbiæ. Contra quem pugnat prædicator gladio uerbi Dei, & etiam iustus cum gladio pniæ & orationis &c. Cantic. 3. ¶ Sicut hic patet sangar, qui iudicabat Israel, non legitur cū gladio aliquem hominem occidisse, & tamen cum uno vomere, quod est instrumentum habes, rude & non acutum, dicitur sexcentos homines peremisse. ¶ Et hoc ad hoc potest applicari, quod quandoque incorrectione uel prædicatione plus proficit ad alios occidendum. i. corrigēdum uel conuertendum habes verborum ruditas, quam acuta scientiarum subtilitas, & plus iuuat benignitas resecata, quàm seueritas exacuata. Ita ꝙ plerunque utile immo necessarium est excommunicationis vel asperæ correctionis gladiū recondere, & cum uomere dulcis & blandientis exhortationis hostes, i. vitia & dæmones, ac etiam ipsos peccatores & impios impugnare. Ideo Petro pastori ecclesię dictum est Mat. 26. Pone gladium tuum &c.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Addiderunt; filii Israel facere malum in conspectu domini. Moralitatum Cap. 3.

DEbora prophetissa vxor lapidoth iudicabat populum Israel sedens sub palma. Cum igitur Iabin rex Chanaan missset Zizaram principem exercitus sui contra populum domini, uocauit delbora Barach filium Abinoem & constituit eum principem populi ut contra zizaram dimicaret. Adiecit tamen & dixit sibi, quòd uictoria sibi non abscriberetur, sed quòd mulier de zizara triumpharet. Qđ scilicet factum est, quia tandem commisso prælio zizara pedes fugiebat. Iahel autem vxor Aber cinei ipsum recepit, aquam petenti lac dedit & dormientē occidit & caput eius clauo tabernaculi cum malleo perforauit. ¶ Illud quidam exponunt allegorice. Dicunt enim quòd delbora, quæ interpretatur loquens seu apex, significat legem diuinam, quæ de fidei & uirtutum apicè loquitur. Quæ prophetissa dicit pro eo, ꝙ de futuris prophetare dinoscitur, & sub palma sedet eo quòd palmam cęlestis gloriæ repromittere cōprobatur. Vxor etiam dicitur lapidoth, quę interpretatur fulguratio, pro eo quòd in ea fulgor & splendor fidei reuelatur. Per Barach, qui interpretatur coruscatio, accipitur populus iudæorum, qui re uera ad modicum uirtutibus corruscauit, quia subito euanuit & defecit. Per zizaram, qui interpretatur exclusio gaudii intelligitur diabolus, qui scilicet à gaudio paradisi fuit exclusus, & hic in tristitia positus & inclusus. Iste. n. cum exercitu suo, ideſt uitiorum non cęs-

A sat contra filiós Israel.i.iustos cõtinuè debellare, vt sic eos
possit à paradisi gaudio excludere. Per Iahel vero mulierẽ
gentilem Israeliticis confederatam & adiunctam, intelli-
gitur ecclesia de gentilitate assumpta. Quia pro certo ista
est veritas, quòd a principio delbora prophetissa.i.lex diui
na, vel etiam ipse Deus legis factor, vel etiam ipse Moyses
legislator, misit contra zizaram, & exercitum suum, ideſt
contra diabolum & uitia, qui filios Israel.i. patriachas gra-
uabat, Barach, ideſt populum Iudaicum, vt.ſ. contra ipsum
pugnaret, & vt eius potentiam eneruaret. Sed quid? Pro cer
to isti non fuit victoria data, nec victi diaboli gloria attribu
ta, quia re vera non populus iudaicus, nec ipsius synagoga
diabolum superauit, sed Iahel gentilis mulier, ideſt eccle-
sia Christiana ex gentilitate pro maiori parte sumpta cõtra
ipsum prævaluit, & cum malleo ligneo & clauo tabernacu
li.i.mediante ligno crucis & clauis, quibus fuit dominus cõ
clauatus: necnon lacte, quo fuit secundum carnem nutri-
tus, hoc est dictu, mediante fide, quam de Christi incarnatio
ne & passione credit, & tenet, ipsum turpiter prostrauit &
uirtutem ipsius eneruabit, & filios Israel, i. fideles de ipsius
manibus liberauit. Iud.9. Ecce vna mulier fragmentum mo
læ desuper iacens, illi sit capiti abimelech, & confregit ce-
rebrum eius. ¶Vel dic, ꝙ talis mulier est beata uirgo, quæ re
uera Iahel.i.Dei ascensio dicitur pro eo ꝙ in ipsa Deus carnẽ
assumendo ascendisse probatur. Esa. 19. Ascendit dominus
super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Ista enim la
cte suo mediante, quo scilicet nutriuit Christum, in ligno
crucis cum clauis & lancea fustragrante, quibus ipse Chri-
sti mortem sustinuit ipsum zizaram, ideſt diabolum superа-
uit, & ideo victoriam contra ipsum sibi soli sancta mater
ecclesia attribuit. Iud. 14. Vna mulier hebrea fecit confusio-
nem in domo Nabuchodonosor regis. ¶Vel illud allega,
quod quandoque melius uincit zizaram coruscãtem, ideſt
diabolum carnem vel mundum, in fatuorum cordibus ruti
lantem & prælium diuersarum tentationum contra nos su
scitantem, Iahel, quam zizara, fœmina, quam vir simplex, q̃
litteratus laicus, quam clericus sæcularis, quam religiosus,
quia re uera sæpe fit, quod isti simplices cum lacte eleemo-
B synarum, quas faciunt, & cum malleo crucis cuius memo-
riam.i.deuotionem referunt, & cum clauo domini timoris,
qui ad litteram totum mentis tabernaculũ retinet ne labа-
tur, quo cor suum perforant atque pungunt, ipsum zizarã,
ideſt diabolum, carnem uel mundum taliter percutiunt, qđ
ipsum superant atque prosternunt. Barach vero dux exerci
tus. i. superiores & clerici ipsum ita non verberant aut de-
uincunt. Ideo bene dicitur Ioſue. 3. Infirmus dicat, quod ego
fortis sum. ¶Iahel vxor aber cinei videns zizaram princi-
pem sitibundum & prælio fatigatum, uocauit eum in taber
naculo dicens. Intra ad me domine, ne timeas. Quæ statim
aperuit utrem lactis, & dato quod aquam petiisset, sibi ta-
men lac dedit vt dormiret. Isto igitur fortiter dormiente,
cæpit ista mulier clauum tabernaculi sui & cum malleo tẽ
pora eius transfixit, ipsumque in terra posuit & interfecit,
& sic soporem morti socians, miserabiliter obiit & defe-
cit. ¶Ista etiam aliter possunt exponi quàm in præcedenti
capitulo. ſ. quod per istum zizaram intelligo aliquem in tri
bulationibus fatigatum, & per diuitiarum inopiam sitibun
dum, vel aliquem nobilem & clericum pauperem beneficia
tum vel patrimoniatum. Per Iahel vero usurarium, intelli-
go aliquem, qui lacte temporalis substantiæ abundat multi
pliciter in hoc mundo, quia re uera quando ista deceptrix
mulier. ſ. vsurarius videt istum zizaram, i. pauperem sitire. i.
bonis temporalibus indigere, solet eum in tabernaculum
domus suæ secrete introducere, & utrem lactis. i. arcam suę
auaritiæ aperire. Et dato quod non petat nisi aquam. i. ali-
quid modicum pro tempore transeundo, ipse tamen largi
fiue lac bonorum suorum. ſ. bladum vel pecuniam, solet si-
bi ad vsuram concedere, & eum ad tempus satiare, & som-
num delectationis & complacentiæ in ipso generare. Quia
pro certo isti usurarii etiã plus quam homo indigeat, libe-
raliter tribuunt, quando sibi bonam hæreditatem sentiunt.
Vnde Exo. 36. Plus offert populus quàm necessarium sit. Sed
quid est? Pro certo dum dormit, i. dum non aduertit, cõtra
eum solet in surgere, & malleum suæ crudelitatis in ipsum
inuehere, & claudo crudelis punitionis & usurariæ capaci-

tãtis ipsum transfigere, & per exhær editionẽ ipsum mor
tuum & depauperatum, & ad terram. i. ad miseriam cõfos-
sum & infixum dimittere & abire Prou. 16. Vir iniquus la-
ctat amicum suum, & ducit eum per uiam non bonam. ¶Vel
dic, quod talis mulier est blandus adulator, vel malus conf
liarius seu fautor, qui re uera zizare principi militię regi
iabin. i. mundi principibus & superioribus lac pro aqua, i
dulcedinem adulationis pro ueritate offerunt. Et sic, dum
eos in malis dormire & delectari faciunt, ipsos spiritualiter
interficiunt, & clauis diuersorum uitiorum transfigunt. Iu
dic. 5. Aquã petenti lac dedit, atq; in phiala principum ob
tulit butyrum. ¶Vel dic, quod talis mulier est diabolus, vel
caro, vel mala mulier, sed d̃ hoc vide supra li. 12. c. de aspide.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Cecinerunt q; Delbora & Barach filios Abinoem.
Moralitatum Cap. 4.

DElbora prophetissa cum Barach ad prælium missset
contra zizarã procedentem, multi de filijs Israel cũ
eo non fuerunt, quapropter istos hic in suo carmine repre
hendit, & isti fuerunt ruben, qui inter duos terminos habi-
tans, gregum sibilos audiebat. Galaad qui trans iordanem
quiescebat, & dam, qui in nauibus uocabat, & aser, qui in
portibus morabatur & in littore maris habitabat. Econtra
vero aliqui cum eo ad prælium accesserunt. Et ideo com-
mendatur Isachar, cuius principes fuerunt cum Delbora
& Zabulon & Neptalim, q aĩas suas dederũt discrimini. Et
sicut hic dicitur, de cælo dimicatum est pro istis & stellę ma
nentes in ordine & cursu suo, aduersus zizaram pugnauer-
runt. ¶Sic uero multi sunt hodie, qui cum prophetissa. i. cũ
sanctis personis, non curant contra zizaram, i. contra ho-
stes spirituales pugnare, & potissimè tales sunt quatuor ge
nera personarum. Primus istorum est ruben videns per me
diũ, q significat subtiles clericos & aduocatos. Qui cũ aste
te, quid sit faciendum uideant, ipsi tñ ad bella contra uitia
non properant, sed inter duos terminos, scilicet delitiarũ
& bonorum habitant, vbi sibilos gregum, ideſt verba adula
torum & uoces blandas, eorum q; fauores dominorum ma
iorum libenter audiunt & auscultant. Vnde ipsi possunt di-
cere de adulatoribus illud Iob. Stetit quidam, cuius non co
gnoscebam vultum, imago coram oculis meis & uocem
quasi auræ lenis audiui. Adulator enim imago dicitur, qui
habet amici similitudinem, non veritatem, cuius licet au-
dimus uocem lenem & blandam loquacitatem, non pro-
pter hoc cognoscimus vultum eius, ideſt interiorem vo-
luntatem. Secundus istorum est galaad, qui interpretatur
cumulus testis, qui significat superbos, qui directe cumu-
lus testis dicuntur, pro eo quod cumulus & tumor præsũ-
ptionis & inflatæ elationis suæ interiorem superbiam atte-
stantur. Et ibi trans iordanem, qui interpretatur riuus in
dicii, dicuntur quiescere, quia seipsos nesciunt iudicare.
Sed vltra suiipsius veram cognitionem solent quiescere &
manere, cum tamen dicat Apostolus 1. Corint. 11. Si nos-
metipsos diiudicaremus non vtique iudicaremur. Tertius
illorum est dam, qui interpretatur causa, & qui in nau-
bus dicitur uacare, & significat illos, qui in causis & liti-
giis necnon in nauibus, ideſt in fluctuosis mundi negocii
se solent plus quam deceat occupare. Vnde dicitur. Mat-
thei 14. Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus. Quar
tus istorum est azer, qui interpretatur diuitiæ seu beatus
& significat mundi diuites & in littore maris huius mundi
per affectum manantes, & temporali beatitudine præ cæte
ris gaudentes. Vnde Abacuch 2. Viam fecisti in mari e-
quis tuis. Ista igitur quatuor genera personarum, scilicet
illi, qui in diuitiis ampliatur; isti, qui in litigiis & negociis
occupantur; illi, qui per superbiam inflentur: & isti, qui
per uanam sapientiam illustrantur, non curant hodie spiri
tualiter pugnare, nec contra diabolum aut uitia bellare,
nec Delboram seu Barach, i. sanctos uiros & mulieres pro-
perantes ad illud prælium comitari. Eccles. 7. Vnde de popu
lo modernæ ecclesiæ dicit scriptura. Non est qui vadit
ad prælium. Ira enim in eo & super populum eius. Sed re
uera ad illud prælium uadunt tria genera personarum bo-
narum. ſ. Isachar, q interpretatur dominum memorans. Ne

pralim

Apralim, qui interpretatur conuersatio vel dilatatio. Zabu-
lon, qui interpretatur habitaculum fortitudinis, quia pro
certo illi, qui habent Dei memoriam & cognitionem; isti
qui habent charitatiuam dilatationem & honestam con-
uersationem; illi, qui habent fortitudinem & mentis robo-
rationem, quales. ſ. fuerunt sancti doctores, confessores, &
martyres, tales dico contra diabolum præliantur & uitas
suas discrimini & laboribus exponẽtes, de cœlo & per stel
las. i. a Deo & ab Angelis adiuuari merentur. Vnde isti sunt
illi, de quibus dicitur. Baruch. 3. Ibi fuerunt gigantes, viri no
minati a principio statura magna, scientes bellum &c.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Fecerunt autem filii Israel malum in conspectu
domini. Moralitatum Cap. 5.

PEccantibus filis Israel tradidit eos dominus in manũ
madian septem annis, qui quolibet anno cũ suis gregi-
bus in terram Israel uenientes, sata more locustarum vasta
bant. Cum igitur gedeon triticum in torculari virga excu-
teret, apparuit sibi angelus domini, promittens quod i for
titudine sua populum domini liberaret. Cui cum gedeon
sacrificium, i. azymos panes, & agni carnes, & ius carnium
offerret, angelus supra petram omnia fundi iussit. quo facto
angelus carnes cum virga tetigit, & statim de petra flamma
prorupit, quæ sacrificium consumpsit. ¶Angelus vero in
flamma ascendit cœlum. ¶Ista sequendo beatum Gregoriũ
expone moraliter sic, quod cum quis in torculari cordis cũ
virga rectæ discretionis triticum a paleis, ideſt virtutes a ui
tiis segregat, & præ timore madianitarum, ideſt dæmonũ,
qui cum gregibus tentationum suarum cuncta viridia. i. cũ-
cta honesta & uirtuosa consumunt in homine in cordis sui
latebris se occultat, vt sibi triticum interiorum affectionũ
discutias atque terat, statim solet adesse angelus. i. diuina re
uelatio & inspiratio, quæ re uera promittit madian. i. diabo
li exercitusque sui superationem, & populi Dei. i. bonorum
animæ motuum liberatione. Et iõ quid debet facere talis
B gedeon, qui interpretatur circumiens in utero. i. hó talis se
discutiens & circumiens iu utero, qñ videt talẽ Angelũ si-
bi astare & inspirare? Re uera ad monitionẽ eius ipse debet
agnũ suũ. i. propriã carnẽ per pniam & cõtritionem coque
re, panes azymos. i. bona opera sine fermento inanis glo-
rię facere, & ius carnium. i. ipsas carnales cogitationes fun
dere, & hæc omnia supra petram. i. Christum per bonã intẽ
tionem & deuotionem & per ipsius imitationem ponere, &
omnia ad ipsum mentaliter ordinare. Quod si omnia fece-
rimus, & ius & carnes & panes. i. cogitationem, delectatio-
nem & bonum opus Deo obtulerimus & decoxerimus, sta
tim flamma spiritus. ſ. charitatis & dilectionis de petra. i. de
Christo prærumpet, quæ huiusmodi sacrificium acceptа-
bit & assumet & omnia carnalia in nobis excitabit & vret.
Et sic madian diabolus a facie nostra succumbet, & Ange-
lus nostræ deuotionis in cęlũ per contemplationem ascen
det Eccl. 38. Vapor ignis uret carnes eius &c. ¶Vel dic qđ cũ
Angelus. i. prælatus vel prædicator, uirga correctionis uel
monitionis petram cum carnibus. i. cor peccatorm durum,
petrinum & carnale tangit: in ipso flamma contritionis &
dilectionis incendit, quæ carnes & ius. i. carnales cogitatio-
nes & actus attenuat & consumit. Et sic ipsum gedeonem,
ideſt peccatorem, madian. i. diabolum superare, fecit, ipse
Angelus prędicator uel prælatus, & hic ascendit, in quantũ
cœleste meritum hic acquirit. ¶Vel dic, quod cum Angelus
ad litteram uel etiam Christus, petram. i. cor durum per in-
spirationem tangit &c. sicut supra proximum vel uide su-
pra lib. 14. c. 49. de miraculis ignium. c. 5. ¶Dominus gedeo-
ni promisit, quod per manum eius filios Israel de madian li
beraret. Quod vt facilius crederet & speraret unum signũ
mirabile dedit, quia. ſ. uellus de nocte in area dimisit, roſq;
de cœlo descendens vellus infudit; & area ficca mansit, ita
quod expresso uellere concham rore impleuit. Econtra ue
luit, cadente celitus rore totam aream, quæ primo ficca
fuerat, irrorari proposcit. Quod cum per ordinem factum
fuisset, madianitas fortiter expugnauit. Tale signum nostræ
salutis & liberationis dæmonibus, & uitiis qui madianitæ

& contradicentes dicuntur, factum fuit & nobis datum in C
Christi incarnatione. Vellus. n. ꝙ de carne nascęs nescit pas
siones carnis, beatam uirginem significat, quæ quamuis a
carne nata fuerit, carnis tñ passiones & uitia ignorauit, &
in carne præter carnem uirginaliter semper vixit. Ista igi
tur in area ficca huius mundi posita, rorem cœlestem, ideſt
Christum concepit, & eo expresso & parturito & in con-
cha. i. in corde fidelium per fidem recepto, ista ficca, ideſt
virgo sicut ante fuit, permansit, sicut uellus prius siccum fa
ctum est roridũ, & sicco signo illud uellus roridũ inuentũ
est siccũ. Si uero Maria, quæ prius erat uirgo, & a carnalita-
te ficca, facta fuit prægnans & roride, quia. ſ. Christus descẽ
dit in ea sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia su
per terram. Psſ. 71. Tamen seccundario iterum apparuit uir
go integra atque ficca. Et sicut etiam factum est, quod area
mundi, quæ prius ficca fuerat & gratia nuda, uirtute siccita-
tis istius uelleris. i. uirtute uirginitatis istius matris fuit p
gratiam rorida & humectata, quia pro certo ros iste Chri-
stus de isto uellere, i. de utero matris expressus & in concha
ecclesię receptus, per aream mundi. i. per fidem & gratiam
est dispersus, & sic totus mundus est spiritualiter madefa-
ctus. Vnde ipse dicit Ozeæ. Ero quasi ros. Et Israel, ideſt bea
ta uirgo germinabit quasi lilium, ut etiam de isto signo salu
tis dicat illud Esa. 7. Propter hoc dabit dominus ipse uobis
signum. Ecce uirgo & concipiet &c. Vel dic aliter quod per
uellus & aream intelliguntur duo genera matrum. ſ. maria
per uellus, & aliæ matres per aream. Sed re uera ista sic se
habent, quia uellere rarefacto area ficca mansit, hoc est qđ
secundum modum, quo beata uirgo concepit, nulla alia cõ
cipere potuit, sed omnis maternitas quo ad hoc sterilis &
ficca fuit, quia secundum istum modum, montes gelboe
nec ros nec pluuia uenient super uos. Econtra uero quan-
do area fuit humectata, vellus fuit siccum, quod. ſ. secundũ
illum modum, quo cęteræ matres concipiunt. ſ. per carna-
lem copulam beata uirgo fuit ficca, & ab illo conceptio-
nis genere semper salua, quia secundum istum carnis mo-
dum sicut scriptum est. Prohibiti sunt cœli ne darent rorẽ D
suum. Aggei 1. Istæ ergo duæ matres quanq̃ in roris fusione
. i. conceptione conueniant, in modo tamen concipiendis
variantur, & nunquam simul. i. in simili modo generant; im-
mo alternatim modum partus & seriem in se mutant. ¶Vel
dic allegorice aliter, quod uellus significat populum iudai-
cum, qui in principio per fidem adhæsit Deo. Vnde dicitur.
Hier. 13. Sicut adhæret lumbare ad lumbos uiri, sic agglutи-
naui mihi domum Israel. Per aream autem gentilitatem, q̃
scilicet ad modum areæ totam mundi superficiem cõtine-
bat Hier. 51. Filia Babylonis quasi area manens ficca. Quia
scilicet proles iudaica primo fuit rore diuinæ gratiæ perfu
sa, gentilitas uero fuit sterilis & mala. Sed re uera modo cõ
uersus est ordo, quia. ſ. uellus est siccum, & area rorida, in-
quantum ros, i. fides & gratia a iudæis defecit, & gentilibus
populis est concessa, & in quãtum populus iudaicus siccus,
infidelis & incredulus factus est, fide in gentibus suscitata.
Vnde dicitur Ioh. 9. Christus ad hoc uenit in mundum, ut q̃
non uident, uideant, & qui uident cęci fiant. ¶Vel expone
de clericis & laicis, quia re uera ecclesiastici, qui more uel-
leris domino sunt coniuncti & esse debent molles, humiles
& benigni, solebant esse rore diuinæ gratiæ præ cæteris ma
defacti. Area uero. i. populi seculares respectu ipsorum erãt
indeuoti, aridi & duri. Sed vere hodie uidemus contrarium.
Signum enim istud re trouersum est, quia. ſ. area magis est
rorida quam uellus, seculares deuotiores sunt quàm regula
res, laici quam clerici, subditi quam prælati, ut compertum
est, Vnde Gregorius exponens illud Apostoli. 1. Cor. 9. Qui
stat uideat, ne cadat, dicit. Timendum (inquit) nobis stanti-
bus irrideat. Quotidie enim fit sicut sensibiliter uidemus,
quod boni efficiuntur mali, & mali econtra rio fiant boni.
¶Vel dic quod uellus & area significant animam & car-
nem, quæ pro certo uiceuersa se habent, quia. ſ. qñ aĩa est
rore suo. i. cęlesti gratia & deuotione plena, tunc necesse ẽ
quod area, i. caro rore suo. i. carnalitate, uoluptate & asperi
tate sit vacua atque ficca, & econtra quod area. i. caro, ro-
re suo. i. carnali & temporali uoluptate humectatur, tunc
necessario uellus. i. anima, rore suo. i. diuina gratia deficca-
tur, & in siccitatem suæ indeuotionis & incõpassionis mu-

E tatur. Vnde uidetur, quod caro & anima possunt sibi dicere
mutuo illud Gen.13. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tene
bo. Si dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Verbum
fuit abrahæ ad Loth, quia re uera caro designatur per
loth, qui interpretatur declinans, pro eo q quando ab ista
via uirtutum faciliter declinet, & teneat sinistram aduersita
tis in hac uita, & careat rore prosperitatis, tunc aĩa ad sini
stram vitiorum & tormentorum mutatur, & siccitatem &
sterilitatem virtutum sortitur. ¶ Vel dic, quod ista duo si-
gna primum, s. & secundum, significant duo tempora, præ-
sens. s. & futurum. Ista etiam duo significant duo genera p-
sonarum, vellus, roratum diuites, area nuda pauperes. Isti
igitur sunt, qui cõtrario modo se habent, quia. s. vellus. i. ip
si diuites in primo signo. i. in pręsenti tempore, rore prospe
ritatis & diuitiarũ sunt pleni, area uero. i. pauperes ab isto
rore sunt sicci, & per bonorum tenuitatem sunt aridi atq;
macri, Sed vero quando venit secundum signum. i. tempus
futurum, nunc mutabitur ordo rerum, quia. s. area erit rori-
da, & uellus siccum. i. pauperes erunt bonis omnibus hume
ctati, mali uero diuites omnibus desiccati. Tunc. n. qui mõ
sunt diuites, erunt pauperes; illi vero, qui nunc sunt paupe-
res, erunt diuites. Vnde dicitur. Leuiticor. 1. Deposuit potẽ-
tes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit, bonis
& diuites dimisit inanes. Et sic quando loth pergit in dex-
teram, Abraam tenet sinistrã, & econtra, quia videlicet loth
pctõr est nunc in dextera prosperitatis, & ecõtra Abraã iu
stus in sinistra paupertatis & aduersitatis. Ecõtra vero in a-
lio seculo erit, vt patet in Euangelio, ubi dr, qd illis, q erũt
ad dexterã, diceẽ. Mat. 25. Venite, & illis a sinistram. Ite &c.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Igitur Hieroboal, qui & gedeon de nocte consurgens.
Moralitatum Cap. 6.

CVm gedeon ad prælium contra madianitas ire decer
neret, & ad hoc magnum populum congregaret, no-
luit dominus, quod haberet pliatores plures, sed paucos &
electos. Multus (inquit) est populus tecum, non tradetur ma
F dian in manus eius, ne forte glorietur Israel, & dicat, Meis
uiribus liberatus sum. Precepit ergo, quod milites sic pro-
baret, quod. s. omnes ipsos ad aquam duceret, & quod illos,
qui flexo poplite aquam inclinati biberent repudiaret. Il
los uero, qui genua flectere non dedignarentur, sed manu
aquam ad os proiectam sicut canes lambendo biberent, e-
ligeret. Sic igitur factum est, quod de decem milibus trecen
ti solum fuerant, qui aquam manu & lingua biberant, qui
cum eo ad prælium inierunt & madian deuicerunt, alii ve-
ro tanquam reprobi ad propria recesserunt. ¶ Gedeon qui
interpretatur circumiẽs in utero, significat Christum, qui. s.
in vtero uirginis nouem mensibus circumiuit. Ille igitur cũ
exercitu fidelium contra madian. i. contra diabolum præ-
liatur. & maxime ad illud prælium faciendum, uniuersita
tem præliatorum, prædicatorum ecclesiasticorum aduocat
& hortatur, ita quod ad ipsum iam infiniti confluere ince-
perunt, sed ad statum perfectionis nunc pauci venire com
probantur. Sed quid? Re uera Deus non delectatur in ista
multitudine bellatorum, quia sicut dicitur in libr. 1. Macha
beorum, non in multitudine exercitus victoria belli, sed
de cœlo fortitudo est: Esa. 9 Multiplicasti gentem, non ma-
gnificasti lætitiã. Quia pro certo dato, quod Christus mul
tos habeat hodie in ecclesia bellatores, multos religiosos,
clericos & prædicatores, pauci tamen inueniuntur sufficiẽ
tes ad madian, s. ad diabolum debellandum & ad ipsum ver
bis & operibus impugnandum, quia sicut dicitur Matt. 20.
Multi sunt vocati, pauci vero electi. Si igitur bonos a ma
lis, & utiles a vanis cognoscere volueris, oportet respicere
qualiter in aquis scripturarum lachrymarum & misericor
diarum se habeant, & inuenies, quod ad faciendum & im
plendum illa, quę prædicant, aquas lachrymarum & pœni
tentiæ, compassionis & misericordiæ, solum cum lingua
tangunt inquantum scripturarum verba libenter & diuinæ
legis mãdata lingua pdicant & dicũt, & inquantũ de aquis
lachrymarũ, compassionis & deuotionis multa loquuntur
& differunt, quinimmo etiam, sicut ex eorum uerbis uideẽ

deflectunt. Sed pro certo si ipsorum manus. i. opera respicis,
tu inuenies quod ad faciendum vel implendum illa, quæ p.
dicant, seu dicunt, manum apponere nunquam uolunt, &
sic nunquam cum manu, sed lingua solum aquas tangunt,
De quibus dicitur Matt. 23. Dicunt enim & non faciunt. Alli
gant enim onera grauia & importabilia & imponunt ea
humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.
Quapropter isti omnes a domino reprobantur, & ad præ-
liandum contra diabolum & uitia indigni & inutiles repu-
tantur. Sed re uera aliqui pauci sunt ibi. s. trecenti inter de-
cem milia, qui non solum cum lingua, sed etiam cum manu
tangunt huiusmodi aquas, illi. s. qui non solum prædicando
loquuntur, sed etiam, quæ prędicant, manualiter operãtur,
& ad modum canum, qui non solum cum lingua, sed im-
mo etiam opere custodiunt gregem, & pro fidelium custo-
dia, quod verbaliter docent, exemplariter exequuntur. Iux
ta illud. Ore locutus es, & opere perfecisti. Et isti pro certo
ad dictum spirituale prælium approbantur, & ipsis median
tibus madian cum exercitu suo, idest diabolus cum uitiis
superatur. ¶ Vel dic, quod aqua, qua probantur Christi mili-
tes, est mundana prosperitas, uel terrena temporalitas, qa
scilicet ista temporalia fluunt & refluunt sicut aqua, quia re
uera mali toto affectu istas aquas appetunt, & genua cor-
dis sui. i. mentis affectionem ad eas deprimunt, & deflectunt.
Et ideo isti a diuino prælio reprobi sunt, quia in statu eccle
siæ, vbi est locus spiritualis prælii, indigne remanent & psi
stunt. Boni vero econtra genua affectionis & cordis ad a-
quas mundi delectationum non deflectũt, sed stantes & ad
cœlestia erecti, lambendo sicut canes. i. sicut fecerunt san-
cti Apostoli & prædicatores, solum quod necessarium est,
inde sumunt, & propter hoc isti sunt digni & electi, quãuis
sint pauci. Ad prælia Christi vadunt, & hostes aĩæ destruunt
& confundunt, quia nullus ecclesiasticus qui ad mundi di-
uitias & delitias genus cordis flectit, dignus est contra ui-
tia præliare, sed solum ille, qui solum ad necessitatem de
istis assumit, ita quod de tali probatione facta ĩ aqua potest
dominus dicere illud Ps. 80. In abscondito tempestatis pba
ui te apud aquas contradictionis. i. apud aquas temporaliũ,
quæ causa sunt contradictionis & litis. ¶ Vel si uis dic ista ad
litteram, quod in bellis melius est habere paucos milites &
electos & bonos, q̃ multos incompositos & indoctos, exem
plo Xerxis, quod ponit Orosius, de quo dicit, quod cum infi
nitam haberet multitudinem, ipsam tamen pauci spartani
deuicerunt. Ideo bene dicit Seneca in lib. de moribus non
multis placeas, sed qualiter, stude. ¶ Gedeone cum madian
cum trecentis electis, qui aquas manu & lingua lamberant
properante, non legitur eis alia arma contulisse quam tu-
bas, lagenas vacuas & lampades. Isti. n. de gedeonis manda
to lagenas uacuas & infra ardentes fregerunt, & tubis cla-
mauerunt, & lampadibus lucentibus hoste taliter terrue-
runt, quod ipsis fugientibus eos fortiter deuicerunt. ¶ Sic ve
re dico, quod trecenti Christi milites. i. ecclesiastici boni &
fideles, qui. s. trecenti dicuntur, quia fidem trinitatis credũt,
aquam manu & lingua tangunt, quia manu operantur, qd
dicunt, arma spiritualia contra madian diabolum debent
assumere, si uolunt de eo triumphare. Vnde Apostolus. 2.
Cor. 10. In carne ambulantes non secundum carnem mili-
tamus. Arma enim militiæ nostræ nõ sunt carnalia. Habere
debent igitur lagenas terrenas uacuas. i. corpora sua uacua
per abstinentiam ciborum, ut habeant interius lampades
ardentes, idest splendorem uirtutum & exemplorum, & es
miraculorum, habeant tubas, idest prædicationem & doctri
nam diuinæ legis & mãdatorum, & sic pro certo si lagenas
corporum suorum abstinentia & pœnitencia, vel etiã mor
te pro Christo fregerint, si splendore bonorum exemplorũ
emicuerint, si tubas orationis, prædicationis diuinæ laudis
confessionis, vel gratiarum actionis personuerint, hostes a-
nimæ proculdubio terrebuntur, & ab eorum aspectibus
fugabuntur, vt dicatur de sanctis, qui tubis prædicationis
corpora sua pœnitentia fregerint & abstinentia, & ea e-
tiam morti tradiderint seu exposuerint, & tunc post
mortem uirtutibus & miraculis claruerint, & ideo dæ-
mones terruerint, sicut habetur in lib. 2. Regum 20 Ceci
nit tuba & recesseret ab vrbe, scilicet dæmones ab ecclesia
[illegible] & etiam ipsi tyranni & crudeles, qui eos occide

A rant, vel impugnauerant, visis tantis miraculorum splendo
ribus, crediderunt. Ista enim fuerunt in martyribus quinq;
per ordinem, s. tuba, fidei confessio, & prædicatio, postea
mors. i. lagenæ corporum fractio, postea lux. i. miraculorum
coruscatio, postea hostium. i. dæmonum fugatio, & tyran-
norum superatio, & ad fidem conuersio. Ista enim exposuit
sic Stephanus de longotono, & etiam multi alii doctores.
Illi, qui cum gedeone, cum lagenis & tubis ad prælium cõ
tra madian ibant, lagenas in sinistris, tubas vero in dextris
portabant. In quo notatur, quod Christi prædicatores de tu
bis. i. de prædicationis gratia, quando ipsam se habere vi-
dent & exercere sciunt, multum debent curare, de lagenis
vero. i. de corporibus parum debet eis esse, & inde est quod
tubas in dextera, lagenas vero in sinistra, tanquam illa, de
quibus minus curatur, dicebantur tenere. Item si vis, dic de
doctoribus & doctrina. ¶ Hic somniauit quidam quòd pa-
nis subcinericius & hordeaceus castra madian intrabat, &
castra & exercitum destruebat, per quod dictũ fuit gedeo-
nem significari, q quãquam subcinericius. i. vilis & rusticus
esset, madianitas tamen deuicit. ¶ Et hoc si vis allega, quod
quandoque & in bellis corporalibus & in factis sæculari-
bus, nec non in præliis spiritualibus, s. in peccatorum & dæ
monum & vitiorum impugnationibus, magna & ardua per
rusticos & simplices fiunt, quia dato quod sint subcinericij
& hordeacei. i. rudes, simplices, & indocti, & de humili ple-
be nati, spiritus tamen domini induit gedeonem, sicut dici-
tur Iudic. 6. supra, & quandoque maiora faciunt quam illi
qui genere & scientia sunt prouecti. Vnde Apostolus. 2. Co-
rinth. 1. Et infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Dixeruntque ad eum viri ephraim. Quid est hoc quod
facere voluisti. Moralitatum Cap. 7.

GEdeon petiit a populo inaures Iud. 8. aures, quas tule-
rat de præda madianitarum, de quo fecit ephoth gra
uiter peccans, quia fornicatus est in eo oĩs populus Israel.
Erat. n. indumentum sacerdotale, quo mediante dominus
B interrogabatur, cuius vsus leuitis & sacerdotibus solummo
do concedebatur. ¶ In quo potest notari quod sæculares, q
ecclesiastica officia volũt exercere, peccant, dato quod bo-
na intentione illud faciant. ¶ Vel potest allegari, quod au-
rum gentilium non debet fieri ephoth ecclesiasticum, i. sa-
piens sæcularis non debet pp mundanam sapientiam fieri
prælatus ecclesiasticus vel regularis. ¶ Vel põt allegari con
tra illos religiosos, q sub specie faciendi ephoth i. aliquod
spirituale, vtpote elemosynam vel ecclesiam vel cõsimile,
accumulant aurum gentilium exigunt diuitias sæcularium
vel rapinas pauperum subditorũ. Et sicut dr. Eccl. 38. Immo-
lãtis ex iniquo oblatio est maculata. Et Apostolus Ro. 3. di-
cit, quod non sunt facienda mala, vt veniant bona.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Abiit autem abimelech filius hieroboal in sychẽ
Moralitatum. Cap. 8.

HIc ponitur, quomodo abimelech filius spurius gedeo
nis factus est rex a viris sichimitis, qui statim contra
fratres suos filios Gedeonis surrexit, & tot de eis super la-
pidem vnum occidit, ita quod vnus solummodo remansit,
postea vero illosmet, qui ipsum regem fecerant, interfecit,
& ciuitatem eorum combussit & destruxit. Ipsum tamen fi-
naliter, dum quandam turrim capere niteretur, & ignem im
ponere moliret, quædam mulier fragmentum molæ iaciẽs,
in capite percussit, & eum ad mortem vulneratum deiecit,
qui mori se sentiens, ne a muliere diceretur occisus, per ar-
migerum interfici se fecit. ¶ Per istum abimelech intelligi-
tur diabolus, qui re vera gedeonis idest Dei patris filius spu-
rius, & etiam creatura pestifera potest dici. Ille est enim qui
filios patris sui legitimos, & viros sanctos & iustos, qui sunt
filii Dei patris, & maxime sanctos martyres supra lapidem
vnum idest supra Christum, in quem credebant occidit &
super sichem, qui interpretatur robur, idest super mundum
regnum accipit, & ipsos, super quibus regnat scilicet super
peccatores & mundanos diuersis vitiis interficit, & ipsius

mundi ciuitatem flamma concupiscentiæ succendit, ita qd C
iste est rex, de quo dicitur. Prouerbio. 28. Regnantibus im-
piis ruinæ hominum. Finaliter iste malus rex istam suam ci-
uitatem & plebem igne perpetuo in inferno succendet, &
sic ipsis, qui illum regem faciunt, præmium triste reddet. Vn
de Eccle. 10. Rex insipiens perdet populum suum. Sed si quæ
ris quomodo iste malus rex superatur? Ecce continue enim
accidit, quod iste turrem thebes idest arcam mentis nostræ
inuidiæ & auaritiæ ignem in ea accendere molitur, & tunc
pro certo non restat nisi quod mulier, quæ est in ista turri. i.
voluntas bene docta fragmen molæ idest pondus diuini ti-
moris contra eum iaciat, & quod in capite idest in princi-
pio, dum. s. est adhuc tentatio in cogitatione, ipsum percu-
tiat, quia vere sic erit, quod victus deficiat atque cadat. Ec-
clesi. 1. Timor. n. domini expellit pctm̃. Si. n. ista mulier. s. vo-
luntas debitum suum fecerit, & si timor Dei istum repercus
serit, statim armiger. i. Christus aderit, qui ipsum in conspe-
ctu nostro prosternet. ¶ Vel dic, quod mulier est beata vir-
go cum lapide, quem emisit. i. cum Christo lapide angulari
quem peperit, abimelech diabolum superauit, & quod ar-
miger. i. Paulus, vel quilibet sanctus sibi quotidie auxilium
facit, qui tamen diabolus fratres suos legitimos, i. sanctos
patres occiderat, & per magna tempora supra modum re-
gnauerat. Vnde Iudith. 14. Quædam mulier hebrea fecit cõ
fusionem in domo Nabucodonosor regis. ¶ Vel dic quod
iste significat ambitiosum, qui pro certo statim vt ad regnũ
& regimen ciuitatis idest temporalis officii vel ecclesiæ di-
gnitatem promotus fuerit, primum, quod facere nititur, est
quod fratres suos legitimos idest bonos confratres & so-
cios destruere, & quantum ad mundi prosperitatem perde-
re & occidere, impugnare & deponere, & super lapidem
suæ crudelitatis per rapinam & auaritiam bonis eorũ acq-
sitis conatur. Non sufficit sibi, quod ciuitatem. i. ecclesiam
habeat, immo pro certo turrim. i. aliam aliquam altiorem
dignitatẽ & pinguius bñficium, seu ditiorem ecclesiam om
nimode acquirere studet, & ideo cum exercitu omniũ ami-
corum suorum ad acquisitionem eius laborat, & ignem aua
ritiæ per oblationem munerum ad ostium turris idest pro
ingressu istius dignitatis offert & præsentat. Sed quid? pro D
certo mala mulier fortuna, quæ turres sæculi dignitatum te
net & regit, ipsumque intrare talem turrim, hoc est talem
dignitatem, aliquando non sinit, immo subito fragmẽ mo-
læ. i. fractionem & pondus mortis, vel etiam pondus infor-
tuniorum & tribulationum immittit, & eum ad terram de-
trahit & prosternit. Cui statim adest armiger suus diabolus,
qui scilicet sibi hactenus fauerat & seruierat, qui ipsum post
percussionem molæ, idest post mortẽ corporis gladio æter-
næ damnationis interficit, & sic antequam attingit ad sta-
tum, quem optabat, mediante muliere, mola & armigero.
i. mediante fortuna, morte & diabolo destructionem corpo
ris & animæ incurrit. Illud enim est verum, quod ista mulier
fortuna, quando videt, quod homo non est contentus statu
suo, sed a maiorem incessanter anhelat, mola tribulationũ
temporalium, vel mola mortis, infirmitatumque corpora-
lium, aliquando percutit, & ipsum vel temporaliter vel cor
poraliter prosternit. Armiger autem diabolus ipsum spiri-
tualiter vel æternaliter occidit. Vnde breuiter de ista mulie
re. s. de fortuna dici potest illud Ecclesi. 25. Plaga mortis mu
lier nequam. Et ideo alibi monet a tali muliere cauendum,
dicens Ecclesiast. 9. Auerte faciem tuam a muliere compta.
Et ideo subditur. Quia (inquit) speciem mulieris admirati
multi, reprobi facti sunt. ¶ Hic ponitur parabola de arbo
ribus volentibus eligere regem a quorum regimine ficus vi
tiis & oliua se excusauerunt, ramnus vero acceptauit &c.
Vide etiam supra. lib. 12. cap. de ramno.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Fuit itaque in illo in Iepte Galaadites vir fortissimus
atque pugnator, Moralitatum Cap. 9.

IEpte filius Galaad a concubina vir fortissimus fuit, quem
fratres sui legitimi eiecerunt, sibiq; talia verba dixerũt.
Hæres in domo nostra esse non poteris, quia de adultera na
tus est. Quo audito iepte a fratrib. suis fugit, & in thob habi
tauit, & congregati sunt ad eum viri inopes & latrones, &

E quasi principem eum sequebãtur. Tandem vero sic factum est, qđ cum filii amon pugnabant contra Israel, quapropter maiores natu de Galaad, iepte, quem prius eiecerant in auxilium suum conuocauerunt, & eum principem sũ constituerunt. Iepte igitur vadens ad prælium, Deo vouit, si victoriam sibi daret, quicquid primum de domo sua sibi post victoriam occurrere, eidem immolaret. Isti igitur obtenta victoria, redeunti vnica filia sua cum tympanis & organis gaudens occurrit, qua visa statim sciffis vestibus votum, quod vouerat, sibi dixit. Filia mea decepisti me, & ipsa decepta es. Quæ mortis conditionem libenter suscipiens, duos menses plorandi suam virginitatem cum suis sodalibus postulauit. Quibus concessis ideſt expletis Deo pater virginem immolauit. ¶ Ista possunt allegari exemplariter ad multa, & primo contra mundanos, qui consanguineos & amicos despiciunt, ipsosque secum hæredes vel bonorum suorum participes esse nolunt. Sed quando ipsis contingit aliqua necessitas, tunc solent ipsos, quos prius contemnebant, libenter recipere & diligere, & maxime quando vident eos temporali prosperitate, & fortuna præpollere, iuxta illud Prouer. 14. Etiam proximo suo odiosus erit pauper. Amici vero diuitum multi. ¶ Vel potest allegari pro bastardis quod scilicet illi qui illegitimo matrimonio procreantur, fiunt ali quando fortes & boni milites, qui etiam ita virtuose & strẽnue se habent quod inter amicos & notos honorem & statum merentur & obtinent. Vel potest allegari de iuramento qualiter est obseruandum, quando est licitum, ex quo vir iste tanto damno seruauit illicitum. ¶ Vel exponamus allegorice de Christo, dicamus itaque quod iste Iepte significat Christum, qui re vera quasi ex concubina nascitur, pro eo quod ex Deo patre & virgine matre, quæ erat alterius thori & fori generatus videtur. Istum igitur proprii fratres scilicet iudæi repudiant, & velut de adulterio natum abominantur & fugant. Vnde dicitur Prouerbio. 19. Fratres pauperis hominis oderunt eum. Inopes vero & latrones ideſt piscatores, publicani & peccatores ipsum tanquam ducem sequuntur, & fidem eius recipiunt & affectant. Vnde Matth. 19. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Iste igitur
F quãmuis repudiatus a iudæis, tamen contra amon ideſt diabolum, princeps & dux filiorum Israel ideſt fidelium constituitur, & pro victoria obtinenda propriam filiam ideſt humanitatem Deo patri immolauit, & ipsa pro salute humani generis & pro victoria mortem patitur, & amon & populus suus ideſt diabolus & virtia superantur, & filii Israel. ideſt fideles populi liberantur. Vnde tunc ista potest dicere illud Matth. 9. Filia mea modò defuncta est. ¶ Vel dic quod Iepte est homo, cuius filia est propria cãro, quam scilicet Deo debet vouere, & per pœnitentiam Deo immolandam promittere, vt contra amon ideſt contra diabolum & peccata possit obtinere victoriam. Quando igitur contingit quòd homo victoriam contra vitia vel contra tribulationes habuit, vel quod a Deo donum spirituale reportauit, & videt filiam ideſt propriam carnem cum tympanis & organis ideſt cum delitiis & delectationibus occurrere, & sibi in via morum obuiare, statim pro certo debet dicere & clamare. Filia mea decepisti me, & ipsa decepta es. Decepisti me dico, vitia suggerendo, sed tu ipsa decepta, es per peccatum & pœnitentiam promendo. Istam igitur statim debet Deo per pœnitentiam immolare, & sibi fletum propriæ virginitatis ideſt compunctionem & virtutum sterilitatem iniungere, & tandem virginitate seu sterilitate deplorata, debet eam per charitatem comburere, & per laborum fatigationem & pœnitentiam Deo sacrificare vel offerre, dicens illud, quod supra dictum est, decepisti me filia scilicet mihi occurrendo & contrariando, & cum tuis organis & mundanis lætitiis obuiando, tu vero decepta sis, pœnam debitam sustinendo. Psalm. 136. Filia babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi retributionem, quam tribuisti nobis. ¶ Vel dic, quod filia est anima peccatrix, quæ scilicet cum inani mundi lætitia tunc videtur applaudere, & festum facere diabolo patri suo, qui tamen ex hoc sibi parcit, immo ipsam in inferno immolat & occidit. Hierem. 31. Vsque quo delitiis dissolueris filia vaga. Hierem. 46. Et iterum. Confusa est filia ægypti &cætera.

C A P I T V L V M X I I I T E X T V S.
Rursumque filii Israel fecerunt malum in conspectu G domini. Moralitatum Cap. 10.

QVidam vir nomine manue, vxorem habuit sterilem, cui quadam die angelus domini apparuit, sibique nũciauit, quod filium pareret, qui ab vtero matris Nazareus esset, & super caput eius nouacula non ascenderet, nec vinũ nec aliquod immundum comederet aut gustaret, qui etiam populum Israel de manib. Philistinorum liberaret & in flãma sacrificii angelus in cælum ascendit. Puer vero natus Sanson appellatus fuit, qui leonem tandem occidit, fauum mellis de ore eius accepit, vxorem alienigenam, s. dalilam duxit, portas gazæ in montem portauit, mille viros cum mãdibula asini interfecit, & tandem plures philistinorum moriens quam viuens occidit. ¶ Allegorice per Sanſonem, qui interpretatur sol eorum, intelligitur sol iustitiæ Christus Deus noster, qui pro certo matri suæ, quæ erat sterilis, i. virgo, fuit per angelum nunciatus, & ad literam, quod nazareus. i. sanctus debebat esse, & quod omni immundo. i. peccato sicut sanctus & mũdus haberet se cauere, & quod vinum & siceram. i. carnis delitias quæ inebriant, non erat gustaturus, & quod nouacula. i. adulationes non esset admissurus, sed populum suum sanctificaturus, & a philisteis, i. dæmonibus liberaturus, eidem matri extitit prænunciatus, vt patet in verbis angelicis. Erit (inquit) puer magnus coram domino Luc. 1. Quod enim nascetur ex te, sanctum. Ipse enim salum faciet populum suum &c. vide ibi. Iste est, qui lectione diabolum superauit, fauum mellis ideſt humanum genus, de faucibus eius. i. de inferno accepit & liberauit, vxorem alienigenam. i. ecclesiam de gentibus desponsauit. Segetes philistinorum. i. sectas infidelium & hæreticorum consumpsit, & igne veræ fidei inflammauit & mediante mandibula asini. i. ipsa Christi humanitate multos spirituales inimicos ꝑstrauit, portas ciuitatis inferni asportans & frangens, in montem gazæ. i. paradisi ascendit, & plures hostium. i. infidelium, moriens quam viuens spiritualiter occidit, in quantũ post Christi passionem & mortẽ mediantibus apostolis plures quam ante conuertit. Vt dicitur Ecclesiastic. 48. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

C A P I T V L V M X I I I I T E X T V S.
Descendit ergo Sanson in thaannata, videnſque ibi mulierem. Moralitatum Cap. 11.

SAnson descendens in thaannata philistinorum, vidit ibi mulierem, quæ placuit oculis eius, ad quam desponsandam descendens, catulum leonis rugientem & seuum obuiam habuit, & irruente in se spiritu domini, leonem manibus, cum omnino careret gladio, laceravit. Post aliquos vero dies descendens, vt duceret mulierem, quam desponsauerat, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore eius erat, & etiam fauus mellis, & accipiens comedit, & patri & matri suæ partem dedit, & tamen vnde mel habuerat, non ostendit. Tandem vero conuiuis nuptiarum problema de hoc fecit. De comedente (inquit) cibus, & de forti dulcedo exiuit. ¶ Ista possunt applicari ad Christum. Catulus vero leonis seuus & rugiens spirans minarum & cedis in discipulos domini fuit Paulus, qui re vera, quando Sanson ideſt sol iustitiæ Christus vxorem alienigenam. i. ecclesiam de gentibus per fidem desponsare voluit & propter hoc personaliter in thaannata. i. in mundum descendit, catulus leonis seuus. i. paulus, sibi fortiter resistit & occurrit, quapropter istũ ante omnia prostrauit conuertẽdo, & ipsum spiritualiter laceravit & occidit, in quãtum in ipso vitam carnalẽ & vitia interfecit. Quo. s. mortuo. i. mortificato & conuerso examen apum. i. laborum sedulitatem fauum mellis. i. scientiæ dulcedinem & fidei synceritatem in ore suo eloquentiæ & prædicationis inuenit, ita quod ꝑprie dicitur. De comedente exiuit ciuibus & de forti dulcedo prorupit, quia. s. iste, qui ante conuersionem ecclesiã comedebat & deuorabat, ipsam post conuersionem melle doctrinæ refecit. Vnde de isto exponitur illud Gen. 49. Beniamin lupus rapax. Mane comedet prædam, & vespere diuidet escas. ¶ Vel si vis, ista dic de Dionysio vel Augustino, vel de quo-

A de quolibet philosopho doctore ad fidem conuerso. ¶ Vel dic qđ Sanson est filius Dei ꝑ vxore alienig ena. i. pro humanitate vel ecclesia de gentibus despondanda, descendens, leonem diabolum prostrauit, & examen apum, i. collegium sanctorum patrum cum melle deuotionis & spei, quam in aduentu eius habebant in ore istius leonis. i. in inferno repererit, quos patri suo Deo rediens præsentauit. ¶ Vel dic de comedente diabolo vel inferno dulcedo, quam absorbuerat tunc exiuit. Vnde Iob. 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus. ¶ Vel dic, quod Samson est religiosus, qui quando vult vxorem, i. gratiam & gloriã accipere, necesse habet patrem & matrem. i. omnem affectũ carnalem dimittere a via communi. i. a mundi communi vita, & ad religionis semitam declinare. Quod si fecerit, leonem mortuum. i. Christũ inueniet, & in ore eius ideſt in verbis eius mel dulcedinis & consolationis reperiet, examen etiam apum ideſt communitatem bonorum & sanctorũ collegas & socios habebit, & sic vxorem istam. s. Dei gratiam & gloriam sibi desponsabit. ¶ Vel dic, quod quando homo patre & matre relictis, & parentibus & mundo spretis, semiam religionis ingreditur, leonem sibi obuium. i. propriam carnem occidere, i. ieiuniis macerare tenetur. Quod si fecerit, in ore eius mel inueniet, inquantum in sua tribulatione vel pœnitentia dulcedinem & consolationem perpendet. Vel leo significat ferocitatẽ alicuius tribulationis. In cuius ore mel inuenitur, quando in ipso tormento diuina consolatio sentitur. Et sic ad litteram de comedente cibus, & de forti dulcedo recipitur, vt habetur, sicut apparet in martyribus, qui dicebant illud Psalmistæ 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. ¶ Vel dic quod leo significat aliquem diuitem tyrannum, vel officialem rapacem, vsurariũ vel crudelem, qui re vera quando a Sanſone. i. a Deo ꝑ mortem corporalem occiditur, fauus mellis. i. diuitiarum copia in ore eius. i. in suis subditis reperitur, a quo saltem ipse Sanson. i. Christus in persona pauperum recreatur. Vt communiter enim tales nunquam proficiunt aliis, nisi quando moriuntur, & tunc saltem necesse, est quod de bonis, quæ dimittunt, alii recreent. Et sic de comedente cibus exit, inquantũ de istis deuoratoribus morientibus aliqualis vtilitas reportatur, & inquantum multi clerici pauperes de eorum bene ficiis ditantur, & alii de eorũ diuitiis recreantur. Vnde Seneca in prouerbiis. Auarus nisi cum moritur, nihil recte facit.

C A P I T V L V M X V T E X T V S.
Post aliquantulum autem temporis, cum dies criticæ. Moralitatum Cap. 12.

CVm exercitus philistinorum pro ligando Sanſone venisset, & filii iuda vt philisteis traderetur, duobus nouis funibus eum alligassent, irruit in ipsum spiritus domini, & diruptis funibus apprehendit mandibulam asini, quam in terra iacebat, & occidit cum a mille viros, & philistinorum exercitum conuertit in fugam. Post quod maxillam in terram proiecit, & cum supra modum sitiret, clamauit ad Deum, ne siti inter in circuncisos periret. Tunc dominus misertus ei, molarem dentem de mandibula proiecta aperuit, & inde in abundantia aqua exiuit, quæ spiritum eius recocillauit, & vires defecti corporis reparauit. ¶ Istud exponit Greg. de Christo & prædicatoribus. Constat enim quòd prædicatores sunt maxilla asini, quia. s. maxilla, quæ est pars oris, ipsorum eloquentiã significat, asinus vero animal onerosum ipsorum laborẽ denotat, & quod ipsa iacebat mortua, ipsorum humilitatem & mortificationem designat Psa. 43. Propter te mortificamur tota die. Dico igitur quod cum philistei. i. dæmones, Sanſonem. i. Christum ligare, ipsiusque Prædicationem & miracula, virtutesque & opera impedire vellent, filii iuda. i. ipsi iudæi in hoc philisteis. i. dæmonibus consentientes, ipsumque primitus ligauerunt, eiusq; ꝑdicationem impediuerunt, duosq; fines. i. tribulationem atque mortem adhibuerunt. Sed vere iste Sanson, Christus, spiritu domini super eum irruente, istos duos funes resurgendo dirupit, postquã maxillam asini mortui ideſt prædicatores eloquentes, patientes & mortificatos accepit, & ipsis mediantibus mille viros. i. multiplices populos philistinorum & infideles spiritualiter occidit, & in eis vitam carnalẽ gladio spiritus interfecit, inquantum ipsos a veritatem fidei conuertit. Vnde dicitur Prou. 12. Verte impios & nõ erunt. Tandem vero istam maxillam. i. sanctos prędicatores & apostolos in terram proiecit, inquantum pro ipsis non curare est visus, & in mortem eos & tyrannorum persecutionem tradidit & dimisit. Sed re vera cum salutem infidelium sitiret, in istis sic proiectis dentem molarem. i. virtutem & potentiam miraculorum aperuit, & ab ipsis fontem aquæ viuæ. i. beneficiorum copiam effluere fecit, quæ ex tunc fidelibus concedere nõ cessauit. Ista maxime apparuerũt in Paulo, quo mediante multi cõuersi sunt, & quo proiecto & moriente, de dente molari aquæ eloquentiæ suæ, scientiarum & doctrinæ effluere non cessauerunt, quæ Christum sitibundum in persona fidelium refecerunt, quia re vera aqua doctrinæ, quæ adhuc de ista maxilla. i. de beato Paulo & Dionysio, & aliis similibus emanat, Christum sitientem reficit & confortat, inquantum membra eius. i. fideles huiusmodi doctrina recreat spiritualiter & delectat. Vnde Zachar. 13. Erit fons patens domui Iacob &c. Esa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. ¶ Vel dic, quod Sanson significat aliquem tyrannum impium & proteruum, qui cum aliqua maxilla asini mortui. i. aliqua vili, mala & iniqua persona & humili asinina seu rustica plebe nata, vtpote aliquo malo cõsiliario vel balliuo vtitur, ad philisteos, i. ad pauperes subditos occidendum & damnandum & molestãdum, sed pro certo sæpe fit ꝙ talis Sanson. i. talis princeps seu tyrãnus talem maxillam suam. i. talem balliuum officialem cõsiliarium de officio vel statu suo deponit & proiicit, & ipsum exhæredat & de pauperat, atque punit, & fontem aquæ viuæ. i. diuitiarum copiã apud eum inuenit, qua sitim auaritiæ suæ temperat, dum ipsum ebibit, atque rapit. Istud enim est cõmune, quod ad hoc tales proiiciuntur & deponuntur, vt ab ipsis sitibũdis & auaris principibus fons diuitiarum suarum postmodum ebibatur. Vnde dr Iob 5. Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus & bibent alieni diuitias eius &c.

EX EODEM CAPITVLVM XV TEXTVS. D
Post aliquantulum autem temporis.. Moralitatum Cap. 13.

VXor alienigena, quam duxit Sanson in thaannata inuito patre, qui ipsum arguerat de hoc, quod dimissis filiabus populi sui, vxorem alienigenam accipiebat, statim postquam rediit ad paternam domum, duxit alium virum, s. vnum de pronubis, de quo Sanson ad ipsam visitandam iterum veniens, & hedum sibi de grege offerens, & cubiculum eius intrare volens, nisi scilicet pater & mater eius impediuissent, summe iratus fuit, quapropter trecentas vulpes cępit, & ipsas vulpes per caudas ligauit simul, & faces ardentes ad caudas eorum accendit, & ipsis per segetes philistinorum dimissis, eas succendit pęnitus & vastauit. ¶ Istud. n. potest allegari exemplariter, quod non est tutum contrahere aliquam magnam familiaritatem cum alienis, propriis dimissis compatriotis & vicinis. Isti. n. facili occasione hominem dimittunt, & ad aliud se conuertunt, sicut de stipendiariis cernimus continue. Sicut etiam accidit de quodam rege Franciæ, qui non propriis hominibus, sed alienis militibus pecunias dabat, & eos sibi verbis & promissionibus alligabat. Sed cum surrexisset tribulatio, omnes eum reliquerunt, & inimicis ipsius adhæserunt, & soli cõpatriotæ quos prius contemnere videbatur, ipsum viriliter adiuuerunt. Talis igitur vxor. i. talis extraneus amicus, hominem perfectè non diligit, & ad alios faciliter se conuertit. De quo Eccl. 6. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in in tempore necessitatis. ¶ Vel dic generaliter contra falsos amicos, qui ad modum illius vxoris non diligunt hominem nisi sit præsens ideſt nisi benefaciendo se exhibeat præsentem, quia talis statim vertit dorsum, & ad domum suam vel ad alia negocia redit, ipsum obliuiscitur, & cum alio maritatur. i. alium amicum quærere molitur. ¶ Vel dic contra malas mulieres, quæ re vera de absentibus parum curant, sed statim alios eligunt sibi & procurant. ¶ Vel dic, quod talis vxor alienigena dicitur esse ecclesia Christi, quæ vxor de gentibus pro maiori parte est assumpta, & Sansoni Christo per

Esto per fidem desponsata. Ista est enim, quæ post ascensionē & recessum viri sui Christi ad domum patris, scilicet ad paradisum, vnde in thannata. i. mundum apud gentiles peccatores pro ista accipienda descenderat, parum in amore eius sterit, quin timo potius cito alteri viro. s. mundo, carni vel diabolo per diuersa vitia se tradidit, & istius copulā & amorem dimisit. Quapropter iste Sanson Christus contra eam indignatus, iam vulpes cum facibus, ideſt tyrannos cum crudelitatis ignibus in eius segeres, ideſt in eius bona temporalia currere permittit & populum istius vxoris suæ adulterę, ideſt clericos philisteos poculo vtentes, ideſt poculis & ebrietati vacantes, mediantibus huiusmodi vulpibus malis ſæcularibus contra eos colligatis, vastat, depauperat & confundit. Psal. 105. Tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderūt eos. ¶ Vel ad litteram illud potest allegari contra ecclesiasticos schismaticos, qui quia virum suum Christum, quantum ad veram eius fidem reliquerunt, & diabolo per hæreses & schismata adhæserunt, ergo tradidit eos ipse Sanson Christus vulpibus ideſt hæreticis & falsis doctoribus, facibus malæ doctrinæ eos illuminantibus, & segetes virtutum poculorum suorum calice exterminantibus. Vnde in Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. ¶ Vel dic, quod prout communiter istæ adulteræ ecclesiæ seu sectæ & eorum populi vniuersi a vulpibus ideſt a tartaris & paganis infestantur, & segetes & bona eorum ab ipsis infidelibus, quibus vt communiter subiectæ sunt, depiæ lantur. Patet in græcis, qui molestantur a turcis In armenicis & georgianis, qui subiiciuntur parthis. In ruthenis, qui obediunt Romanis. In nestorianis, qui captiui tenentur ab Indis. In surianis & Iacobinis, qui violenter seruiunt ægyptiis. In nubianis, qui iniurias patiuntur ab æthiopibus conuicinis. Ecce ergo qūo adultera Christi vxor, cum philisteis, i. cum suis infidelibus Christianis a vulpibus infestatur, & quomodo ab infidelibus subiugatur, quia re vera sicut in Psal. 62. dicitur. Tradētur in manus gladii, partes vulpium erunt. Ecōtra autem videmus de vxore legitima, quæ thorum. Christi non fregit, sed fidem inuiolatam seruauit, s. de Romana ecclesia vel latina, quæ cum populis sibi subiectis, quā nulla vulpes seu infidelis suppediat, quin potius ipsa eas quotidie subiicit atque calcat, sicut ad litteram videmus de polonis, vngaris & hispanis, qui quamuis infideles habeant conuicinos, illis tamen non obediunt, sed diuino munere ipsos quotidie subiiciunt atque vincunt. ¶ Vel dic quod ista vxor est anima, quam Christus fide & gratia sibi copulat, quæ tamen per peccatum alteri viro, s. diabolo se donat, ita quod dato quod vir suus Sanson, ideſt Christus fidelium sol, hedum sibi offerat. i. fætorem sui peccati ad memoriam reducat & cubiculum cordis eius per gratiam intrare cupiat, pater tamen & mater vxoris istius ideſt mundus & caro, introitum istum verant, quo indignatus vulpibus. i. dæmonibus & vitiis vniuersis, nocendi sibi & populo suo licentiam administrat. ¶ Vel dic, quod vulpes istæ sunt vsurarii, & alii fraudulenti, & hæretici, & falsi socii, & amici, quos scilicet Sanson diabolus per caudas ligat, & eos inuicem associat, & faces ardētes auaritiæ eis administrat, & sic segetes, ideſt substātias philistinorum. i. pauperum per istos deuorat & deuastat, vt patet ad litteram de societatib. vsurariorum, qua mus mali diuersas faces, i. varios nocendi colores habeant, in cauda tamen, ideſt in fine & in intentione illis conueniunt, & ad nocendum philisteis. i. pauperibus simul volant, vt etiam patet de balliuis & aduocatis, qui ignē rapinæ contra subditos & pauperes simul portant. Vnde de talibus sic ligatis potest dici illud Tren. 5. Propter montem sion quia disperiit, vulpes ambulauerunt in eo. ¶ Vel dic, quod istæ vulpes sunt auari. Vnde dicitur Matth. 8. Vulpes foueas habent. Isti igitur in caudis faces habere dicuntur, pro eo quod circa finem vitæ quæ in cauda intelligitur magis ardentes & amplius auari esse noscuntur, & philisteos, ideſt pauperes & eorum segetes, ideſt eorum temporales substantias amplius comburere & lædere comprobantur. Vnde Seneca dicit, quod cum cætera vitia senescunt, sola auaritia iuuenescit. Vnde Apocal. 9. Aculei erant in caudis eorum. ¶ Vel dic, quod postquam Sanson Christus alienigenam vxorem suam assumpsit, vulpes ideſt astutos prædicatores accepit, qualis scilicet erat Paulus, qui dicebat. 2. Cor. 12. Cum essem astutus, dolo cēpi vos. Ipsosque simul per charitatem ligauit, & caudas ad caudas, ideſt eorum intentiones simul iunxit, & sic philistinorum, ideſt dæmonum segetes & possessiones, ideſt infideles & peccatores igne sancti spiritus & fidei inflammauit, dicens illud. Lu. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Abiit quoque in gazam, & vidit ibi mulierem meretricem. Moralitatum Cap. 14.

Samson in gazam philistinorum ciuitatem descendens, ad quandam mulierem meretricem intrauit, quem statim detinere & occidere philistiim voluerūt. Ipse vero portas ciuitatis fregit, & aperuit, & exigens secum in montem portauit. ¶ Sic vero cum Christus in ciuitatem philistinorum ideſt in infernum ciuitatem dæmonum descendisset, & mulierem meretricem, ideſt naturam humanam peccatricem ibidem visitasset, philistei, ideſt dæmones ipsum ibidem detinere nequiuerunt, quia. s. fractis & apertis ianuis illius ciuitatis, in montem paradisi recessit Psalm. 106. Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. ¶ Sāson amauit mulierem, quæ morabatur in valle sereth, quæ dalila vocabatur. Ad quam philistei venientes suggesserunt ei, quod Samsonem deciperet, & vbi esset fortitudo eius disceret, ipsumq; ipsis traderet, promittentes, quod ab eisdem pmium reportaret. Istum igitur dalila primo septem funibus, tandem alijs nouioribus ligauit, & postea septem crines cum laciatorio in terram infixit. Quæ omnia cum clamaret, philistiim super te Samson, faciliter dirupit. Cui tandem finaliter cum gemere non cessaret, fortitudinem in suis crinib. esse dixit. Hæc igitur Samsonem super genua sua dormire fecit, & vocato tonsore septem crines sibi abrasit. Quo facto fortitudo eius defecit, & dominus ab eodem recessit. Nazareus enim erat Samson, & nouacula super caput eius non ascenderat, & ideo summam fortitudinem obtinebat. Vbi igitur septem capillos amisit, fortitudinem ēt perdidit: & in philistinorum manibus vxoris suæ fraudulentia datus est. ¶ Samson moraliter est spiritus. Dalila vero, quæ interpretatur situla, habitans in valle soret, quæ interpretatur optima vinea, est caro, quæ. s. delicias sitire cognoscitur, & in vinea ebrietatis habitare vt communiter delectatur. Quando igitur accidit, quod Samson, i. spiritus, adamat istam mulierem meretricem, s. carnem propriam, & in eius consentit lasciuiam, statim assunt philistei, i. dæmones suggerentes istimeretrici, quòd ipsum suum virum, ideſt spiritum decipiat, & quod ad delectationes suas ipsum taliter trahat, quod spiritualem fortitudinem sibi tollat. Quib. libenter ista meretrix obediens statim nititur ipsum septē funib. ligare. i. vniuersis malis cōplacentiis oblectare, tandē studet nouos funes. i. nouas delectationes & cōplacentias adhibere, & postea crines. i. affectiones & cogitationes ipsius in terra. i. in terrenorū conatur affectione infigere. Quæ tñ oīa Sanson. i. fortis spūs solet rūpere, & se de malis cogitationib. delectationib. & affectionib. faciliter liberare. ps. Laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. Quia pro certo quandiu cæsaries capillorū. i. multitudo virtutū & donorū in hoie pleuerat, tādiu ēt durat ipsius fortitudo, ita q; nullus funis alicui' malæ concupiscentiæ vel cōplacētiæ ipsum tenet aut ligat. Vñ Iob 39. Nunquid ligabis rhinocerotē ad arandū loco tuo? Et iō ista mulier caro, in tm facit finaliter q; Sanson. i. spūs consentiendo in pctō, super genua sua dormit & delectat, & sic septē crines. i. septē dona spiritussancti sibi subtrahit & furatur. Quo facto statim dñs ab eo recedit, & resistendi fortitudinē perdit & a philisteis. i. dæmonib. capit & ligat, & sic vxoris suæ meretricis. i. carnis fraudulentia decipitur & dānatur. Vñ dr. Eccl. 35. Breuis oīs malitia super malitiam mulierū. ¶ Hic habēt q; postq; Sanson mediante mala muliere Dalila fuit cæsarie tonsus, & per consequens fortitudine priuatus, statim philistei ipsum cæperunt, & captū excæcauerunt, & excæcatum in carcere posuerunt, & incarceratū molere, & coram se ludere fecerunt, sed tamen post hoc factū est, q; Sāson a philisteis excæcatus, qui ipsum excæcauerant, simul in domo sui conuiuii ruina domicilii facta super eū, oēs perierunt. ¶ Sic vere qñ Sanson, i. aliquis fortis & virtuosus

A tuosus homo mediāte mala muliere, scilicet carne propria: cæsariem virtutum, & per consequens resistendi fortitudinem perdit, statim a philisteis ideſt a dæmonibus per diuersa peccata capitur, & oculis discretionis orbatur, & sic excæcatus, obstinatus & hebetatus in carcere malæ consuetudinis includitur, & tandem molere, i. ad mundi labores & negocia circumire compellitur, & sic coram philisteis, i. dæmonibus ipsorum voluntati obediens, ludere & ludos diuersorum peccatorum facere comprobatur. Finaliter tamen in erum conuiuio. s. in inferno, vna cum ipsis moritur & damnatur, & sic homo per fraudulentiam mulieris quam amabat, i. propriæ carnis, non solum excecatur, immo etiam vita spirituali & æterna priuatur. Vnde dr. 3. Re. 21. Concitauit Achab regem Iesabel vxor sua & abominabilis factus est. ¶ Hic habes q; Samson mediante dalilæ fraudulentia factus cæcus, dum coram philisteis luderet à puero, qui ipsum regebat, petijt q; paulisper quiescendo, ipsum ad columnas domus inniti permitteret. Quod cum factum esset, columnas fortiter concussit, & totam domum, quæ columnis innitebatur, super se & super philisteos, qui ibi conuiuebant, excussit, & sic se simul & eos oppressit, capillis. n. suis excrescētibus fortitudo eius recreuerat, & ideo faciliter columnas strauit, & sic plures moriens quā viuens occidit. ¶ Si vis dic, q; Sanson est peccator debilis & cæcus, qui tunc temporis fortis efficitur quando per pœnitentiam cæsaries vitutum in eo recrescere comprobatur, qa. s. homo post lapsum magis quam ante roboratur, ita quod columnas principalium vitiorum concutiēs, philisteos. i. dæmones vincere comprobatur, & ad maiorem triumphum post casum reseruatur. Apostolus. 2. Cor. 12. Cū enim infirmor, tunc fortis sum. Vide de dalila quomodo excæcauit samsonem, expositum supra. lib. 12. cap. de aranea. ¶ Vel si vis applica ista allegoricē ad Christum, qui moriendo vicit aduersarium nostrum diabolum & cætera.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Fuitq; quo tempore vir quidam de monte ephraim. Moralitatum Cap. 15.

B Sicut in multis passibus huius libri sæpissime replicatur illud verbum. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; faciebat, quod sibi recte videbatur. Et subditur in multis locis, quod filij Israel Deum dimittebant, & idola adorabant & se diuersis vitijs implicabant. Hic autem in primo. 17. & 18. c. fit specialiter mentio de quodam micha noīe ephratheo, qui de pecunia sua fecit idolum, & in domo sua constituit sacerdotium, & quendam leuitam fecit sacerdotem, & postea a filijs dan extitit spoliatus. Dic sīer, q; quando in Israel. i. in ecclesia, vel pria vel collegio, vel clausto, officio vel beneficio non est rex, iudex, vel prælatus, vel rector, sed quilibet permittitur, facere pro libito voluntatis suæ, tunc re vera filij Israel, ideſt subditi ipsi faciliter Deum obliuiscuntur & deserunt, & ad idola, i. ad mundi bona fictitia appetenda & adoranda, vel ad idola, i. ad mulieres, & ad luxuriam se conuertunt, multaque peccata committūt & faciūt. Regulariter. n. est verum, quod absentia iudicis boni vel prælati multorum malorum est causa, & ideo prælati vel superiores non bene faciunt, quādo propter defectum prouisionis officia & beneficia dimittunt vacare, & qñ ipsorum rectores alibi quam in locis suis fine causa permittunt vagari vel vacare. Hie. 6. Pascat vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Fuit quidam vir leuites habitans in latere. Moralitatum Cap. 16.

Fvit vir vnus leuites de monte Ephraim habens vxorem de Bethleem, quam ad domum recedentem secutus est vir suus vt reducere posset eam. Cum igitur reducere teā & iuxta ciuitatem gentilium die aduespera scente transiret ibidem remanere noluit. Sed ad ciuitatem gabaa, quæ erat israelitarum scilicet filiorum beniamin hospitatum transiuit, vbi tamen male sibi succesſit, quia mali viri ciuitatis illius, vxore eius nocte taliter sunt abusi, quod dum tādem ad virum suum rediret, ante hospitis ianuam expirauit. Tandem tantum facinus videns, vxorem. s. suam taliter mortuā ipsam in duodecim partes diuidens, per vniuersos filios Israel misit, & ad vindictam criminis omne filios Israel contra gabaa etiam inuitauit. ¶ Istud allega, qd' qñque est tutius stare in statu & gradu ſculari vel inferiori q̄ ascendere ad maiorem, est arduam vitam eligare & dimittere communē. Ille enim vxorem sua, ideſt carnem seu voluntatem ad vitā reducere volens, & ob hoc gentilē ciuitatē dimittens, ad israeliticam ciuitatem ascendens, ibidem delusionem accepit, ab huius ciuitatis inhabitatoribus summam iniuriam incurrit, quia pro certo sæpe fit, quod homo in statu laicali publico vel gentili, non dignatur manere, sed ad israeliticam, ideſt spiritualem gentem ideſt ecclesiam vel religionem nititur ascendere, & ab inhabitatoribus illius ciuitatis, s. religiosis tot & tanta sustinet, quod melius sibi fuisset, quod in inferiori statu & gradu māsisset. Loth enim nec in Sodomis nec in segor inuenitur peccasse, & tamen in monte in quo saluare se credidit, legitur cum pprijs filiabus incestum turpiter commisisse. Sic verè multi sunt qui mundum deserunt & in monte religionis se saluare credunt. Veruntamen tot filios belial. i. tot hostes spirituales inueniunt, quòd ibi grauius delinquunt. Ideo bene dicitur. Ecclesiasti. 3. Altiora te ne quæsieris. ¶ Vel dic quod iste leuites significat spiritum, & vxor eius carnem, quæ re uera spiritus disciplinam fugiens, libenter redit ad domum patris, ideſt in mundum ad mundi diuitias & ad sæculi dignitates & voluptates. Ad hanc igitur quandoque uir suus, ideſt spiritus vxorem, ideſt carnem reducere quærit, & de mūdo ad domum gratiæ per pœnitentiam ipsam trāhit, sed re uera filij belial, ideſt dæmones quā doque sibi occurrunt, & eam per diuersa crimina prosternunt, & erga eam abominationem faciunt & committunt Sic igitur fit, quod fatigata vitijs, ad virum, scilicet spiritum vel ad Christum redire quærit, cui vir ille compatiens, mortuam, ideſt peccatricem inuenit, quaproter ipsam per frusta, ideſt per diuersas satisfactionum partes diuidit, & per omnes fines Israel. i. ad omnes sanctos, & ad omnia satisfactionis opera ipsam mittit, vt scilicet quot in se habuit carnalia delectamenta, tot de se faciat holocausta sicut de Magdalena dicit Grego. Iuxta illud Apocaly. 18. Quantum glorificauit & in delitijs fuit, tantum date ei de tormentis.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Egressi itaque sunt omnes filij Israel. Moralitatum Cap. 17.

Cvm filij Israel essent congregati contra gabaa pro ipsa destruenda, & propter crimen adulterij punīēdum, de mandato domini iudas fuit dux eorum. Sed cum plures iuissent ad bellum contra gabaa, sic factum est quòd prima vice non leguntur fleuisse, & victi sunt, & secunda vice fleuerunt & coniuncti sunt, tertia vero vice sederunt, fleuerunt & ieiunauerunt & sacrificauerunt, & tunc vicerunt. ¶ Istud sic exponitur, quòd ad hoc, quod hostes spirituales debellare possimus, tria sunt necessaria, scilicet quod iudas, qui interpretatur confessio, præcedat quòd luctus & contritio succedat, & quòd ieiunium & satisfactio accedat Non enim sufficit iudas solus ideſt confessio: nec luctus super additus, ideſt contritio; sed necesse est quod intersit ieiunium & carnis maceratio? sessio, ideſt mentis quies & perseuerans statio: sacrificium, ideſt bonorum operum executio, tunc enim si omnia illa assint, ciuitas gabaon ideſt mala conscientia destruitur, & ab hostibus spiritualibus triumphatur. ¶ Vel secundum glosam Gregorij, supponit enim, quod isti, qui volebant alios pro delicto punire, peccatores erant, & ideo quousq; se correxissent & delecta sua aquis lachrymarum lauissent, alios vincere vel corrigere non possent. Nec ad hoc digni iuēti sunt quousque fleuerunt, & de proprijs criminibus penituerunt. Vnde dicit Ioh. 8. Qui sine peccato est, primus in ipsam lapidem mittat. Vnde Grego. idem dicit. Reuocentur ad cōscientiam vt prius corrigant propria, & tunc reprehendant aliena.

¶ Moralitatum libri Iudicum Finis.

MORALI-

MORALITATVM
Liber octauus libri Ruth.

CAPITVLVM I TEXTVS.
In diebus vnius iudicis. Moralitatum Cap. 1.

RVth mulier alienigena viro Israelitico fuit nupta, sed eo mortuo inter propinquos viri mortui sermo habitus est de ruth in vxorem accipiēda. Vnus igitur propinquorum agrum defuncti maritiipsius Ruth bene possidere volebat, sed vxorem accipere non curabat, quapropter quia vnum sine altero habere non potuit, iure agri & mulieris cessit. Quapropter secundum legē ipsa mulier calciamēta eius soluit & in faciem eius spuit, & domus eius domus discalciati dicta fuit, quia semen fratris sui mortui suscitare noluit. Alius aūt propinquus Booz nomine, ipsam in vxorem accepit, & sic agrum defuncti possedit. ¶Ista gentilis mulier est de gentibus sumpta ecclesia, quæ viro Israelitico. Noemi, quæ interpretatur pulchra, idest Christo filio virginis, quæ pulcherrima est & formosa, extitit desponsata. Sed re vera post mortem ipsius viri sui iā videmus duos propinquos, idest duo genera prælatorū, de ista vxore, idest de ecclesia ducenda obtinenda ad inuicem desceptare. Sunt enim quidam mali prælati, qui bene volunt habere agrum, sed vxorem non curāt, idest, qui bene quærunt emolumentum & lucrum, sed ecclesia vel ipsius spirituali regimine parum tractant. De quibus dicit Apostolus Philip. 2. Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quę Ie su Christi. Et ideo tales, qui magis quærunt temporalia quā spiritualia, sunt discalciādi & conspuendi, idest calciamentis beneficiorum ecclesiasticorum priuandi & vituperandi, & alij loco eorum substituendi. Apostolus Hebræ. 10. Aufert primum vt sequens statuat. Tales enim, qui suscitare semen fratris sui mortui, scilicet Christi, id est facere vtilitatem animarum suarum renuūt, sed solum temporalia lucra quæ runt, repudiari, conspui & vituperari merentur, & alij substitui & subrogari iubentur. Alij autem sunt boni prælati signari Booz, qui interpretatur, in quo virtus seu in quo fortitudo, quia scilicet isti primo vxorem, ideſt, ecclesiam quærunt, & secundario agrum, id est temporale commodum habere volunt & sic vtrunque habere digni sunt, quapropter vxorem istam recipiuntur atque ducunt. Dignum. n. est, quod illi, q principaliter quærunt spiritualia, habeant secundario temporalia & terrena, & quod qui semen fratris sui, ideſt Christi prædicando & peccatores cōuertendo suscitant, etiam agrum, i. deſt temporalium subuentionem, vel etiam agrum, ideſt beneficiorum prouisionem habeant & acquirant. Apostolus 1. Corinth. 9. Si spiritualia seminauimus vobis, non magnum est si carnalia vestra metamus. ¶Moralitatum libri Ruth Finis.

MORALITATVM
Liber nonus libri primi Regum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Fuit vir vnus de Ramathaim sophim de monte Ephraim. Moralitatum Cap. 1.

IVit vir quidam de Ramathaim sophim helchana nomine, q habuit duas vxore, annam, scilicet phennam, quarum vna erat sterilis scilicet anna, phenenna autem fæcunda, & ista fæcunda, sterili improperabat, quapropter ista anna tristis & flebilis prolē a domino petebat, primogenitum suum si masculus esset, offerre domino promittebat. Sic igitur factum est quòd ista prius sterilis peperit & post hoc multos filios parturiuit. Illa vero emula, quæ fæcunda fuerat, sterilis facta fuit, sicut infra dicitur. 3. Regu. 2. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. ¶Helchana, qui interpretatur possessio, est Christus filius Dei patris, qui vir vnus pro eo dicitur quòd vna persona vnus Deus in natura duplici, vnus Christus censetur & creditur de ramatha etiā quod excelsum interpretatur, dicitur esse, pro eo quod ille de excelso cœlorum habitaculo noscitur aduenisse. Vnde ipse dicit. Ioh. 8. Ego de sursum sum. Vnde in Deutorono. 33. Habitaculum eius sursum. Iste igitur in hoc mundo duas habuit vxores ideſt duas sectas fidem tenentes & confitentes & per fidem & gratiam ipsius matrimonium affectantes. Prima fuit synagoga, quæ in principio nō fuit sterilis, sed multorum sanctorum genitrix atque mater. Secunda fuit ecclesia de gentibus quæ scilicet ante sui conuersionem sterilis erat & nullum virum sanctum pœnitus generabat. Synagoga igitur dicta est phenēna, quæ interpretatur cōuersio, quia ista finaliter conuersata est in arcum prauum. Ecclesia vero dicitur Anna, quæ interpretatur gratia saluatoris, quæ est in tempore gratiæ, quia scilicet ista meruit gratiā saluatoris. Quid igitur dicam? Pro certo dicam, quod ista prima vxor quæ primo fœcunda virtutibus & sanctis hominibus erat, & quæ sociæ suę, ideſt gentilitati primitus tanquam vili peccatrici & sterili illudebat, facta est igitur modo peccatrix & sterilis. Vnde Esai. 47. Venerunt tibi duo hæc simul, sterilitas & viduitas. Gentilitas vero postquam per pœnitentiam flens & lugens ad fidem fuit conuersa, facta est fertilis, & in bonis personis & virtutibus & meritis abundans, copiosa & pinguis. Vnde ipsa est, quæ potest dicere illud Apoca. 18. Sedeo vt regina, & vidua non sum, & sterilitatem ignorabo. ¶Vel dic, quod duæ vxores Christi sunt duæ sectæ clericorum & laicorum. Prima igitur vira ecclesiastica primo fuit virtutibus abundans & fertilis, sed pro certo modo facta é sterilis & inanis. Econtra vero secularium vita modo est in virtutibus fertilior, quæ antiquitus fuit sterilior, quia vt communiter plures inueniuntur, cæteris paribus, boni seculares quam boni ecclesiastici vel boni regulares. Vñ Grego. dicebat in persona ecclesiasticorum Timendum est ne nobis cadentibus surgat, qui nobis stantibus irridet. ¶Vel dic q̄ istæ duæ vxores significant duo genera personarum, .s. quosdam fructuosos & fertiles, de sua tamen virtute præsumentes, & alijs irridentes, qualis fuit phariseus ille, qui se ipsum commendabat, & publicanum condemnabat. Item alios steriles & peccatores, flentes tamen & pœnitentes, & de sterilitate sua dolentes & pro parte bonorum operum Deum exorantes & spiritum contribulatum sacrificantes. Ista est ego veritas q̄ tales præsumptuosi faciliter in peccatum cadunt & ita steriles sunt. flebiles vero & pœnitentes a vitijs resurgunt, & sic fructuosi & virtuosi existunt. Allega illud Grego. supra dictum. ¶Vel dic, quod helchana est prælatus, qui dicitur vir a virtute, vnus à simplicitate, de ramatha a vitæ & scientiæ sublimitate, cuius. s. duplex est vxor. s. activa & contemplativa &c. ¶Vel dic, quod anna sterilis est beata virgo, quæ samuelem ideſt Christum miraculose peperit, quem ablactatum in templo obtulit, qui etiam tandem magnus propheta factus fuit in Israel. ¶Vel dic, quod anna, quæ non prius samuelem domino reddit, seu etiam in templo obtulit, quousque ablactatus fuit, sicut dicitur hic, est ecclesia quæ samuelem ideſt quencunque subditum non debet administrandum in templo. i. in aliqua prælatura vel officio adducere vel præficere quousque ipsum ablactatum. i. a lacte voluptatis carnalis abstractum viderit esse. Vnde Comestor videtur innuere super Ge. 21. vbi de ablactatione Isaac loquit: vbi Abraam conuiuium fecisse legitur q̄ puer non prius ad mensam patris sedebat, quousque ablactatus erat, & tunc sibi conuiuium parabatur, & ad mensam patris admittebatur, ad denotandum, quod nullus ad mensam patris Christi. i. ad beneficia ecclesiastica debet admitti, donec a lacte carnalitatis contigerit ipsum ablactari. Quia sicut dicit Apostolus. Heb. 5. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonū iustitiæ. ¶Vel dic quod lac significat verba adulatoris, a quo pro certo summe debet ablactari & recedere, qui in templo dñi vult viuere vel manere, & ibi in aliquo officio vel bñficio ministrare, vel in mensa ecclesiasticæ dignitatis ascendere vel sedere. Vnde dicitur. Gen. 21. Creuit puer & ablactatus est &c.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Exultauit cor meum in domino. Moral. Cap. 2.

HEli sacerdos habebat duos filios pestiferos. s. Ophni & phinees, qui in templo in sacerdotis officio ministrabant,

A strabant, & tamen dominum nesciebant, sacerdotis officiū ignorabant, qui cum mulieribus dormiebant & cum fuscinula carnes coctas de sacrificātiū lebetibus capiebant, & nihilominus carnes crudas ab ipsis petebant, & ipsos ad dādum etiam cōpellebant, & sic populum a sacrificio retrahebant. Quæ quamuis sciret Heli pater eorum, ipsos tamen propter hoc non castigauit nec ab officio amouit. Et quamuis verbis ipsos legatur reprehendisse, ipsos tamen actualiter nō correxit, quapropter ipse pater & filij vna die perierūt, quia. s. pater senex & cecutiens, de sella cecidit, & confractis ceruicibus expirauit, duo vero filij eius in prælio cecidерunt, quando arca domini, quam portabant, a philistinis capta fuit. ¶Iste Heli, qui interpretatur extraneus à domino, de quo dictum est, Erat senex & cecutiens, & tamē summus sacerdos, significat malos superiores, dominos & prælatos. Isti enim à domino sunt extranei, & senes, ideſt negligētes & pigri, & per ignorātiam cecutientes & obscuri. Filij istius significant malos inferiores ecclesiasticos, ad ministrādum in tabernaculo ecclesiæ constitutos. Isti. n. dicuntur ophni, quod interpretatur insania conuersationis, & phinees, qui interpretatur oris obturatio, quia. s. isti hodie habent cor insanum & in concupiscentijs & effrenatum, & os ad Deum laudandum mutum & obturatum. Esa. 36. Vniuersi canes muti, non valentes latrare. Et breuiter isti sunt, qui dominum uidentur nescire, & officium sacerdotis vñr pœnitus ignorare. Hier. 2. Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus, & tenentes legem nescierunt me. Et istud patet, quia isti cum mulierib. luxuriose dormiunt, cibos alienos per auaritiam rapiunt, & cum fuscinula rapinæ illud, quod ad se non pertinet, eleuant & tollunt violenter. Vnde Ioh. 24. Agrum suum non demerunt &c. Carnes etiam crudas, ideſt malas mulieres habere volunt, necnon etiam carnes crudas, ideſt personas iuuenes & carnales secum habere eligunt, coctas uero, .i. eruditas & maturas repudiant & dimittunt. Exemplo roboam, qui reiectis senibus iuuenes est secutus. Et sic suis malis scandalis seculares a sacrificando. i. a collatione bonorum temporalium ecclesijs impediunt, & etiam eos a sacrificio bonorum operum suis malis exemplis repellunt. Vnde beatus Gregorius dicit in pastorali. Nemo amplius in ecclesia nocet quam qui peruerse agens ordinem sanctitatis habet. Heli igitur, ideſt superior prælatus, istos non castigat, sed quia sunt nepotuli vel amici eius, vitia eorum dissimulat, quapropter omnes simul mors æternæ damnationis arripit, & diuinum iudicium eos damnat, quia re uera non solum ille, qui peccat, puniri meretur, immo etiam prælatus vel pater, vel quicunque alius, ad quem spectat correctio, si non correxit, reus criminis iudicatur, propter talium enim culpam arca testamenti, quam portabant, i. ecclesiasticus minister, a philisteis, ideſt a gentibus sæcularibus capitur & deprimitur, ipsi vero, qui delinquunt, & pater eorum, ideſt superior, qui non punit, casu mortis æternæ damnatur. Vnde Augustinus ad macedonium epistola. 44. Sicut semper est misericorditer puniendum, ita nec semper crudeliter parcendum.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli. Moralitatum Cap. 3.

SEnuerat Heli sacerdos & caligauerunt oculi eius intantum quod non poterat videre lucernam domini antequam extingueretur. ¶Quamuis istud posset intelligi litteraliter, quod scilicet iste erat cecutiens, quod non poterat videre lucernam domini, etiam antequam extingueretur, superficialiter tamen videtur textus dicere quod ipse melius videbat lucernam extinctam quam accensam, quod etiam possibile fuit propter uitium debilitatem sicut patet in noctua, quæ non potest videre lumen solare, sed lunare. Igitur dicam mystice, quod iste Heli, qui interpretatur extraneus a domino, potest significare malos principes mundi & prælatos, qui a domino sunt remoti quia re vera oculi, scilicet iudicij talium principum & prælatorum, ita hodie per carnalem affectionem a domino per gratiam sunt remoti, & non vident bonos, intantum quod valet dici, quod eorū oculi caligant ita quod lucernas ardentes, ideſt bonas & honestas scientificas personas non considerant neque uident. C Lucernas uero extinctas, id est ignaras & insufficiētes personas scilicet nepotulos vel familiares suos solent misericorditer videre & de eorum promotione subtiliter cogitare. Lumen enim clarum, ideſt bonarum personarum claritas videtur talibus odiosa, lumen uero lunare uel obscurum id est conditio insufficientium personarum, talibus est amabilis & acceptа: vnde de tali usu potest dici illud Exod. 14. Filij Israel viderunt Aegyptios mortuos super littus maris. ¶Vel dic, quod lucerna accensa significat Christum viuum, lucerna vero extincta significat Christum mortuum. Lucerna vero dicitur quasi lux intesta, quia scilicet Christus habuit lucem diuinitatis in testa humanitatis. Lucerna igitur extincta significat Christum mortuum Heli significat populum iudaicum, & sacerdotum & phariseorum statum, qui re vera fuerunt cecutiētes & parum discrete videntes, quia certo quandiu lucerna nostra Christus fuit accensus & viuus ipsum videre aut agnoscere nequiuerunt. Vnde Ioh. 1. Mundus per ipsum factus est mundus eum non cognouit. Tandem vero ipso extincto ideſt mortuo, scilicet visis miraculis in passione factis, & tandem per manus Apostolorum perpetratis, inceperunt ipsum videre, & in ipso credere, virtutem suæ fidei agnoscere & sentire, sicut apparuit in illo centurione: qui videns eclipsim solis & alia mirabilia & passionis dixit. Vere filius Dei erat iste. Ista etiam ad sanctos & martyres applicari possunt, quorum virtutem & Sanctitatem dum viuerent, populi cognoscere nequiuerunt. Vnde dicitur Luc. 24. Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Post mortem vero eorum apparentibus miraculis fuerunt visi & cogniti, & etiam per fidem & deuotionem conspecti.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Et factum est in diebus illis, conuenerunt philistijm. Moralitatum Cap. 4.

CVm arca testamenti sub Heli summo sacerdote cecutiente & caligante, ab ophni & phinees malis ipsius filijs regeretur, & vt saluarent populum, in prælium contra philisteos duceretur, ab ipsis philisteis infidelibus fuit capta, & in eorum iurisdictione in azotum adducta, & in loco Dagon ipsorum Dei fuit in templo iuxta eum constituta. Sicque factum est sicut dicitur in capitulo sequenti, quod virtute arcæ idolon dagon cecidit, & pronum de mane ante arcam repertum fuit, & iterum re uera altero mane sup limen ostij templi truncatus capite & manibus iacens apparuit. ¶Istud exponunt aliqui sic per arcam testamenti intelligitur lex diuina seu etiam fides catholica. Per Heli vero & filios Israel, intelligitur populus iudaicus. Per philisteos vero intelligitur populus gentilis, quibus dagon, qui interpretatur piscis tristitiæ, ideſt diabolus, erat dominus atque Deus. Ista ergo fuit veritas, quod cum bellum & cōtrouersia fuit semper inter Israel & philisteos. i. inter iudeos & gētiles. ita quod ipsi iudæi in arca testamēti, i. in lege & fide gloriarentur, & eius virtute se esse saluandos & liberandos opinarentur, nutu Dei factum est, quod ista arca, .s. lex & fides ad philisteos, i. gētiles transiuit, in quantum, .i. isti fidem Christi, quam iudæi ab negauerant, susceperunt, & in loco Dei sui posuerunt, inquantum loco suæ perfidiæ fidem catholicam habuerunt, & Christo loco dagon, i. loco diaboli crediderunt. Dagon. n. diabolus tunc apud gentes, i. apud ecclesiam sumptam de gentibus, occubuit, quando arca testamenti, quæ est fides catholica, ad ipsos trāslata fuit. Et dato quandoque quod fuit reuelatus etiam cultus idolorum interpolatis temporibus apud christianos est restitutus, sicut apparuit sub Iuliano imperatore, finaliter tamen stante arca, & perseuerante fide catholica, apud eos fractus est & penitus destitutus dagon, i. diabolus, capite, ideſt intētione, & manibus. i. idolatriæ operatione priuatus. Esa. 19. Dominus ingredietur ægyptum, & mouebunt simulachra eius. ¶Vel dic, quod arca est ecclesia, quæ re vera tunc temporis à philisteis capitur, ideſt a sęcularibus deprimitur, & a tyrannis & principibus affligitur, quando ab Heli. sene, & cecutiente, qui lucernā extinctam videt melius quam accensam, regit, .i. quando a plato sene, negligente, cecutiente & ignorāte, affectuque

E affectuque etiam malos melius quam bonos vidente & promouente, gubernatur, & quando à malis suis filijs, id est a malis sacerdotibus & clericis, & alijs ecclesiæ subditis conducitur & tractatur, quia re vera credo, quod nulla est hodie causa quare ecclesia a tyrannis & sæcularibus opprimitur, nisi quia Heli & filius sui, idest prælati & subditi ecclesiastici erga Deum delinquere comprobantur. Et si vis de istis malis filijs, & de isto malo patre suo, qui non corrigebat illos, pone illud quod supra est positum capitulo secundo. Et allega de pressione ecclesiæ & ecclesiasticorum. Psalm. 105. Tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eis, qui oderuut illos. ¶Vel dic, quod Dagon, idest diabolus, sedens in templo honorifice iuxta arcam, significat malum ecclesiasticum vel prælatum, qui scilicet in templo ecclesiæ ad aliquod altum beneficium erigitur & ibi honoratur, & iuxta arcam colitur, id est iuxta Christum & sanctos in ecclesia comoratur. Tales ergo dicuntur idolum Dagon, qui interpretatur piscis inutilis, piscis iniquus, piscis mæroris. Quia vere isti proprie sunt idolum propter fictionem hypocritam. Apostolus. 1. Corinth. 8. Idolum nihil est. Sunt pises propter carnalitatis remollitionem. Abacuch 1. Facies hominis sicut pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Sunt pisces inutiles, propter omnimodam imperfectionem. Sunt pisces mæroris, propter tristitiam & detractionem. Sunt pisces iniqui propter iustitiam & æquitatis suffocationem, & propter rapinam, incredulitatem & exactionem. Vnde Ion. 2. Præparauit Deus piscem grandem vt deglutiret Ionam idest pauperem. Isti ergo sunt, qui inueniuntur hodie ad terram, idest ad bona terrena per auaritiam cecidisse, & caput rectæ intentionis, necnon & manus bonæ operationis pœnitus perdidisse. Iuxta illud Iudit. 14. Ecce Holofernus iacet in terra, & caput eius in eo non est. ¶Vel dic quod arca testamenti nunquam patitur Dagon iuxta se, quia re vera Christus nunquam potest pati iuxta se in templo uel in statu, gradu vel prælatura idolum Dagõ, i.
F malum ecclesiasticum vel prælatum. Dic de Dagon sicut supra immediate. Necesse enim est, quod per infortunium a statu suo cadat, vel quod post p apostasiam a religione recedat, vel etiam quod per mortem corruat & succumbat. Quinimmo nos videmus quod dato, quod isti quandoque a suis casibus releuantur, & per adiutorium amicorum ad gradum pristinum restituuntur. Sapient. 13. Imago enim eius est & opus est illi adiutorium, oportet tamen, quod finaliter decidant, & quod per infortunia vel per mortem a loco isto sublimi destituantur, & a consortio arcæ finaliter deponantur, quia breuiter nullum idolum, idest nullus fictus potest diu iuxta arcam idest Christum in statu religionis vel ecclesiæ persistere quinimmo necesse est ipsum cito a tali ficta perfectione, vel a tali obtenta prælatione deficere & cadere, & ipsius nequitiam apparere. Et iterum. Spiritussanctus disciplinæ effugiet, fictum. Et Seneca dicit sic. Nihil quod simulatum est & fictum, potest esse diuturnum. Vnde Esai. 19. Dominus ingredietur ægyptum, & corruent simulachra eius. Vnde etiam dicit Seneca in lib. de moribus quod bonę honestatis nunquam est longa simulatio. Vel dic, quod Dagon iuxta arcam est in templo, quando in corde nostro est auaritia iuxta scientiam, inanis gloria iuxta bonam operationem, sæcularis negociatio iuxta religionem, diabolus iuxta animam, peccatum iuxta conscientiam. Ista enim insimul stare non possunt, quinimmo si arca stat idest bonum in corde perseuerat, necesse est Dagon idest vitium cadere & cessare. Fatui sunt igitur quidam religiosi & clerici, qui seruire Deo & mundo volunt, & sacram scripturam ad lucrum temporale conuertunt, & bona opera ad mundi gloriam faciunt, & sic diuersimode Dagon iuxta arcam, diabolum iuxta Christum, malum iuxta bonum, idolatriam hæresim vel sortilegium iuxta fidem, iuxta delitias pænitentiæ crucem, scientias ciuiles iuxta theologicam, vitium iuxta virtutem ponunt, & tamen constat, quod ista simul habitare non possunt, & dominus conqueritur per Esaia quinquagesimusseptimus dicens. Iuxta me discooperuisti te, & suscepisti adulterum, pepigisti cum eis fædus. Et iterum Esa. 28. Coangustatum stratum ita ut alter decidat, & pallium [illegible] vtrunque operire non potest.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Philistijm autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt. Moralitatum Cap. 5.

POst Dagon iuxta arcam depositum, & capite, & manibus deeruncatum, vt supra visum est, philistei arcam domini detinebant, & tamen ipsam habere (cum essent idolatræ) nullatenus digni erant percussit eos dominus in posteriora, ita quod oportuit ut pelliceas facerent sibi, sedes etc. perunt etiam mures inter eos in maxima quantitate, ita vt ebullirent villæ & agri in medio regionis, & quocunque arca ducebatur, populus grauissima plaga percutiebatur. ¶Istud potest allegari, quod gentiles, idest indigni peccatores non dicunt sancta Dei sacramenta vel etiam ecclesiastica beneficia detinere. Seu etiam contra seculares, quòd non dicunt decimas vel ecclesiarum possessiones & iura tangere, nec ipsa apud se possidere, seu potius ipsa filijs Israel, idest ecclesiasticis remittere, & etiam bonis personis & sufficientibus assignare. Tales igitur detentores arcæ, & decimarum, & ecclesiæ iurium, & etiam beneficiorum ecclesiæ, duplici malo percutiuntur, scilicet malo culpæ, & malo pœnæ. Malo dico culpæ: quia circa posteriora putrescunt, quod facit peccatum luxuriæ, quo inficiuntur, & per quod gratia & fama priuantur. Psalm. 77. Percussit inimicos suos in posteriora, & opprobrium sempiternum dedit illis. Malo etiam pœnæ, quia mures idest raptores, tyranni & principes seculares, mali etiam prælati vel officiales contra istos debacchantur, & apud eos quandiu ecclesiæ iura vel beneficia iniuste retinent, ebullire noscuntur, a quibus quasi omnes talium substantiæ deuorantur, vnde dicitur. 2. Machab. 1. Anthiochus enim ebullire fecit de perfide eos, qui pugnauerunt contra nos. Sicut ad litteram videmus de rusticis, qui iniuste decimas & iura ecclesiæ detinent, quos tandem officiales & principales depauperant atque grauant, vnde Iudith. 14. Egressi mures de cauernis suis ausi sunt ad prælium nos vocare. Bene ergo sequitur, quod quia percussi sunt in posteriora, & quia luxuriosi facti sunt & immundi, ideo sedes pelliceas sibi faciunt, quia scilicet viri carnales molliter & suauiter sedere & viuere semper quærunt, vnde Ezechiel. 23. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. ¶Vel dic, quod talis arca vocatur terra sancta, quæ suos possessores & detentores indignos, scilicet tam iudæos quam christianos, quando peccabant, flagellabat, & se ab eorum manibus subtrahebat. Vnde Numeri. 13. Terra quam vidimus, deuorat habitatores suos. ¶Cum quinque ciuitates philistinorum à Deo propter arcæ detentionem plaga ignominiosa circa posteriora fuissent sic percussæ & per mures etiam quamplurimum infestatæ, illud remedinm inuenerunt quod scilicet arcam domini non vacuam remitterent, sed quod quinque annulos aureos sibi darent, quod cum fecissent, plagæ huiusmodi cessauerunt. ¶Sic vero quando peccatores quinque ciuitatum, idest quinque concupiscentijs subditi volunt placare arcam fœderis, idest Deum, necesse est quod quinque annos & quinque mures idest corporum sensus in aurum conuertant, & de corporalibus spirituales faciant, & quòd per pœnitentiam ipsa Deo offerant. Quinque enim sensus anni dicuntur & mures, pro eo quòd vitiorum feces in ipsis reperiuntur, & quia mens & conscientia ab istorum concupiscentijs sicut a muribus corroduntur, ideo ista aurea & sancta domino offeramus & sic plagam vitiorum & tormentorum salubriter inuademus. ¶Hic habes, quod philistei percussi & tribulati dicebant. Non maneat arca Dei apud nos, quoniam dura est manus eius apud nos & super nos. ¶Ista videtur vox quorundam peccatorum: qui scilicet arcam Dei Israel, idest bonum prælatum uel quemlibet virum sanctum prædicatorem vel correctorem seuerum nolunt apud se manere, quando se vident per ipsum corrigi, & iuxta demerita sustinere, vnde in Prouerbiorum. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit. Istud dic contra quosdam nautas & eorum similes, de quibus audiui quod insurgente tempestate, duos religiosos, quos habuerunt in naui, uoluerunt in mare proijcere dicentes, quod dæmones solẽt magis bonos quam malos impugnare, & quod propter illorum religiosorum odium credebant naufra-

A CAPITVLVM VI TEXTVS.
Fuit ergo arca domini in regione philistinorum septem mensibus. Moralitatum Cap. 6.

HIc habemus, quod philistini tollentes duas vaccas quę lactabant vitulos, iunxerunt eas ad plaustrum nouum, supra ꝙ arca domini posita erat. Vitulosque earundem domi recluserunt, & arcam apud bethsames ducere decreuerunt. Ibant ergo in directum vaccæ per viam, quæ ducit bethsames, & itinere vno pergebant, nec ad dexteram nec ad sinistram declinabant, nec propter vitulos, qui domi remanserant, à cepto itinere deuiabãt, sed solum propter eos mugiebant, & plaustrum cum arca domini recto itinere deferebant. ¶Per bethsames, quæ interpretatur dies solis, intelligo Paradisum, vbi sol iustitiæ Christus regnat. Esa. 19. Ciuitas solis uocabitur. Per istas vaccas religiosos & catholicos accipio, qui. s. iugo domini sunt suppositi & ad plaustrũ religionis & ecclesiæ corrigijs votorum & statutorum ligati. Per uitulos istorum parentes assumo, qui. s. in domo, i. in seculo remanserunt, & ab istis dum erant cum ipsis, lactari & fætari consueuerat. Igitur sit veritas, ꝙ postquam uaccę .i. religiosi & clerici ad plaustrum religionis sunt ligati, & ad Dei seruitium ordinati, & ad deferendum arcam Dei. i. fidẽ & regulam deputati, necnon ad eundem in bethsames. i. in domum solis iustitiæ Paradisum specialiter combinati, directe & iuste per viam iustitiæ dicunt ad istam ciuitatem incedere, nec ad dexteram per amorem delectabilium nec ad sinistram per amorem terribilium dicunt de via huiusmodi diuertere, sed iter suum per bona opera continuare vt in bethsames. i. in domum solis. s. Paradisum possit se fęliciter applicare. Ps. 25. Pes meus stetit in directo, in ecclesijs tuis benedicam te domine. Et dato ꝙ isti in domib. paternis, vitulos, quos lactabant. i. parentes vel consanguineos, quos nutriebant, dimiserunt, nihilominus nunquam propter eos dicunt à cepto itinere virtutum retrocedere, quinimmo sufficit eis compassionis mugitum emittere, & de ipsis alias non curare. Istud potissime debet esse verum de prælatis, qui re
B vera vitulos, i. nepotulos, qui remãserunt in domo paterna non debent per carnalem affectum aliquid in mente gerere, nec propter eius amorem & charitatis semita declinare. Ps. 44. Obliuiscere populum tuũ & domum patris tui. ¶Vel dic ꝙ philistei sunt mali superiores, qui re vera ad trahendũ plaustrum arcæ domini, i. ad regendũ ecclesiam Dei seu obtinendum ecclesiastica beneficia, non alligant nec promouent hodie nisi vaccas, i. nisi personas carnales & luxuriosas, qui. s. vitulos. i. filios & combinarios domi habent, propter quorum affectum mugire, loqui & curam gerere nunquam cessant. Ps. 50. Imponet super altare tuum vitulos. Vituli. n. super altare domini ponunt, qñ à malis ecclesiasticis spurij in ecclesia generantur, & quando ignorantes personæ ad statum ecclesiasticum generantur, vel quando ignorantes personæ ad statum ecclesiasticum promouentur. Et ideo contra tales vaccas trahentes arcam domini videtur loqui scriptura, dicens. Audite verbum domini vaccæ pingues, quæ estis in monte samariæ, quæ calumniã facitis egenis, & dicitis dominis vestris, afferte & bibemus. Sequit, propter quod eleuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentib. per aperturas exibitis, altera contra alteram. Expone si vis quomodo isti in olla inferni finaliter, ponentur, & quomodo nunc alter contra alterum debacchatur. ¶Hic dicitur, ꝙ cum philistei ducerent & restituerent arcã domini, quam ceperãt, viri bethsamitæ, qui erant de filiis Israel merebant triticum in valle, & eleuantes oculos viderũt arcam dñi, & gauisi sunt cum vidissent, & sacrificia etiam ei obtulerunt. Veruntamen quia prohibitum erat, quod populus nullatenus arcam domini videret, pcussi sunt à domino plaga magna, & mortui sunt de populo septuaginta viri, de plebe vero quinquaginta milia. Hoc vr ibi mirabile, qđ philistei cum essent idolatræ, nec arcæ, nec veri Dei cultores, videndo arcam non fuerunt mortui: filij vero Israel visione eius perierunt. Cuius causa potuit esse, quia videre arcam gentilibus non erat prohibitum, sed filijs Israel (nisi essent sacerdotes) fuit specialiter denegatum, vt patet supra. ¶Illud igitur potest applicari, quod ille, qui facit contra prohibitionem, peccat multo plus quam alius, dato, quod sit eadem species delicti. ¶Potest etiam allegari, quod gẽtiles minus peccant in eodem genere peccati quam filii Israel, Iudæi quam christiani, laici quam clerici & religiosi, minusq; debet homini displicere delictum extranei quã propinqui Ps. 54. Quid si inimicus meus maledixisset mihi? sustinuissem vtique. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, q simul mecum dulces capiebas cibos & cætera. Etiam sicut de facto legitur, quod à saraceno mortuo petijt macharius qs in inferno grauius puniebatur, qui respondit, qđ mali christiani, quia scilicet illi veram legem habebant, & ergo contra voluntatem domini facientes, grauius delinquebant ac per hoc grauiores pęnas sustinebant Vnde Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem domini & non faciens, plagis vapulabit multis. ¶Vel dic quod ista arca significat terram sanctam, quæ re vera magis videtur secum diligere malos gentiles quam malos christianos, quod patet, quia illos non occidit sed nutrit, istos vero statim vt mali fiunt, affligit flagellationibus & expellit. Grauius enim offenditur Deus, quando proprij filij contra prohibitionem & legem in terra & domo sua peccant, quam quando alieni populi ipsum vituperant atque turbant. Vnde Hiere. 11. Quid est quòd dilectus meus in domo mea scelera multa facit? ¶Vel dic quòd populus non debet videre arcam nudam, sicut Numeri quarto, vbi exponitur. C

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Et erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abiel. Moralitatum. Cap. 7.

SAul missus à patre quærere asinas perditas, venit ad Samuelem, qui eum vnxit in regem super Israel. ¶Saul est Christus, quem Deus pater misit in mundum quærere asinas idest saluare animas peccatorum, quem Samuel propheta in regem vnxit, inquantum prophetarum cetus ipsum regẽ futurum prædixit. Vnde Hie. 23. Regnabit rex & sapiẽs erit. Dic ꝙ Saul est prędicator, quem pater suus Christus misit asinas q̃rere. i. aĩas peccatrices cõuertere & saluare, qa p certo quando diligenter exequitur, inũgi prius per gratiam in animo, & ad regem prælationis in mundo, & ad regimẽ Paradisi in futuro promoueri meret. D ¶Iuxta prophetiã Samuelis, antequam Saul in regem inunctus ad regnum pertingeret, plura leguntur ei contigisse. Primo ꝙ inuenit duos homines magnas foueas salientes. Secundo ꝙ ad quercum thabor inuenit tres viros, quorum vnus portabat tres hædos, alius tres panes, alius vini lagenam, qui ẽt duos panes eidẽ contulerunt. Tertio quia post hoc obuium habuit cuneum prophetarum, & statim dedit eis dominos cor aliud, & mutatus est in uirum alterum, & insiliente in eo spũ domini cũ eis prophetauit. His igitur factis congregatus est populus in masphat, & quia in Israel quis melior isto non erat, quia etiam ab humero sursum toti populo præeminebat, iõ sorte super eum cadente, super populum rex factus est, & ex pcepto domini est electus. ¶Dic moraliter ꝙ Saul, qui interpretatur abutens. i. quilibet peccator & Dei misericordiæ abusor, rex. i. suiipsius discretus rector si efficiatur, vel ꝙ ad ecclesiæ regimen promoueatur, vel ad hoc ꝙ ad temporalis curæ uel prælature regimen eligatur, plura necessario requiruntur. Dẽt. n. ante oĩa de oleo diuinæ gratiæ interius vnctionem recipere. Dẽt secundo duos viros salientes foueas .i. duplicem charitatem, Dei. s. & proximi, quæ sola foueam inferni transilit, & euadit, obuiã venire. Post hoc iuxta quercum thabor. i. iuxta memoriam crucis tres viros. i. tres penitentiæ partes, s. contritionem, confessionem & satisfactionem similiter reperire. Contritio. n. portat vinum, quia inebriat p cõpunctionẽ. Vñ Esa. 16. Super hoc plorabo in fletu iazer vineam sabama, inebriabo te lachryma mea. Cõfessio portat tres hædos, per quos fœtoris peccati triplex confessio denotatur, s. qñ confitetur homo peccatum cordis, peccatum oris, peccatum operis. Vnde de istis tribus partib. cõfessionis, potest dici illud. 2. Par. 10. Post tres dies reuertimini. Satisfactio uero portat tres panes. i. tria opera satisfactoria. s. eleemosynam, orationem, & ieiunium, etiam corporis afflictionem, de quo dicitur Luc. 11. Amice, accommoda mihi tres panes. Isti igitur tres viri. s. contritio, confessio & satisfactio, quos penitens inuenit, duos panes solent sibi con-

E cedere,inquantum.ſ.deuotionem, & compunctionem ſibi ſolent conferre.Pſ.Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.Et ſic ſequitur reſiduum,ſ.ꝙ iſte nouum cor à Deo recipiens mutabitur in virum alterum,& prophetarũ, ideſt bonarum perſonarum conſortio ſe coniungens,ſpiritu domini dotabitur,& prophetare incipiet,inquãtum de occultis,& futuris prædicabit & meditabitur,& ſic pro certo iam cæteris maior effectus,& alijs etiam in virtutib. præeminẽs ad regnum temporale,morale & æternale eligi promerebitur,& ad ſeipſum debitè regẽdum,& ad temporalem digni tatem iuſte gubernandam,& ad cœleſtis regni gloriam obtinendam digne & meritoriè aſſumetur,& de ipſo dicetur illud Exo.1.Surrexit rex nouus ſuper Aegyptum. ¶Vel dic, ꝙ ſumme proficit bona ſocietas, quia re vera Saul abutens,i. peccator non faciliter in virum alterum mutatur,& de malo in bonum conuertitur,ſpiritúque diuino cœlitus inſpiratus,& propheta,i.vir ſpiritualis & contemplatiuus,& futurorum mediatiuus efficitur,quando prophetarum,i. bonarum,& ſanctarum perſonarum ſocietatem ſectatur.Pſal.17. Cũ Sctõ ſanctus eris. Mutatus eſt in virũ alterum.Apoſtolus Gal.2.Viuo ego iam non ego.Ita ꝙ facilius poteſt homo ad regnum ſeu regni apicem eligi.Alii vidẽtes Saul ſubito mutatum in prophetam,inuidẽdo & deridendo dicebant.1.Regum 10. Num & Saul inter prophetas.Sic vero ſtatim quando aliquis diuina gratia imbuitur,vel ad aliquem bonum ſtatum Deo mediante erigitur,nunquam deſinunt mũdi detractores,immo iuſtum deridere conantur. ¶Vel ſi vis vide formam electionis,quia electus debet eſſe Saul, qui interpretatur expetitus, quia non ſolũ ſe non debet ingerere, ſed expectare quod ab alijs expectetur.Apoſtolus.Hebre.5.Nemo aſſumat ſibi honorem,niſi qui uocatur à Deo &c. Item debet eſſe aliis in virtutibus maior, & in toto populo nullus debet eſſe melior.Et ſicut Saul ſe abſcondit ita ꝙ à Samuele fuit requiſitus,ita iſte debet honorem fugeret,& inuitus trahi,& aſſumi. Vnde Greg.Sicut indigni ſe ingerentes ſunt repellendi,ita & digni qui fugiunt,inuiti ad regimen ſunt trahendi.Dic ꝙ Saul prius intelligitur prophetaſſe quam ad regimen electus fuiſſet,ad denotandum, ꝙ ad regimen prælaturæ non debet eligi,niſi qui propheta.i.vir ſcientificus, & in futuris meditandis prudens & circunſpectus poterit inueniri,& tamen hodie poteſt dici illud Pſ. 73. Signa noſtra non vidimus,iam non eſt propheta &c.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Et factum eſt poſt menſem,aſcendit Naas.Moralitatum Cap. 8.

HAs princeps amonitarum uenit ad obſidendum Iabes Galaad,populus autem ciuitatis voluit ipſi ſeruire,dũ tamen cum ipſis uellet fœdus inire.Sed iſte cum illis nullũ fœdus facere,nec eorum ſeruitium recipere voluit,niſi oculos dextros eis erueret,& ſic eos viuere pmitteret, ac in ſeruos reciperet & haberet.Iſti igitur conditionem huiuſmodi formidantes,auxilium à Saul,qui nouiter in regem electus fuerat,petierunt,qui tunc actualiter de agro ſequẽs boues veniebat,quique dictos boues occidit,& in fruſtra diuiſit,& per totum Iſrael ſub intimatione quòd ſic fieret bobus ſingulorum, niſi uenirent ad prælium, per nuncios fruſtra miſit.Congregati igitur trecenta & triginta milia virorum ad Saul & ad Samuelem venerunt,qui in tres partes populũ diuidentes,Naas & amonitas debellauerunt,& populum Iabes Galaad liberauerunt. Vnde iſtorum fuit illud verbum. Cras erit uobis ſalus,cum incaluerit ſol.¶Ciuitas Iabes,quę interpretatur dolens ſeu ſiccitas,ſignificat mundum Naas, qui interpretatur ſerpens,ſignificat diabolum.Saul vero, ꝙ interpretatur expeditus,ſignificat Chriſtum, boues eius ſignificant martyres, & filii Iſrael ſignificant omnes fideles, oculus dexter animam,ſiniſter carnem denotat.Amon, qui interpretatur populus meroris, peccatores & damnatos ſignificat.Cum igitur Naas ſerpens antiquus diabolus, princeps amonitarum,ideſt populi meroris omnium peccatorum,qui ſcilicet eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, à principio obſederit Iabes ciuitatem huius mundi, quæ reuera dolens,ſicca uel ſterilis poteſt dici,non ſufficiebat ſibi quòd

nium iſtius ciuitatis,ſcilicet omnium mortaliũ oculos deſtros,ideſt animas uolebat eruere, & ad damnationem æternam ſecum in inferno portare.Vnde dicitur Num.16.Numquid oculos noſtros vis eruere. Illud enim erat horrendũ pactum,quod in iſta ciuitate pepigerat,quòd ſcilicet omnes ciues ipſius oculos dexteros, ideſt animas perdere oportebat,dicens diabolo illud Geneſis decimoquarto.Da mihi animas,cętera tolle tibi.Sed re vera Saul expetitus, & expectatus à Deo,ideſt Dei filius benedictus,boues ſuos ideſt Apoſtolos & martyres martyrio,& occiſioni ſuppoſuit,ipſique,& eorum prædicatione mediantibus populũ fidelium ad fidem & ad pœnitentiam conuocauit,cum eſſent trecenta & triginta milia,ideſt cum ad fidem trinitatis eſſent conuerſi,ipſos in tres partes,ideſt in tres eccleſiæ ſtatus,ſcilicet in prælatos,continentes & coniugatos conſtituit & diuiſit. Sicque factum eſt,quod cum iſto triplici ordine militum & fidelium ſuorum,ſaul Naas ideſt diabolum ſuperauit, & ingum idololatriæ ſuæ de iabes ideſt de mundo abſtulit,& populum,qui in periculo ſeruitutis & dãnationis & perditionis oculorum dexterorum.i.animarum erat,de iſtius manibus liberauit.Vnde dr.1.Mach.5.Venit iudas cum tribus ordinibus poſt eos.Sic igitur fuit eis ſaul cum ſol incaluit.i.ardoris charitas immenſa ſolem iuſtitiæ Chriſtum pro redemptione humani generis inflammauit,inquãtum perſonaliter, liberatione deſcendit.Vnde Mal.4. Orietur vobis ſol iuſtitiæ.¶Vel dic ꝙ ciuitas iabes ſignificat eccleſiam militãtem, quia pro certo iſta eſt hodie ſicca quantum ad bonorũ ſpiritualium fertilitatem,dolens vero & triſtis propter tribulationum temporalium immenſitatem.Vnde illud Tre.1.Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo,ſedet in triſtitia domina gentium.Iſta.n.ciuitas tyrannis & vitiis feruit,& ideo merito dolet & gemit.Vnde ſequitur.Iſta autem gemens conuerſa eſt retrorſum.Serpens igitur antiquus,Naas princeps populi mæroris.i.peccatorum diabolus,iſtam ciuitatem hodie obſidet,& cum populo ſuo.i.cum viris eccleſiaſticis pactum vult facere,dum tamen eis oculos dextros.i.verum iudicium eruat:& quod oculos ſiniſtros.i. carnalem affectum vel iudicium ipſis ſolum dimittat.Vnde Iob 10.Nũquid oculi carnei tibi ſunt,aut ſicut videt homo, & tu videbis? Etiã reuera iam multi ſunt in ciuitate eccleſiæ,qui iſtud pactum cum diabolo iam videntur feciſſe,quia.ſ.verum iudiciũ rationis & diſcretionis videntur perdidiſſe,& ſiniſtrum oculum ideſt carnis affectionem & malitiæ ſubtilitatem & iuſtitiæ iniquitatem videntur ſolummodo retinuiſſe, quod patet,quia non vident nec conſiderant ſpiritualia bona, ſufficientes perſonas,iuſtitiã partium,&c.huiuſmodi, quæ omnia ſunt dextera, immo ſolum videntur conſiderare & videre bona temporalia,carnis parẽtes,dona & munera iniquorum pro iuſtitia ſubuertenda,quæ omnia peſſima & ſiniſtra ſunt.Vnde de illo pacto cum diabolo carne & mundo inito, poſſunt dicere tam mali iudices quam mali eccleſiaſtici illud Eſa.28.Pepigimus fœdus cum morte,& cum infernoſe cimus pactũ.Vñ Zac.11.Brachiũ eius dexterũ ariditate ſiccabit & oculus eius dexter tenebreſcens obſcurabitur.Et dic generaliter de omnibus.Duo.n.oculi dati ſunt homini,ſcilicet duplex conſideratio & diſcretio,ſ.ad temporalia, & ad æterna.Spiritualem igitur & dextrum perdidimus,temporalem & ſiniſtrum pluſquam deceat retinemus.

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Dixit autem ſamuel ad vniuerſum Iſrael. Ecce audiui vocem ueſtram. Moralitatum Cap. 9.

CVm populus regẽ ſupra ſe petiſſet,& dñs eis ſaul in regẽ dediſſet,voluit illis oñdere,qđ ſibi nõ placebat,qđ regẽ poſtulaſſent,& qđ ipſis regẽ in ira & nõ in beniuolẽtia cõtuliſſet.Fecit igit dñs fieri tonitrua,voces,pluuias & tẽpeſtates,& timuit populꝰ vehemẽter.¶Illud põt allegari,ꝙ regimẽ mũdi & iuriſdictio,q̃ alij ſup alios reges principes ſũt adepti,à principio Deo non placuit,immo propter peccata hominum hoc euenire permiſit, & potius tale ſuperioritatis regimen magis ex tyranni de quàm ex iuſtitia venit, & magis ex Dei quam miſericordia proceſſit. Vnde Oſee 13. Dabo tibi regem in furore meo. Cantico.13. ¶Cum populus philiſtinorum congregatus eſſet contra filios Iſrael

A in prælium,non ſunt inuenti in vniuerſo populo domini q̃ in die belli haberent gladium,præter Saul & ionathas. Vnde etiam aliqui timentes fugerunt. Alii ad hoſtes transfugerunt,& alij in ſpeluncis ſe abſconderunt, ita quod cũ ſaul pauciſſimi remanſerunt. Philiſtini aut,qui dominabantur filijs Iſrael,cauerant ne arma ſibi facerent,& ideo nullum fabrum in terra dimiſerant,quinimmo oportebat, quod filij Iſrael pro ferramentis exacuendis & pro ſtimulo, vomere vel ſecuri,ſarculo vel ligione quando hebetabãtur,ad Philiſteos condeſcẽderent,quapropter in die belli gladios & lãceas non habebant.¶Per philiſteos,qui infideles erãt,dæmones ſeu hæretici dicuntur,per filios vero Iſrael, catholici: continuum enim prælium ſeu controuerſia eſt inter iſtos, quia re vera filij Iſrael, ideſt chriſtiani ita hodie per iſtos hoſtes ſpirituales diuerſis tentationibus impugnantur,quod q̃dam eis conſentientes ad eos transfugiunt,alij per auaritiã in cauernis terræ ideſt in bonis temporalib.ſe abſcondunt, ita quod in die belli & tentationis cum Chriſto rege pauci remaneant aut ſubſiſtunt.Pſ.77.Filij effrem intendentes arcum,conuerſi ſunt in die belli.Si etiam contra hæreticos diſputando bellare oporteat,pauci inueniuntur cum gladio verbi,Dei immo (proh dolor) quaſi omnes muti & inermes exiſtunt.Et ſi quæratur,quare hoc? Pro certo in toto exercitu fidelium pauciſſimi ſunt,qui gladijs aut lanceis.i. virtutibus & operibus bonis, ſeu ſanctorum patrum doctrinis & ſcientijs ſunt muniti,ideo ad ſtandum in prælio tribulationis,tentationis vel diſputationis contra dæmones vel hęreticos,non ſunt apti.Iſti.n.philiſtei.i. dæmones vel hæretici, ſumme cauens,ne fabri,qui arma fabricãt.i. boni doctores vel prædicatores,qui doctrinis ſuis alios armant, & arma virtutum & fidei documentorum propinant,inueniantur in Iſrael,i.in eccleſia,ſed eos quãtum poſſunt impediunt & retardant,& ꝙ omnes ad fabros ſuos proprios.i.ad hæreticos doctores diuinos aut ariolos,vel etiam ad legiſtas ideſt mũdi ſapientes recurrere, & eorum conſilijs ſe regere velint, quantum poſſunt procurant,& quod quãdo feramẽta ſua.i. intellectus eorum eſt per ignorantiam duplex vel hebetatus,ab ipſis conſilium petere,& fabros Iſrael.i.theologos dimittere,ſcientiamque euangelicam contemnere, & ſciẽtiã poeticam commendare ſumme captant, vt ſic in bello tẽtationum propter defectum armorum ſpiritualium deficiant, & ſuccumbãt.Et breuiter propter defectum fabrorum.i.bonorum prædicatorum,doctorum vel prælatorũ, multi ſunt hodie chriſtiani,qui ad fabros philiſtinorum.i.ad hæreticos recurrunt,propter quod ſchiſmatici & mali fiunt,ſicut ad literam patet de græcis,ſclauis,furianis & iacobinis,& nubianis,& cæteris ſchiſmaticis Chriſtianis,qb. ꝓ certo defectus fabrorum & bonorum ſanctorum fuit cauſa recurſus ad doctrinas hæreticorum,& fabros dæmonum philiſtinorum,& per conſequens eſt eis cauſa damnationis & periculorum, & ideo propter defectum verorum fabrorum dicitur. Tranſtulit nabuchodonoſor fabrum & incluſorem de Hieruſalem,& adduxit eos in babyloniam.Et ad hoc facit, quod legitur in hiſtoria tripertita,quod.ſ.pagani cum Iuliano apoſtata impetrauerunt ꝙ chriſtiani non audirent artes liberales ſeu philoſophiam, vt ſic dum arma ſcientiæ non haberent,non poſſunt contra eos diſputando ſe defendere. Arriani etiam epiſcopos catholicos mitti in exilium procurabant,vt ſic dum fabri deficerent,populum armis carentem liberius debellarent.Ad hoc enim facit exemplum de ciuitate athenarum,quam quidam rex obſederat,& pactum cũ ciuibus volebat facere, dum tamen ſeptem philoſophos,q̃ erant in ciuitate,in obſides ſibi darent. Cui parabolice quidam philoſophorum reſpondit ꝙ lupi gregem ouium obſidentes,cum paſtorib.pactum & pacem facere promittebãt, ſed ante omnia canes gregis ſibi dari petebant.Paſtores vero videntes,quod ſi canes deficerent,lupi libere oues comedere poſſent,pactum huiuſmodi reſpuerunt.Ciues etiam ciuitatis eadem de cauſa dare hoſti philoſophos,ne populus ſublatis rectoribus faciliter deperiret, dare noluerunt, ¶Sic vere diabolus & hæretici gregem & ciuitatem eccleſiæ impugnantes canes philoſophos.i.doctores,prædicatores & viros ſciẽtificos,bonos iudices & prælatos ante oĩa nituntur tollere,vt ſic tentationib.& erroribus poſſint fideles leuius debellare, dum nõ ſit qui poſſit ipſos inſtruere vel iuuare Vnde Daniel.2.Rex nabuchodonoſor in furorem & C iram magnam verſus,præcepit vt perirent omnes ſapientes babylonis.¶Vel dic,quod in ciuitate animæ faber eſt diſcretio,quam philiſtei,ideſt dæmones ante omnia tollunt & ſic populi illius ciuitatis.i. motus & affectus ſibi penitus ſeruiũt & obediunt.Vnde in Prou.1.Vbi non eſt gubernator, populus corruet:ſalus autem ubi multa conſilia. ¶Hic ponit, qđ contra filios Iſrael venerũt tres cunei philiſtinorum,ſ.vnus, qui ibat contra viam ephraim:alius,qui ibat betherõ,alius, qui ibat ad iter termini.¶Sic vere dico,quod philiſtini ideſt peccata,quæ contra filios Iſrael,ideſt fideles pugnãt ad tres cuneos ideſt ad tria peccata capitalia & vitia generaliter reducuntur.Vnum enim eorum eſt auaritia, & illa tendit ad ephraim,qui interpretatur frugifer ideſt ad mundi fructus. Et ſecundus cuneus eſt ſuperbia,& illa tendit ad betheron, quod interpretatur domus uanitatis,ſignificans mundi,diuitias,honores atque glorias.Tertius cuneus eſt luxuria,& iſta tendit ad iter termini ideſt ad carnis delectationes & delitias. Caro enim iter termini dicitur,pro eo quod iſta ad modum terræ,quæ eſt in terra & confinis aliorum,difficilius cuſtoditur.Ideo de iſtis tribus cuneis poſſumus dicere illud Daniel.7.quod beſtia illa,ideſt diabolus, habebat tres ordines dentium in ore ſuo.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
Et accidit in quadam die vt diceret ionathas. Moralitatum Cap. 10.

HIc ponitur, quod ionathas & armiger ſuus videtes ſtationem philiſtinorum:ſortem periculi ſui uel ſalutis ſi dictis hoſtium poſuerunt,proponentes.ſ.quod ſi hoſtes dicerent,Aſcendite,quod aſcendere debebant,& vincere. Si vero hoſtes dicerent:expectate,tunc nec vincere nec aſcẽdere proponebant, & illud quaſi ſignum in ſortem à Deo ſibi dari credebant.Sicut igitur dixit,factum eſt,quod philiſtini dixerunt,aſcendite,qui ſtatim aſcenderunt, & manibus & pedibus reptando,prius ionathas,poſtea armiger cõtra eos perrexerunt,& hoſtes fortiter inuaſerunt: & in fugam conuerſos,& ſe mutuis cedibus occidentes mirabiliter occiderunt.Quod uidentes filii Iſrael,qui prius ad hoſtes fugerãt & tranſierant,contra eos,& ſurrexerunt ionatham & iuuenem adiuuerunt.Alii etiam,qui ante fugerant,& ſe abſconderant,audita victoria redierunt,& manibus & pedibus reptando,prius ionathas,poſt armiger contra eos perrexerũt & ſe cum perſequentibus fugientes philiſtinos adiunxerunt.¶Iſta poſſunt allegari exemplariter, quod quandoque per ſortem inquiritur voluntas Dei,& veritas caſus futuri, quodque occulta Dei prouidentia quando uidet,quod homo ſibi committit,& uericatẽ alicuius negocii ab eo deuote quærit,ipſam quandoque ſibi oſtendit, Ioſuæ 7. ſicut habentur exempla infinita de achan per ſortem deprehenſo, de ſaul per ſortem manifeſtato,1.Regum 10.de matthia per ſortem electo,& de aliis infinitis.Actuum 1. Non deficit enim occulta Dei prouidentia homini maxime in arcto conſtituto, & ideo multi miranꝰ quare voluntas domini hodie etiam per ſortes non requiritur ſicut tunc fiebat, quia forte ita reſponderet hodie ſicut tunc.Non enim abbreuiata eſt manus domini ut ſaluare non poſſit, ſed iſta ſunt hodie prohibita,ne aliqua ſuperſtitioſa miſcerentur,& ne ſimplices ad idolatriam traherentur.Hic etiam aduerte, quod tunc quilibet poterat pro voto conſtituere ſibi ſortem, & ſignum rei fiendæ, & non fiendæ ad libitum ordinare.¶Vel illud poteſt allegari,quod in factis bellicis audaces fortuna iuuat,& quòd melius eſt inuadere quam expectare. Hic enim aſcenſus & inuaſio ſignum fuit victoriæ & ſalutis expectare ſignum erat perditionis. ¶Vel dic,quod diuina prouidentia libentius iuuat hominem prouocatum, quam illum,qui prouocat,quia ſcilicet iſti fuit dictum. Aſcendite, & ideo prouocatus aſceudit & uincit,prouocantes verò victi ſunt & fugerunt.Quia re uera ad virum iuſtum pertinet, quod ex leuitate bellum non gerat,nec lites,nec controuerſias ſibi foueat, ſed potius quod prouocatus & neceſſitate compulſus ad talia procedat,quia vt communiter tunc ad talia ipſe prævalet & triumphat,exemplo iepte, qui prouocatu ſcontra amon obtinuit victoriam, dicens illud Iudic.

E 11.Igitur ego non pecco in te,sed tu in me, indicens mihi
bella iniusta, iudicet dominus. ¶Vel dic, quod ita est facile
Deo iuuare in paucis sicut in multis,& occulta Dei prouidē
tia operante pauci aliquotiens vincunt multos debiles for-
tes,nudi armatos.Exemplū de iuda machabeo duce, qui cō
tra xerxen,qui cum quatuor milibus venit, sexcenta milia
debellauit secundum Orosium.Vnde dicitur.1.Machabeo 3.
Facile est includi multos in manibus paucorum : & non est
differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis an in
paucis,quia non in fortitudine exercitus victoria belli, sed
de cœlo fortitudo est.¶Vel dic,quod non est tutum in hoste
confidere,quia dato quod victus tibi obediat,& se amicum
tuum fingat,& ad te trasfugiat,si tamen viderit locum suū,
statim nocere nititur atque tentat, ut patet hic de transfu-
gis,qui uisa suorum uictoria,contra philisteum surrexerūt,
& filios Israel iuuerunt.Ideo dicebant principes philistino-
rum de Dauid.1.Reg.29.Reuertatur vir in locum suum,non
descendat nobiscum ad prælium, ne fiat nobis aduersarius
cum præliari ceperimus.¶Vel allega ultimum quod restat,s.
de illis,qui primo fugerant,& videntes victoriam, se iona-
the adiunxerunt,contra multos qui re uera optime sciūt se
homini tempore victoriæ,sed non tempore fugæ adiunge-
re,& aduersitatis tempore latere,cum vero hostes superati
fuerint,ac si fortiter aliquid fecerint,solent ad amicos redi
re,& victoribus se sociare.Vnde dicitur.2.Regum 23.Popu-
lus,qui fugerat,reuersus est ad cesorum spolia detrahenda.
¶Vel dic allegorice,quod ionathas,qui interpretatur colū-
ba,significat virum religiosum vel catholicum christianū,
qui asperam & artam vium pœnitentiæ,& per arduam vir-
tutum viam debet contra philisteos.i.cōtra dæmones & hæ
reticos ascendere,& nisi prouocatus non debet contra eos
disputare,& sic mediāte armigero suo,idest fide vel gratia
de ipsis poterit triumphare.¶Saul sequens philisteos fugiē-
tes,adiurauit populum,ne quis vsque ad noctē comederet,
& sic in hostes vindicare valeret,dicens.Maledictus vir, qui
comedit panem vsque ad vesperam. Populus igitur veniēs
ad saltum,in quo erat fluens mel super faciem agri,non ap
plicuit manū ad os.De melle enim comedere noluit, timēs
adiurationem:sed prosequendo hostes vlterius intacto mel
le transiuit.De isto autem melle credo,quod erat māna,s.im
F pressio aeris dulcis, pinguis & alba,qualis nuper circa aui
nionem cadebat.Ista enim in regno georgionico dicitur in
tanta quantitate super herbas, arbores & lapides in ęstate
cadere,quod multas sarcinas solēt quotidie colligere.Qua
lecunque igitur fuerit mel, ionathas adiurationem patris
ignorans & summitatem virgæ,uel intingens comedit,& il
luminati sunt oculi eius,quapropter quia contra adiuratio
nem patris fecerat,cum dominus ad transgressionem iura-
menti respondisse nollet,sorte deprehensus,à patre adiudi
catus morti fuit,ipsumque pater occidere voluit,sed eū po
pulus liberauit.¶Per mel intelligitur dulcedo prosperitatis
mundanæ,quia re uera illi,qui philisteos idest dæmones &
uitia persequuntur,à tali melle abstinere iubentur, & p ab-
stinentiam cum rege suo Christo hostes morum & fidei per
sequuntur,quinimmo sæpe fit,ꝙ ionathas filius regis, q cā
victorię fuerat idest aliquis religiosus uel deuotus,qui alios
multa bona fecerat, ad comedendum de tali melle, ad gu-
standum de mundi dulcedine reperit à patre suo rege Chri
sto,morti adiudicabitur,nisi meritis & precibus populi exi-
gentibus idest sanctorum precibus liberetur. Illi enim q mū
di delitias gustant,& maxime illas,quas pater eorum Chri-
stus prohibuit,carnales delectationes amāt,quia.s. proprie
designantur in melle,quia fauus distillans labia meretricis.
Prou.5.Nisi sanctorum precibus adiuuentur,& nisi ipsis alia
opera bonorum suffragentur,mortuis perpetuę pęnam por
tant.Vnde Apoc.10.Erat in ore meo tanquam mel dulce, &
cū comedissem, amaricatus est uenter meus.¶Vel dic,ꝙ mel
est sacra scriptura,in qua quando virga intellectus intingi-
tur,& per studium comeditur,oculi mentis per discretionē
illuminantur.Idem dic de melle deuotionis & compassionis
&c.Vel allega,quō reges inuiolabiliter debent seruare ver
bum suum,& quomodo in casu iustitiæ non debent parcere
cuicunq;,et filio delinquēti,sicut iste,qui propter trāsgres-
sionem filium volebat occidere,& maxime quia iurauerat.
Simile habetur in Daniel.6.Scito rex,quia decretum medo-
rum est atque persarum,vt omne illud, qđ constituerit rex
non liceat mutari. Exemplo regis iusti,qui pro filio suo
adulterio deprehenso sibi unum oculum, & filio alium fe-
cit erui,ne legem,quam contra adulteros fecerat,de pdeo
dis duobus oculis contingeret immutari, & ne delictū im-
punitum aliquo modo maneret.Hic habet ꝙ quemcunq; vi
derat Saul uirum fortem & aptum ad præliandum sociabat
eum sibi.¶Sic vere prælatus sibi debet associare consiliato-
res suos,socios & familiares facere, & in beneficiis & offi-
cijs & dignitatibus constituere & præferre,quos ad prælian
dum cōtra dæmones,uitia atque hæreticos cognouerit for-
tes esse,& quos in scientijs,& moribus viderit aliis præpol
lere.Vnde Iud.De vniuersis autem vrbibus accepit sibi auxi
liatores viros fortes ad bellum.

CAPITVLVM XV TEXTVS.

Et dixit Samuel ad Saul.Me misit dominus.Moralitatum Cap. 12.

Dominus mandauit (vt hic habetur) populum amale-
chitarum destrui,& omnia ipsorum bona,oues & bo-
ues,suppellectilia anathematizari,omnia demoliri,& nihil
prorsus ad uitam seruari,nec de bonis eius aliquid custodi-
ri.Nocuerat.n.populus amalechitarum filiis Israel ascendē
tibus de Aegypto,& ideo dixerat ꝙ deleret Amalech de sub
cœlo,vt patet Exod.17.Saul ergo recensito populo contra
Amalech properauit,populumque eius in ore gladij inter-
fecit,& agag regem ipsius viuum cœpit.Pepercit.n. Saul &
populus Agag regi Amalech,& optimis gregibus ouium &
armentis,& omnibus,quæ pulchra erant,nec voluerunt di-
sperdere ea,sed quicquid vile & reprobum fuit, demoliti
sunt.Reprehensi igitur sunt Saul & populus, ꝙ ista non con
sumpserāt,sed reseruauerant,auaritiam suam palliare volē
tes,dixerunt ꝙ ista meliora ad sacrificandum domino cu-
stodierant.Quo dominus indignatus Saul ad perdendum re
gnum condemnauit,& obediētiam esse meliorem victimis
dixit.Melior est obedientia quàm victima,& auscultare ma-
gis quam offerre adipem arietum.¶Saul rex significat mun-
di principes & prælatos,populus vero suus significat infe-
riores iudices,& ballivos,quia re vera dominus vult, quòd
populus Amalech, qui interpretatur lambens sanguinem
idest populus peccatorum,sanguinem idest delitias carna-
les lambentium,vel etiam in sanguine crudelitatis se dele-
ctantium,qui filijs Israel, idest hominibus in deserto huius
vitæ,quo de Aegypto tendunt in Hierusalem & de mundo
ad patrem,non cessant officere vel nocere,vel alias in virtu
tum itinere impedire,destruatur,& ordinauit ꝙ Saul & po-
pulus suus idest principes,prælati, iudices & officiales illos
malos extirpent, & quod mediante iustitia ipsos de medio
iustorum tollant,& quòd eos puniant,corrigant & castigēt,
quodque de bonis ipsorum nihil penitus concupiscant,&
quod iustitiam faciendo,ad bona punitorum per auaritiam
non respiciant aut attendant.Matt.13.Exibunt angeli, & se
parabunt malos de medio iustorum,& mitent eos in cami-
num ignis ardentis. Sed re vera iste Saul & populus suus,
quibus facta est ista commissio idest superiores & iudices in
ter istos malos puniendos, distinctionem faciunt,quia sci-
licet pinguioribus,& ditioribus parcunt,quicquid vero vi
le & reprobum est idest pauperes & viles personas demo-
liunt,consumunt puniunt.& Propter quod proculdubio re
gnum spirituale,& æternale amittunt. Quia breuiter illud
est verum,ꝙ nostri superiores,& iudices pauperes impotē
tes,qui se defendere nequeunt deprecando,demoliuntur,
pingues uero,& diuites sustinent,& eis etiam delinquenti-
bus parcunt.Vnde Innocentius.Pauperum causas cum mo-
ra negligitis,diuitū cum instantia promouetis, & illis rigo-
rem ostenditis,in istis ex mansuetudine dispensatis & cęte
ra.Vide si vis in manipulo curatorum,c.de ambitione. Nec
valet excusatio istorum,quæ sequitur, quia scilicet isti non
debent vt sacrificent domino, sibi spolia amalech reserua-
re,& vt dent eleemosynas,pauperum diuitias congregare,
quia re vera Deus non approbat ista.Non enim sunt facien-
da mala vt eueniant bona; nec sub colore iustitiæ nec vult
quòd quis inobediens sibi fiat,vt acquisitis diuitijs se uelle
eleemosynas facere dicat. Cuius tamen contrarium quasi
omnes

A omnes faciunt,qui pro bona causa se aggregare diuitias di
cunt,vt patet in religiosis, qui.s. uelle ędificare monasteria
se dicunt,in usurariis,& cupidis, qui se uelle eleemosynas
dare asserunt,& prætendunt,cum tamen dicatur in illis Ec
cle.34.Qui offert sacrificium de substātia pauperis, quasi q
immolat filium in conspectu patris.¶Si vis allega de seueri
ritate.i.de sęua veritate Dei,quæ quandoque punit peccata
patrum in filios vsque in tertiam,& quartam generationē.
Transierant.n.plus quàm quatuor generationes,ex quo pa-
tres amalechitarum nocuerāt filiis Israel in deserto,quorū
tamen nequitiam isti eorum filii nunc planxerunt,iuxta il-
lud Thren.5.Patres nostri peccauerunt & non sunt, & ini-
quitates eorum portauimus.Veruntamen supponendū est
ꝙ ista sunt vera, ꝙ isti filii fuerunt imitatores nequitiæ pa-
trum,ut patet de isto Agag,cui dixit Samuel 2.Regum 15.Si-
cut gladius tuus matres absque filiis fecit,ita fiat sine libe-
ris mater tua.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.

Dixitque dominus ad Samuelem,vsquequo tu luges Saul cum ego proiecerim. Moralitatum Cap. 12.

HIc habes ꝙ Dauid fuit minor fratrum,de quo non spe
rauit pater,quod patet, quia fratres suos omnes per
ordinem Samueli obtulit,qui & ī pascuis erat, vbi oues pa
scebat,qui in super percutere citharam, & propulsare dæ-
monem nouerat,& qui fortis robore,vir bellicosus, pru-
dens in verbis,& pulcher visu,decorusq; facie erat,in regē
fuit electus & vnctus, & ad regnum Israel per domi-
num ordinatus,ad regis Saulis seruitium assumptus, & ei
dem postea substitutus.Sauli. n. citharistam petenti fuit di-
ctum de Dauid. Vidi bethleemitē virum fortē,bellicosum,
prudentem verbis & pulchrum visu & scientem psallere,&
dominus est cum eo,quapropter eum accersiens rex aduo-
cau t,& armigerum suum fecit.¶Sic vero dico, quòd illi,qui
sunt cœteris minores per humilitatem,& qui a patre.i.a pa
rentibus carnalibus non præponuntur per carnis affectuo-
B sam sedulitatem,sed qui grege pauperum student pascere
per pietatem,& per eleemosynæ largitatem, qui sciunt ci-
tharam scripturæ pulsare per prædicationem,qui sciunt dę
mones.i.peccata seu uitia de cordib. hominum expellere,
per conuersionem ad pœnitentiam,qui sunt fortes ad resi-
stendum,qui sunt bellicosi ad hæreticos & impios,necnon
contra dæmones & uitia propugnandum,qui sunt pruden-
tes verbis ad discrete loquendum,cum quibus. s. est domi-
nus per gratiam ad eos adiuuandum,& qui sunt pulchri vi
sus ad honeste conuersandū. Tales dico digni sunt ad serui
tium regis Christi assumi,illius substitui & vicarij in eccle-
siæ dignitatibus,& beneficiis fieri, & in reges, & prælatos
eligi,& inungi.Dan.1.Vnde mandatum fuit eunucho per re
gem Nabuchodonosor, ꝙ introduceret de filijs Israel pue-
ros de semine regio,decora facie,eruditos sapientia, cau-
tos scientia,doctos disciplina,qui starent in palatio. ¶Vel
si vis allega,quod ille,qui est minor & contemptibilior, &
de quo minus speratur,quandoque in regem,vel prælatum
eligitur,vel ad aliquam dignitatem vel gradum erigitur, &
illi,qui digniores,& meliores esse credunt, & qui à patre
suo mundo tanquam primogeniti pręferuntur,in electioni
bus repudiātur,& à Deo postponūtur.Eccl.11.Multi tyranni
sederat in throno,& insuspicabilis portauit diadema.Mul-
ti potentes oppressi sunt valide &c. ¶Spiritus domini re-
cessit à Saul,& exagitabat cum spiritus nequā, quapp Da-
uid,qui sciebat psallere, quæ fierunt, quo percutient eci-
tharam,refocillabatur Saul & melius habebat, & spiritus
malignus ab eo fugiebat.¶Dauid est prædicator,cithara est
sacra scriptura.Psal.56.Exurge psalterium & cithara. Quia
re uera si Saul,qui interpretaē abutens,i.si aliquis propter
abusum rerum temporalium efficiatur furibundus uel pro-
pter malam concupiscentiam,vel exagitetur spiritu nequā
per superbiā vel inuidiam,vel per aliquam malam cōpla-
centiam,spiritusque domini.i.spiritussanctus,vel Dei gratia
ab eo recedat propter iniquitatem & malitiam sæpe fit ꝙ
dum Dauid,i.prædicator citharam scripturæ tangit & dicit,
& sonum bonæ instructionis emittit,ipsum Saulem, i. pec-
catorem conuertit,ita quod spiritus malus. i. mala volun- C
tas ab eo recedit, & morbus sui peccati alleuiatur & sistit.
Et idē dic de sono orationis, cuius melodia si à Dauid.i. à ui
ro iusto fiat,diabolus sustinere non potest,dicens illud Ge-
ne.3. Vocem tuam domine audiui in paradiso.i. orationem
tuam,quam facis ad dominum tuum.¶Vel dic ꝙ citharæ so
nus significat memoriam passionis Christi &c.vt supra dia-
bolus enim valde odit talem sonum,ideo viro sancto solet
dici illud Amos 6. Aufer a me tumultum carminum tuorū,
cantica lyræ tuæ non audiam.¶Vel dic ꝙ Dauid est Christus,
qui.s.mediante cithara crucis spiritum malignum. s. lucife-
rum fugauit,& Saulem.i.Adam,quem propter abusum po-
mi vetiti obsederat,liberauit.¶Vel dic ꝙ cithara est caro no
stra,quam dum per pœnitentiam tangimus,spiritum mali-
gnum.i.peccatum seu etiam malam voluntatem à Saule abu
rente.i.anima peccatrice fugamus.Vnde Iob 30.Versa est in
luctum cithara mea. Vel dic ꝙ cithara est plectrum linguæ,
quam pro certo si per confessionem sonuerimus, statim a-
butens anima sana erit.Et ideo bene dicitur.Esa.23.Sume ci
tharam,circumi ciuitatem meretrix obliuioni tradita, be-
ne cane,frequenta canticum.¶Vel dic ꝙ Saul insaniens si-
gnificat aliquem diuitem seu principem iracundum. Quē
pro certo si furentem, & prouocatum uiderimus, necesse
est,ꝙ ipsum cum cithara idest cum dulcis locutionis melo-
dia leniamque,& spiritum malignum iracundiæ ab ipso fu
gere faciamus.Vnde in Prou.25. Patiētia lenietur princeps.
Illud.n.generaliter dic,quia pro certo quādo homo est ple-
nus maligno spiritu & uoluntate,& quando insanit, vel p
concupiscentiam spiritualem uel per iracundiam actuali-
ter melius ut communiter alleuiatur,sanatur & corrigitur,
quando prælatus uel prædicator seu quæcunque castigatio
cum melodia.i.cum uerborum dulcedine,cum dulcique in-
ductione circa eum modulatur.Vnde in Prou.15.Responsio
mollis frangit iram,sermo durus excitat furorem, quia si-
cut dr̄ Eccl.6.Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat
inimicos.Ista autem potissime pertinent ad Dauid respectu
Saulis.i.ad subditum respectu domini,prælati seu regis.Vel
ad alium respectu patris,quia.s.iram talium debet mulcere,
& cum humilitate & patientia pertransire. ¶Vel dic ꝙ Saul D
rex Israel,Deum uidentium est Deus,qui pro certo si cōtra
nos pp peccata insaniat,cithara nostra.i. crucis memoria,
oratioque vel confessio ipsum placat,vt supra.Hic. inueni
notatum,ꝙ licet asinus sonum citharæ libēter audiat, si tñ
ipsam ī uia inueniat,cum pedibus frāgit,& calcat. Sic mul
ti sunt,qui Verbum Dei libenter audiunt,ipsum tñ trāsgre
diendo frangunt, & uilipendendo calcant & præmunt 1.
Re.18.Vide infra quō Saul suum citharistam voluit cōfode-
re &c. ¶In hoc capitulo ponitur ꝙ qñ Dauid ad seruitium
Saulis regis Israel se transtulit,sibi vnum asinum plenū pa-
nibus præsentauit.¶Sic vere religiosus, qui seruitium regis
Christi.i.statum religionis digne cupit intrare, debet, sibi il
lum asinum.i.corpus suum proprium laborib. pœnitentiæ
deditum,cum panibus.s.cum bonis operibus vel cum elee
mosynarum subuentione seu lachrymosis singultibus præ-
sentare,dicens illud Ps.41.Fuerunt mihi lachcymæ meæ pa
nes die ac nocte.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

Congregantes autem philistiim agmina sua in prælium. Moralitatum Cap. 13.

PHilistiim contra filios Israel congregati, goliam ge-
theum principaliorem, & fortiorem in suo exercitu
habuerunt, q scilicet in altitudine sex cubitos cū palma ha
bebat,& armis æreis armatus erat. Cum igitur iste populū
Dei molestaret,accidit quod Isai filium suum Dauid ad visi-
tandum fratres suos,qui erant in exercitu,mitteret, ut.s.il
lis ephi epolētæ,ephi dico.i.tres modios,decemq; panes &
decem formulas casei deportaret. Dauid igitur videns gi-
gantem continuo populo Dei maledicere, accensus zelo,
baculum suum sumpsit, & quinq; limpidissimos lapides de
flumine eligens in pera sua reposuit, & tres ipsorum con-
tra goliam iacens,ipsum in fronte percussit, & tertio ictu
prostrauit, propriumque gladium eius extrahens, caput
eius abscidit. ¶Allegorice ista exponuntur de Christo

E & diabolo. Sic. n. eſt ꝙ à principio philiſtijm. i. dęmones pugnauerunt contra filios Iſrael. i. contra homines habętes goliam, qui interpretatur robuſtus. i. luciferum ductorem, qui ſ. ita robuſtus erat & fortis, quia ſicut dr Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terrã, quæ comparetur ei. Factus eſt. n. vt nullũ timeret. Iſte enim eſt, qui populum domini i. ſanctos patres, & totum humanum genus grauauit, & idem continuo inſultauit, quapropter ſic accidit quòd Dauid manu fortis. i. Chriſtus, fuit in locum certaminis. i. mundum à Deo patre ſuo deſtinatus, & miſſus, vt fratres ſuos. i. fideles, tam præſentes quam futuros perſonaliter viſitaret, & trés modios polentæ. i. fidem ſanctæ trinitatis, necnon decem panes, & decem formulas caſei. i. præcepta legis, quæ. ſ. panes vitæ, & morũ formulę poſſunt dici, eiſdem concederet atque daret. Vnde dicitur Luc. 19. Homo quidam abiit in regionem longinquã accipere ſibi regnum. Et ſequitur. Et ſeruis tradidit decem mnas. Iſte igitur zelo ſalutis populi ſui & animarum contra gloriam. i. diabolum, baculum crucis accepit, & quinque lapides. i. quinque preciola vulnera in torrente paſſionis recepit, quorum uirtute golias iſte percuſſus eſt & proſtratus, & populus fidelium liberatus. Ideo dicitur Luc. 1. In quibus viſitabit nos oriens ex alto, vt de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. Tandem vero iſte diabolus gladio proprio occiditur, inquantum mundi philoſophi, & hę retici, quibus mediantibus diabolus animas occidit, Chriſti inſpiratione conuerſi ſunt ita ꝙ in caput primi magiſtri ſui diaboli, ſeipſos retorſerunt, inquantum contra eum prædicauerunt, & eius malitias detexerunt, & eum capite, i. intentione ſua fraudauerunt, qualis. ſ. gladius fuit Diuus Auguſtinus. Pſal. 36. Gladius eorum intret in corda ipſorum. Et ſi uis, dic de armis eius gloriæ. i. de malis clericis, & religioſis, qui ſunt arma diaboli. Dic quòd omnia erant ærea, quia æs habet ſonum bonæ locutionis, ſed non habet ſenſum deuotionis vel compaſſionis. ¶Vel etiam mali, qui ſunt diaboli arma, ærei poſſunt dici, qui ſunt detractores, & clamoroſi & brigoſi. Vnde Iob 40. Oſſa behemoth ſicut fiſtulæ æris. ¶Hic habes ꝙ Dauid ante victoriam goliæ, dixit ſe viciſſe leonem & urſum & gigantem (ſicut dicitur hic) ipſe Dauid. vicit. Sic vere uir iuſtus debet uincere ſpiritualiter tria, ſcilicet goliam magnum ruſticum. i. mundum, vſum, qui diligit dulcia ideſt carnem, leonem ideſt ſuperbum diabolum. Iſtud potiſſimè debet eſſe in religioſo, qui mundum vicit per uotum paupertatis, carnem per uotum caſtitatis, diabolum per votum obedientiæ & humilitatis. Vel gigas cum magno uentre eſt inſatiabilis auaritia, vrſus lambẽs eſt luxuria, leo erecto collo incedens eſt ſuperbia, etiam ut ſupra. ¶Vel dic, qđ Dauid. i. prælatus quando videt quòd leo & urſus vel diabolus ueniunt ad gregem fidelium ſubditorum deuorandum, ſtatim debet occurere prædicando. Idem de philiſtino &c. quia ſcilicet ptælatus iſta tria ſcilicet leonem, ideſt diabolum, vrſum lambentem ideſt hæreticos, goliam armatum ideſt tyrannos debet uincere, ipſiſque ſe opponere, ne gregem vel populum domini poſſint per vitia deuorare. Vel iſti ſignificant tyrannos &c. ſicut ſupra. ¶Cum Dauid cõtra goliam gigantem ſingulare certamen intrare uellet, Saul armis ſuis, ſcilicet galea, lorica, & aliis veſtimentis ſuis ipſum induit, ſed quia non habebat conſuetudinem portandi arma, iſta ſtatim depoſuit, & baculum & peram, necnõ quinq; lapides de torrente accepit, quorum tribus proiectis, in tertio ictu goliam in fronte percuſſum proſtrauit. ¶Sic uere ſi contra goliam ideſt diabolum, qui continuè per tentationes nobis inſultat, prævalere volumus, neceſſe eſt quòd arma & veſtes Saulis ideſt bona temporalia huius mundi, qui ſcilicet Saul ideſt abutens dicitur, mentaliter dimittamus, quodque baculum, ideſt crucis memoriam aſſumamus, & quinque lapides torrentis, ideſt quinque Chriſti vulnera de ſuæ paſſionis torrente in pera conſcientiæ reponamus. Quia re uera ſi ipſum cum iſtis. i. cum paſſionis Chriſti memoria in fronte, hoc eſt dictu, in principio, quãdo. ſ. tentare incipit, vtpote qñ tentatio adhuc eſt in cogitatione percutimus, contra ipſum. ſ. prævalemus, quia pro certo qñ homo in principio tentationis, Chriſti paſſionem, crucemque ipſius & uulnera adducit ad memoriam, faciliter de hoſte reportat triumphum & victoriã. Ideo bene dicitur Heb. 10. Deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in autorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. ¶Vel dic ꝙ tres lapides, quibus diabolus ſeu eius tentatio proſternitur, tres partes pęnitentię ſignificant. ſ. contritionem, quæ diaboli & peccatum in capite percutit; confeſſionem, quæ ipſum in eodem ueniens loco, ictum alium ſibi addit; ſatisfactionę quę tertio ſuccedens, ipſum ex toto proſternit, dum tamen in fronte. i. in principio iuuẽtutis vel tentationis iſta uenit, &c. vt ſupra. Ipſe etiam diabolus cum gladio proprio accenditur, quando peccatum vel tentatio qua ipſe credit hominem occidere, facit hominem magis humilem, inquantum ipſe ſe uidet ſuccumbentem & fragilem, & ſic proprio telo ſuum in caput ipſius retorquetur. Pſ. 36. gladius eorum intret corda eorum. ¶Vel dic ꝙ iſti tres lapides ſunt fides, ſpes & charitas, quia. ſ. fides percutit fortiter, ſpes fortius, charitas fortiſſime. ¶Vel dic quomodo prouidentia Dei facit in bene vincere inermen ſicut ermatum. ¶Vel dic contra illos, qui excuſant ſe de armis portãdis, i de actibus virtuoſis faciendis propter inconſuetudinem, ſicut Dauid. Non poſſum (inquit) ſic incedere, quia nec vſum habeo. Vel dic ꝙ religioſus, qui vult prævalere contra carnem & diabolũ, arma carnalia debet dimittere, & ſpiritualia accipere, ſ. cruces memoriam &c. dicens illud Apoſtoli. 1. Cor. 10. In carne ambulantes, non ſecundum carnem militemus. Arma. n. militiæ noſtræ non ſunt carnalia. ¶Vel dic quo ad hoc moraliter ꝙ Dauid manu fortis, & vultu deſiderabilis, eſt prælatus qui debet eſſe fortis bene operando, & uultu deſiderabiliter amicabiliter conuiuendo, & honeſte connerſando. Iſte igitur ad prælium contra philiſtiim. i. contra dæmones virtutes & hæreticos debet currere, fratres ſuos ſubditos. i. conſocios debet uiſitare, & victualia ſpiritualia & temporalia eiſdem portare, arma Saulis. i. ſeculi pompam debet dimittere, baculum paſtoralem debet accipere, & de torrente ſcręſcripturę debet quinque lapides, i. continentiam quinque ſenſuum vel etiam diuinę legis doctrinam eligere, & ſic poterit contra goliam. i. contra diabolum vel contra carnem, hęreticos vel tyrannos viriliter triumphare. ¶Hic dr, ꝙ Dauid poſuit arma golię, quem occiderat, in tabernaculo ſuo. In quo notatur, quod quãdo quis de carne vel diabolo prævaluit, arma eius. i. peccata à quibus impugnare exciterat, i tabernaculo cordis ſui debet reponere, vt. ſ. peccata ſtudeat perpetuę memorię commendare, & recidiui continuè formidare, vel adeptam victoriam ad gloriam Dei ordinare. Vnde Eccl. 5. De propiciato peccato noli eſſe ſine metu.

CAPITVLVM XVIIII TEXTVS
Et factum eſt cum compleſſet loqui ad Saul.
Moralitatum Cap. 14.

CVm vidiſſet Ionathas ꝙ Dauid victoriam habuerat contra hoſtes, conglutinata eſt anima eius cum anima Dauid, expoliauitq; ſe tunica ſua & veſtimenta ſua uſq; ad gladium arcum & baltheum, & dedit ſibi. ¶Sic uere bonus religioſus debet per perfectam charitatem Dauid, ideſt Chriſto conglutinari, & ideo veſtimentis bonorum temporalium ſe debet per contemptum & abdicationem ſpoliare, gladium oĩs crudelitatis dimittere, arcum potentię & iuriſdictionis ſecularis cõtemnere, baltheum gloriæ, & magnificentię talis totaliter abdicare, & oĩa Chriſto dare, & amore ipſius de ipſis non curare, & ſic Ionathas. i. columba ſimplex, & humilis Dauid, qui fecit victoriam in Iſrael ideſt Chriſto poteriti ſtatu religionis vel eccleſiæ dignificeadhęrere, maximè qñ conſiderat ꝙ iſte eſt, qui gloriam. i. diabolũ uoluit uincere, & populum liberare, dicẽs cum Petro. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te &c. Hic dr ꝙ cum Saul arreptus à diabolo inſaniret, Dauid citharã percutiebat, ut eum de dęmonio liberaret. Qui lãceã arripiés, uoluit Dauid ad parietem trãsfigere, ſed Dauid ſciuit prudenter lanceam declinaret. Audierat. n. Saul ꝙ mulieres ſibi Dauid ptulerant, qñ redeũti de prelio acclamauerunt. Saul percuſſit mille, & Dauid decem milia. A die aut illa non rectis oculis ipſum aſpiciebat, ſed ipſum omnino occidere proponebat, dato ꝙ ipſe Dauid hoſtes ipſius continuè uincebat. ¶Illud allega, ꝙ inuidia ꝓprio benefacto ri non parcit, & maximè qñ in laude ſibi præfertur, & qñ virtus eius pullulat atq; creſcit. Nõ pór. n. inuidus talem hoĩem reſpice re, dato ꝙ ab ipſo plurima beneficia recipiat, quinimmo dato ꝙ in præſentia eius citharam melodiosè tangat. i. dato ꝙ dulciter tangat, hoc eſt, loquatur & reſpondeat, & ad uotum ſibi ſeruire ſtudeat, lancea tñ ipſum perforare. i. tribulationibus & iniuriis fatigare nititur & tentat. Vnde Sene. Si nullos inimicos facit iniuria, multos tñ facit inuidia. ¶Vel dic ꝙ Saul inſaniens eſt peccator, qui. ſ. citharistam, qui eũ à diabolo liberare nititur. i. prædicatorem, qui citharã verbi Dei ſibi tangit, & pro ipſo ſanando, & à poteſtate diabo li. i. uitiorum ſaluãdo eidem prædicat, & affatur, qñq; trãsfigere, diffamare atq; iniuriari, & ſibi etiam inuidere conatur. Vnde dr in Prou. 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. ¶Vel dic ꝙ Saul ẽ diabolus, qui. ſ. citharistas. i. prædicatores, ſumme nititur, ad parietem. i. ad carnem per luxuriam cum lancea tentationis transfigere, ne officium prędicandi & ſpiritualiter citharizandi valeat impedire: quapropter iſte debet à tali lancea quantum poterit præcauere, & ideo tam diabolus quam homo durus & obſtinatus, videntur dicere illud Amos. Aufer a me tumultum canticorum tuorũ, carmina lyræ tuæ non audiam. ¶Vel dic ꝙ Dauid qui erat pulcherrimus & rufus, ſignificat hiſtriones, quorũ. ſ. cantus rex Iſrael. i. prælatus vel religioſus non debet eligere, ſed eos & oĩa inanem lætitiam abdicare. ¶Vel dic ꝙ iſte ſignificat adulatores, qui in aurib. hoĩm citharizant, & ſemper verba melodioſa & placentia eis cantant. Iſtos igitur dẽt rex Iſrael, i. bonus princeps vel prælatus lancea reprehenſionis percutere, & a ſe penitus ſubmouere, dicens illud. aufer a me &c. Saul maligno ſpiritu exagitatus, prophetauit i medio domus ſuę. ¶Iſtud exponunt quidam ſic, quod aliq; ſunt prædicatores, qui prophetant. i. ꝓdicãt amore terrenorum, in medio domus ſuæ. i. propter commodum priuatum, non ſicut iuſtus, de quo dr, Eccl. 5. ꝙ in medio eccleſiæ apperuit os ſuum. Iſti igit a ſpiritu maligno exagitantur, q. ſ. de ſpũali negocio lucrũ terrenũ adipiſci conantur. Apoſtolus Phil. 2. Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Locutus eſt autem Saul ad Ionatham filium ſuum.
Moralitatum. Cap. 15.

DAuid maritus michol filiæ regis de lecto, in quo credebatur eſſe, aufugit, vt irã Saul declinaret. Vxor vero eius ſtatuam in lecto Dauid loco ipſius poſuit, pellemque caprarũ poſuit ſuper caput ipſius, & ipſam operuit veſtimentis. Cum igitur rex mandauit pro Dauid, uenientes apparitores eius crediderunt inuenire Dauid in lecto, & loco eius ſtatuam cum veſtibus & pellib. inuenerunt. ¶Per iſtam regis filiam intelligitur eccleſia, quæ eſt filia regis Chriſti, per Dauid vero bonus eccleſiaſticus & ꝓlatus. Per lectum Dauid ſpũalem prælaturam & beneficium intelligo, in quibus Dauid. i. bonus prẽlatus quieſcit. Iſta eſt igitur ueritas, ꝙ recedente & fugiente Dauid. i. bono ꝓlato de hoc mundo ad patrem, & lectum ſuum. i. ꝓlaturam vel beneficium vacuum dimittente, ſæpe fit, ꝙ vxor eius. i. eccleſia ponit ſtatuã. i. prẽfert aliquam ſtatualem perſonam in loco & lecto. i. in ſtatu, gradu & officio ipſius, qui receſſit. Qui. ſ. ad modum ſtatuæ nec motum bonæ operationis, nec ſenſum diſcretionis habet, ſed potius qui circa caput mentis pellibus carnalis affectionis tegatur, & veſtib. ꝓpalis poſſeſſionis per auaritiam inuoluatur. Et ideo breuiter hodie fit, ꝙ illi, qui in lecto eccleſiæ Dauid. i. illi, qui bonum & prudentem prælatũ inuenire ſe credunt, ibi pro certo ſtatuam cum pellib. caprinis & veſtib. i. perſonam ignorantẽ plenã carnali affectione & ſolum inuolatã aliquali honeſtæ conuerſationis veſte, vel aliquali poſſeſſione inueniunt, quia hodie ꝓlati circumeũtur in meſoris, qui ſunt pelles viliſſimæ, ſignificantes diuitias & in pellibus caprinis, quæ ſunt pelles fętidiſſimæ, ſignificantes carnis delicias & delectationes. ¶Vel dic ſm aliquos moraliter, ꝙ Dauid. i. vir iuſtus debet a lecto conſcientiæ & imaginationis ſuæ recedere, inquantum. ſ. ſe non debet iuſtum reputare. Vxor. n. ſua prudentia debet in lecto cordis ponere ſtatuã cũ pellib. caprinis, quod ſit, qñ facit hoĩem ſe peccatorẽ ignorantẽ caſurum & fœtidum exiſtimare, & ſic qñ C lictores. i. dæmones veniunt, vt Dauid, i. virum iuſtum de ꝓſumptione tentent, mirantur qñ loco Dauid ſtatuam inueniunt, & qñ loco peccatorum, uirtutis timorem, & peccatorum conſiderationem attendunt, & ſic illuſi ſine dãno recedunt. ¶Videns Dauid conſummatam malitiam Saulis contra ſe, fugit ad Samuelem. Ad quẽ cum miſiſſet Saul nuncios, vt Dauid raperent & adducerent, miſit illi uenientes in nabaioth, Dauid cum Samuele & etiam prophetarum cuneum cum eis inuenerũt. Sicq; factum eſt, ꝙ qñ ipſi lictores qui ad rapiendum Dauid fuerant miſſi, irruente in ſe ſpũ ad prophetandum cum aliis ſunt conuerſi, quibus moram trahentibus, Saul alios lictores miſit, qui & ipſi prophetare ceperunt, quod etiam tertii ſimiliter fecerunt, ita ꝙ nulli ad ſuũ dñm redierunt, ſed cum Samuele & Dauid prophetando remanſerunt. Ad vltimum uero & ipſe Saul perſonaliter uenit, & ſtatim facto ſuper ſe ſpiritu domini, veſtimentis ſuis ſe expoliauit, & nudus tota die & nocte cũ aliis prohetauit. ¶Illud põ allegari, qũo valde proficit ſocietas bonorũ religioſorũ, & illos videre & frequentare, & uerba eorum attendere, & audire, quia re vera ſæpe accidit, ꝙ etiam ipſe Saul & lictores, i. ipſi mali mundi principes & tyranni in ipſo actu malæ uoluntatis ſuæ, qñ bonos religioſos & ſanctos proſpiciunt & uitam & mores eorum attendunt, & eorum prophetias & laudes & doctrinas & prædicationes audiũt, ſtatim ſpiritu Dei tanguntur, & in alios uiros ſe cõuertunt, ita ꝙ ſæpe fit ꝙ ipſi cum prophetis prophetare. i. cum eis religioſe uiuere uolunt, & depoſitis veſtimentis bonorũ temporalium, & etiam habitu ſeculari, Chriſto nudi, & pauperes laudes redunt. Sicut de quoddam rege frãcorum legit, ꝙ cum Romam ad peregrinandum iuiſſet per montem caſſinum tranſiuit, & uiſa conuerſatione ſanctorum monachorum, ſpiritus dñi in eũ inſiluit, & depoſito regio cultu, ſumptoq; monachico habitu, ibi cum i pſis religioſe uixit. Qđ etiam de lictoribus tyrannorũ miſſis pro martyribus capiẽdis quotidie fiebat, quia. ſ. auditis eis conuertebantur, & cũ eis martyrium patiebant. Vnde de Chriſto legitur, Io. 7. ꝙ miniſtri miſſi ut eum comprehenderent, cum hoc facere auſi non fuiſſent, Phariſæis increpantibus ꝙ eum non adduxerunt, reſponderunt dicentes Nunquam ſic locutus eſt homo. Vnde & ipſi Phariſæi dixerunt Iob 3. Nunquid & uos ſeducti eſtis. ¶Vel iſta poſſunt etiam allegari, ꝙ ſpiritus ubi uult ſpirat, quia etiam quandoque in ipſo actu malæ uoluntatis homo conuertitur, & propheta dñi efficitur, ut de Puulo exẽpliter inuenitur Lu. 3. Potẽs eſt. n. Deus de lapidib. ſuſcitare filios Abraæ. ¶Ad finem, ꝙ Dauid poſſet ſcire uoluntatem Saulis utrum erat contra ſe confirmata Ionathas amicus ſuus certum ſuper hoc dedit ſignum hoc. ſ. ꝙ Dauid in agro iuxta lapidem fecit abſcondi, ordinans ꝙ poſt prandium ipſe ad ſpacium ad muros aſcenderet, & tres ſagittas verſus illam partem traiiceret, & puerum ad quærendũ ſagittas mitteret, & ſi cognoſceret patrem ſibi placatũ, puro diceret. Intra te ſunt. Si uero patris uideret conſummatam malitiam, tunc diceret, vltra te ſunt. Videns autem Ionathas Saulem in prandio contra Dauid furentem, ſtatim poſt prandium ad muros iuit, & ſagittas duas in agrum, vbi Dauid latebat proiecit, & puerum ignorantem, ad quærendum ſagittas miſit, & cum diceret, non ſunt ibi ſagittæ, vltra te ſunt, faciendi ſignum, & recedendi ſpacium Dauid dedit. ¶Iſtud inueni expoſitum allegorice ſic. Per Ionathan intelligitur Deus pater, per Dauid eius filius Chriſtus, Saul uero rex, qui inter epulas Dauid mortem deſiderabat, cęcum ſacerdorum & principum iudæorum ſignificat, qui in epulis paſchalibus Chriſti mortem tractabant. Puer uero Ionathæ iudaici populi in ætate puerili & ignorantiæ ſignificat. Ionathas igitur. i. Deus pater duas ſagittas, ideſt duo genera diuinorum alloquiorum ad Dauid abſconditum in agro, ideſt ad Chriſtum latentem ſub littera legis ſcilicet pſalmos & prophetas noſcitur dixiſſe, & ad ſagittas hmõi colligendas puerum ſuum. i. puerum iudaicum tranſmiſiſſe, qui. ſ. ſagittas diuinorum alloquiorum receperunt, & ſcripſerunt, & in auaritiã ſynagogæ reduxerunt. Veruntamen Dauid, i. Chriſtum, qui ſub lapide tabularũ legis latitabat, & in agro huius mundi occultus uenerat. Eſa. 46. Vere tu es abſconditus, non potuerunt cognoſcre, nec etiam quem ſagittæ

E huiusmodi.i.litteræ scripturarum,quas colligebant,significarent Dauid.i.Christum sciuerunt animarduertere, immo absque eo ꝙ in ipsum per fidem caperent atque crederent, dimiserunt abire. Vnde dī Io.1.In propria uenit,& sui eum non receperunt.*In* mundo erat,& mūdus eum non cognouit.¶Vel dic ꝙ Dauid est peccator, qui fugit ab ira Christi, saluatur etiam à lapide.i.a cordis duritia in qua latuerat,& per pœnitentiam egreditur,quando Ionathas, i. columbinus prædicator,& simplex, sagittas diuinorum eloquiorū ad ipsum dirigit,& quando verbis & reprehensionibus ipsum sagittat pungit atque ferit.¶Hic habes,ꝙ Dauid fugiēs Saulem,uenit in nobe ad Achimelech sacerdotem,petitq; ab eo panes pro se, & pueris secum ductis. Cui cum dixisset sacerdos,non habeo panes laicos ad manum,sed tātum panem sanctum,si mundi sunt pueri comedant, maximè à mulieribus.Dixit Dauid, quòd uasa puerorum sancta sunt, porro uia polluta,sed dante domino sanctificabitur.Sibi ergo dedit sacerdos panem sanctificatum, gladium quę goliæ, qui inuolutus pallio in tabernaculo à die quo goliam occiderat,semper fuerat reseruatus.¶ Sic vere quando Dauid & pueri sui,i. Christiani ueniunt ad sacerdotem in paschate pro pane eucharistiæ sumēdo,ante omnia sacerdos debet curare,si sunt mundi atque casti,debet eis dicere, ꝙ iste panis non est laicus,immo sanctus,& solum à sanctis,& mundis hominibus assumendus. Quos cum sanctos, & mundos,& bene confessos esse cognouerit,debet eis panem sāctum tradere,necnon,& gladium timoris domini,& etiam memoriam crucis,quo scilicet golias,ideſt diabolus iugulatus extitit, debet eis assignare, quia pro certo sicut puero datur panis,& baculus vt panem à carne defendat, sic etiā Christiano gladius crucis vel diuini timoris cum pallio humilitatis traditur,vt panem istum seu etiam sacramentum, & eius uirtutem,diabolus ab eo nunquam tollat. Isti tamē
F quam quam sancti sint,viam suam pollutam dicere debent inquantum respectu tanti sacramenti semper se debent immundos,& inutiles existimare.Vnde Iac.3.*In* multis.n.offendimus omnes.¶Vel dic(sicut allegat saluator)quòd istos panes sanctos,quos non licebat laicis comedere, sicut patet in lib.1.Reg.21.Dauid laicus famelicus comedit,quia necessitas non habet legem. ¶Vel dic, quod gladius goliæ est detractor,qui est gladius diaboli,secundum quod in Psalm. 56.dicitur. *Lingua* eorum gladius acutus nuncupatur. Isti sunt igitur, qui in templo religionis habitant, & inuoluti pallio,ideſt habitu religioso vel dissimulato humilitatis,& charitatis zelo homines feriunt & cruentant. Iste.n. est gladius, qui proprium dominum occidit,& detractor est ille, qui proprio domino scilicet proprio prælato non parcit. Psalm.36.Gladius eorum intret in corda ipsorum. ¶Doech idumeus fortissimus pastorum Saulis, de quo non cauebatur,erat in tabernaculo quando sacerdos panes & gladium dedit Dauid,qui cum Sauli hæc retulisset,interfecti sunt sacerdotes. Ex hoc nota quod semper ab insidiis est præcauendum,& maxime quando negocia tangunt principes vel magnates,vbi scilicet nō aduertitur, adest aliquis qui loquitur,propter quod multa mala sequuntur.Ideo bene dicitur Ecclesiast. 10. In cogitatione tua non detrahes regi. Aues enim cœli deferunt illi. Quilibet enim gaudet referre prælatis,& principibus quicquid videt.Ideo bene dicitur.Eccl. 8. Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pariet &c.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Venit autem Dauid in nobe ad Achimelech sacerdotem. Moralitatum. Cap. 16.

DAuid fugiens achis regem Geth, cum cognouisset se esse cognitum,timens ne quid à Philisteis, qui inimici erant filiorum Israel,pateretur,finxit se in regis præsentia furiosum, mutauitque os suum, & impingebat in ostia parte clausa,& defluebant saliuæ de ore eius. Quæ uidēs achis,ipsum fore Dauid nullatenus credidit, sed ipsum tanquam furiosum expulit,& sic sub colore insaniæ periculum euasit,& in speluncam odollam fugit atque uenit, vbi .s.fratres eius ad eum congregati sunt,& illi,qui erant in angustia & amaro animo,& qui præmebantur ære alieno, ad eum cōuenerunt,& factus est eorum princeps eiq; adhæserunt. ¶Dic allegorice,ꝙ Dauid est Christus,achis vero designat populum iudæorum, quia re uera Dauid Dei filius in Geth,quę interpretatur torcular vel opprimens,in oppressionem mundi,& miseriæ ueniens,se in aliam personam.i. hominem carnem assumendo mutauit,in torculari passionis more insani,voluntariè.s.mortem assumendo apparuit, pp quod & hærodes eum tanquam insanum veste alba illusit, quapropter achis iudaicus populus ipsum esse Deum.i. Dei filium seu messia non credidit, sed ipsum & eius fidem expulit,& eum expellendo occidit dicendo.s.illud Luc. 19. Nolumus hunc regnare super nos.Et illud Io.19. Tolle eum &c.Ita ꝙ iste in speluncam sepulchri descendit.Fratres igitur eius.i.Apostoli & discipuli ad eum per fidem descenderunt,& omnes,qui erant ære alieno pressi.i.debitis peccatorum constricti.Oēs illi ēt qui *in* angustia tribulationis,& in amaro aīo tribulationis & contritionis erant positi,sęctiles & alii peccatores plurimi ad eum conuenerunt fidemque eius susceperunt,& factus est eorum princeps, eū tanquam Deum & dīm crediderunt,dicentes illud Esa.3.Vestimentum tibi est,princeps esto noster.¶Vel dic ꝙ qnq; expedit stultitiam simulare. Vnde Cato. Stultitiam simulare loco,prudenti summa.Et in Prou.26.Respondeas stulto iuxta stultitiam suam,ne sibi sapiens videatur. ¶Vel dic ꝙ hodie solum illi,qui sunt inopes,angustiati & tribulati,ad Dauid.i.ad Christum,vel ad spelūcam odollam.i.ad religionis statum conueniunt, ipsumque pro duce eligunt. Diuites vero nec de Dauid.i.de Deo,nec de religione sua contendunt,vt de Iac.2.Pauperes elegit Deus Apostolos.1.Co.1.Videte fratres vocationem vestram,qm̄ non multi potentes,non multi nobiles sm carnem, sed infirma mundi elegit Deus. ¶Vel dic ꝙ pro certo illi, qui sunt fratres Dauid charitatem sectando, & fraternitatem diligendo,& illi,qui sunt inopes .s.voluntarie diuitias cōtemnendo,& illi,qui sunt i amaro animo,de peccatis pœnitendo,& illi,qui sunt in angustiis, tribulationes sustinendo, & illi, qui sunt præssi ære alieno. i. qui sunt boni diuites,mundi era & diuitias, onus & pressuram reputando,ad Dauid.1.ad Christum per gratiam veniunt,& in spelunca paradisi discipuli eius fiunt, taliumque personarum dux & rex efficitur, & ipsi sibi tanquam principi perpetuo famulantur,vnde ipse est,qui dicit. Esa. 66.Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & timentem sermones meos?

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Abiit ergo Dauid inde & fuit in speluncam. Moralitatum Cap. 17.

HIc habes quomodo doech interfecit sacerdotes domini.s.octogintaquinque uiros indutos ephot lineo, & ꝙ solum abiathar aufugit & euasit.¶Sic vere doech, qui interpretatur mortuus,ideſt peccatū carnis quod fętet, vel doech,qui interpretatur sollicitus,i.diabolus, q circumiēs quærit quem deuoret, sacerdotes, ideſt uiros ecclesiasticos, qui lino continentiæ sunt induti,summe nititur occidere a cuius occisione solum abiathar, qui interpretatur ros,i.solum illos,qui diuinæ gratiæ rore sunt imbuti,cōtingit mirabiliter se saluare.

CAPITVLVM XXIII TEXTVS.
Et annunciauerunt Dauid dicentes.Ecce philistijm. Moralitatum Cap. 18.

HIc iterum habes, ꝙ Ionathas cum Dauid *in* deserto fœdus iniuit,& sic legitur cum Dauid ter iniſſe fœdus.s.& semen in domo,secundo in agro,tertio hic.s. in deserto. ¶Sic vere Deus cum iusto homine tripliciter fœdus facit, scilicet in domo conscientiæ per contritionem,in agro eloquentiæ per confessionem, in deserto pœnitentiæ per satisfactionem.Vel dic quòd Ionathas cum Dauid uiro iusto confederatur & iungitur, quando ipsum inuenit in domo cordis & cogitationis per suiipsius considerationem.Quandoque in agro opulento per actiuę uitæ fœcundam operationem.Quandoque in deserta religionis uel uitæ contemplatiue per secretam seculi abdicationem.¶Vel

A dic quòd primum pactum fit per fidem in domo cordis & cogitationis.Secundum per charitatem bonæ operationis. Tertium per spem in deserto tribulationis. Quando enim homo cum Deo illi triplici modo iungitur, constat quòd sibi firmiter copulatur,vnde dicitur Ecclesiast.4. Funiculus triplex difficile rumpitur &c.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS.
Ascendit ergo Dauid inde & habitauit in locis. Moralitatum Cap. 19.

CVm Saul actualiter persequeretur Dauid, accidit quòd pro ventre purgando speluncam intrarent, in cuius profundiori parte Dauid cum viris suis fugerat, & latebat. Dauid igitur sibi quamquam persecutori misertus, ipsum occidere noluit,sed coram clamydis eius præscindēs, & de hoc cor suum percutiens,penituit ipsum. Absit (inquit)vt extendam manum meam in Christum domini.Quo facto ipse inimicum suum Saulem ad fletum prouocauit.¶Istud potest allegari, quomodo homo nobilis corde non debet occuke vel periculose aliquem percutere, sed potius publice debellare,quinimo si hostem in potestate sua inuenit,debet sibi parcere, & maxime quia videt ex casu, & a fortuna, & ex Dei prouidentia, & non ex propriis virib. subiectionem huiusmodi factam esse. Quia sicut dicit Sen.Sufficere debet victori,vendicare potuisse. Et idem de Moribus Magnarum virium est lædentem negligere. Tali enim modo inimicus melius vincitur, & ad fletum & dolorem prouocatur. Ideo dicit Seneca,quòd parcendo melius vinces. Sicut potest haberi exemplum de Iulio & Anthonio,de beneficiis Sene.vnde in Proue.25.Si sitierit inimicus tuus, potum da illi &c.Sic .n.faciens, carbones congeres super caput eius. ¶Vel dic ꝙ in spelunca religionis vel ecclesiæ qñque inuenitur Saul malus rex.i.malus prælatus, qui solum quærit ventrem suū purgare.i.malam voluntatem implere, & stercora diuersorum vitiorum & criminum per operis executionem exterius reuelare. Sicut ad litteram patet de multis, qui solum ad hoc
B speluncam religionis vel ecclesiæ intrare quærūt, & ad hoc ibi dominantur & præsunt,vt fætorem diuersorum vitiorū emittant,& vt superbiam,luxuriam,vindictam & auaritiam exerceant & committant. Quandoque etiam in ista inuenitur Dauid ideſt bonus subditos, qui solum ibi quærit latere, & à mundi tumultu se abscondere, & orationi, & deuotioni vacare. Vnde Matt.6. Intra cubilum tuum,& ora patrem tuum in abscondito. Quid igitur?Pro certo talis Dauid. i. bonus subditus, licet videat regem. s. superiorem suum talia facientem,& mala opera sic exequentem, dato ꝙ etiam sit inimicus & persecutor suus & suorum, non debet tamē in eum manum mittere, nec eum impugnare vel diffamare, & spiritualiter occidere, sed potius in patientia dissimulare, & defectus suos benignius quo poterit, supportare,qui nimò si quid de chlamide famæ suæ detrahendo præscinderit, & si obloquendo de prælato linguam suam laxauerit, se ipsum redarguere,& cor suum percutere debet. Vnde Exo. 22.Dijs non detrahes,& principi populi tui non maledices. 2.Re.6.Sicut etiam de oza dicitur, ꝙ morte percussus interiit, quia manum ad arcam vacillantem misit, ad denotandum ꝙ subditus non debet ēt prælatum vacillantem vel deliquentem detrahendo tangere, cum ad ipsum non pertineat de maiorib.iudicare.Exēplo Constantini imperatoris, qui in concilio generali libellos episcoporum, vbi eorū crimina vel accusationes continebantur,concremari mandauit,dicens ꝙ maiorum vitia non sunt à minorib.iudicanda.

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel. Moralitatum Cap. 20.

NAbal diues & magnus,cuius possessio erat magna,morabatur in camelo. Iste tamen erat pessimus & malitiosus.Vxor vero eius abigail erat prudētissima,& pulchra. Factum est igitur quòd cum iste oues suas tonderet, & tonsoribus conuiuium faceret,misit ad eum Dauid qui latebat tunc temporis in deserto, pro se & socijs suis benedictionem & gratiam ideſt cibos seu viaticum petiturus. Ille autem non solum noluit ipsis dare aliquid, sed incepit obloqui de Dauid & iniurias dicere, & ipsum seruum fugitiuum vocare. Quo audito Dauid iratus, statim ipsum cum omnibus suis,quæ habebat,voluit perdere,nisi sapiens vxor eius abigail occurisset. Ista enim audita fatua responsione viri sui statim munera parauit, & in occursum Dauid cucurrit, & verbis prudentissimis, simulq; muneribus ante missis, irā eius placuit. Ista igitur tunc viro suo ebrio iudicare noluit, sed in crastino periculum,in quo fuerat,indicauit sibi,& dixit,propter quod emortuum est cor eius intrinsecus, & factum est quasi lapis,& post decem dies defecit, & mortuus est.¶ Iste Nabal,qui interpretatur stultus,significat aliquem malum diuitem,& maxime prælatum, principem vel superiorem, qui in deserto huius mundi, licet sit malitiosus & pessimus,diuitiis tamen abundans. Psalm. 72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias. Isti igitur ad laniendas oues ideſt ad excuriandos simplices & pauperes continuè vacant, & etiam tōsoribus suis ideſt balliuis & familiaribus suis,ad istam rapinæ tonsionem seruiētibus conuiuia,& festa præparant, & ipsis beneficia, & officia,& alia lucra temporalia subministrant, & inde Dauid.i. Christo, qui in persona pauperum clamat & petit pro elemosynis, nihil donant, sed potius ipsos seruos Dauid ideſt ipsos pauperes viruperant atque molestant,& murmurando & maledicendo ipsum Dauid. i. Christum blasphemant. Vnde dicitur. Inter epulas maledicebant Abimelech. Quid igitur? Pro certo non restat,nisi quòd Dauid, & viri sui ideſt Christus cū Angelis suis contra tales irruat, nisi forte vxor eorum sapiens.i.prudentia ipsos arguat,& dona, & elemosynas Christo,& pauperibus eius tribuat, & per humilitatē & patientiam ipsi Dauid, Christo obuiet, & occurrat, quæ iram eius impediat, & compescat. Ideo bene dicitur Eccle. 26.Mulieris bonæ beatus vir.¶ Vel illud allega, quod Nabal. ideſt prælatus tunc debet magnum conuiuium facere & magnum gaudium habere,quando oues suas ideſt subditos potest tondere,& nudos & pauperes mentaliter & spiritualiter facere, & vellus bonorum temporalium de affectione
D ipsorum auferre,exemplo abraæ, qui tunc magnum conuiuium fecit, quando filium suum Isaam ablactauit, i. à lacte bonorum terrenorum per contemptum abstraxit.Vel ecōtra dic de malis prælatis,& dominis,qui tunc temporis sum me gaudent, quando subditos suos excoriare, & bonorum temporalium vellere priuare possunt, & quando sufficientem occasionem excoriandi, & deprædandi eos inueniunt. Iob 3. Gaudentque vehementer cum inueniunt sepulchrū Et loquitur de illis, qui fodiunt aurum. ¶ Vel illud allega, ꝙ quandiu homo est ebrius,& in ipso feruore malæ voluntatis, non debet exasperari vel corrigi, sed potius dissimulari & supportari,sed in crastino cum ira aut ebrietas cessauerit,debet tangi.Vnde Eccl.31.In conuiuio ne proximum arguas.Et sequitur.Non præmas eum in repetendo.Non solet enim homo ebrius vel iratus obiurgationi acquiescere, qui tamen refrigeratus solet patienter cum corrigitur sustinere.¶Vel dic,ꝙ Nabal,qui interpretatur stultus,est peccator, qui est pessimus,& malicio sus,immisericors, iniurio sus,ingratus,obliuio sus,obstinatus,& ceruico sus.Dauid.n. pastores eius,& greges eius defenderat,& ideo fuit ingratus &c. Talis igitur,cuius cor emoritur & lapidificatur per obstinationem,post decem dies.i.decem mandatorum transgressionem moritur,& morti tēporali, & perpetuæ condemnatur. Vnde Ezech.18.Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

CAPITVLVM XXVI TEXTVS.
Et venerunt Ziphet ad Saul in Gabaa dicens. Moralitatum Cap. 21.

CVm Saul persequeretur Dauid, & in medio exercitus sui in tabernaculo quiesceret,& dormiret, ciphumque aquæ,& hastam ad caput suum haberet,& Dauid de mō te descenderet, caute tabernaculum regis intrauit, ipsumque dormientem inueniens,hastam & ciphum abstulit,& rediens in montem iterum ascendit,& clamare incipiens huiusmodi verba dixit.Nonne respondebitis verbum? Ingressus est vnus de turba,vt interficeret regem. Viuit dominus,

E quia filij mortis estis vos, qui non custoditis dñm vestrum Christum. Vbi inquit est hasta regis, & vbi ciphus, &c. Abner igitur merito reprehenditur, qui dominum suum non custodiuit, sed dormiens ipsum in periculo dimisisse probatur. ¶ Per Dauid qui in montibus morabatur, & interpretatur manu fortis in hoc loco possumus diabolum intelligere, qui scilicet valde est fortis, & in hoc loco in montibus, idest in superbis vel in elatione superbiæ semper dinoscitur habitare. Vnde Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Et alibi. Iob 40. Huic montes herbas ferunt. Per regem Israel Christum intelligo, per abner vero, qui interpretatur patris lucerna, intelligitur ratio. Ista est igitur veritas, quòd rex Israel Christus contra Dauid manu fortem, idest contra diabolum superbum & montosum militãs, quandoque in sacramento altaris, vel etiam spiritualiter per gratiam in tabernaculo cordis humani recipitur, vt ibi quiescat, habitet & moretur. In nullo enim loco Christus dulcius dormit, quam quando in mundo corde per gratiam requiescit. Vnde in Cantic. 1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum Sed re vera ad hoc, quod rex iste in corde humano possit suauiter requiescere, tria debent eum sociare, scilicet Abner princeps exercitus virtutum, idest lucerna rationis, quæ vigilet, hasta idest memoria crucis, quæ sustentet, ciphus aquæ, idest humor deuotionis, compassionis & compunctionis, qui irriget. Sed re vera quandoque fit quòd iste vigil, idest ratio ita mundi delitiis delectat, quòd a cura diligentiæ repescit, ita quod dormiens hebetatur. Et tunc proculdubio venit vnus de terra, scilicet diabolus, qui in tabernaculum per tentationes se ingersit, & hastam & aquam, scilicet crucis memoriam seu diuini timoris lanceã deuotionem q̃ue, & compunctionem tollit, & clamoribus malarum cogitationum regem inquietat, & in corde quiescere nó permittit. Quis es tu (inquit) qui clamas, & inquietas regem? Concludi igitur potest quòd Abner, idest ratio, quæ non vigilat, sed ad regem latronem diabolum intrare, & ipsum spoliare permittit, merito debet redargui, & mortis filia nuncupari. Matthe. 24. Vigilate igitur, quia si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique.

F

CAPITVLVM XXVIII TEXTVS.

Factum est autem in diebus illis, congregauerunt philistiim. Moralitatum Cap. 22.

HIc ponitur, cum Dauid ad achis regem geth fuisset, & omni die à conuicinis gentilibus multa raperet prædas, & cum ipsius regi gentili prædicaret quòd dictas prædas non à gentilibus sed a filijs Israel apportaret, de quo idem rex summe gaudebat, idem Dauid tali vtebatur cautela, quia scilicet nec viro nec mulieri parcebat, sed ne contra eum loquerentur, omnes generaliter occidebat. Ista cautela generaliter vtuntur multi latrones, quia scilicet eo solo quia timent reuelari, postquam rapuerunt, occidunt, & qui alias parcerent, nulli parcunt. Mortuo Samuele cum philistini congregarentur & insurgerent contra Saul, & dominus sibi respondere nollet per somnia, nec per sacerdotes, nec per Prophetas, mulierem phitonissam adiit, & Samuelem suscitare poposcit. Qui statim phitonice per scientiam suscitatus euentum belli sibi prædixit, & quòd in crastino cum filiis suis moriturus esset, sibi certissime reuelauit. Quod etiam euentus rei postea comprobauit. De ista suscitatione, scilicet vtrum fuerit vera anima Samuelis, quod ponit Aug. & Ecclesia. 46. Insuper vtrum fuerit spiritus malignus, vt ponit Beda in glossa Actu. decimum sextum non est præsentis negocii disputare. ¶ Hic solum moraliter dico, quòd Saul significat rumorum inuestigatores, qui scilicet multotiens solent audire illud, quod nunquam voluissent euenire, quia pro certo sæpe fit quòd dum suspicios⁹ diligenter inquirit, & à viuis & à mortuis perscrutari cõtendit, sæpe infortunium inuenit, propter quod displicẽtiam mox incurrit. Ideo dicitur Ecclesia. tertium Non est necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis, in superuacuis rebus noli scrutari. ¶ Vel dic quòd Samuel propheta, & tamẽ mortuus, significat virum scientificum, & peccatorem, qui re vera multa vera, & bona solet dicere, & prædicare, licet non faciat, ita quòd non restat nisi hoc, quod dicitur Matth. 23. Quod dicunt, facite &c.

CAPITVLVM XXX TEXTVS.

Cumque venissent Dauid, & viri eius in sicelech. Moralitatum Cap. 23.

DAuid sequens Amalechitas, pro eo quòd sicelech succenderant, & viros & mulieres captiuos ducebant, puerum ægyptium, quem infirmantem & lapsum dominus suus dimiserat, inuenit. Quem in ductorem eligens, malechitas discumbentes & edentes, & bibentes, & quasi festum facientes inuenit, quos occidens, prædam quam tulerant, reportauit, & captiuatum populum liberauit, & etiam de bonis acquisitis in illo bello equam portionem illis, qui in bellum descenderant, & illis, qui lapsi ad sarcinas remanserant, dispensauit. ¶ Iste puer ægyptius, quem dominus suus lapsum & infirmum dimiserat, significat quosdam pauperes homines tenebris tribulationum, & miseriarum obtectos, quia scilicet ægyptus interpretatur tenebra, infirmitatibus, & miseriis fatigatos idest à domino suo, scilicet a mũdo contemptos, & prætermissos, quia re vera sæpe fit, quòd cum Dauid idest Deus amalechitas, qui interpretantur terram lambentes idest homines terrena diligentes, vult comprehendere & conuertere, quandoque de vno paupere homine solet ductorem idest prælatum vel prædicatorem facere, quo scilicet tandem mediante, & cooperante soleat tales mundanos, carnales & auaros capere, & eos per pœnitentiam mortificare, & vitam carnalem in eis occidere, & eos virtutibus, & fidei subiugare. Vel pone q̃ sicut ægyptius cooperatur Dauid ad amalechitas vincendos, & inueniendos, sic mali cooperantur quandoque bonis ad dæmones vincendos, vel ad malos alios puniendos, vt patet de bonis⁹ latis, & principibus, qui malis officialibus, & stipendiariis vtuntur ad iustitiam exequendam. Apostolus Ro. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. ¶ Vel dic exemplariter de liberalitate, & curialitate boni principis, qui s. lapsis, & remanentibus debet compati, & omnibus æqualiter condiuidere & partiri. Vnde dicitur. Leu. 6. Cunctis filiis Aaron æqualiter per singulos diuidetur. ¶ Vel, si vis, allega contra malos tyrannos, qui nunc lætantur & luxuriantur in prædis, quas à filiis Israel. i. à bonis Christi fidelibus rapuerunt Sed Dauid, i. Christus subito quãdoque dum nõ aduertunt, irruit super eos, & eos per mortem & infortunia interficit, & illa, quæ rapuerunt mundo bona, ipsis subtrahit. Vnde Lucæ 12. Stultæ hac nocte repetent animam tuam a te, quæ autem parasti, cuius erunt, &c.

CAPITVLVM XXXI TEXTVS.

Philistiim autem pugnabant aduersum Israel. Moralitatum Cap. 24.

SAul vulneratus à Sagittariis, pro eo scilicet totum pondus prælii versum fuit ad Saul, ab armigero suo se occidi popposcit, timens quòd philistini venientes ipsum occiderent illudentes. Cum igitur armiger ipsum occidere nollet, ipse Saul super gladium suum incubuit, quod & armiger suus similiter statim fecit, & sic vterque proprio gladio interiit & defecit. ¶ Saul rex significat superiorem, & rectorem, in quem pro certo totum pondus prælii idest tota sarcina tentationum vertitur, inquantum diabolus debellare superiores præ cæteris conatur, vt scilicet eorum exemplo alii faciliter deuincantur. Sæpe igitur fit, q̃ postquam iste superior à sagittariis idest a dæmonibus per tentationes est vulneratus, proprio gladio. i. proprio consensu seipsum interficit, inquantum peccato voluntariè consentit, & infra sentia armigeri. i. in cõspectu subditorum suorum seipsum per vitia transuerberat, & transfigit, cuius exemplo procul dubio armiger ille idest subditus quicunque statim ad simile prouocatur, & etiam morte simili per vitia iugulatur. Sicut. n. dicit Greg. Vitium rectoris facile trahitur à subditis in exemplum. ¶ Vel dic, quòd isti, qui propriis gladiis, transfixi sunt, inuidos & detractores designant, qui re vera proprio gladio, idest propria inuidia vel odio seipsos ante omnia vulnerant, & doloris sui iaculo se cruentant. Psalm. 36 Gladius

A Gladius eorum intret in corda eorum. ¶ Vel dic, quòd armiger Saulis est adulator principis, qui scilicet magistrum suum noluit interficere, quia isti dominos suos nolunt corrigere, vel gladio veri percutere, & ideo isti domini proprio gladio, id est propria vindicta, & potestate, quam habent, seipsos occidunt, inquantum seducti a suis armigeris, & adulatoribus, officialibus, & balliuis, dicto gladio seu dominio abutuntur. Ipsi tamen armigeri, idest adulatores seu mali consiliarii, immunes non euadunt, quia, scilicet ipsi proprijs gladiis pereunt, inquantum propter abusum potestatis sibi commissæ, spiritualiter & æternaliter se occidunt. Istud etiam dici potest contra confessores, & prædicatores frequentantes curias principum, qui, scilicet libentius solent adulari quàm verum dicere, qui nec audent magnates reprehendere, & sic vterque solet perire, sicut bene patet in Ezechielis tertius. Ipse impius in iniquitate sua, quam operatus est, morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et ideo talibus superioribus loquitur scriptura. Populi meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Et sequitur ibidem. Esa. 9. Et erunt qui beatificant seducentes & qui beatificantur præcipitati. ¶ Mortuis Saule, & filijs eius super montem gelboe, venerunt philistini ad spoliandum mortuos, & inuenerunt Saulem, & tres filios eius mortuos, & interfectos, iacentes in monte gelboe, & præsciderunt caput Saul, & spoliauerunt eum armis suis, & miserunt per terram philistinorum per circumitum, vt annunciaretur in templis idolorum, & in populis. Et posuerunt arma eius in templo astaroth, & suspenderunt corpus eius in templo betsan. Sed viri iabes galaad de nocte venientes, cadauera Saulis, & filiorum eius mortuorum de muro tulerunt, & succensa ciuitate secum apportauerunt, & iuxta labes ciuitatem propriam sepelierunt. ¶ Philistini, qui interpretantur poculo ruentes, sunt demones, qui scilicet poculo superbiæ inebriati, de empyreo cœlo corruerunt. Postquam igitur isti super montem gelboe, vbi nec ros nec pluuia descendit idest super mundi altas dignitates & excellentias, Saul & tres filios eius idest animam, & tres potentias eius, gladiis tentationum percusserunt, vtpote, quia primum filium scilicet intellectum, occiderunt per ignoranciam. Secundum vero filium, scilicet affectum per concupiscentiam. Tertium filium scilicet memoriam, per ingratitudinis obliuiscẽtiam, ita quòd iste cum filiis suis in bello iam mortuis iacet in terra per terrenorum affectum, & auaritiam, statim proculdubio conuertuntur ad caput rectæ intentionis sibi tollendum, & ad eos armis idest virtutibus aliis spoliendos, & ad eorum mortem idest peccata denunciandum, publicandum & diffamandum, ipsos quoque in muro betsan idest in mundo per affectionem affigunt, & per elationem suspendunt. Bethsan enim interpretatur domus dormientis, domus securitatis, domus abũdantiæ & fertilitatis, significans satis proprie mundum istũ, qui re vera est domus dormientium, idest delitiosorum, domus seculorum idest superborum obstinatorum, domus abundantiæ idest diuitum & opulentorum. In ista igitur ciuitate idest mundo, mortui peccatores suspenduntur, & ibi per affectionem nimiam affiguntur. Vnde dicitur Iud. decimus quartus, Suspendite caput holofernis super muros. Viri vero iabes Galaad idest iusti, cadauera talium tollunt, inquantum scilicet malam malorum vitam, & mortem memoriter recipiunt, & in corde suo sepeliunt, & abscondunt, & sic ex consideratione malorum seipsos corrigunt & conuertunt. Vnde in Prouerbiorum vigesimumquartum. Per agrum pigri hominis transiui & ecce totum operuerant vepres, & spinæ. Quod cum vidi, adhibui cor, & exemplo didici disciplinam. ¶ Vel etiam de cadauere idest de morte pœnæ potest intelligi, quia re vera, quando aliquis tyrannus à dæmonibus occiditur, suspenditur, & in inferno necatur, à iusti corde sepeliendus est, vt pœna tali caueatur Psalmus quinquagesimusseptimus. Lætabitur iustus cum, viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Moralitatum primi libri Regum finis.

B

C

D

MORALITATVM Liber decimus secundi libri Regum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.

Factum est autem postquam mortuus est Saul. Moralitatum Cap. 1.

PRætermitto adulationem amalechitę, qui Saulis coronam portabat, & armillam, qui etiam Saulem se occidisse iactabat, ex quibus Dauid gratiam se adipisci sperabat, sed tamen Dauid ipsum protinus interfecit. ¶ In quo notari potest, quòd rex, princeps vel prælatus non debet adulatores audire vel recipere, nec eos ẽt si munera offerant, & si etiam inimicos suos se grauasse asserãt, diligere, sed potius corrigere vel punire. ¶ Vel dic quòd quandoque homo credit reportare præmia, vnde reportat damnum vel vituperium. Vnde Hie. 14. Expectauimus pacẽ, & ecce turbatio. Prætermitto etiam de planctu Dauid & maledictione montium gelboe, necnon de aduentu Dauid in hebron cum duabus vxoribus per quod designant quidam Christum ad ecclesiam cum duobus populis venientem, & ibi etiam regnantem &c. Et etiam transeo de morte azache lis cursoris velocissimi. Veruntamen sterilitas per montes, vbi nec ros nec pluuia cadebat. Post imprecationem istam secundũ aliquos accidit, quinimò ex tunc steriles fuerunt, qui ante fertiles fuerant, cæteri vero montes a dño fuerunt visitati. Isti vero à visitatione dñi destituti possunt intelligi quidam obstinati incorrigibiles peccatores, in quibus scilicet nec ros deuotionis, nec pluuia minimæ aut compassionis potest cadere, quinimo semper sicci, indeuoti, & quoad bona opera steriles permanere volunt, cæterisq; vicinis & sociis prosperantib. & lætantibus, & virtutum & operũ copia exuberantibus, isti soli consueuerunt steriles permanere, ita. s. q̃ eos dños quasi desperans de ipsorum salute, non visitat. s. inspirando vel corrigendo, imò ipsos in propria sterilitate dimittit, de eorũ salute, vt apparet, prima facie non curãdo. Vnde istis vẽ dicere illud. Oze. 4. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. Ista ẽt quantũ ad quosdam miseros possunt applicari, qui. s. in temporalibus sunt infortunati, q̃ nullum bonum potest eis euenire. Vnde talib. potest dici illud. Eze. 35. Lætare vniuersa terra, in solitudinem te redigam. ¶ Dicitur in isto secundo capitu. s. Azahel erat cursor velocissimus, sicut vnus ex capreis, qui est in campis. Iste igitur persequebatur Abner principem exercitus Israel, & quamuis ipsum Abner dulcibus verbis à persecutione retraheret, cessare tamen noluit, nec ad dexteram nec ad sinistram declinauit. Quo viso Abner auersa hasta ipsum in inguine percussit, & statim mortuus cecidit. ¶ Istud exponit moraliter de prælatis & subditis, q̃a Abner dux qui interpretatur patris lucerna, intelligitur bonus prælatus, per Azabel vero cursorem intelligitur instabilis, subditus & proteruus vel aliquis malus princeps, quia pro certo quandoque contingit q̃ Azabel, i. aliquis malus & proteruus subditus principem & ducem ecclesiæ prælatum persequitur, & tunc primo debet ipsum dulciter monere, & a cepto malo proposito benigniter refrenare. Qui si cessare noluerit, tunc hasta seueræ sententiæ debet adhiberi, vtpote quia tunc debet excommunicari vel acrius castigari. Veruntamen ista hasta dñ auersa fuisse, quia re vera prælatus debet caute, quanto plus potest, & quasi hastam virium aduertens, peccatorem, ex obliquo percutere vel arguere, vt sic possit à superbia sua cadere, & à furore malorum operũ cessare. Qui si ex directo percuteretur, posset faciliter amplius insanire. Quod potissime in correctione principum debet esse, quia pro certo nisi isti ex obliquo & ex indirecto percutiantur, sed potius aperte, & euidenter aggrauentur, statim in furiam conuertuntur, & sic nullatenus superantur. lignum. n. & non ferrum deber ad istos verti, & obtusa correctione, non aspera debent percuti, & sic solent facilius p humilitatem cadere, & per pœnitentiam mortificari, & per disciplinam debitam superari. Vnde Seneca dicit. Parcendo melius vinces quàm puniendo. ¶ Vel dic q̃ Abner est diabolus, qui patris lucerna pro eo dicitur, quia luce limpidi intellectus vigere dinoscitur. Azahel autẽ, qui interpretatur videns

dens Deum, virum iustum significat, qui Deum per contẽplationem videt, & contra diabolum diligenter currit & pugnat. Igitur sæpe fit q̃ Azael iste. i. homo iustus propriam fragilitatem non attendens, sed de cursu bonorum operũ suorum plus debito præsumens, Abner. i. diabolũ nimis ardenter insequitur, & ex viribus propriis contra ipsum præualere conatur. Quod videns diabolus, statim auersa hasta, i. aliqua tentatione indirecta ipsum percutit, vtpote quia prætritas carnis delitias sibi ad mentem reducit, & in inguine, i. in genitalibus per luxuriam ipsum lædit, & sic spiritualiter occiditur qui indiscrete, & vltra vires diabolum impugnare se credit, & qui de propriis viribus vltra posse confidit. Quod potissime ad nouitios religiosos & conuersos pertinet, qui in principio plus debito sunt feruentes, quapropter faciliter delinquunt, & maximè per luxuriam in aquã cadunt. Ideo docet bene Apostolus 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis. ¶ Vel dic quòd diabolus hominem auersa hasta in inguine percutit, quando de peccato contra naturam ipsum tentat & lædit.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Facta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domum Saulis. Moralit. Cap. 2.

ABner, qui interpretat patris lucerna, ad Dauid vxorẽ suam michol reducens, quã vir suus sequebatur plorans per Ioab ad medium portæ reducitur, à quo in dolo loquente, percussus in inguine occiditur. ¶ Sic vere dum lucerna fidei, id est prædicator nititur ad Dauid, i. ad Christum, vxorem suam, i. ecclesiam reducere, & a viro carnali. i. a mũdo & a mundi amore seiungere, & oẽs tribus Israel, & oĩa genera hominum cum ipso confederare: sæpe fit q̃ Ioab diabolus ipsum dolose per tentationem ad se reducit, & in inguine ipsum per luxuriam percutit, & sic eum in medio portæ spiritualiter occidit, dum medietatem virtutũ suarũ, s. bonam vitam sibi subtrahit, aliam vero medietatem. s. doctrinam solum dimittit sibi, ita q̃ ille sic dimidiatus & in medio positus potest dicere illud Esa. 38. Ego dixi in medio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Iustus ex duobus constat, ex vita, s. & doctrina, sed quando vnum illorum tollitur, tunc in medio constituitur, & spiritualiter mediatur.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Audiuit autem Isboseth filius Saul, q̃ cecidisset Abner in Hebron. Moralit. Cap. 3.

ISboseth rex Israel dormiebat super lectum suum in meridie. Ostiaria autem domus purgans triticum obdormiebat dum purgabat. Habebat autem idem duos viros principes latronum, rechab & banaa fratres, qui tollentes spicas, & videntes dormire regem, domum eius latenter intrauerunt, spicas tritici assumentes, & in inguine percusserunt, & eum impie iugulantes, caput eius in hebron ad Dauid detulerunt, & exinde reportare præmium crediderunt. Verum tamen Dauid iuste ipsorum facinus abhorruit, & quia innocentem occiderant, ipsos statim interfici fecit. ¶ Ista exponunt sancti moraliter sic. Dicunt enim quòd Isboseth rex Israel significat spiritum seu animam, quia pro certo ille semper habet in custodia sui virum & mulierem id est rationem feruidam vel inertem. Ista igitur est veritas, q̃ qñ Isboseth. i. animus noster constituit sibi custodẽ ostiorum, i. sensuum, non virum, sed mulierem. i. non rõnem virilem, & discretam, sed magis tepidam atque mollem. Re vera sæpe fit, q̃ dum ista ancilla ostiaria. i. tepida ratio triticũ debet purgare, i. virtutes à vitiis separare, ipsa in delectationibus dormit, & curam sollicitudinis, & vigilantiæ per negligentiam derelinquit, & statim veniunt latrones. i. dæmones vel tentationes, quæ spicas, i. virtutes deprædantur, & domum mẽtis, i. ianuas sensuum ingrediuntur, & regem istum. s. animã lapsam, dormientem & remollitam, per calorem meridianum, & per concupiscentiæ feruorem inuenientes, statim contra eum debacchantur. Et quia homo citius inclinatur ad luxuriam quàm ad alia vitia, ideo ipsum dicũtur primo in inguine, i. in carne per luxuriam percutere, & sic p cõsensum caput. i. mentem solẽt sibi subtrahere, & per diuersa vitia ipsum capere, & grauare. Et sic Isboseth qui interpretatur vir confusionis, custode fœmina moritur, quando aius, qui ad sui custodiam non virum, sed fœminam. i. non virtutem, sed mollitiem posuerat, à spũalib. hostibus iugulatur. Fortis. n. & vigil sensus vigilans, nõ dormiens, nec negligẽs sed mulierib. apponi debet, vt fores cordis custodiat, quê. s. nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat ſm Gregorium. Mat. 13. Vnde lanitori præcipit, vt vigilet. ¶ Vel dic quòd rex est prælatus malus, vir confusionis, & vanus, qui. s. in domo sua, & in statu suo dormiens, & in honore suscepto plus debito se delectans, in portis domus suæ. i. in curiis & negociis hospitii sui necnon in beneficijs ecclesiæ vel in iudiciis, quę antiquitus fiebant in portis, quãdoq; ponit, & assignat mulieres, & non viros, personas molles, & non homines virtuosos, qui etiã in delitiis dormiũt, nec ad opera sibi iniuncta inuigilant per diligentiam aut attendunt. Sic ergo fit, q̃ latrones, & tyranni, & eorum officiales & balliui, ĩstorum domos. i. ecclesiarum possessiones intrant, & spicas. i. diuitias eorũ rapiunt, & deuastant caput q̃; i. capitale istius regis auferunt, & detractant. Et quia sic dormientes & negligentes inueniunt, ideo bona ipsorum tam prælatorum quàm subditorum rapiunt & deuastant. Non debet ergo superior negligenter dormire, nec in ecclesiarum ianuis officiis, & beneficiis muliebres, & somnolentos & desides instituere & etiam locare, sed potius viros id est virtuosos & vigiles ibi ordinare. Bene ergo dicitur. Lucæ 1. quòd pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. ¶ Vel dic ad literam, quòd multi sunt hodie ecclesiastici vel prelati, qui ad custodiam camerarum suarum non habent viros, sed mulieres, quapropter latrones, id est vitia istos opprimunt, & etiã latrones mundi, id est sæculares principes eos per rapinas confundunt. ¶ Vel dic contra proditores, quos scilicet Dauid id est bonus prælatus non debet diligere, immo dato & quòd in fauorem eius proditionem faciant, debet tamen eorum facinus abhorrere, & eos fe ueriter castigare, Exemplo Alexandri magni, qui duos principes darii, qui ipsum fugientem occiderant, & inde gloriam ab Alexando sperabant, super sepulchrum ipsius Darii fecit suspẽdi, sicut scribitur in libro philosophorum moralium capitulo de Alexandro. ¶ Vel si vis allega contra eos, qui tenent secum malos homines, homicidas, & latrones, quia isti quandoque in suum proprium magistrum insurgunt, & eum depredantur, vel perimunt, & occidunt. Exemplum de Atheon, quem canes sui comederunt. Exemplum etiam istis nostris temporibus de duce athenarum, quem sui proprii stipendiarii proditionaliter occiderunt. Iste enim nisi secum latroneste nuisset, nunquam per eos occisus fuisset. Bene ergo docetur Eccles. 9. Iusti viri sint tibi conuiuæ.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid. Moralitatum Cap. 4.

DAuid cum iret debellare populum hiebuzeum qui habitabat in Hierusalem, dictum est sibi sic. Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos. Promisit ergo Dauid ducatum seu principatum illi, qui prius hiebuzeum percuteret, & qui fistulas domarum tangeret, & qui cæcos & claudos qui odiebant animam Dauid abstulisset. Quæ omnia Ioab fecisse legitur, & ideo ex tunc exercitus princeps factus fuit, sicut hic & alibi reperitur. 1. par. 11. Cæpit igitur Dauid arcem sion, & eam ædificauit, & in ea habitauit. ¶ Dic si vis mystice, quòd Dauid est prælatus superior, cuius scilicet cura debet esse Hierusalem id est ecclesiam vendicare, & eam de manu hiebuzeorum, & tyrannorum vel vitiosorum pænitus liberare, & exinde claudos. i. vacillãtes in fide & moribus, & cęcos, & ignorãtes, & obstinatos pænitus abdicare, & ab ecclesiæ promotionibus effugare. Vnde hic dicitur. 2. Reg. 15. Cæcus & claudus non ingrediantur in templum domini. Quid ergo debet facere iste Dauid, s. prælatus superior. Pro certo ipse debet edictũ proponere, quòd ille subditorum suorum in exercitu ecclesiæ erit dux, & prelatus & beneficiatus, & premiatus, qui ad huiusmodi opera erit primus, ipsumq; debet ducem. i. prælatum,

A latum, officialẽ vel beneficiatum in ecclesia facere, qui hiebuzeos. i. tyrannos, & peccatores sciuerit per prædicationem percutere, fistulas & aquæductus malarum scientiarum reprehendere & tãgere, cœcos & claudos. i. malas personas obstinatas, & malicio sas, quæ. s. animam Dauid. i. bonum plãtum vt communiter odiunt. eradicare penitus & auferre, & sic iste talis poterit Ioab, qui interpretatur pater, comparari, quia. s. pater & superior merebitur ab aliis appellari, & tanquam pastor & pater maior præ aliis ordinari. Esa. 9. Pater futuri seculi, princeps pacis. Patrem uocabis me, & post me ingredi non cessabit. ¶ Si uis, dic moraliter, quòd Dauid est Deus, qui hierusalem. i. animam à hiebuzeis, id est a malis cogitationibus mundat, & fistulis malæ doctrinæ eã euacuat, claudos, i. claudicationem malitiæ uel inconstantiæ, cęcos. i. cęcitatem ignorantiæ inde fugat, & ipsam virtutibus ædificat, & in arce sion. i. in spelunca mentis spiritualiter habitat, & ibi per gratiam perseuerat. Psalm. 124. Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. ¶ Vel dic de Christo, qui vt habitaret in arce sion. i. in utero uirginis gloriosæ voluit inde hiebuzeum & cęcos, & claudos auferre &c. vt supra. ¶ Vel dic allegorice, quòd hierusalem est ecclesia a qua Christus hiebuzeum, id est gentilitatem percussit & destruxit, cæcos & claudos. i. phariseos & scribas abstulit, fistulas omnis fallæ scientiæ & malæ doctrinæ fregit, & eam uirtutibus & bonis personis ædificauit, & ibi per fidem & gratiam habitauit, & Ioab, id est patres spirituales, prælatos & prædicatores esse maiores ĩ ecclesiæ exercitu ordinauit. Vnde Apoca. 2. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, & ipsi populus eius erunt. ¶ Vel arx sion est religio, quæ magis est alta & speculatrix æternorum, q̃ interpretatur specula. Istam igitur Christus in Hierusalem. i. in ecclesiam ædificauit, & eam habitatione propriæ deputauit, Dicens illud Psalm. 131. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. ¶ Hic habes quomodo Dauid fuit inunctus super totum Israel, & dico, quòd legitur Dauid ter inunctus fuisse. Primo. 1. Re. 16. in Bethleẽ, in signum regis futuri, sicut hic patet. Secundo in hebron B supra iudam. Tertio. 2. Re. 2. super totum Israel etiam in hebron, sicut hic patet. ¶ Sic dico vere, quòd electi tripliciter a Deo oleo consolationis vnguntur. Primo per gratiam, secũdo per animæ gloriam, tertio in resurrectione per corporis stolam. Psalm. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ consortibus tuis.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Cõgregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel. Moralitatum Cap. 5.

DAuid ducente arcam domini in Hierusalem & eam cum vniuerso populo & instrumẽtis muficis inducente, contigit quòd boues calcitrarent, & arcã plus debito declinarent. Quod videns Oza sacerdos, manum ad tenendũ apposuit, & statim indignatus dominus ipsum in temeritate sua percussit, qui continuo mortuus perijt & defecit. Causas autem istius percussionis assignat scholastica historia, dicens, quòd aliqui dicunt quòd illud accidit sibi, quia tetigerat arcam cum non esset sacerdos. Alij dicunt quia posuerat arcam super plaustrum, cum ipsam humeris portare deberet. Alij dicunt quòd nocte illa dormierat cum vxore sua, & ideo a tactu arcæ debuerat abstinere. Videns igitur Dauid Ozam percussum, introducere arcam in domum suã timuit, quapropter ipsam in domum obededom declinauit, quapropter, quia illi dominus benedixit, ipsam postea Dauid in propriam domum introduxit. ¶ Allegoricæ arcã ista Christum & eius fidem significat. Dauid vero populum iudaicum designat, quia vero dato quòd Dauid id est populus iudaicus arcam istam id est Dei filium in principio deduceret, & cum iubilis & canticis in ipso crederet & speraret, & de aduentu ipsius conganderet. Veruntamen sic factũ est quòd Dauid id est populus iudaicus, quando istam arcam id est Dei filium super plaustrum nouum id est pura humanitate portatum vidit positum, & Deum factum hominem prædicari audiuit, statim huiusmodi arcam. i. Christi incarnati fidem recipere formidauit, quapp ad alienam domum id est ad gentilem populum ista arca scilicet Christus cum fide sua transijt, propter quod ipse dominus continue benedi C cit ipsum finaliter tamẽ Dauid id est iudaicus populus, istam arcam. i. Christum & eius fidem recipiet, & eum in domum suam introducet, cum. s. iuxta verbum Apostoli, intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Rom. 11. ¶ Vel si vis allega hic contra mundanos amicos, qui scilicet amici sunt quamdiu vident prospera, dimittunt vero hominem quando instant pericula & aduersa. Istud potissime est contra ecclesiasticos, qui. s. more Dauid videntes quod arca in ecclesia, homines occidebat, s. in principio, quando scilicet quasi omnes episcopi & clerici martyrizabatur, ipsam dimittebant, & de eius statu & beneficio non curabant, & eam obededom, i. veris martyribus relinquebant. Nũc autẽ quia vident q̃ ista arca. s. ecclesia non occidit homines, sed potius eos in temporalibus benedicit, Ideo quilibet eam exemplo Dauid habere contendit, ipsam q; & eius dignitates iocunde recipit & admittit. Breuiter ergo multi sunt, q̃ onera & pericula solent alijs dimittere, lucra vero & commoda quando accidunt, solent pro viribus vendicare. ¶ Vel ista allegãtur de corpore Christi, quod significatur in arca, quia. s. quando ab indignis recipitur, sæpe fit quòd mortem animæ & corporis fortiuntur. Vnde Apostolus. 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit corpus & sanguinem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Indignus autem reputatur ille, qui per carnis delectationem se maculat, & ille qui sacerdotis. i. sacri ducis mores & sanctitatem repudiat, & ille, qui onus pœnitẽtiæ impositum, quod portare debuerat, non per se, sed per alium circumportat, qui. s. alijs pœnitentiæ onus imponit, & illud mouere cum digito nunquã curat. Tales igitur super temeritate & indignitate sua a Deo percutiuntur, & a tactus Sacramenti Corporis Domini indigni reputantur, & quandoque miraculose occiduntur. Quod considerans Dauid. i. iustus, debet timere, & qñque ex reuerentia a receptione arcæ id est a perceptione sacramenti cessare, & pœnas indigne recipientium vltra formidare. Celebrare enim quotidie nec laudo nec uitupero, dicit Augustinus. Vnde de tali timore potest dici illud. Psalm. 57. Iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. ¶ Vel dic quòd arca significat prælatum, vt visum D est Exod. 25. Boues, qui trahunt arcam, carnales parentes significant, seu quemcunque carnalem affectum. Plaustrum vero nouum designat ipsius prælati dignitatem, & statum, & maxime nouiter sibi datum Oza, qui sacerdos non erat, & cum vxore dormierat, significat carnalem subditum & insufficientem & imperfectum, a sacerdotio, id est a sacerdotum moribus alienũ & à sacerdotali dignitate semotum. Si igitur contingat arcam super plaustrum nouum positam id est prælatum super nouam dignitatem constituta in moribus vacillare, per recalcitrationem boum interiorum, id est motuum carnalium & boum exteriorum id est amicorum carnalium & secularium a rectitudine iustitiæ declinare, non interest ozæ primo id est cuilibet subdito, & maxime qui non est sacerdos id est homo scientificus vel perfectus, sed potius qui cum vxore iacuit id est quando est carnalis, luxuriosus vel infectus, in istam arcam id est in prælatum manum mittere id est ipsum corrigere vel arguere, vel obloquendo de eius vacillatione se intromittere, quinimmo magis debet sub dissimulationis diuerticulo pertransire. Alias si irreuerenter illam arcam tangeret, mortem æternam pro temeritate præsumptionis suæ facile poterit reportare. Ad quod facit illud de historia triperita, quòd scilicet Constantinus Imperator de criminibus episcoporum noluit iudicare, sed potius libellos contra eos oblatos voluit concremare. Cuilibet igitur obloquutori potest dici illud supra quare non timuisti manum mittere in Christum domini secundo Reg. 1. Similiter etiam habes supra secundo. Reg. 26. Et sicut ibi dicitur, 2. Reg. 1. quòd Dauid fecit illum occidi, qui manum in regem saulem iactauerat se misisse, ad denotandum quòd illi subditi digni sunt pœna, qui p rebelliones & diffamationes contra prælatos proprios mouent bella. Ista tamẽ sunt cõtra multos subditos, qui quamuis sint pessimi, non cessant tamen prælatos suos tangere, & obloquendo seu molestando vexare, cum dicatur in Exod. vigesimus octauus Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.

EX EODEM CAPITVLO VI TEXTVS.

Nunciatumque est regi Dauid, quod benedixit dominus obededom. Moral. Cap. 6.

CVm Dauid duceret arcam domini in domum suam, mira exultatione gaudebat, & accinctus ephot lineo, organa manu tãgebat, & cum choris, & buccinis coram domino saltabat, & ad quoslibet sex passus bouem & ouẽ Deo immolabat, & sic honorem regium humilitate puia in laudem domini capitũabat. Quem vxor sua Michol filia regis Saul vilipendens cœpit redarguere, & istis verbis lætitiam eius increpare. Quam (inquit) gloriosus fuit Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi nudetur vnus de scurris. Cui Dauid legitur respondisse dicens. Ludam & vilior fiam, & humilis ero in oculis meis & in conspectu domini qui elegit me. ¶Ista possunt allegari exemplariter, quomodo nulla potest esse tanta potẽtia, tanta maiestas, tanta sublimitas, tantaque felicitas vel prosperitas, quin, quando de rebus diuinis agitur, & quando ad cultum Dei & eius honorem venitur, statim debet humiliari, vestibus prosperitatis mundialis exui, & per compassionem & contritionem mundari, ephot lineo idest mũditia cordis indui, & lætitia mentis repleri, saltus bonorũ affectuum facere, & sacrificia bonorum operũ adimplere, ouemque innocentiæ, & bouem fortitudinis & constantiæ per singulos sex passus, idest per senatorium operum misericordiæ domino offerre & immolare. Et dato q̃ Michol filia regis, id est quæcunque nobiles personæ actus & humilitatem ipsius reprehendant, non debet tamen propter hoc cessare, se gloriam sibi datam Deo attribuens, debet deuotionem & humilitatem mundi. s. festiuitatibus anteferre, & sic in eo verificabitur illud Ecc. 3. Quanto maiores, humiliate in omnibus. Constat. n. q̃ superbi humiles vilipendũt. Michol Dauid in corde suo despicit, quando fastum superbiæ præmittit. Iob 12. Deridetur iusti simplicitas. ¶Vel dic q̃ mulieres quandoque viros suos, qui sunt deuoti, & humiles, despiciunt, & eos quando sunt superbi & fastidiosi, amplius diligunt. Vide hic si vis pulchram glossam Gregorij de humilitate Dauid.

CAPITVLVM X TEXTVS.

Fastum est autem post hæc vt moreretur Rex filiorum Amon Morali. Cap. 7.

DAuid, cum misisset seruos suos ad consolandum Amõ regem super mortem patris sui, q̃ de nouo decesserat, Ille credens q̃ ad explorandum venissent, nuncios illos valde vituperauit. Barbas enim media rasit, & vestes madias vsque ad nates præscidit, & sic eos ad Dauid dominum eorum remisit. Quod Dauid cognoscens, misit eis obuiam, & quousque barbę eorum recreuissent, manere in hierico ipsis mãdauit, quos tamen seueriter postea vindicauit, quia. s. Amon regem occidit, ciuitatem eius rabath destruxit, & sibi suum populum subiugauit. ¶Illud potest allegari exemplariter, q̃ vitium ingratitudinis durissime vindicatur. Iste enim consolatorum derisit, & seruos ipsius confudit, quapropter ipse, & populus suus finaliter perijt. ¶Vel dic quomodo mala suspitio multotiens est causa multorum malorum, quia. s. iste propter malam suspitionem, exploratores istos seruos Dauid legitur dehonorasse, & ex hoc damnũ, nõ præmium reportasse. ¶Vel dic, q̃ mali consiliarij sunt quandoque causa multorum malorum, principes enim istius leguntur sibi cõsiliũ illud dedisse, propter quod ipse & principes sui legũ tur penas lugubres persoluisse. ¶Vel dic moraliter, quod Dauid est Christus, serui sui sunt ecclesiastici, vt etiam quilibet christiani, Amon autem, qui interpretatur dolor, diabolum significat, & populus amonitarum, qui interpretatur populus meroris & malorum spirituum, peccatores significat. Ista igitur est veritas, quòd amon Rex filiorum amon. i. diabolus Rex omnium malignorum, meror æternæ tristitiæ dãnatorũ spũum, seruos Dauid, i. ecclesiasticos vel fideles sume nititur spũaliter deturpare, & in persona eorum ipsum Dauid. i. Christũ offẽdere & grauare. Cum. n. seruorum Christi formositas in duobus cõsistat, s. in barba prudentiæ & virilitatis, & in vestibus honestæ apparentiæ & honestatis, diabolus in istis duobus ipsos detruncare satagit, & eos pertentationes & delectationes in virilitate & honestate diminuit. Sic enim fit quòd istos a virilitate effæminat, & à sapientia hebetat & sic barbam dimidiam eis truncat. Quod potissime fit, quando discretionem, quæ per barbam intelligitur, eis dimidiat, vtpote quia discretionem temporalem eis dimittit, & spiritualẽ eis pœnitus cæcat. Esa. 15. Omnis barba raderetur in triuijs. Vltra hoc etiam vestes honestatis multis præscindit, & eos per luxuriam inficiens, nates eorum i. ipsas partes verecundas, hoc est dictu, quòd ipsa opera suæ luxuriæ denudat omnibus & ostendit, & sic hodie diabolus seruos Dauid. i. Multos viros ecclesiasticos vituperat & cõfundit, & vituperabiles eos reddit, inquantum barbã prudentiæ & vestes decentiæ eis tollit. Vnde Esaias 2. Ambulauit serus meus Esaias nudus & discalciatus. Et ibidem, & discoopertis natibus. Ista potissime dici possunt de hypocritis, qui. s. barbas & vestes medias perdiderunt, inquantum virilitatẽ & honestatem exterius retinent, illam vero quæ intus in cõscientia debet esse, penitus amiserunt, ita q̃ isti sic dimidiati possunt dicere illud Esai. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum &c. Quia igitur pro certo tales sic denudati, non sunt digni coram Dauid, idest coram Christo, nec in ecclesia militante nec triumphante apparere, ideo in hierico, quæ interpretatur odor eius, i. in pœnitentia, quæ nihil suauis redolet, Deo debent manere, vt sic barbam amissam, i. virilitatem & virtutem possint acquirere, & sic se digne Deo præsentare, & coram Deo in paradiso, vel etiam in beneficijs ecclesiasticis ministrare. Vnde Exodi. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Iste autem Dauid, idest Christus finaliter contra istum regem amon. i. diabolum in iudicio dimicabit, & ciuitatem. i. reproborum congeriem igne perpetuo cõcremabit, & eum interficiet & damnabit, & sic electorum suorum casus & iniurias, quas diabolus nũc attente persequitur, vindicabit. ¶Vel dic, quòd isti semibarbes significant proditores & fallaces, qui. s. mediam barbã non habent, inquantum bona intentione carent. ¶Vel dic contra inconstantes, qui. s. pro media parte sunt feminei & imbecilles, inquantum sunt nunc desides, nunc uiriles. Illi figuram credo me exposuisse in sermone. Lętare Hierusalem. ¶Vel dic quòd barba idest virilitas seruorũ Dauid. i. vitiorum ecclesiasticorum duas partes debet habere scilicet sanctam vitam & bonam doctrinam. Sed pro certo diabolus vnam istarum partium multis solet auferre, inquanti. s. bonam vitam solet ab eis tollere, sanam vero doctrinam solet eis dimittere, & sic isti valde a diabolo deturpati dicitur, quia pro certo nihil ecclesiastico turpius, quam quòd male viuat, & prudenter & scientifice prædicet, & loquatur. Non est. n. ita turpe nihil scire & male viuere, & multa scire. Ideo dicitur. Iaco. 4. q̃ scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi. ¶In isto capitulo habes q̃ multæ nationes, quibus filij Israel aliquãdo seruierant. i. philistini, edom & amon ipsis subiectæ factæ fuerunt, & eis versa vice seruierunt. ¶Hoc ad fortunam rerum potest applicari, quæ. s. voluntur, q̃ illi, qui aliquando dñati fuerant, subiugantur, & qui seruierant, dominantur, sicut mundi nationibus plurimis inuenitur. Vnde Hierem. 49. Possidebit Israel possessores suos. ¶Vel dic moraliter, q̃ virtute Dauid. i. gratia Christi accidit, quod homo, qui aliquando aliquibus malis nationibus & varijs peccatis seruierat, ipsis subiectis superior efficitur, ita quòd sibi spiritualiter famulantur, inquantum recordatio ipsorum ipsius humilitatem perficit, & sic ad bonum ipsius ordinantur. Esa. 14. Erunt capientes eos, qui se ceperant, & subijcient exactores suos.

CAPITVLVM XI TEXTVS.

Factum est autem vertente anno eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. Moralitatum Cap. 8.

HIc habes de peccatorum Dauid gradibus. Deambulabat enim in solario domus. Ecce ociositas. Vidit balneã tem se bersabee. Ecce curiositas Cupinit. Ecce male consentiens voluntas. Impregnauit. Ecce luxurię uoluptas. Virum

A rum eius reuocans, ipsum ad dormiendum cum ea inducit. Ecce excusationis fallacitas. Tandem ipsum proprias litteras meroris sui deferentem interfici iussit. Ecce proditionis & homicidij temeritas. Sic igitur patet, quomodo vnũ peccatum ad aliud trahit, & quomodo de modico ad maius pertranſitur. Hierem. 9. De malo ad malum egressi sunt. Vrias occisus est propter litteras, quas portauit, sic Christus & sancti propter doctrinam euangelicam, quam docebant. ¶Vel dic, q̃ diabolus illum per tentationes libẽter occidit, quem cum litteris vel scientijs esse cognoscit. ¶Vel dic, q̃ vrias significat iudęos, vel etiam malos scientificos, qui. s. portant literas mortis suæ, inquantũ. s. ex litteris, quas nouerũt, mors illis sempiterna ducatur. Sicut patet in malis prælatis vel prædicatoribus, qui semper solent contra se prædicare. Vel etiam de iudæis, qui nolunt credere, quòd scriptura sua docet. Et sic mortem æternam merebuntur ex suis litteris reportare. Apostolus. 2. Cor. 3. Littera occidit. Vide supra lib. 7. de columba.

CAPITVLVM XII TEXTVS.

Misit ergo dominus nathan ad Dauid. Qui cum venisset ad eum. Morali. Cap. 9.

HIc habes, quomodo Dauid fuit a nathan reprehensus sub figura ouis subreptæ. Peccatum suum humiliter recognouit, & propriarum suarum vxorum sibi futura adulteria indicauit, dicens. Vxores tuas in oculis tuis dabo proximo tuo, & dormiet, cum eis in cõspectu solis huius. ¶Illud allega exemplariter, quod nullus quamquam sit Rex vel magnus, debet esse ita proteruus, quin quando peccasse se cognoscit, & super hoc a nathan propheta, i. ab aliquo prædicatore vel prælato, vel alio bono viro redarguitur, debeat se humiliter habere, & peccatum suum recognoscere, & emendationem promittens veniam postulare. Vnde dicitur Eccles. 3. Quanto maiores, humilia te in omnibus. ¶Vel dic contra adulteros, quibus iusto Dei iudicio sæpe contingit, quod sicut aliorum vxores maculant, sic & alij vxores eorũ

B fædant, iuxta illud Sap. 11. In quo peccat quis, in hoc punietur. ¶Illud, quod punitur hic, scilicet quòd Ioab videns, q̃ capienda erat vrbs aquarum. s. rabath, mãdauit Dauid q̃ veniret, & ne sibi victoria ascriberetur, ciuitatem caperet & & deleret. ¶Ad hoc potest allegari, quod Ioab miles, idest quicunque iustus nunquam debet sibi victoriam contra diabolum ascribere, sed totum Dauid, idest Deo attribuere, & dato quod per se possit tentationem vincere, debet tamen Dauid. i. Christi auxilium implorare, & ei, non sibi victorię laudem dare. Ad quod etiam applicant aliqui illud Apoca. 4. Viginti quatuor seniores coronas suas accipiebant, & in conspectu throni ponebant, ad denotandum q̃ corona nostra. i. gloria victoriæ nostræ, si quam habemus, Deo est attribuenda, & in conspectu throni maiestatis suæ per humilitatem proprio capiti tanquam non habitæ ex proprio capite deponenda, & ei, qui eam dedit, reddenda, & per gratiarum actionem ascribenda, quia. s. ipse est qui dat coronam gloriętriumphanti. Psal. 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.

Factum est autem post hæc, vt absalon filij Dauid sororem. Moralitatum Cap. 10.

AMon primogenitus Dauid thamar sororem suam fingens se infirmum, pro faciendis sibi sorbitiunculis a patre petijt. Quam repertam de concubitu requisiuit, & renuentem oppressit. Qui tandem post cõcubitum, ipsam mirabiliter odiuit & a se corruptam & violatam eiecit. ¶Talis amor, qui ex corruptione nascitur, faciliter in odium vertitur, & nunquam perseuerare probatur, vt sępe videmus, q̃ matrimonia, quę ex tali amore proueniunt, malo fine multotiens terminantur, vnde dr. Mat. 15. Ois plantatio, quã nõ plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. ¶Vel dic, quod iste primogenitus Dauid est lucifer, qui fuit principium viarum Dei. Iob 40. Quia pro certo sororem suam idest animã rationalem libenter per peccatum mortale corrumpit, & concubitum maledictionis & consensus ab ea petit, sub spe fraternitatis idest sub colore boni ipsam opprimit & confundit. Qua cum vsus ad diuersa vitia pro libito fuerit, ipsam de domo sua, idest de mundo per mortem eijcit & excludit, & ita falso amore, quem prætendit, in perpetuum odium commutato, ipsam vilem in infernum expellit. Ideo bene dr q̃ maius fuit odium quo oderat eam, amore, quo ante diligebat. ¶Ista igitur per ianitorem expulsa, talarem tunicam, quæ erat vestis filiarum regis, legitur conscidisse, & positis manibus super caput cinere conspersum clamãs & eiulans recessisse. ¶Sic misera anima peccatrix & corrupta, nunquam decetero digna dici regis Christi filia virgo, talarem tunicam idest gratiam & charitatem scindit, cinerem idest acerbitatem perpetui remorsus induit, clamans & eiulans idest dolens & desperans de hoc mundo recedit. Esai. 47. Descende, sede in puluere virgo filia babylonis, non est solium filiæ chaldeorum. ¶Vel dic quòd thamar idest anima peccatrix a diabolo corrupta, quando ad domũ absalon, id est ad Christi gratiam per pœnitentiam reuertitur, tunicam talarem idest malam perseuerãtiam, quę ad talum idest ad finem attingit, debet per contritionem rumpere cinerem id est mortis memoriam capiti mentis imponere, & per cõfessionem clamare & rugire. Vel vide istam figuram contra ambitiosos aliter expositam in repertorio morali, titulo de accumbere, in litera. f. ¶Dauid audito facinore filij sui amodo super violatione sororis, non corripuit eum, super hoc nolens eum contristare, cum supra modum eum diligeret, eo quia primogenitus suus erat. Quod quia punire noluit, ipsum amon absalon frater thamar satis cito post interfecit. ¶Sic vero sæpe fit, q̃ dum parentes seu prælati subditorum, nepotulorum, & filiorum scelera non corrigunt, perditionis ipsorum causa sunt, quia Deo ordinante, quibus impie parcitur, in aliquod magnum infortunium cadunt, & sic tam ipsi quam parentes tristitiam maiorem incurrunt Ideo bene dicitur. Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Intelligens autem Ioab filius saruie q̃ corregis versum esset. Moralit. Cap. 11.

ABsalon, qui propter mortem fratris ad terram alienigenarum fugerat, per solertiam Ioab & mulieris thecuę reuocatus à patre Dauid, mansit in Hierusalem, faciem tamen patris vsque ad duos annos non vidit. Ait autem hic scriptura de eius pulchritudine, scilicet quòd a planta pedis vsque ad verticem non erat in eo aliqua macula, quodque quia grauabat eum cæsaries, singulis annis capillos tondebat, & eos ducentis siclis ponderis publice ponderabat. Post hoc autem fuit absalon ad patrem introductus, & dato sibi osculo, ad gradum pristinum restitutus. ¶Sic vere dico, quando peccator de terra longin qua. i. de statu peccati, Ioab. i. prædicatore vel prælato procurante, & muliere thecuite, idest beata virgine vel diuina gratia suffragante, per pœnitentiam reditad patrem, non tamen propter hoc statim faciem patris videt, nec statim Deus arridet, sed adhuc cõtemplationis, spirituali prægustationi dissuetus, à Deo aliqualiter longe manet. Post hoc tamen lapsu temporis, sua hebetudo acuitur, & ad spiritualia paulatim assuescens, ad osculum charitatis admittitur, & ad speculationem & visionem paternæ gloriæ subleuatur, & sic verificatur illud Eccle. 10. Si hebetatum fuerit ferrum. Et hoc non vt prius multo labore acuetur. Sicut etiam de illo cœco dicitur. Marc. 8. q̃ statim clare non vidit, immo ipse dicebat. Video homines sicut arbores, sed tandem restitutus est, ita vt videret clare omnia, quia pro certo visus mentis nõ statim ex toto illuminatur, immo per gradus & paulatim ad perfectionem istam peruenitur, & sic post lapsum & reditum absalonis. i. post pœnitentiam peccatorum eius pulchritudo describitur, vt sic homo post peccatum posset fieri formosus & pulcher diceretur in moribus. Dicitur igitur esse absalon, qui interpretatur pater pacis. i. peccator Deo per baptismum & pœnitentiam pacificatus habere pulchritudinem virtũalem, q̃ a planta pedis vsque ad verticem capitis. i. ab affectu ad rationem, vel à principio vsque ad finem, non debet in ipso aliqua peccati macula reperiri, & quia cæsaries cogitationum, quæ. s. capiti. i. menti adhæret, ipsum quãdoque pos-

E set grauare & in capite mentis colorem concupiscentię generare, debet singulis annis ad minus ipsam per confessionem tondere & ipsos pilos vitiorum & malarum cogitationum per discretionem mensurare seu ponderare, & sic spiritualem pulchritudinem retinere vel conseruare, & capiti seu mentis munditiam procurare. Vnde. Dan. 5. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Eccle. 42. Et alibi. Quodcunque dederis idest quicquid confiteberis munera appende. ¶Volens Absalon vocare ad se Ioab amicum suũ, cum venire recusaret: præcepit segetes eius comburi, quo facto statim Ioab ad eum venit, & ꝙ præcepit absalon adimpleuit. ¶Absalon, qui interpretatur pater pacis, est Deus, q scilicet amicum suum idest hominem ad se melius aduocat & imitat quando segetes eius concremat idest quando temporalia sibi subtrahit, & tribulationibus ipsum grauat Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. ¶Vel dic quòd absalon vsus est vna cautela, qua plerũque aliqui vtuntur, quia scilicet quandoque alteri ex certo proposito non malo animo iniuriantur, vt saltem sub titulo factæ iniuriæ eius colloquio seu noticia perfuerentur: sicut Iob 13. de seipso & de Deo dicit. Os meum implebo increpationibus, vt sciam verba, quæ respondeat mihi: Ioab vero ad Absalon non venisset, nec eius negocium fecisset, nisi prius ipsum Absalon offendisset. ¶Vel dic quòd Ioab princeps, i. Deus quãdoque ad absalon, idest ad peccatorem postquam multum offendit eum, & segetem fidelium igne tribulationis afflixit vel segetẽ virtutum in seipso igne cõcupiscentię consumpsit, libentius quandoque venit, & eum misericorditer conuertendo negocium salutis, & expeditionis suæ procurat efficacius. Et facit exemplum de Paulo, & Magdalena. Ideo bene dicitur Rom. 5. Vbi superabũdauit delictum, superabundat & gratia.

CAPITVLVM XV TEXTVS.
Igitur post hæc fecit sibi Absalõ currus, & ęquies.
Moralitatum Cap. 12.

F ABsalõ filius Dauid fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum, & quia ambiebat ad regnũ, ideo in porta palatij stabat, & cunctis de longe ad iudicia venientibus applaudebat, & patri suo detrahens se iuste iudicaturum iactabat & extensa manu sua, illos, qui ipsum ad salutandum venerant, appræhendebat, & osculum eis dabat, & dicebat. Videntur sermones tui recti, sed non est qui te audiat constitutus a rege. Quis me constituat iudicem superterram, vt recte iudicem. Sic igitur ipse Absalon cor populi ad se traxit, & inuenta opportunitate regnum inuasit, & proprium genitorem a regno depulit, concubinas eius fędauit, & ipsum occidere attentauit. ¶Re vera sic faciunt ambitiosi in collegijs & in claustris. Currus enim & equites, qui mundi pompam sibi aggregant, iustos iudices se esse simulant, omnium sociorum suorum sibi amicitias applaudendo & adulando, osculando & familiaritatem ostendendo procurant, & sic contra patrem idest contra prælatum vel superiorem coniurationem seu conspirationẽ facientes, ipsum litibus & accusationibus impugnãt, ita ꝙ quandoq; de propria sede & dignitate ipsum eijciunt atq; fugant. Cõcubinas eius. i. amicos & familiares eius vitũperant atq; grauant, & qđ deterius est, qñq; mortẽ illius machinant & tractãt, & sic final'r loco ipsi' ĩperãt atq; regnãt. Vñ dr. 3. Reg. 16. Irruens zambri percussit, & occidit hela regẽ Israel, & regnauit ꝓ eo. Iõ bñ dr. Filius cõtumeliã facit patri. Mich. 7. Sequitur. Et inimici hominis domestici eius.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Cumq; Dauid transisset paululum mõtis verticem, apparuit siba. Moralitatum. Cap. 13.

HIc habes, ꝙ siba videns Dauid regem fugitiuum, & in deserto peregrinum, panes, vinum & alia encenia attulit, & Miphibosech magistrum suum accusauit, & sic Rex possessiones Miphiboseth sibi dedit. Semei aũt đ gñe Saul regi maledicebat, & decrepidine montis lapides in eum iaciebat, & multis iniurijs lacesseus ipsum virum sanguinis appellabat. ¶Istud potest allegari contra quosdam adulatores, qui qñ vident fratrem suum, & maxime qñ vident princi[pem] vel prælatum in aliqua necessitate constitutum, solent [...] adulari, & per se ei munera p̄sentare & offerre, & sic rege[m] vel superiorẽ amicũ sibi facere & placare, tandem vero [so]lẽt detrahẽdo alios accusare, & eos deponi, & grauari [...]ribus procurare, & sic hæreditatem innocentis. i. benefic[ium] vel officium absentis solent qñq; cum fraudulentia repor[]tare. Vnde in Gene. 27. Venit germanus tuus freudulenter, & surripuit benedictionem tuam. Malum igitur & peric[u]losum est ꝙ Rex vel superior sit nimis credulus, & maxim[e] nisi præsens sit accusatus, sicut in illa ciuitate antiqua an[ti]quitus scribebatur, vbi iudicia reddebantur. Audi alteram partem. Si enim Dauid miphiboseth prius audiuisset, hæreditatem suam sibi non abstulisset, nec eius aduersario cre[di]disset. Aliud de semei potest allegari contra maliciosos q[ui] .s. odium inuidiam & malitiam, q̃ hñt contra aliquem, qua[n]diu ipsum viderint prosperari, dissimulare, quem tandẽ c[um] in tribulatione viderint positum, solent contra eum insur[]gere, & ipsum iniurijs verbalibus & realibus impugnare & ideo bene dicitur in li. Eccl. 12. In oculis suis lachymabitur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine, [si] incurrerint tibi mala, inueniens eum illic priorem. ¶Vel [si] vis, dic illud ꝙ Dauid impediuit occidi semei maledicẽtem sibi, dicens. Quid si dominus præcepit sibi, vade & maledic Dauid &c. potest allegari ꝙ vir prudẽs quando infortunijs videt se tribulatum, nõ debet statim ad vindictam contra [in]iuriantes prorumpere, sed potius considerare ꝙ talis tribu[]latio ex Dei prouidentia prouenit, & ꝙ propter sua demerita a Domino hęc procedit. Vnde Amos 3. Non est malum in ciuitate, quod non facit dominus. ¶ Vel possent ista de Semei & Dauid allegoricæ applicari ad Christum, qui exiens Hierusalem & portans crucem, contumelijs, iniurijs, oppro[]brijs, verberibus &c. lacessitus, & satiatus, nudis pedibus a[d] locum passionis & mortis properauit &c.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Dixit ergo Achitophel ad Absalon. Eligam mihi duodecim milia virorum. Moralit. Cap. 14.

AChitophel summus consiliarius Dauid, cuius consi[lium] in illo tpe erat, quasi si quis cõsuluerit dominum [...] primus q dñm suũ negauit, & q absalõ adhæsit & qui iter[um] ad patris concubinas sibi cõsuluit, & q Dauid occidere v[o]luit & promisit. Cuius cõsilium sup oppressione Dauid, c[husi] arathites impediuit, quare idẽ achitophel dolore & inuidia stimulatus, abiẽs laqueo se suspendit, vt dr in c. sequenti. [Il]lud põt allegoricę de iuda, qui. s. per istũ achitophel figura[tur], q interpręta frater meus irruens, frater meus tractans, fra[]ter meus deuorari cogitans. Ille enim iudas cum Dauid id est cum Christo familiarior consiliarius fuit seu Apostolus & tamen, quia mortem eius excogitauit & tractauit & cum turbis iudæorum super ipsum irruit, ideo a societate ipsi[us] & a gratia & a gloria cecidit & recessit. Istæ enim Absalo[n] pessimo Dauid filio idest populo Iudaico noscitur adhæsisse, & Dauid idest magistrum suum Christum negasse, & [de] eo occidendo consilium præbuisse, & finaliter ad litteram laqueo se suspendisse. Vnde dicitur. Act. 1. Suspensus crepuit medius. Vel ista possunt allegari quòd illi qui in domo familiaritate & consilio alicuius sunt maiores, & qui sibi videntur propinqores & fideliores, fama & reputatione apud populum potiores, sunt quandoque in suo amore inconstantiores & si in fortunia sibi accidunt, ad recedendum ab eo promptiores, & ad persecutionem ipsius acriores fiunt. Psalm. 40. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. ¶Vel istud dic contra superbiam vel inuidiam, quæ scilicet istum tanto dolore affecerunt, quòd qui vidit consilium suum repudiari, & alterius approbari, quòd ipsum ad suspensionis laqueum attraxerunt. ¶Vel dic moraliter cõtra malos ecclesiasticos vel prælatos, qui scilicet in domo Dauid Christi, quæ est ecclesia alijs præponuntur, & in sensu, & consilio & mundana sapientia apud homines exaltatur, & sicut ad litteram videmus de multis aduocatis & clericis, & de multis prælatis & sciẽtificis, quorum dicta & consilia Dei præsagia esse reputantur, qui tamen in moribus sunt ipsi magistro suo Christo infidéles & ad p̄secutionem

tionem ipsius, quæ fit per uitia & peccata, aliis proniores, inquantum, s. isti nt cõiter aliis sunt peiores. Isti. n. dñr achitophel, idest fratres cogitãtes. Vnde dicitur Soph. 3. Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas, caduca & terrena tractantes per negociorum mundialium diligentiam, quia. s. omnia tractamenta & mundi negocia transeũt per manus eorum. Vnde Eze. 11. Fili hominis hi uiri, qui cogitant iniquitatem & tractant consilium pessimum in urbe hac. Item fratres irruentes per rapinam & seuitiam sic patet, quia isti nemini parcunt, sed per exactiones contra pauperes & subditos irruunt atque currunt. Vnde Iob 6. Suppu pillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Itẽ dicuntur fratres cadentes, quia. s. isti cadunt a statu secularis eminentiæ, quando in infortunia temporaliter cadunt a statu huius vitæ, per mortẽ corporaliter & finaliter, cadunt ab obtentu æternæ gloriæ in infernum æternaliter, vbi. s. ad patibulũ inferni suspenduntur, & ad extremum suppliciũ condemnanĩ crudeliter & perenniter. Vnde Esa. 24. Qui fugit à uoce fortitudinis, cadet in foueam, & qui se explicuerit a fouea, tenebitur laqueo.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.
Igitur considerato Dauid populo suo constituit super eos tribunos. Moralitatum Cap. 15.

ABsalon cõtra patrem insurrexerat, in pręlio vinctus fuerat. Nam cum in mulo sederet & sub quercu frondosa transiret, caput eius sicut dictum est, cuius cęsaries erat magna, adhæsit quercui, & in illo suspensus est inter cœlum & terram; mulus autem, cui insederat, pertrãsiuit. Qđ videns Ioab, tres lanceas in corde absalon infixit, quem adhuc palpitãtem decem iuuenes armigeri Dauid occiderũt, & tandem ipsum in foueã magnam proiecerunt, & magnã lapidum congeriem desuper portauerunt. ¶Per absalon intelligitur ambitiosus vel quicunque peccator, qui. s. regnũ temporale & mundĩ prosperitatem desiderat, contra patrẽ B suum Deum, & contra prælatum præliatur & certat, & in mulo carnalis uoluptatis & hebetate mentis equitat, cæsariem capillorum. i. cogitationum & curarum sollicitudinẽ multam habet; quercui. i. mundanæ dignitati & gloriæ sæcularium per desiderium adhæret, & ex toto conatu mentaliter ibi pendet. Et bene inter cœlum & terram pendere dr, quia. s. ambitiosus nec in terra. i. in inferiori statu manere est contentus, nec ad cœlum. i. ad altitudinẽ, quam appetit, venire potest, nec eam consequitur, imò semper in uana spe & in pendulo commoratur. Vnde Zac. 5. Eleuauerunt amphoram inter cœlum & terram. Ioab igitur, qui interpretatur inimicus, idest diabolus inueniens hominem sic pendentem, & instabiliter manentem, & ad illa, quæ consequi nequit, carnaliter anhelantem, ipsum tribus lanceis, idest tribus principalibus vitiis, s. luxuria, superbia & auaritia, solet confodere, & postquam mulus. i. corpus suum per mortem trãsierit & eum dimiserit, solet eum diabolus in manus decem iuuenum, idest in manus omnium dæmonum tradere, qui. s. decem dñr, pro eo ꝙ super transgressores decem mandatorum machinantur, vt patet de bestia abissi, quæ decem habebat cornua. Apoc. 13. Quem. s. palpitantem & dolentẽ ipsum in inferno solent occidere & punire, & sic solet Absalõ. i. peccator ambitiosus de rebellione & ambitione sua, quam. s. contra Deum patrem suum vel prælatum facere nitur, triste salarium reportare. Vnde dicitur. Eccl. 46. Contra dominum pugnare non est facile. ¶Vel dic moraliter, ꝙ Absalon, qui insurgit contra patrem, est caro, quæ insurgit cõtra spiritum, vel peccator, qui insurgit per inobedientiã cõtra Deum, quia pro certo iste debet adhærere quercui. i. cruci per pœnitentiam & per passionis deuotionem debet ab eo mula, idest carnalitas fugari per abstinentiæ macerationem: debet in altum suspendi, per spem & contemplationem, debet a Ioab. i. a prælato, tribus lanceis, idest triplici reprehensione contra tria principalia vitia transfigi per correctionem & redargutionẽ, & sic debet decem iuuenibus. i. decem mandatis legis tradi per executionem, & ab eis inter fici & occidi per carnalis vitæ interruptionẽ & destructionem, & in foueam mortis vel inferni debet proiici per futurorum tormentorũ considerationem, & cumulus lapidũ, idest congeries bonorum documentorum debet super C eum aggregari per prædicationem. Vnde illud Thren. 3. Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem supra me &c. ¶De duobus nunciis, qui regi victoriam & mortem absalõ nunciauerunt, chusi. s. & achimaas, dicitur ꝙ achimaas, qui vltimus cucurrit, quia per uiam compendii sciuit ire, prius ad regem peruenit. ¶Sic vere multi sunt, qui tardius incipiunt, & tamen per compendium religionis, paupertatis vel pęnitentiæ transeunt, & sic alios, qui uadunt per viã mundi cõem, pęrcedunt, & ad regẽ Chrm primi perueniũt. Ideo bene de ipsis dicitur Mat. 26. Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Hic aduerte, ꝙ dato ꝙ absalon actualiter patrem impugnaret, mortẽq; eius pro uiribus appeteret, ipse tamen Dauid caput paternæ misericordiæ non est oblitus, imo ipsum pessimum filium suum diligebat, & mortem illius prohibebat. Vnde & de ipso mortuo summe doluit, & ipsum etiam miserabiliter fleuit dicens. Absalon fili mi fili mi absalon, quis mihi det vt moriar pro te. In hoc notari potest, ꝙ quando prælatus videt filium. i. subditum suum errantem & se etiam aliquotiens impugnantem, non debet ad vindictam moueri sed potius sibi compati, & de morte spirituali & æternali ipsius flere pariter & contristari. Dolendo enim & compatiendo debet ipsum punire, & puniẽdo deflere, & pro eo dolere. Eze. 18. Quod etiam facit dñs, q. s. non vult mortem peccatori, sed vt magis conuertaĩ & viuat &c. q a. s. sibi nõ placet ꝙ oporteet eũ hoiem in æternũ punire. Vñ dr Sap. 1. Deus mortẽ non fecit, nec lætaĩ in perditione uiuorũ. Quod etiam ad primum factum applicari potest, datoꝙ à filio iniurietur, sibi tamen compatitur, & de eius infortunio contristatur. Ps. 102. Qũo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Recordatus est qm puluis sumus & homo sicut fænum & flos agri. 2. Re. 12. ¶Hic nota ꝙ Dauid fleuit pro iniquo filio mortuo, & tamen non fleuit pro innocente filio defuncto, ut patet supra. Hic notatur quòd magis est flenda mors malorum, quam bonorum, quia. s. illi mortui uadunt ad æternam gloriam, isti vero tendunt ad ęternam miseriam. Ideo bene dicitur. D Eccl. 22. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit, nequissimi autem nequissima vita super mortem fatui. ¶Quamuis absalon fuit pulcherrimus, fuit tamen nequissimus & morte turpissima consummatus. Hoc etiam non solum in ipso uĩ, imò etiam in omnibus, qui magis gratiis prę cęteris præfulserũt, qui. s. vt cõiter præ cæteris deliquerunt, vel morte magis misera decesserunt sicut apparuit de primo angelo, qui cecidit; de primo homine, qui peccauit; de salomone, qui idolatrauit; de Dauid, qui adulterium & homicidium commisit; de isto absalone, qui contra patrẽ ambiuit; de sansone, qui cæcus in ruina domus defecit; de iulio cęsare, qui cõfossus in senatu periit; de milone, qui a bestijs deuoratus fuit; de Seneca, qui ab apertione uenæ ĩ balneo defecit: de plinio phico, quem fauilla ardentis montis consumpsit; de illo philosopho dicto, quem turmacanum comedit; de esculapio patre medicorũ, q fulmine periit; de Alexãdro magno veneno perẽpto; de iulio in concilio gladiis cõfosso; de cyro gladio truncato capite eius ĩ sanguine volutato. Et tñ constat ꝙ lucifer fuit subtilissimus, Adã in scientijs perfectissimus, Salomõ sapientissimus, Dauid propheta maximus & uirtutib. sãctissimus, absalon pulcherrimus, sanson fortissimus, milon robustissimus, seneca moralissimus, plinius studiosissimus, & iulius Imperator strenuissimus, alexãder magnus potẽtissimus &c. In istis igiĩ notari põt, ꝙ nõ est bonum gratiis & gloriis, virib. & virtutib. p̄ cęteris aliquotiẽs abũdare, q a. s. tales dũ exinde superbiũt, solẽt dies suos miserabil'r consummare. Melius est igitur mediocrẽ q̃ summũ in gratijs naturalib. tenere statũ, infimũ q̃ supremũ. Vñ dr 4. Re. 14. Cõtẽt' igiĩ esto glię tuę, & sede ĩ domo tua.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Nunciatum est autem Ioab, quod rex fleret & lugeret filium suum. Moralitatum. Cap. 16.

CVm Dauid reducereĩ à populo, miphiboseth filius Ionatę, qui scilicet cum esset infans & de manibus nutricis suę ceciderat, & ideo claudus erat propter quod regẽ fugiẽte non iuerat, quia seruus suus ipsum contempserat,

E & sibi sternere asinum noluerat,regi reuertenti obuiam venit,& sibi illotis manibus & intonsa barba occurit,vestesq; suas non lauerat postquam fuerat rex reiectus.Iste igitur cū se excusaret,& seruū suū,qui contēpserat,accusaret,rex,q̄ hæreditatem eius eidem seruo dederat,sicut prius dictū est supra,eādem hæreditatem inter eos dimidiauit,& dimidietatem hæreditatis dicto miphiboseth reliquit,aliam vero medietatē dedit seruo suo, dicens. Fixum est,quod locutus sum tu,& Siba diuidite possessione.¶Miphiboseth,qui interpretatur os confusum,significat peccatorem,qui bene dicitur os confusum,quia os eius confiteri peccata sua nolens cōfundit.Ille est igitur,qui semper in moribus claudificat, & per inconstantiam nunquam in rectitudine stat,immò semper inconstantiam vacillat, & per malitiam nunc ad unam partem,nunc ad aliam se dilatat.Vnde dicitur 3.Reg.18.Vsquequo claudicatis in duas partes? Quando enim nutrix nostra scilicet beata virgo vel diuina gratia, hominem in peccato cadere permittit,statim diabolus in eo claudicatio nē incōstantiæ & malitię introducit.Nullus enim in rectitudine iustitiæ perseuerat,nisi nutrix sua, idest diuina gratia ipsum manuteneat & conducat.Ille etiam toto tempore uitę suæ claudus, inconstans & delitiosus in moribus efficitur, qui tempore infantiæ,& iuuentutis de manibus nutriticis suæ,scilicet diuinæ gratiæ per peccatum cadit,vel de manibus nutricis,idest de manutenētia prælati per apostasiā vel obstinationem recedit.Vnde in Prou.32.Adolescēs iuxta viā suam,etiam cum senuerit, non recedet ab ea.Iste est igitur, cui seruus.i.corpus proprium obedire recusat, sed potius per carnales motus contra ipsum murmurat & rebellat, & asinum humilitatis sibi non sternit aut præparat,sed potius hæreditatem suam, scilicet æternam gloriam sibi subtrahit,& apud regem Christum eum odibilem reddit. Quia igitur iste miphiboseth,idest peccator cum rege Christo per immutationem non iuit,sed potius ipse peccator indigne & in pannis vilibus regi Christo ad eum in altaris sacramento in paschate reuertenti,vel in iudicio ad mundum vt
F omnes iudicet, redeūti occurrit,ita q̄ pedes affectionis nō lauit,barbam mundanæ sapientiæ vel pilos temporalis opulentiæ non rasit,vestesq; exterioris conuersationis & apparentiæ non mundauit,Ideo a rege reprehenditur,& hæreditas seu prosperitas sua dimidiatur sibi, inquantum scilicet vna pars,hoc est corporalis opulentia seu corporalis vita sibi dimittitur.Alia vero pars,scilicet æterna vita, & gloria sibi pœnitus denegatur,quia re uera,qui Christo ad futurū iudicium venienti,vel sacramento altaris appropinquanti,vel etiam in ramis palmarum in Hierusalem intranti, vel insuper incarnatione,& natiuitate,vel aduentu impurus,& illaqueatus & immundus Deo occurrerit, medietatem bonorum suorum, scilicet bona animę, gratiam & gloriam sibi tollit,portionemque suam sibi truncat,dimidiat & præscindit.Vnde Dan.5. Diuisum est regnum tuum, & datum est persis & medis. Et ideo dicitur 4.Regum 8. Tolle tecum munera, & uade in occursum viri Dei, munera inquit ibidem, idest uirtutes.¶Illud quoque,quòd miphiboseth cōmensalis regis Dauid cum rege fugitiuo seu in tribulatione posito non iuit,sibi tamen ad pristinam gloriam restituto obuiam venit. ¶Ad hoc potest allegari, quòd mundani amici dato quòd sint alicuius commensales & domestici,& dato quod in mensa sua consueuerunt assistere, & tanquam speciales amici constituti, si tamen ipsum ad tribulationem venire conspiciunt,statim eum fugiunt & dimittunt,& cum eo ire renuunt. Sed pro certo quando ad pristinum statum seu gradum restituuntur,tunc sibi occurere,& applaudere prohibētur,ac si i vera permānsissent amicitia,ipsum in prosperitate repositum comitantur,& de ingratitudine & inconstantia se excusare pro uiribus moliuntur. Eccesiast. 6. De isti igitur & bene dicitur. Est amicus socius in mensa,& non permanebit in tempore triaulationis. ¶Item quod hic dicitur,quod Semei,qui primo regi fugienti insultauit, & maledixit,ipse prius de domo sua occurrit,cum ipsum in pristinam gloriam restitui uidit. ¶Hoc potest allegari, quod qui homini in tribulatione posito iniuriantur, si rursum ad statum promotionis venerit, ipsi occurunt, applaudant & adulantur.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Accidit quoque ut ibi esset vir Belial nomine Siba
Moralitatum. Cap. 17.

POpulus Israel, qui prius a Dauid sequendo pessimum sed pulcherimum filium eius Absalon recesserat, finaliter victo absalon ad Dauid est reductus,sed cum altercatio esset inter populum quis esset propinquus ipsi Dauid regi, contigit quod Siba filius Bochrituba cecinit, & populum Israel ad sequēdum Dauid diuertit,& magnam populi multitudinem ad se traxit dicens.Non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filios Isai: Reuertere ad tabernacula tua Israel. Posti istum autem misit Dauid milites,scilicet Ioab & Abysai,quæ Siba interfecerunt, & caput ei abstulerunt, & uniuersum populum Israeliticum ad Dauid reduxerunt. ¶Sic vere quando uniuersus mundi populus in principio Dauid,idest à Deo recessit,& pulchrū eius filium, licet pessimum,scilicet luciferum per idolatriam diuturnis temporibus secutus fuit,iuxta illud Iob 21.Qui dixerunt Deo, recede a nobis,scientiam viarum tuarum nolumus. Tādem Absalon, idest lucifero in arbore suspenso,idest in cruce fixo,ad regem suum Deum per fidem rediit, & ipsum recepit & credidit.Verum, quia in principio fuit inter istos recedentes quædam controuersia, quia scilicet aliqui se aliis præferebant,& apud regem,idest apud Deum se digniores dicebant,vt patet,quia iudæi græcos contemnebant & gentes iudæos,idest ex iudæis conuersis inuidebant,vt dicitur Act.6.Apostolorum,q̄ factus est murmur græcorum aduersus hebræos,Ita q̄ aliqui dicebant 1. Cor. 1. Ego sum pauli, alii autem,& ego apollo,& sic inter eos diuisus erat Christus.Ideo occasione huius dissensionis,siba filius Bochri,id est cetus hæreticorum,tuba suę prædicationis incępit canere,& sequela veri Dauid idest à fide Christi populū retrahere.Siba egressio,Bochri primogenitus interpretatur; qui qui sunt hęretici,à Deo recedunt & egrediūtur & esse fili Bochri,idest luciferi,qui Dei fuit primogenitus, creatus noscuntur.Isti igitur inter cęteros fuerunt arrius, nestorius donatus,mahometus,& alii similes,qui tanquam filii diabo li populum peruerterunt,nouas sectas & hæreses inuenerunt,& magnā partē mundi ad se,& ad suos errores traxerunt, & ad litteram patet de gręcis,sclauis, vngaris, ruthenis,georgianis,armēniis,nestorianis,nubianis,& aliis schismaticis Christianis,qui scilicet Sibe,idest hęreticorū buccinas audiētes,a vera fide Christi,& sua ecclesia recesserunt & Dauid regem suum Christum, & ecclesiam dimiserunt. Vnde isti hæretici bene æquiparantur illi draconi, de quo Apoc.12.dicitur,quod cauda eius traxit secum tertiam partem stellarum & misit eos in terram.Et dicit Hiere. 2. Dimisit populus meus.Recessimus,non veniemus vltra ad te Deus. igitur noster Christus,milites suos,Augustinum,Gregorium Ambrosium,& alios Doctores & prædicatores post illos misit,ita quòd istis mediantibus capita erroris eorum in magna parte abstulit,& ad ueram fidem multos conuertit,quos scilicet per istos & ipsorum doctrinam plurimi schismatici quotidie conuertuntur.Vnde dicitur.Iosl.4.Reuertatur aquę in aluēum suum.

EX CAPITVLO XX TEXTVS.
c.Dixit itaque Ioab ad amasam,Salue mi frater.
Moralitatum Cap. 18.

ILlud autem,quod hic ponitur,qui interrogant,interrogent in abele,in quo datur intelligi quod illa ciuitas erat antiquitus locus consilij, quia scilicet abela lugens sua miserabilis interpretatur.¶Igitur locus consilii dicitur,si à pro certo consiliū,& sapientia apud lugentes & tristes apud hoies consideration,& sollicitudini deditos,a mundi delicijs abstractos,melius quam apud cęteros inuenitur Eccl.7.Vnde dī.Cor.sapientium vbi est tristitia. ¶De amasa aūt proditiose a Ioab interfecto pro eo q̄ Dauid promiserat sibi ducatum populi,quem Ioab amittere metuebat, ex hoc potest adduci,quomodo ambitio hominis aliquotiens est sibi causa mortis.Iste nequaquā occisus fuisset,nec Ioab eū unq̄ occidisset,nisi officiū suū.s.populi principatū pp̄ ei amittere timuisset. Non ambiat igitur hō aliis imperare,
maximē

A maxime aliorū officia usurpare,& pręcipuè si, propter suā promotionem necesse est alium à statu proprio declinare, quia ille,qui uidet statum suum pp̄ eum deficere solet qñq; contra eum insanire,dicens.Qui nostra tollit,inimicus est Apostolus.2 Cor.5.Nolumus expoliari,sed superuestiri.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis
iugiter. Moralitatum. Cap. 19.

CVm fames triennio in terra Israel perseueraſſet, Dauid consuluit dominum,quæ poterat esse causa famis. Qui respondit propter Saul & Domum eius,qui iniuste Gabaonitas occiderat,& sub fictione zeli fidei,pro eo. s. quòd Gabaonitæ non erant de populo Israelitico, iusurandum Iosue 9.& pactum irritum fecerat, de quibus omnibus habetur supra,Fames huiusmodi facta erat,& ideo Dauid cū Gabaonitas,qui remanserant,quid pro satisfactione peterēt,interrogasset,& ipsi septem uiros crucifigendos de stirpe Saul postulassent;septem uiros ipsius saulis nepotes,vel filios ipsos tradidit,quos gabaonitarum populus illico crucifixerūt, & sic fames in terra cessauit,& fertilitas supuenit. Respha vero mater aliquorum ipsorum, iuxta cruces lectulum supra pecram sibi strauit,& aues & bestias de cadaueribus abigens diebus pluribus sociauit,quos tandem David de crucibus deponi iubens,honorifice sepeliuit. Attende tamen, quòd dicit historia,q̄ isti filiis Saul fuerāt in culpa de gabaonitis occidendis.¶Allega ista q̄ quandoq; peccato vnius puniuntur multi. Solum enim saul peccauerat & domus eius peccauerat,& tamen fames totum populum affligebat.¶Vel allega illud, quòd quādo aliqua pars est iniuriata, tunc iudex potest remittere pœnam, qñ ipsi parti iniuriatæ videt factam competentem satisfactionem,nullo tamen modo debet relaxare supplicium,quousq; parti læsæ fuerit satisfactum,sicut hic uidemus, quòd Deus famen non legitur relaxasse,quousq; gabonitis constitit satisfactū fuisse.¶Vel allega illud,quòd pietas prouocat pietatem.Pietas enim matris prouocat pietatem regis ad ipsa cadauera
B deponenda & sepelienda.¶Vel dic,q̄ Saul significat Adam propter cuius culpam fames. i. carentia diuinæ gratię erat in mundo. Ad placandum igitur Deum, & ad fertilitatem gratiæ & uirtutum impetrandam, necesse fuit, quòd septē viri de stirpe sua.i.Christus & uniuersitas martyrum crucifigerentur,& per martyrium & in satisfactionem huius delicti vel malefacti occiderentur,vt sic Dei patris iustitia alacaretur, & uirtutum & bonorum copia redderetur.Mater igitur istorum crucifixorum & martyrum.s.sancta mater ecclesia, ipsos debet per compassionem deflere. Rex uero Deus pater ipsos solet in cœli cemiterio sepelire. ¶Dauid nominatur hic adeo datus,filius saltus,polimitarius,bethleemites.Et infra 2.Reg. 23.Egregius, psaltes Israel tenerimus ligni vermiculus. Et dicitur primo adeo datus, quia a Deo fuit electus,filius saltus, quia de saltu, vbi custodiebat oues,assumptus:fuit,polimitarius, quia in aspectu fuit pulcher atque politus;bethleemites,quia in ciuitate Bethleem fuit natus;egregius psaltes,quia ad psallendū in organo,cithara,& Psalterio fuit edoctus tenerimus ligni vermiculꝰ, quia super omnes fuit tenemitis & misericors & tamen ad modum illius vermis,qui teredo dicitur,dinoscitur fuisse durus.vnde licet in se tenerrimus,tamen ad perforandū ligna durus.i.ad impugnandum contra proteruos homines fuit fortis & durus.¶ Omnia ista nomina possunt competere prælato, quia re uera iste debet esse a Deo datus,non a carnali affectione,nec præce,nec munerum oblatione, sed per specialem uocationem & canonicam electionem.Esa. 9.Paruulus datus est nobis,& erit principatus eius super humerum eius &c.Debet esse filius saltus per altam & eleuatā contemplationem, & per omnium subditorum discretam gubernationem,saltus enim sunt loca alta, & prærupta in desertis & syluis,in quibus animalia solent pasci.Vnde Esa. 29.Charmel in saltum reputabitur.Debet esse polimitarius, idest se ipsum poliens per honesta conuersationem. Vnde Gen.37.Fecerat sibi Iacob tunicā polimitam. Debet esse bethleemites,quod interpretatur domus panū & refectionum,quia ipse debet alios reficere per doctrinæ & eleemo
C synarum subuentionem vt possint sic alii dicere de ipso illud Luc.2.Transeamus vsque ad Bethleem & videamus hoc verbum &c. Debet esse egregius psaltes per melodiosam Dei laudem & prædicationem.Ps.100.Psallam & intelligam in uia immaculata.Debet esse tenerimus ligni vermiculus, quia.s.quantum ad se ipse debet habere piam & benignā affectionem,quantum vero ad proteruos, debet esse durus perseueram iustitiam & correctionem. Vermiculoenim nihil mollius dum tangitur, & nihil durius dum tangit; quia etiam fortia ligna perforat & corrodit. Sic prælatus quando tangitur id est quando requiritur, debet inueniri pius, benignus & mollis, quando uero necesse est quòd aliquem per correctionem tangat, debet inueniri durus,rigidus atque fortis.Vnde dicitur.Elegit eum dñs adhuc puerum & tenellum.Et sic iste proprie dr Dauid,qui interpretatur manu fortis,& uultu desiderabilis, quia. s.ipse debet se exhibere amicabilem,& desiderabilem,benigniter & liberaliter se habendo. Ps. 131. Memento dñe Dauid, & oīs mansuetudinis eius.Et fortem atque stabilem & uirilem tribulationibus & tentationibus resistendo, & dæmones.i.hæreticos tyrannos,malos subditos potenter & seueriter reprimendo.Hie.23.Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiēs erit.Par.11.¶Bannaias vnus de fortibus Dauid,inueniens leonem in cisternam cecidisse,& nerationem niuis cito exire posse,ad ipsum cum baculo potenter prosiliit,& eum in fouea interfecit. ¶Sic vere Christus cum baculo crucis inuasit & interfecit leonem diabolum, & in cisterna niuis tempore,i.in tempore frigoris & passionis personaliter descendit, vbi ipsum ligauit prostrauit & dicit.Vel dic,q̄ si quis uult uincere leonē diabolum, debet per consideration em in cisternam inferni descēdere, & baculum crucis per spem & deuotionem secum habere,& cōtra eum per bona opera insurgere, & sic in niue.i. in diuini timoris frigore de ipso poterit triumphare.Vnde ipse tūc dicere potest illud 1.Reg.17.Nunquid ego canis sum,quia tu uenis ad me cum baculo.Cap.23.¶Cum philistini essent cū exercitu suo circa Bethleem,desiderauit Dauid de aqua cisternæ,quæ erat ad portam Bethleem.Si quis (inquit) mihi daret potum de aqua cisternæ,quæ ad portam bethleē &c. Quod audientes tres robustissimi uiri.s.Ionathas,Abysai & Sobeth,per castra philistinorum irruperunt,& aquam hausta de cisterna obtulerunt regi.s. audaciam eorum admirans,aquam bibere noluit,sed fundens eam sup terram,Domino libauit.Non(inquit) sanguinem istorum hominum, qui profecti sunt in animarum periculū, bibā. Istud allega quod serui magnorum dñorum qñque se magnis exponūt periculis,vt faciant uoluntatem dñorum suorum.¶Vel allega,qūo aud aces fortuna iuuat.¶Vel dic moraliter q̄ dato q̄ Dauid.i.qui cunque superiorum qñq; desideret aquam tpalium diuitiarū,si tñ cōtingat q̄ aliqui fortes sui.i. aliq ipsius officiales & balliui in piculū aiarū suarū talē aquā diuitiarum per rapinas & exactiones de cisterna,quæ est in medio philistinorum,de bursa pauperum subditorum abstrahant & auferant regi,principi vel prælato domino suo,pro certo ipse non debet bibere,nec recipere talem aquam,i.talem temporalem substantiam,cum mortis & æternæ dānationis periculo a suis malis familiaribus:raptam vel acquisitam,non debet aliqualiter degustare.Absit(inquit)a me ut sanguinem,idest sanguinolentam rapinam,& animarū periculum istorum hominum bibam.Debet igitur talis dicere suis malis officialibus, qui scilicet non timent periculo æternæ damnationis se exponere, vt possint magistris suis pecuniam congregare,quando talia sibi ualent offerre. Ps. 49. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo?Acsi dicat non debeo comedere carnes .i.diuitias pauperum subditorum,nec debeo potare sanguinem, idest peccatum vestrorum fœtidorum hircorum.Cuius tamen contrarium faciunt multi,quia non curant cum quanto peccato vel periculo diuitiæ a suis malis iudicibus & exactoribus acquirantur, dum tamen eis offerantur,ipsas non refutant,sed potius amplexantur,& sic de raptis & male acquisitis libenter comedunt,& uescuntur, iuxta doctrinam Apostoli,vbi dicitur.1.Cor.10.Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Quinimmo quando ipsi sciunt quod talia

E sunt male acquisita,ipsi videntur dicere ipsis, qui talia offerunt,illud,quod iudæi dixerunt inde dicenti. Peccaui,tradens sanguinem iustum.Quid ad nos? tu videris. Vel dic,ꝙ Dauid.i.homo quando appetit aquam cisternæ bethleem.i. gratiam & gloriam paradisi,quæ proprie dicitur bethleem idest domus panis,statim tres fortes sui.s.contritio, confessio & satisfactio.i.fides,spes & charitas, debent exercitum vitiorum irrumpere,& talem aquam fortiter procurare.Vnde hic dicitur.Hoc fecerunt tres robustissimi.

CAPITVLVM XXIIII. TEXTVS

Et addidit furor domini irasci contra Israel.Moralitatum Cap. 20.

ADdidit furor domini irasci contra Israel. Factum est, ꝙ Dauid tumens, & glorians de multitudine subditorum præciperet populum numerari.Quod dum Ioab exeqtur iratus,dominus octoginta milia plebis occidit,ita quòd Dauid angelum percutientem euaginato gladio,vt extēderet manum in Hierusalem vidit.Cui per hæc verba flebiliter dixit.Ego sum(inquit) qui peccaui,ego,qui inique gessi;isti, qui oues sunt,quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me.Quibus verbis dominus placatus angelum cessare fecit,& de eius mandato ibidem altare construxit,in quo etiam loco Abraam prius filium suum immolare voluerat. Salomon postea etiam ibi templū fecit.¶Quod tractat Gregorius satis diffuse,& supponit ꝙ pro qualitatibus subditorum disponatur vita regentium, vt scilicet sæpe pro malo gregis delinquat etiam vita pastoris,& secūdum merita plebium,disponantur corda rectorum.Vide ibi glossam. Sic igitur supponit Gregorius,quòd populus iste meruerat,quòd Dauid rector eorum peccaret,vt sic ex peccato eius non ipse,sed populus,qui alias meruerat pęnam portaret.¶Adhuc potest illud allegari,quòd non solum mala uita superiorum subditos inficit, immo etiam peccatum subditorum superiores lædit.Et hoc quidem mirū,quomodo occulta Dei iustitia ad hoc se possit extendere,ꝙ peccatum subditi populi possit apud Dei iustitiam taliter demereri,quòd ex hoc p̄lati bonitas possit ad culpam laxari, vt occasione dilecti p̄lati,possit delinquens populus castigari. Magna igitur apud Deum videtur esse inter prælatos & subditos connexio, qñ vnius in alterum redundat iniquitas. ¶Vel Allega ista, quomodo princeps vel prælatus si videt populum suū propter eius peccata puniri,debet summe dolere, & pro ouib. suis velle pœnam subire,& potius in persona sua,quæ delinqt, pęnam appetere & sustinere,cum pœna suos exactores debeat tenere.¶Vel dic moraliter, ꝙ in lege præceptum erat. Exo.30.Quod quotiens populus numeraretur ꝙ quilibet solueret certum censum.s. dimidium sicli, qui quidem census Domino applicaretur,& in vsus tabernaculi poneret, quo facto nulla plaga in populo sequeretur.Nu.1. ¶Duo igit̄ inueniuntur populum numerasse.s.Moyses. Sed quia censum soluit,plaga in populo nulla fuit. Item Dauid hic, sed quia ex superbia numerauit,& censum Domino non soluit,ideo plaga secuta est,quæ populum minorauit.¶Sic vere quotiēs aliquis numerat & recogitat suum interiorem populum.i. suarum gratiarum & virtutum cumulum, statim debet censum.s.gratiarum actiones Deo offerre,& cum Moyse ꝓ qualibet persona.i.pro qualibet virtute & gratia debet specialem censum.i.specialem regratiationem offerre, & sic non contingit per istum suum populum diminui vel perire.Si vero homo in superbia & præsumptionem euectus populum suum meritorum suorum numerat & considerat, si censum gratiarum actionis non soluat,nec totum tribuat Deo, sed sicut Dauid ex hoc gloriam sibi quærat, necesse est vt cōtra eum plaga diuinę punitionis veniat in istum populum suū.s. virtutum suarum cumulum diminuat.Necesse igitur est censum gratiarum actionis soluere,alias non licet homini numerare sua merita,Exemplo Iob 31.& Pauli, quòd sua merita numerant,sed ex hoc non superbiunt, sed potius actiones gratiarum propinant, sicut de Paulo patet,vbi dicit. 2. To.12.Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex Deo est. ¶Vel dic ꝙ tūc angelus idest diuina sententia gladium tribulationis reponit,quando Dauid idest peccator se humiliat, & se dignum puniri recognoscit,& se percutiendum iudicat & expo[nit] & maxime quando in loco temporali idest in ecclesia, [vo]ta & sacrificia idest orationes & bona opera soluit.

Moralitatum libri Regum secundi finis.

MORALITATVM

Liber Vndecimus libri Regum tertij.

CAPITVLVM I TEXTVS.

Et rex Dauid senuerat:habebatque ætatis plurimos dies.Moralitatum Cap. 1.

REX Dauid senuerat: habebatque ætatis plurimos dies.Cumque cooperiretur vestibus, non calefiebat: quapropter serui eius quandam sunamitem Abisac nomine adolescentulam, virginem pulcherrimam de cunctis filiabus Israel quæsiuerunt ad hoc vt staret coram eo, & foueret eum dormiretque cū eo & calefaceret:ipse vero rex in sinu puellę dormiret,ipsam tem eidem per omnia ministraret sibi, & eam adduxerunt. Adducta igitur ad regem, omnia præmissa fecit, & quamuis ipsam rex diligeret,ipsam tamen carnaliter non cognouit. ¶Rex iste significat Christum,qui.s. ætatis habebat plurimos dies,quia,sicut dr̄, Egressus eius à dieb. æternitatis,[quo] tñ dato,ꝙ multis vestibus,idest multis sanctorum bonis operib. à principio operiretur, nunquam tamen adhuc per charitatis incēdium ad assumptionem,carnis calefiebat,quousque per omnes fines Israel virgo cæteris pulchrior,& mundior.s.Abisac,quæ interprætatur patris incendium, sunamitis, quæ interprætatur mortificata & beneficiata, idest virgo Maria,quę scilicet istum dominum patrem,& creatorem suum per charitatem incendit,& se per pœnitentiam,& humilitatem mortificauit,quæ sibi diuinitus fuit quæsita,& ad eius obsequium ordinata.Ista enim coram eo stetit per orationem, sibi ministrauit per subiectionem : ipsum fouit per deuotionem,cum ipso dormiuit per contemplationem, sic eum calefecit per dilectionem, & hoc intantum quod eum inclinauit ad beatam incarnationem. Ista igitur proprie Abisac, idest patris incendium dicta fuit,quia patrem suum Deum per amoris incendium intantum calefecit,quod ipsum regem cœli & Dei filium in sinu suo,idest vtero virginali per beatam incarnationem dormire & reclinare coegit & absque hoc quòd carnaliter cognosceretur,in seipsa Deum hominem,& hominem Deum fecit. Ideo bene dicit Psal. Audi filia & vide & cæt. Et infra. Concupiuit rex decorem tuum,quoniam ipse est dominus Deus tuus.¶Vel applica quamlibet virginem,vel quamlibet animam, quæ.s. ad Dei ministerium & seruitium eligitur, & ad standum coram eo in religione vel in ecclesia ordinatur,quia.s. ista debet eum per deuotionem fouere,& per charitatem calefacere,& ad dormiendum,& quiescendum per gratiam in sinu conscientiæ debet eum per bona opera inclinare.Virgo tamen integra mente & corpore semper debet manere, & castitatem perpetuam seruare & custodire.Vnde Apostolus.2. Cor. Despondi vos vni viro,virginem castam exhibere Christo. ¶Adonias senior inter filios Dauid eleuabatur dicens. Ego regnabo,fecitq; sibi currus, & equites, & confęderatus est cum Ioab principe,& abiathar sacerdote,victimas immolauit,filios regis & multos de populo ad conuiuium vocauit, & se regem esse & vocari absq; mandato & scientia patris sui tunc temporis ordinauit. Deo tamen ordinante contrarium factum est,quia.s.ipso cum suis conuiuium celebrante,frater suus salomon iunior,qui ab ipso vocatus non fuerat,mediante intercessione matris suæ bethsabee, & nathan prophetæ,& sadoch sacerdotis ,quos etiam contempserat adonias,per ipsum Dauid in regem fuit sublimatus, & super mulam regis positus,& in syon in regem per sadoch sacerdotem inunctus in throno Dauid cum magno gaudio constitutus.Salomon.n.matrem suam,sadoch & nathan, & totum robur exercitus secum habuit,& ideo regnū à patre citius impetrauit.Adonias vero & conuiuæ sui audito ꝙ alius regnabat,fugerunt, & sic regni ambitio & conuiuij lætitia in tristitiam versæ fuerunt. ¶Illud potest applicari exemplariter contra ambitiosos, qui.s.contra voluntatē Dauid Dei regna

A gna.i.prælaturas, officia & beneficia ambiunt,& ad finem ꝙ ipsa citius obtineāt,Ioab,abiathar.i. principes & prælatos sibi confederant & adiungunt. Festa & conuiuia celebrāt,& se regnum & regimen obtenturos opinantur & credunt.De salomone vero sapiente, & de nathan propheta & de sadoch sacerdote, & de personis sapientibus & sanctis prophetis ac Deum colentibus non curantes, ipsos nō aduocant,sed repellunt.Verum sæpe fit,ꝙ salomon pacificus filius Dauid iunior.i. aliqua simplex persona inter alias iunior,de qua.s.non sperabatur,& quæ ad regnū & prælaturam non machinabatur,qui.s.habet pro se matrem.i. virginem gloriosam,robur exercitus.i.martyres, nathan prophetam & sadoch sacerdotem.i.prophetas & confessores. Istis mediantibus a patre Dauid Deo,suo in regem, pręlatū & superiorem eligitur, gratia Dei inungitur, & in throno seu cathedra.i.indignitate,officio vel beneficio collocatur. Alius vero,qui omnino superabat,repellitur,ita ꝙ eius festa & conuiuia in tristitiam conuertuntur.Ideo bene dicit̄. Eccl.11.Quod multi potentes oppressi sunt ualide,& insuspicabilis portabat diadema. Illud enim quandoque fit,ꝙ qui minus superbit & ambit,& minus superat,obtinet,magis vero sperans & ambiens supersedet. ¶Vel illud allega sic,ꝙ adonias,qui præoccupauit regnare, fuit priuatus regno,salomon vero,qui expectabat ad regnum fuit assumptus,bonos & malos significāt.Quia.s.mali, qui nunc regnare uolunt & intendunt, cito post mortem mundi regno priuantur,boni vero, qui patienter expectant, ad cœli regna postea promouentur.Bene igitur dicitur.Thren.3.Quod bonū.n. est præstolari cum silentio salutare Dei. ¶Vel dic ꝙ salomon iunior significat personas simplices & ignorantes, quia re uera sæpe fit ꝙ licet regnum & regimen ecclesię seu beneficium debeatur primogenito filio.s.adonie.i.personis antiquioribus & prouectis, nihilominus sæpe fit ꝙ iuuenis & inscius ad patrem & ad prælatum superiorem mittit dominam matrem suam.i.carnalem affectionem, vel ad litteram, B aliquam ipsius concubinam,quæ bene beth sabee.i.puteus satians dicitur,pro eo ꝙ tales prælati oblectamentis talium satiantur,mittit etiam ad eum prophetas & sacerdotes aliquos maiores dominos,cum quibus ante fecerat pactum suum.Sic ergo fit ꝙ talibus fautoribus intercedentib. multaq; carnalis amoris seipsum ferente,iste in regem.i. p̄latum vel beneficiatum eligitur vel inungitur.Adonias uero,qui interpretatur dominus.i.iustus & prudens subditus, cui de iure debebatur dominiū,reprobatur.Vnde dr̄ Eccle. 61.Vidi stultum in dignitate sublimi,& diuites sedere deorsum.Vidi seruos in equis,& principes ambulantes quasi seruos super terram.¶Vel dic,ꝙ Dauid.i.bonus prælatus nō debet curare de iuuenili ætate,dum tñ præcedat alios in sensus maturitate,debetq; i ꝓmotionib. iuuenē p̄ferre antiqs, dum tñ ipse iuuenis sit salomon.i.sapiēs, pacificus & mitis.

CAPITVLVM II TEXTVS.

Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur. Moralitatum. Cap. 2.

DAuid constituto salomone in regno, cum videret diē mortis suæ appropinquare,voluit facere suum testamentum,præcepitq; salomoni filio suo,ꝙ Ioab quamuis sibi sp fuerit fidelissimus,cognatusq; suus germanus,& ꝓ eo,ꝙ duos principes Israel,abner,s.& amasan proditorie occiderat,faceret occidi semei qui sibi maledixerat,a facie absalon fugienti præcepit puniri,filios vero berzellai galaaditæ,qui sibi cum uictualibus occurrerant in deserto,mandauit pręmiari,& conuiuas mensę salomonis in antea ordinari.¶Per Dauid intelligitur Deus pater. Per salomonē vero Dei filius,ab ipso rex Israel.i.rex fidelium constitutus. Igit̄ isti salomon punitionem malorum & præmiationem iustorum mandauit,quia pro certo Deus pater Chr̄o filio suo oē iudicium dedit,ad puniendum malos,promouendumq; bonos ordinauit.Vnde dicitur.Iob 5.Pater non iudicat quemquā,sed omne iudicium dedit filio.¶Vel dic ꝙ Dauid bonus prælatus qui re vera propter familiaritatem quamcunque vel consanguinitatem,quam habebat cum Ioab. i. cum aliquo scelerato,non debet ipsum impunitum dimittere,quinimmo cum salomone,quem regem constituit.i.cum iudici- C bus suis,quos aliis pręfecit, debet de punitione ipsius ordinare,dicens illud Exo.22. Maleficos non patieris uiuere. ¶Vel ista allega contra testamentum vsurariorum & raptorum,qui.s.quādiu viuūt, iustitiam facere nec de bonis nec malis restituendo quod debent,volūt,sed hæredibus & successoribus suis solent oīa demandare.Isti enim sunt,qui imponunt onera grauia super humeros filiorum : digito autē suo nolunt ea mouere.Mat.23.Vñ qdē nugatorie de vsurariis dicebat, ꝙ in tota vna parentela non poterit damnari, nisi vnus, & hoc quia pater cōmittit emendas suas filio & ille onus testamenti suspiciens, & pro tempore vitæ suę nihil inde faciens,cum ad mortem venit,mandat etiam filio, & illi sitr filios suos,& sic deinceps.Et sic (vt dicebat) solus vltimus qui non habet,cui mandat,damnabitur. Alii vero, qui successores onerant,saluabuntur. ¶Adonias abisac sunamitem in vxorem appetens,ex hoc caute ad regnum ambiens,quāquam super hoc mater regis intercederet,& quāquam rex petitionem matris in genere concessisset qđ petebat,tamen non consequitur,sed occasione ambitionis a salomone occidi mandatur.¶Hoc allegatur ꝙ nulla persona ita propinqua nobis,siue mater fuerit, siue frater, si tamen petat à nobis uel malitiose uel simpliciter, rem nobis inutilem vel nociuam,quin eam refutare debeamus, & dato ꝙ prius in genere concesserimus, quin adhuc illud debeatur rescindere,& quin etiam quemcunque fratrem uel amicum contra statum nostrum ambientem debeamus corrigere vel punire,Iuxta illud.In male promissis rescinde fidem.¶Volens adonias abisac sibi dari a rege in uxorē, primo ad bersabee matrem salomonis recurrit,ad intercedendum pro se ad proprium filium suum ipsam misit.Bene(inquit)illa loquar pro te regi. Venit igitur bersabee ad salomonem regem ut loqueretur ei pro adonia,& surrexit rex in occursum eius,seditq; super thronum suum, positusque est thronus matri regis,quę sedit ad dexteram eius. Dixitq; ei rex salomon.Pete mater mea.Neque fas est vt auertam faciem tuam.Quæ ait. Detur obsecro Abisac sunamitis adoniæ fratri tuo vxor. D ¶Adonias de regno exclusus moraliter designat peccatorem aut genus humanum, quod à paradiso fuit expulsum,sunamitis significat diuinam gratiam.Rex vero salomon significat Christum, mater uero eius bersabee significat benedictam virginem Mariam. Ista igitur est veritas,ꝙ si adonias.i.peccator vult sunamitem. i. diuinam gratiam,vxorem & amicam à rege Christo impetrare, ante oīa ipse debet matrem regis idest beatam uirginem ꝑ orationem & deuotionem adire, & eā inter se,& Deum intercessitricem & intermediam ponere,& pro certo rex Christus petitionē matris nescit denegare.¶Vel allega de assumptione beatæ Mariæ uirginis,quia.s.tunc mater regis, i.beata uirgo venit ad ipsum in cœlum, qui sibi assurgens statim iuxta se constituit sibi thronum, & ad dexteram suam consedit dulciter,qui ibi ipsam ordinauit honorifice.Ista igitur pro adonia,i.pro humano genere,quod regnum suum.i.Paradisum amiserat pro eo ꝙ ante tempus regnare voluerat, continue postulat Cui.s.rex Christus petitionem suam exaudit dulciter,& cōfirmat.Pete(inquit)mater mea, nec fas est vt auertam faciem meam.¶Hic habemus ꝙ cum Ioab ꝑꝑ homicidia,quæ cōmiserat,semei vero ꝑꝑ maledictionem, quam in Dauid intulerat,ex ordinatione Dauid occidēdi essent,voluit occulta Dei prouidentia alias causas exhibere extrinsecas, vt sub colore alio posset illos iniquos de his criminibus castigare.Ioab enim cōtra salomonē cum adonia se posuit, cuius occasione metuens ad tabernaculū fugit,& cornu altaris tenens, ex mandato salomonis occisus fuit.Semei vero a salomone concessum fuerat,ꝙ domū in Hierusalē sibi faceret, & ꝙ in illa manens viuere posset, & ꝙ quacunque die exiret Hierusalem interiret,sed post triduum annorum cum dictam sententiam obliuioni dedisset, audito ꝙ serui eius fugerent ad achis regem geth, ad reducendos seruos suos iuit & Hierusalem exiuit.Sed cum rediret ad salomonē, statim occisus est.Et sic diuina prouidentia uiā & occasionē p̄buit,ꝙ ipsum per salomonem iuste puniuit & ꝙ maledicēdo Dauid meruit,sibi dedit.Hoc exēplariter patet,qūo iustitia Dei occulta,sub occasione unius pcti qñq; punit aliud,& qūo dato ꝙ aliqđ crimen videbatur alicui dimisisse, Deus scit loco & tempore causas alias sub-

E iungere,quarum occasione,& illud, quod alias deliquerat, scit punire . Vnde Iob 24.Deus inultum abire non patitur. ¶Vel dic q Hierusalem est religio vel ecclesia, in qua dum per fidem manemus,per gratiam uiuere possumus . Si autē inde per peccatum vel apostasiam eximus, mortis culpæ & gehennæ nos periculo subiugamus. ¶Vel dic secundum stephanum de longotono contra illos,qui in Hierusalem. i.in claustris vel in ecclesiis vel beneficiis suis personaliter residere nolunt,sed in geth.i.in mundo vagantur & incedunt, quia.s.isti mortem culpę pœnæ multotiens incurrunt,exēplo Gen.34.Dine, quæ domum patris egrediens corrupta fuit.Gen.27.Et de Esau,qui ad uenationem exiens, benedictionem amisit. ¶Vel dic q semei est discretus prælatus, qui cum immoderato zelo seruos & subditos suos a Hierusalē .i.à statu gratiæ fugitiuos quandoque reducere nititur, sed dum ipse etiam de Hierusalem per immoderatum zelum & per austeritatem egreditur,morte æterna mulctatur, & sic sæpe fit q dum semei.i.pralatus seruos fugientes.i.subditos delinquentes per nimiam austeritatem reducit.ipse.s.quantum ad animam mortem vitiorum incurrit.Melius est ergo q tales impuniti dimittantur,quam q eos nimis indiscrete reducendo in Hierusalem exeatur, & mors perpetua incuratur.Vnde dicit. Matt.8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos.¶Vel dic q ille seruis suis Hierusalem fugientibus,eos in geth sequitur, qui malorum subditorum vitam imitat, propter quod mors perpetua reportatur . Vel dic q salomon tres personas occidit,in quo.s.notatur , q bonus rex & rector sui ipsius debet in seipso tria uitia.s.peccatum voluptatis, quod significatur in adonia,qui cum sunamite contrahere voluit,peccatum oris,quod significatur in semei,q ore suo Dauid maledixit,peccatum operis , quod designatur in Ioab, qui manualiter duos innoxios fecit occidere.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis.
Moralitatum Cap. 3.

F DEus apparens salomoni in excelso gabaon , concessit sibi q peteret quicquid vellet . Et quia nō petiit diuitias nec longam vitam,aut inimicorum vindictam , sed sapientiam,Ideo dominus non solum sapientiam sibi dedit, immo etiam diuitias,& gloriā sibi superaddidit, & adiūxit. ¶In quo notari pōt , qđ qui petit iusta & necessaria,est dignus obtinere& recipere non solū illa,sed ēt superabundātia.¶Vel dic q sapiētia diuitiis antefertur,qđ patet,quia salomon de eius postulatione magis quam diuitiarum commendat a domino.Vnde dī Prou.3.Prēciosior est cūctis opibus &c. ¶Duæ mulieres meretrices venerunt ad salomonem,petentes iudicium,pepererāt ambæ in eadem domo, sed cum nocte vna illarum dormiens proprium filium oppressisset,caute puerum mortuum alteri meretrici dormiēti suppossuit,& infancē eius viuum cœpit. Quæ tandem euigilans, & infantem mortuum clara luce intuēs suum nō esse comperit,quapropter viuentē puerum à salomone sibi reddi proposcit. Salomon igitur uolens probare quæ uiui mater esset,afferri sibi gladium imperauit,& infantem viuū per medium scindi,& matrum cuilibet dari partē ordinauit ac mandauit.Matris igitur pueri uiui super filium diuidē dum ac occidendum statim viscera sunt commota, & incepit a rege petere q non occideretur, sed potius alteri matri daret.Obsecro(inquit)domine mi rex, date huic infantem viuum,& nō occidatur.Altera autem econtrario clamabat.Nec mihi,nec tibi sit,sed diuidatur. Ex his igitur cognitum est matrem pueri esse illam,quę ipsum nolebat occidi,quapropter salomon prēcepit filium ei reddi.¶Ista exponunt quidam allegorice de synagoga & gentilitate, quæ .s.ambæ mulieres meretrices dici potuerunt pro eo q ambæ idola aliquotiens coluerunt , & uirum suum legitimum scilicet Deum & fidem ipsius aliquotiens dimiserunt. Vnde Ezec.23 .Fili hominis . Duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt,quæ fornicatæ sunt in Aegypto.Illę igit ambæ ad salomonem,i.ad Deum per fidem venerunt,& i vn domo,quæ est ecclesia,per bona opera pepererunt,sed r era de istis matribus vna.s.synagoga filium.i. populum s m per errorem & incredulitatem suffocat,& filium alterius. i. populū gentilem ad Christum conuersum,vel sibi attribui vel oc di proclamat,in quantum totum mundum istum uel ad fid suam debere conuerti vel alias damnari existimat,& nulli gentem propter se saluari sperat.Sed gladius Salomonis, Dei sententia contrarium inuenit,quæ uiuentem filium .i est saluandum populum alteri.s.gentilitati credenti & no sibi assignat. ¶Vel dic q ista verba,quæ hic ponuntur, pos sunt esse verba gentilitatis conuersæ.Ego & mulier ista habitabamus in domo vna.s.in Hierusalem,vbi.s.gētilitas p mo credidit quam alibi,sicut patet in centurione, qui dixit Vere filius Dei erat iste.Cumque peperissem,peperit & hęc quia.s.post credulitatem gentilitatis in cēturione multo Hierusalē crediderunt.Sed ista dormiēs in lege.s.filium in .s.credentes suos.s. Iacobum & Stephanum morti tradide filium vero meum.s.cōuersos ex gentibus per errores sur ri & occidere contendit. ¶Vel dic melius q duæ mulieres quæ ad Salomonem veniunt,sunt duæ sectæ hominum, qu sunt catholica & schismatica , quæ Christum credunt, & maximè prima istarum significat ecclesiam grecam & orie talem,apud quā alia mulier.i.latina & occidentalis eccles dicitur peperisse , inquantum ista mediante Christo nosc tur credidisse,& fidem ab ea suscepisse.Sed q certo ista pr ma mulier.i.primitiua & orientalis ecclesia,& illa,quæ pr mo credidit,grecia,iam effecta hæretica & schismatica, lium suum.i.populum suum per errores suffocat,filium ro uiuentem.i.populū alterius mulieris,seu ecclesiæ, occ dentalis sane credentem,subtrahere & ad errores suos c uertere tentat,filiumq; suum mortuum,idest populum hæreticum,& damnatum,ad vbera alterius matris, idest prouincias & terras ecclesiæ catholicæ,inquātū pōt, appo nit & dilatat.Salomon tamen,idest Christus,gladio suæ cultæ iustitiæ impedit, quia uiuentem populum esse filiu occidentalis ecclesiæ ostendit , & greciæ suum mortuū de relinquit.Vnde dicitur Mat.8.Sinite mortuos sepelire mo tuos suos.Vel dic,q ista mulier,quæ mortuum filium alte voluit attribuere,& uiuentem infantem sibi ascribere,sy gogam vel schismaticam ecclesiam designat,quarum vta que.s.filium.i.populum suum,qui in ueritate est mortuus, cit viuum,& in uita gratiæ constitutum,filium vero seu p pulum alterius, s. ecclesię catholicę,q in veritate est uiu & sanctus,dicit esse mortuum.i.incredulum & damnati. zech.13.Interficiunt animas,quæ non moriuntur , & uiui cant animas,quę nō uiuunt.¶Vel dic secundum Gregori q mater ista,quę filium,quem lactabat,occidit,malum p dicatorem significat,qui.s.subditos,quos per doctrinam tauerat,in deliciis torpens & dormiēs, per malam vita occidit,& necat.¶Vel illud applica contra quosdam,q le lera sua aliis imponunt,& aliarum bona sibi attribuunt ascribunt,& sic filium suū mortuum aliis tradunt,& alteru filium uiuentem furantur & surripiunt . Dicunt enim fili tuus mortuus est,meus autem uiuit.¶Vel dic q illæ duę m lieres sunt mundus & religio,quia.s.mundus filios suos p vitia suffocat,religio uero uiuentes & iustos seruat , nec dus tamen ad vbera ecclesiæ, ideſt ad beneficia religionis filios suos mortuos,ideſt peccatores & malas personas n cessat apponere,& ab ipsis vberibus viuētes filios,ideſt b nas psonas nō cessat subtrahere,& ipsas ad se,ideſt ad ma dana vitia pro posse attrahere.Quos quando habere nō te test,foleт eos Salomonis gladio,ideſt cunctis tribulationi esse dignos dicere. ¶Vel dic q ad Salomonem,ideſt ad p latum ueniunt hodie duę mulieres,vna.s.ecclesia bona q quandoque filios & subditos suos vt communiter habe uentes & bonos. Alia est carnalis affectio seu etiam carn lis parentela,quę vt communiter habet filios mortuos, est ignorantes & imperfectos.Inter istas ergo magna el pud Salomonem,ideſt apud prælatum altercatio,qua quę bet dicit filium suum viuere,& alterius filium mortuum se,quia quęlibet allegat illos,quos prēponit esse meliore & alios deteriores,sicut patet,q a carnalis parentela prę torum illos,quos sibi offert,afferit sufficiētes esse & dign illos vero quos ecclesia uel capitulum promouere nitu afferit mortuos & ineptos.Ista ergo mala mulier , carn scilicet affectio , vel carnalis parentela Salomonis ide prælati, omnino ab uberibus matris alterius ideſt a bo beneficijs ecclesię uiuentes filios suos , ideſt bonas per nas

A nas ipsius elongat & subtrahit, & suos malos mortuos.s. ignorantes nepotulos,ibi ponit.Salomon tamen , ideſt sapiens prælatus mediante gladio iustitiæ, debet alteri, mulieri.s.ecclesię,filium viuentem,s.bonas personas retribuere & ad ipsius beneficia seu vbera apponere,malæ vero mu lieri,s.carnali parentelæ vel affectioni,debet paruulos mortuos assignare,& eos ipsi nutriēdos dimittere,vel de eis nō curare,dicens.s.quod sequitur . Date huic infantem viuum Mat.8.Hæc.n.est mater eius. Iuxta illud. Dimittite mortuos sepelire mortuos suos.¶Vel dic q ista mulier mala est diabolus,de quo.s.potest dici illud Eccl.25.Breuis omnis malitia super malitiam mulieris.Ista enim est, quæ omnes filios suos per culpam & pœnam occidit . Thr. 2. Vnde dicitur. Nunquid comedunt mulieres paruulos suos ad mensuram palmæ?Filios vero viuentes,ideſt sanctos uiros, qui sunt filii alterius matris,s.ecclesię uel Christi,sibi subtrahere nititur,& eos per peccatum in filios adoptare,& vberib. mundanæ delectationis lactare conatur,suos vero mortuos peccatores,ideſt filios sceleratos,ad vbera alterius matris, i.ad dignitates & beneficia ecclesiæ furtiue & symoniace introducit,& sic de filiis suis filios ecclesię facit,& de bonis filiis Dei & ecclesiæ,filios suos.i.peccatores facere nititur & cōtendit,dicens ecclesiæ illud quod scriptū est.Ru. 1. populus meus & tuus vnum sunt. Quos quando suos facere nequit, tunc saltem ipsos diuidendos per discordiam , inuidiam & sollicitudinem procurat,& gladio Salomonis. i. tribulationibus ipsos detruncandos & affligendos proclamat. dicit igitur.Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur. Ac si diceretur. Ex quo non potest mala mulier totum habere , nec ex toto ad peccatum conuertere,ipsum tamen potest per solicitudinē diuidere,vt quod potest,sibi profecto valeat procurare, ut patet de religiosis & cleri cis in temporalibus implicatis , qui quia diuisi sunt , partim Dei & partim diaboli fiunt.Vnde dī 2.Reg.19.Tu & siba diuidite possessiones. Vel dic q mulieres significant religiones mendicantes ; quæ.s. coram Deo contendunt , & alię aliis se præferunt , & suos
B filios uiuentes,& aliorum mortuos esse dicunt.Cuius.s. veri tatem gladius Salomonis.i.diuina sententia in iudicio com periet,quando singulorum meritum patefiet &c. ¶Vel dic q talis altercatio uidetur esse inter mundum & religionem, quia.s.religio dicit filios mundi esse mortuos, & suos solos esse uiuos,ut patet de multis præsumptuosis religiosis , qui omnes alios præter suos existimant per peccatum mortuos & defectos esse.Econtra uero mundus filios religionis perditos & mortuos temporaliter reputat,& suos solos in p speritate uiuere gloriatur & clamat.¶Vel dic quòd duæ mulieres sunt ueritas & hypocrisis, quarum vna. s. hypocrisis, habet filium mortuum.i.opera uitiosa,& tamen dicit & fingit se habere filium uiuum,i. opera uirtuosa.Et econtra de veritate & iustitia,quorum.s.filius uiuit.i.quorum sunt opera bona,sæpe dicitur ab ipsis,quod hic dicitur , filius tuus mortuus est.i.q alia habeat opera inutilia, quæ.s. nulla debeant consequi præmia.Ista igitur altercatio modo nō bene deprehenditur,quia quicquid sit uiuum,quid mortuum, & quæ hypocrisis quæ ueritas,nunc nescit, in fine tamen.s. in iudicio , gladius diuinæ sententię istud inueniet, quando merita & demerita singulorum uniuersis Deus ostendet. Vnde Apostol.1.Cor.3.Inigne declarabitur unicuiusque opus quale sit &c.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Erat autem rex Salomon regnaus super omnem Israel.Moralitatum. Cap. 4.

D VOdecim duces habuit Salomon, qui per singulos mēses administrabant cibaria mensæ suæ & habebat Salomon,equorum curriculum, & equestrium & onera portantium infinitam multitudinem,& præcedebat sapientia omnes orientales,fecitque tria milia parabolarum,& quinque milia carminum,& disputauit de natura arborum , & herbarum,de naturis etiam piscium, auium & bestiarum, vt dicitur in capitulo isto.Et Salomon cum uellet ædificare domum domini,misit sibi Hyram rex sidoniorum cædros, & abietes de libano,præparauerunt; biblii & artifices ligna & lapides ad ædificandum domum domini,ita q in mō te dolabantur,quadrabantur,& præparabantur , & deinde C in Hierusalem portabantur,sicut hic dicitur 3. Reg. 5. Et sic actum est,q dum templum in Hierusalem ædificaretur,vox securis uel mallei non est audita,& hoc quia materia antea fuerat præparata. ¶Re uera talis Salomon fuit Christus, qui scilicet fuit rex sapiens & pacificus,& super omnes homines sapientia insignitus.Apostolus Colos. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et alibi. Eccl.1.Fons sapientię verbū Dei. Iste igit duodecim præfectos,ideſt duodecim Apostolos habuit, qui sibi fide & opere seruierunt,vt mensæ suæ,ideſt fidei vel ecclesię cibos,ideſt fideles multiplices ministrarent.Ps.127.Filii tui sicut nouellę oliuarum,in circuitu mensę tuę. Tria etiam genera equorum.i.bonorum subditorum habet,s.equos curules,ideſt religiosos,qui currui,ideſt regulæ sunt altricti,equestres ideſt prelatos & clericos,qui spirituali militię sunt dedicādi,onera portantes,ideſt seculares, qui oneribus negociorum mundialium sunt subiecti.Vnde Abacuc.3.Fecisti viam equis tuis.Hyram igitur rex gentilis gentilitatem designat, quę scilicet cedros & abietes,ideſt altos & sublimes philosophos ad Salomonem,ideſt ad Christum & ad fidem ipsius, de libano , ideſt de mundo missi,de quibus pro magna parte domus Dei , ideſt ecclesia ędificata fuit,patet in Cant. 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani &c. Serui etiam ipsius regis Hyram , ligna & lapides , ideſt sanctos viros per martyria dolauerunt,& in monte huius mūdi prępararuerunt,& ad Salomonem regem , ideſt ad Christum,in Hierusalem,ideſt in paradisum cęlestem miserunt, & sic sibi ad ædificationem cœlestis templi materiam prępararuerunt,& eidem obsequium prębuerūt.1.par.22.Vñ cōstituit Iathomos ad cedendos lapides . Et in Euangelio. Io.16.Erit(inquit)vt omnis,qui interficit uos,arbitret obsequiū se prestare Deo.In Hierusalem igitur cœlesti,vbi Christus ędificat templum suum,vox securis vel mallei non auditur,nec pœna vel tribulatio sentitur , quia pro certo lapides,ideſt sancti,qui sunt materia huius templi,prius in hoc mundo per tribulationes dolantur , & uirtutes quadrantur & sculpuntur.Igitur quando ibi ascendunt, nequaquā amplius turbabuntur , sed in tranquillitate in Dei sanctuario collocantur.Vnde Apoc.7.Non esurient neque sitient amplius , neque cadet super eos sol,neq; vllus æstus , quoniam priora transierunt. ¶Vel ista allega contra litigiosos clericos,qui.s.dum templū ecclesię in presenti ędificatur & regitur, nulla uox murmurationis aut querelę,dissensionis , aut discordię debet audiri , sed omnia tranquille & pacifice fieri , & quilibet lapis , ideſt quęlibet persona patienter in loco & gradu sibi debito collocari. Esaiæ 10. Non fuit qui moueret pœnam & aperiret os & gannire. ¶Vel dic q securis & malleus significant ministros crudeles.Ictus vero istorum significant illatas tribulationes , uoces vero talium denotant terrores & comminationes. Quando igitur.Salomon,ideſt prelatus ędificat & regit templum ecclesię sibi subiectæ,valde debet curare q omnia tranquille peragantur, & q securis & malleus ideſt crudelis minister & officialis procul tollatur,& q vox & ictus omnis tribulationis & turbationis, & talium ibi nullatenus audiatur,nec aliqua crudelis exactio simplicibus inferatur.Vnde Iob 3.Vincti pariter sue molestia,nō audierunt vocem exactoris. ca. 5. ¶Hyram rex gentilis administrauit materiam salomoni ad templum ędificandum,salomon vero oleum & triticum sibi dabat,& domum ipsius nutriebat,serui etiam Hyram cū seruis Salomonis templum ædificauerunt,ligna & lapides parauerunt.¶Hyram est mundus.Salomon est Christus,quia uere mundus administrat Christo materiam,ideſt personas, de quibus templum ecclesię constituitur.Salomon uero,id est Christus,administrat mundo cibaria ideſt triticum doctrinę,& oleum gratiæ & misericordiæ,quibus mūdus spiritualiter alimentatur,serui vero Hyram & salomonis.i.serui mundi & Christi.i.homines boni & mali passim templum ędificant ecclesię,inquantum cum seruis Christi multi hypocritę & mali verbum Dei prędicāt atque docēt.Vnde Apost. Phil.1.Quid(inquit) dum omni modo siue per occasionem siue per ueritatem Christus annunciatur.Vnde 2.Tim.2.idē dicit,q in domo magna nō solum sunt vasa aurea & argentea,sed etiam lignea & fictilia.

CAPITVLVM VI TEXTVS.

E Factum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel. Moral. Cap. 5.

EDificauit Salomon domum domini de dolatis lignis & sectis lapidibus, & distinxit eam in tres distinctiones, in altum, quarum inferior domus in duo diuidebatur, scilicet ī interiori oraculo & exteriori domo. Sic igit factū est, q̄ omnes parietes templi inferioris tabulis cedrinis, pauimentum vero abietinis operiebatur, & desuper tabulas laminis aureis omnia per circumitum tegebantur, nihilque erat in templo, quod non auro vndique tegeretur. Fecit quoque Salomon, anaglipha, i. celaturas & tornaturas in tabularum iuncturis, vt nec quidem aliqua rima seu distinctio deprehendi posset. In medio vero tabularum sculpsit imagines prominentes, s. cherubin atque palmæ. ¶ Sic verè, quando verus Salomon Deus templum ecclesiæ facere voluit, ip sumq; de lapidibus sectis & quadratis. i. de personis sanctis, fortibus & solidis ædificauit. Templum enim illud de quadruplici materia constabat, s. de lapidibus sectis & tabulis cedrinis, abietinis & laminis aureis. Sic vere ecclesia Christi habuit viros, scilicet martyres, qui per martiria fuerunt secti, tabulas cedrinas, i. confessores, qui per contemplationem fuerunt alti, & qui per uirtutes fuerunt sculpti, tabulas abietinas, quæ minoris sunt valoris, i. bonos seculares, qui in pauimento, i. in infimis in mundo fuerunt positi, laminas aureas. i. doctores, qui splendore sapientiæ fuerunt lucidi, in quibus. s. omnib. erant uirtutum imagines, picturę & scientiarum characteres, scripturæ & concordię, ligamina & iuncturę, quia. s. inter tabulas templi, & inter personas ecclesię anaglipha, i. tornaturę erāt charitatis; quæ nullam rimam dissensionis aut discordiæ apparere permittebant. Vnde Iob 41. Vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas. In ipsis ēt debent sculpi inter cætera duæ speciales figuræ, s. palma, quæ significat victoriā, & & cherubin, quod significat scientiam, quia. s. cherubin interpretatur scientiæ plenitudo, ad denotandum q̄ omnes personæ ecclesiæ & fideles debent hebere palmam, idest vitæ perseuerantiam & victoriam, discretionem, scientiā & sapientiam. Vñ Apoc. 7. Amicti stolis albis, & palmæ & in manibus eorum. Et breuiter in templo isto non debet esse aliquid, quin auro charitatis & sapientiæ vestiatur, vt sic tam tectum, quam parietes & pauimenum, idest tam superiores quam mediocres, quam ēt inferiores fide & moribus splēdere videantur. Apoc. 21. Ipsa ciuitas aurum mundum. Tres autem partes habuit istud templum, quia ecclesia tres speciales habuit status, prælatorum, s. coniugatorum & continentium, seu ecclesiasticorum, qui ēt in duos status subdiui ditur, s. in sancta sanctorum & in sancta. i. in ecclesiam regularem & secularē. Isti enim sunt tres status saluandorum, qui in Noe prælato, Eze. 14. Iob coniugato, & Daniele continente significatur. Ideo bene potest dici illud Gen. 29. Vidit puteum in agro, tresq; greges ouium accubātes. Quod autem templum in mente fuit factum, fuit ad denotandum q̄ ecclesia Christi sursum in monte paradisi debet mentaliter manere, & manentem ciuitatem hic non quærere, sed de futura potius cogitare, dicens illud Apostoli. Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. ¶ Vel dic q̄ templum est anima, cuius tres partes sunt tres potentiæ. s. ratio, memoria & uoluntas. Vna vero istarum. s. ratio, duplex est, quia. s. est dare rōnem superiorem & inferiorem, & intellectum speculatiuum, & practicum. Componi igitur debet istud templū con scientiæ vel animæ ex lapidibus quadratus, idest ex constā tiæ ira stabilitate constare. Vnde. Isa. 54. Sternam per ordinem lapides tuos & tabulas ex cedrinis, idest ex contēplationis sublimitate, quia cedrus alta libani. Vnde dicit Ezec. 27. Cedrum de libano tulerunt, vt facerent tibi malum. Malus. n. nauis, altitudinem contemplationis designat, ex tabulis abietinis. i. ex iustitię rectitudine seu æquitate, abies enim arbor est rectissima. Vnde Eze. 28. Abietes de sanir dolauerunt in remos tuos. Ex laminis aureis, idest ex sapiētiæ claritate. Idem. Aurū opus decoris tui. Debet etiam esse in monte. i. in Paradiso per affectionem. Ps. 2. Quis ascendet in montem dñi? Dēt hæc celaturas & sculpturas, i. multiplicitatem virtutū & perfectionē, inter quas. s. spiritualiter debet hæc imaginē cherubin, i. scīam & discretionē & imaginem palmę. i. perseuerantiam & cōsummationem. Et bī nihil in ea debet esse, quin totum auro tegatur per splendidam cōuersationem, & sic dicetur de ea illud Apostoli. 1. Cor. 3. Tēplum Dei sanctum est, quod estis uos. Qui igitur templum Dei violauerit, destruet illum Deus. In interiori oraculo facta sunt duo ostia de lignis oliuarum, & sculpta erant in eis cherubin & palmæ, quæ omnia auro cooperta erant. Postes autem ostiorum quinque angulos habebant. Quia p templum ecclesia intelligitur, bene vī q̄ per domum exteriorem, quæ erat maior, intelligitur status laicorū; & per interius vero oraculum, designatur status & congregatio clericorum. Ostia igitur istius oraculi, prælatos significant, per quos alii ad fidem & ad ecclesiam, necnon ad ecclesiastica beneficia intrant. Vñ dī Iob 10. Ego sum ostium. Qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde (sicut faciunt symoniaci & intrusi) ille fur est & latro. Videamus igitur, qualia debeant esse ostia domus Dei. s. prælati. Dico igitur q̄ debent esse duo, quia debent esse cōbinati p charitatem, debent esse de lignis oliuarum, quia oleū eleemosynarum debent fundere per pietatem; hæ postes cum quinque angulis, idest virtutes, quæ faciunt quinque sensuum discretam sagacitatem, & continentiam, debent hæ cherubin, i. scientiæ plenitudinē, debent hæ palmas, i. victoriæ, & perseuerantiæ longitudinem; debent hæ anaglipha seu celaturas, i. uirtutum pulchritudinem; debentq; ad ouium ostii esse uolubiles per diligētiæ solicitudinem, & per omnia debent esse cooperti spirituali auro per splendidā conuersationis sanctitatem, quamuis (proh dolor) hodie multi magis conentur se cooperire auro naturali per auaritiæ turpitudinem. Vnde supra ibidem dicitur, q̄ nihil erat in templo, qđ non auro tectum erat. Ideo de talib. ecclesiæ ostiis seu prælatis potest dici illud Eze. 41. Bina ostia erant in templo: & in ipsis ostiis celatura erat cherubin & sculpturæ palmarum. ¶ Vel si uis, omnia ista expone de prædicatoribus, quibus mediantibus ad mores & ad fidem intratur, & de sacerdotibus & rectoribus, per quos laici ad sacra ecclesiæ admittuntur. Domus etiam exterior templi duo habebat ostia de lignis abietinis, quæ habebant postes de lignis oliuarum cum quatuor angulis, quodlibet vero illorum ostiorū erat duplex, & se inuicem tenens aperiebat, ipsaq; ostia auro opere quadrato ad regulam operiebātur & palmæ & cherubin in eis sculpebantur. Quia, sicut dictū est, domus templi exterior statum laicorum designat, ideo bene possunt per ostia domus huius seculares principes & iudices denotari, quia re uera isti debent esse duo per communem sui & aliorum diligentiam, quia. s. nō debent esse vnus, s. toti sui, p proprii lucri auaritiā, & per singularitatis parsimoniam. Debet etiam esse quilibet duplex, per Dei & p Christi charitatem binariā, & debent se inuicem tenere per pacem, amorem & concordiam & ad seinuicem cōtenti & applicari per mutui adiutorii conuenientiam. Vnde Ezech. 41. Ab vtraque parte bina erant ostiaria, quæ in seinuicem applicabantur. Isti igitur debent esse de lignis abietinis, quę sunt recta, quia debent in se habere postes oliuarum quæ significant pietatis & misericordiæ dulcedinē, q̄ quatuor debent habere angulos, idest constantiæ & stabilitatis quadraturam & fortitudinem. Res enim quadrata non facile voluitur, sic vere nec prudens homo faciliter à verbo vel a proposito suo mutatur, nec pręce nec precio, aduersitate vel p speritate, adulatione vel detractione a rectitudine variatur. Et ideo tale ostium, i. talis superior opere quadrato ad regulam dicitur formatus, ad denotandum q̄ ipse debet esse per constantiam quadratus, & per temperantiā regulatus. Vnde Apocal. 21. Ciuitas in quadro posita est. Operiantur isti auro, idest honestæ conuersationis fulgore, seu pantur imagine Cherubin, idest scientię splendore, & decorentur pictura palmę, idest perseuerantię seu victorię potentia uel uigore. Apoca. 7. Palme in manibus eorum. ¶ Vel omnia ista potes allegare de quolibet viro regulato charitate, pro iusto ad alia dilata, vt supra. ¶ Hic dicitur quod in templo erant fenestrę obliquę, quę exterius erant strictę interius vero latę, propter palmę interius receptum dilatabatur, & multo plus quam videretur, intus de lumine fundebatur. ¶ Sic vero dico, q̄ in templo ecclesię illi, qui sunt prę lati

A prælati superiores, vel illi, qui sunt fenestræ, p quas templū illuminatur, vt prædicatores, doctores, & cæteri, dēnt exterius quo ad aspectum exteriorē esse stricti, iterius vero quo ad aspectum bonorum spiritualium debent esse lati & obliqui. i. occasionaliter lux bonorū exemplorum suorū tēplū ecclesiæ illuminabit, & oblique. i. inductiue & circunstabiliter lux suorum documentorū alios spiritualiter illustrabit. Mat. 7. ¶ Vel dic q̄ fenestra. i. īgressus in tēplū paradisi primo est arctus, deinde latus, qa arcta est via, q̄ ducit ad vitā, & ió obliquus pōt dici, pro eo q̄ cum difficultate potest intrari. ¶ Vel dic q̄ ingressus in templū ecclesiæ, vel ad ecclesiastica beneficia, strictus & difficilis est in principio. Postquam aūt homo introierit, gaudiosus est & latus, & ideo obliquus dī, quia per multas circumuolutiones & circunstantias ibi subintratur. ¶ Vel dic de fenestra cordis, quæ dēt esse stricta ad exteriora, lata vero ad interiora, quia parum & stricte dēt exteriora diligere, & de ipsis accipere, late vero & humiliter debet ad considerationem suorum interiorum se dilatare & obliq; circunire. i. per considerationes diuersas debet lucem gratiæ in templum conscientiæ introducere, & plus quam appareat debet de isto lumine possidere. ¶ Vel dic q̄ fenestræ illæ sunt religiosi, qui. s. a parte exteriorum & mundanorum se debent strictificare, a parte autē interiorum, s. quantum ad illa q̄ ad religionem & Dei cultum pertinent, se debent spiritualiter dilatare. Psal. 17. Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam voluit me. ¶ Vel dic q̄ tales fenestræ sunt malitiosi & iniusti iudices, quia pro certo isti a parte commodi exteriorum subditorū sunt stricti, quia. s. de illis parum curant, a parte tñ interiorum, i. quantum ad propriam vcilitatem lati sunt, quia. s. ad oīa deuoranda per rapinam & auaritiam se dilatant. Vnde Abac. 2. Quia dilatauit quasi infernus aiam suam, & ipse quasi mors, & nō adimpletur. ¶ Trabes tēpli excepto solis capitibus exterius non apparebant, latebant. n. interius infra domum, & auro vndique tectæ erant, parietes etiam tabulis cædrinis tegebantur, ita q̄ de lapidibus parietum nullus pœnitus videbatur. ¶ Trabes, quę sursum in ędificio sunt suspensæ, & de pariete in parietem protensæ, significant viros contemplatiuos in altum. i. in paradisum per affectionē suspensos, per charitatem ad vtrunq; parietem & ad Deum & ad proximum extēsos. Vnde dī Sap. 8. Attingit ad finē vsq; ad finē fortiter &c. Parietes vero significant bonos subditos vel actiuos, quia re vera tam de istis parietibus, quam trabibus. i. de istis contemplatiuis vel actiuis, religiosis vel clericis, superioribus vel subditis, nullus debet bona sua exterius per inanem gloriam propalare, sed potius virtutes suas, sanctamq; affectionem suam debet ab aliorum vsibus abscondere. Vnde Apocalip. 16. Beatus, qui custodit pallium suum ne nudus ambulet. Sola enim capita. i. bona exteriora, eorum opera, & tabulæ cedrinæ, quæ sunt imputribiles. i. verba indefectibilia & honesta debent apparere, lapides vero. i. interiores & fortiores virtutes, quæ magis sunt speciales, debent oculos hominum fugere & latere. Vnde dī Mat. 6. Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. ¶ Cū templum habeat tria cenacula seu interstitia, sic fiebat q̄ p cochleam ascendebatur de inferiori ad medium & de medio ad tertium vel ad supremum. Est aūt cochlea via vel scala gradualis circunuoluta & tortuosa, quæ, s. vitis dī, quæ occulta erat in parietibus, & solum ostium videbatur. ¶ Sic vere cum templum & ecclesia in sua vniuerso habeat tres status. s. inferiorem, qui est vita præsens; medium, qui est status animæ separatæ post mortem: vltimum & superiorem, qui est status hominum post resurrectionem, i. post resumptam corporum stolam, sic est q̄ per cochleam purgatorij, cuius s. sola ianua, videlicet mors, per quam ibi intratur, est nobis nota. Ipsa vero via qualis est, dubitamus & ambigimus, circunuoluta est nobis pœnitus & ignota, & iuncta de inferiori ad medium. i. de statu moralitatis ad statum beatitudinis animarum ascenditur, & tandem per resurrectionem corporum de isto medio ad tertium peruenitur. Vnde Hier. 50. De monte in collem transierunt, oblici sunt cubilis sui. i. mūdi. ¶ Vel dic q̄ cum istud templum ecclesiæ militātis tres habeat partes. s. statū incipientium, proficiētium & pfectorū, constat quod mediante cochlea virtutum & bonorum operum, cuius. s. ianua est baptismus vel pœnitentia, quæ cūctis patet, de vno ad alium ascendimus, & de inceptione ad perfectionis cumulum peruenimus. Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. ¶ Vel dic q̄ cum ecclesia habeat tres partes, s. illos, q̄ hic sunt in miseria, & illos, qui sunt in purgatorii angustia, & illos, q̄ sunt superius in cęlesti lætitia, sic est q̄ per cochleā pfectionis, vbi. s. sunt multæ reuolutiones, multi gradus, multę virtutes, quę tñ ab oculis aliorum debent esse absconditæ & ignotæ, de isto infimo ad medium, de mundo ad purgatorium, de purgatorio ad paradisum dēt quilibet peruenire. Psal. 83. Ibunt de virtute ad virtutem, videbit Deus Deorū in sion. ¶ Vel dic, quod cochlea significat Dei prouidentiā, q̄ re vera multis circunuolutionibus nobis est ambigua, & aspectibus humanæ notitiæ multum incognita & ignota. Apostolus. Ro. 11. O altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ Dei, quā incomprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Solum. n. ostium illius cochleæ, i. solum q̄dam exteriores cāæ, vel occasiones diuinorū iudiciorū nobis apparēt. Quæ sint aūt interiores viæ vel cāæ vel quot & quantis circunstantiis illud agatur de templo ecclesiæ militantis, quantum ad interstitia seu gradus promotionum, siue agatur de templo conscientiæ, quātum ad gradus virtutum & perfectionum, siue agat de templo cœlestis patriæ quantū ad gradus saluationum, istud est verum q̄ sola cochlea. i. sola diuina prouidentia & gratia est via, p quā ascendit. Et quæritur quomodo de vno statu ad alium & de imo ad supremum venitur, quia. s. nullus est, qui temporaliter siue spiritualiter, possit ascendere, nisi in quantum occulta Dei prouidentia decreuerit viam dare. Vnde dī Io. 14. Ego sum via, veritas & vita. Cap. 7. ¶ In tēplo facta sunt tria tabulata seu deambulatoria circunquaq; & in quolibet factæ sunt luriculæ. i. appodiatoria, in q̄bus possent initi inferius respicientes, sicq; erat secūdum Bedam, q̄ inferius medio & supremo erat latius, supremum vero cæteris erat strictius & breuius. ¶ Sic vere cum in ecclesia sint plures perfectionis gradus, vtpote inferior, in quo significatur mundus: Medius, in quo designatur status ecclesiæ: Et superior, in quo designatur status religiosorum: istud debet esse, q̄ quanto status est superior, tanto dēt esse strictior & arctior, quanto homo vult ad superiorē perfectionis statum ascendere, tāto debet arctiorē vitā ducere & tenere. Quod ēt ad illos, qui ad gradus honoris ascendunt, referri pōt, qa pro certo quanto altiorem gradum in ecclesia obtinent, tāto per strictius deambulatorium. i. per artiorem pœnitentiæ viam deambulare debent, vt sic in mundo, qui inferior est, sit vita latior, in ecclesia strictior, in religione vero & in plātura artior. In quocunq; deambulatorio seu statu debent esse luriculæ. i. appodiamēta spei & fiduciæ, quibus homo innitat, ne per pecatū & desperationem corruere compellatur. Sed pro certo vī q̄ templum modernum in cōtrarium versum est, quia. s. inferiora sunt strictiora quā media, & media quam superiora, laici plus quā clerici, clerici plus quā religiosi vel plati. Quinimmo quanto in ecclesia ascenditur altius, tanto ibi viuitur lautius & lętius. Vnde istud est hodie templū illud, quod vidit Ezechiel. 41. Itaq; in superioribus latius erat templū. ¶ Vel dic q̄ de illo templo Ezechiel, pōt dici, q̄ templum ecclesiæ strictum sit hic in hac vita per tribulationes, sursum vero in patria latum erit per consolationes. ¶ Malleus & sæcuris non sunt audita in templo cum ędificaretur &c. Vnde supra. Pauimentum & parietes de tripli ci constabant materia, s. de lapidibus, tabulis ligneis, & auro. ¶ Sic vero iusti ex tribus constare debent, s. ex lapide. i. ex fidei soliditate, ex tabulis, i. ex spei sublimitate, ex auro, i. ex charitatis præciositate. Apostolus. 1. Cor. 13. Nuncautem manent tria hęc, fides, spes, & charitas: maior autem horum est charitas. ¶ Templum in longitudine duas partes habebat, s. priorem & communiorem, quæ erat ad orientem, posteriorem & secretiorem, quæ erat ad occidentem. Per partem enim orientalem in primam domum egrediebatur, & deinde in sanctuarium, i. in domū occidentalem vbi erat arca, altare, Cherubin, & vbi propitiatorium ascendebat, & vna domus ab alia per quendam ligneum parietem diuidebatur. ¶ Sic vero dum ecclesia habeat duas partes, s. militantem & triumphantem, illud est verum, quòd in oriente, i. pro tempore huius vitæ est prima domus, s. ecclesia militans, tandem vero in occidente, i. in tempore, post mortem succedit

succedit preciosum sanctuarium paradisi, s. ecclesia triumphans. Ideo de illis duabus materiebus potest intelligi illud Psal.41. In Die mandauit dñs misericordiam suam, & nocte canticum eius. Ac si dicat. In Die præsentis vitæ dẽt acquiri misericordia & gratia in ecclesia militante. In nocte vero vel in occidente mortis percipietur cãticum & gloria in ecclesia triumphante. ¶ Fecit Salomon in oraculo duo Cherubin de lignis oliuarum, quæ habebant decẽ cubitos in altitudine, & decẽ in latitudine. Quælibet. n. ala cuiuslibet quinque cubitos habebat, & sic alarum extensi decem cubitorũ erat. Posuit igitur Cherubin in medio oraculi, ita quod quilibet Cherubin vnam alam vtrq; ad parietem oraculi protẽdebat. Alia vero ala alter alterum contingebat. Opus autem vnum in duobus Cherubin ita quod quilibet in omnibus alteri similis erat, & vnus quisque faciem suam ad domum alterius vertebat. ¶ Ista possunt applicari ad viros scientificos ac perfectos a Salomone, i. a Deo & oraculo ecclesiæ constitutos & maxime ad ecclesiasticos & prælatos. Cherubin .n. interpretatur plenitudo scientię. Dico igitur, ꝙ isti debẽt duo esse per mutuam charitatem, de lignis oliuarum, ꝑ dulcissimam pietatem, alter alteri similis, per morum cõformitatem, & per abdicatam omnem cerimoniacam singularitatem, debet alter alterum attingere, per concordiam & vnitatem. Parietes, i. socios & vicinos debent contingere, per amicitiam & liberalitatem, & vultum suum, i. consideration em & curam suam debent ad exteriorem domum, i. ad populũ vertere per boni regiminis executionẽ, seu orationẽ, seu prædicationem. Auro vero debẽt esse cooperti, per bonam & fulgentem conuersationem, & sic habebunt in latitudine decem cubitos, i. decem præceptorum complementum & perfectionem. In altitudine vero æternæ sublimitatis finaliter habebunt per decem cubitos, i. denarium retributionis supernæ, & ita isti Cherũb dicetur illud Eze. 28. Pleni sapiẽtia & perfectus decore in delitiis paradisi Dei fuisti. Sequitur. Aurum opus decoris tui, Cherub extentus & protegens posui te in monte sancto Dei. ¶ Vel dic, ꝙ duæ alæ viri perfecti, maxime boni & scientifici plati, sunt vita cõtẽplatiua & actiua. Ala q̃ contingit parietem, i. Deũ est contẽ
F platio, quæ. s. quinque habet cubitos, quia. s. contẽplatio seu consideratio cõsistit in quinq;, s. in meditatione sui, mundi, iudicii, inferni & paradisi. Sui, quã vilis in ingressu, quam misera in progressu, quam flebilis in egressu. Item, quam impugnatus a dæmonibus, quam lacessitus tentationibus, quã allectus delectationibus, deiectus tribulationibus, quam implicatus criminibus, depauperatus virtutibus, irretitus malis consuetudinibus. Mundi ẽt, s. quam fallax, quam vanus, quam instabilis, quã insanus, iudicii, quã terribilis. Inferni, quã tristabilis. Paradisi, quã cõsolabilis &c. Dic de quolibet circũstantias, vt sic de istis quinq; cubitis, s. quinq; pennis illius alæ posset dici illud Exodi. 38. Facies altare holocausti quinq; cubitorum. Holocaustum quasi totum incensum, significat contemplationem seu cõtemplatiuam vitã, in qua .s. homo totum seipsum offert. Ala aũt, qua Cherubin contingit aliud Cherubin socium suum, significat vitam actiuã, qua. s. alius alterum perficit, & qua alter cum altero iuste viuit, & qua homo proximum suum spiritualiter & temporaliter diligit atque tangit, & illa quinque habet cubitos seu pẽnas. Prima est docere. Secunda est corrigere. Tertia nutrire. Quarta cõsolari. Quinta supportare. Ala igitur actiuæ vitæ seu ẽt superni amoris cum istis pennis ad proximũ debet volare, & ipsum quintupliciter tangere & iuuare. Vnde bene dr Ioan. 6. Est puer hic, qui habet quinq; panes hordeaceos. ¶ Vel dic, quòd duplex ala est duplex charitas, Dei. s. & proximi, quia. s. ala, qua diligimus Deum, habet quinque pennas, inquantum. s. Deus a nobis diligitur propter quinque, s. propter vulnera quinque, quæ propter nos tulit. ¶ Vel propter quinq; beneficia, quæ nobis cõtulit, quæ sunt creatio, redemptio, a peccato conuersio, culpæ remissio, gloriæ concessio. Ala vero charitatis supernæ habet alia quinque, quæ superius sunt dicta &c. Et sic vide de Cherubin. Exo. 25. vbi multa dixi. ¶ Hic ponit Comestor, ꝙ latomi quendam lapidem, quem habebant, multotiens voluerant ponere in diuersis locis templi, sed virtute diuina sic fiebat, quod lapis ille in nullo loco poterat adaptari, quia contingebat illum lapidẽ maiorẽ, vel minorẽ vel incõpositiorẽ inueniri, quapropter ad partẽ fuerat reiectus, & ab ædificatoribus reprobatus. In fine tñ cum murus & paries tẽpli perficeretur & in superiori angulo deficeret lapis vnus, tentauerunt magistri, si forte ille lapis, qui toties fuerat reprobatus, ibidẽ aliquaIiter cõueniret. Quod vtiq; cum grandi oĩum admiratione contingit, quia scilicet ille lapis conuenientissime fuit situs, acsi factus fuisset ex certo proposito, in illo superiori angulo positus & adaptatus. ¶ Illud exponitur de Christo tã historice quam prophetice. Historice. n. Christus exponit hoc de seipso impletum fuisse, vbi dixit iudæis, se esse lapidẽ reprobatum, & tñ in angulo constitutum, quia pro certo illi, qui tunc erant artifices templi, synagogæ. s. pharisei & principes iudæorum, qñ viderunt istum lapidem viuum, s. Christum Deum & hominem, ipsum statim repudiauerunt & ad nullum bonum opus vtilem iudicauerunt, sed ipsum & fidẽ eius pœnitus reprobauerunt, & tñ ille contra spem omniũ, nutu Dei factus est lapis angularis, consummator templi ecclesiæ Dei, duos parietes in vnum angulum. i. duos populos in vnam fidem colligans, & ipsum templum ecclesiæ, cuiusfidei, ornans, perficiens & consumans. Crediderunt enim iudæi, ꝙ quando Christum repudiauerunt & occiderunt, quod de ipso amplius mentio non fieret, & ꝙ nomen eius eo mortuo deperiret, & tamen in capite ecclesiæ ipse positus, & totius religionis & gratiæ caput factus est. Vnde dicitur Psalm. 117. A domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes &c. ¶ Vel dic mystice ꝙ artifices seu ædificatores templi ecclesiæ vel patriæ, significant prælatos, principes, iudices & magistros, quia re vera sæpe fit ꝙ quando aliquis lapis alicubi est locandus, vtpote quando vacat aliquod beneficium vel officium, ad manus eorũ venit, aliquis lapis idest aliqua persona bona, quæ eis præsentatur, vel de qua fit eis mẽtio specialis, pro certo locum pro ipso nunquam reperire poterunt, ipsosq; nunquam congruos vel vtiles pro aliquo beneficio reputabant, sed potius postponunt & reprobant, & alios minus idoneus promouebunt, & in ædificatione ecclesiæ collocabunt, quamuis illud ex malitia faciant, Deus tamen occulte illud vult & permittit fieri, quia ordinatum lem sic reiectum ad melius tempus reseruari, iuxta illud Iob 12. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum. Quid ergo Proculdubio sæpe fit ꝙ tandem contra spem omnium solo nutu diuinæ prouidentiæ locus illius lapidis sic reiecti adueB nit, & ꝙ in angulo superiori. i. officio vel beneficio excellentiori, ab ædificatoribus, idest electoribus & promotoribus, pro lapide angulari. i. pro prælato constituitur, & tunc magna admiratione omnium ad statum arduum promouetur, & qui ab omnibus contemptus & reiectus fuerat, super omnes sublimatur. Psal. 112. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt sedeat cum principibus. Fertui igitur sunt, qui bonas personas nituntur reiicere & cõtemnere, quia nesciunt quid de ipsis Deus decreuit ordinare. Et sæpe fit ꝙ ille, qui amplius calcatur & reprobatur, magister reprobantium sæpe efficitur, & super eos dñs exaltat. Vñ dicitur Eccl. 11. Oculus Dei respexit pauperem, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius & mirati sunt multi, & honorificauerũt Deum. ¶ Vel si vis dic, ꝙ aliqui lapides. i. aliqui homines sunt ita proterui in principio ꝙ ad nullum bonum sunt vtiles, nec ad aliquod officium vel beneficium sunt habiles, quinimmo necesse est ꝙ ab artificibus. i. a prælatis reprobentur, & pro nihilo inter alios cõputentur, qui tamen quandoque nutu Dei taliter conuertantur, quod finaliter in templo religionis vel ecclesiæ in angularem lapidem. i. in prælatum vel dominum promouentur, vel saltem ꝙ persona bona & solennis efficitur, ita ꝙ lapis angularis apud alios reputetur. Allega vt sup.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Domum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis. Moralitatum Cap. 6.

FEcit Salomon porticum ante faciem templi super colũnas æreas constitutum, inter quas duæ erant columnæ æreæ cæteris eminentiores, quę in altitudine viginticto cubitis protendebantur, & inferius basibus æreis sustentabantur.

A tur. Habebant desuper ærea epistilia, à quibus per gyrum dependebant ducenta malogranata, super epistilia vero area capitella quinq; cubitorum collocabantur, quæ vndique lilijs æreis coronabantur. Latera autem columnarum & epistiliorum retibus & catenulis æreis vndique dependentibus ad ornatum cingebantur & linea duodecim cubitorum columna quælibet ambiebatur, & altera columna alteri similis in omnibus habebatur. Vna aũt earum Iachim. i. firmitas, altera vero Booz. i. robur appellabatur, & inter duas istas in porticum seu in atrium intrabatur. In quolibet aũt capitello columnæ septem versus scripturarum in circuitu sculpti erant, quæ columnæ, cacumen ornabant. ¶ Templum significat ecclesiam triumphantẽ. Porticus vero, qui ante est, significat ecclesiam militantem. Cum. n. in isto porticu fuerint multæ columnæ. i. multæ bonæ personæ ad sustentandũ ecclesiã cõstitutæ, inter cæteras fuerunt duę principales, petrus. s. & paulus, vel simon & iudas, vel quicunq; duo sancti, de quibus infimul prædicetur vel solennizetur. Vel ẽt generaliter, quicunq; boni prælati & perfecti qui. s. duo fuerunt per binariam charitatem inuicem similes per morum communem conformitatem, qui. s. bases & fundamenta sanctæ & solidæ fidei, hastile spei, epistilium charitatis, & capitellum quinque cubitorum. i. discretam custodiam quinq; sensuum habuerunt, septem versus scripturarum. i. virtutes vel septem dona spiritus sancti, in capite colũnæ. i. mente iustorum fuerunt quibus præ cæteris claruerunt. In istis ẽt fuerunt malogranata, quem sub duro cortice grana continẽt & liquorem. i. virtutum & gratiarũ vbertatem. Lilia. i. castitatis munditia & puritas. Retia seu catenulæ .i. bonæ amicitiæ & cõcordiæ confederata colligatio. Linea tota ambiẽs, est diuinæ legis meditatio, quæ ẽt duodecim habebat cubitos, inquantum in ipsa refulgebat duodecim articulorum vera credulitas & agnitio. Et sic isti bñ dñr ia chim & Booz .i. infirmitas, & robur, inquantum ad tollendum mala sunt infirmi, ad faciendum bona robusti, & sic ad sustinendum ecclesiam, columnæ. i. viri stabiles sunt inuenti, Omnia ista exære dñr facta, pro eo quod in omnibus moribus & actib. eo
B rum sonus diuinæ laudis & gratiarum actionis, confessionis & prædicationis fuit inuentus, & ad eruditionem fraternã in omnem terram probatus. Ideo bñ cuilibet tali columnæ potest dici illud Hier. 1. Ecce dedi te in columnam ferream & in murum æreum & ꝑliabuntur aduersus te, & prævalere non poterunt. Si vis, dilata melius, quia transeo. ¶ Circa templũ plura facta sunt domicilia seu atria. s. atriũ interius vndique circa templum, in quo erat altare æreum, & in quo sacrificabatur, & in quo psallebant cantores, & ad populum loquebantur. Cuius. s. formula quadrãgula templum ex omni latere ambiebat, & ipsum atrium murus circunquaq; cingebat, qui tres ordines lapidum diuersorum colorũ, & tres in altitudine cubitos continebat, qui columnas ædificij per circuitum sustentabant. Pauimentum autẽ huius atrij marmoribus erat structum, & diuersis imaginibus picturatum. illud igitur atrium populus nõ intrabat, sed per quattuordecim gradus ascendens, sacrificia sua ad ostium atrij sacerdotibus offerebant, sicut per oĩa dicit liber Regum & Paral. & exposuit Comestor extra illud atrium, sed circa templũ vndique descendendo per decliuum collis tria alia erant, talia videlicet, atrium mundorum hominum exteri⁹, quod multo maius erat atrio interiori, postea atrium mulierum, postea vero in parte inferioris montis atrium omnium immundorum, in quo. s. immundi tam homines quam mulieres & gentiles adorabant, & tamen omnes illi, qui erant in omnibus atrijs, licet muros haberent altissimos, templum quod erat in montis cacumine, videre poterant, & etiam illos, qui ministrabant in interiori atrio. ¶ Si volumus ista exponere mystice, possumus dicere ꝙ templum significat ecclesiam triumphantem, atria vero quæ sunt extra templum paradisi in decliuo huius vallis miseriæ, designãt ecclesiam militantẽ per spem & deuotionem, ipsum templum paradisi circunstãtẽ, & i tria atria, s. interius & exterius & inferius .i. in statũ clericorum, bonorum secularium seu actiuorum carnalium etiam & malorum generaliter subdistinctũ. Status. n. clericorum signãtur per atrium exterius, quod erat mi
terius ꝙ erat mundorum. Status. n. oĩum malorum signãtur per atrium inferius, quod erat immundorum. Igitur dico ꝙ C atrium interius. i. status ecclesiasticus continet altare. i. cultum religionis christianæ vbi adoratur, cõtinet ad litteram ministros, a quibus sacrificium eucharistiæ quotidie immolatur, continet doctores, à quibus populus eruditur. Debet ergo atrium religionis vel ecclesiæ p quattuor virtutes cardinales quadratum & muro regularis obseruantiæ esse circunspectum, vbi. s. tres ordines lapidum. i. tria religionis vota, vel tres theologicæ virtutes, vel tres pnĩæ partes, vel sanctæ trinitatis fides reluceant, & super quem murũ columnæ atrij. i. bonæ personæ ecclesię stare & perseuerare debeant. Pauimentum aũt istius atrij inferiores ecclesiasticos signat, quia pro certo debent per cõstantiam esse marmorei, & ad resistendum vitijs fortes, necnon ad labores pnĩę tolerãdos stabiles atq; firmi, & imaginibus & picturis virtutum & conuersationis honestæ vndiq; venustati. Istud ergo atrium. i. sta tum ecclesiasticum nullus, nisi esset de genere leuitarũ. i. nullus nisi esset bonus & sanctus, debet intrare, sed sufficere dẽt populo laicorum, ꝙ per quattuordecim gradus. i. per septẽ virtutes & p septẽ spũs sancti dona possint ad perfectionem ascendere, & sacrificia & oblationes suas sacerdotibus & ecclesiasticis offerre, & per eos dño ministrare. Igitur de isto atrio dicitur illud Psal. 133. Qui statis in domo dñi, in atrijs domus Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras i sancta. ¶ Vel dic moraliter, ꝙ atrium interius signat cor, quod. s. debet esse per quattuor virtutes cardinales quadratum, tribus ordinibus lapidum. i. tribus virtutibus theologicis circuncinctum, columnis. i. virtutibus roboratum, pauimento marmoreo. i. humilitate stabili & firma stratum, & imaginibus. i. honestis exemplis pictum, & circa templum paradisi per deuotionem & desiderium constitutum. In ipso enim debet esse altare. i. oratio ministri. i. subiectio, cãtores. i. gratiarum actio, doctores. i. discretio, sacrificium. i. cõtritio, qa sacrificium Deo spũs contribulatus. Psal. 50. Et in eo nullus de populo debet intrare. i. ꝙ ab eo debeat excludi oĩum malarum cogitationum contentio, & sic dicetur atrium sacerdotum, quia sacerdotes & viri ecclesiastici debent habere D talia atria. i. talia corda, & conscientias. Vnde dr. 1. Para. 7. Sãctificauit salomon medium atrij ante templum. ¶ Atrium exterius erat quædam maxima basilica seu domus in circuitu templi, in qua viri mundi adorandum conueniebant, in cuius aliqua parte nummularij sedebant, & in alia parte animalia volatilia pro sacrificijs vendebantur. Erant ẽt iuxta illud atrium circa porticum gazophylacia. i. domus in quibus sacrificanda reponebantur, circa latera erant pastoforia. i. domus, in qua sacrificantes de sacrificiorum partibus corã domino comedebant, erant ẽt ibi cathedræ, in quibus sedebant doctores, sicut in gymnasio suedre, in quibus sedebant auditores, sicut in consistorio, exedræ in quibus sedebant accessores seu iudices, vt i locutorio seu iudicio. ¶ Si uis tu dic, ꝙ illud atrium statum bonorum laicorum designat, in quibus sunt nummularij & mercatores animalium. i. iustæ & licitæ negociationes, pastoforia. i. hospitales refectiones, gazophilacia. i. sacrificiorum bonorũ repositiones, cathedrę. i. studia doctrinæ lectiones: suedre. i. auditorum obedientia & subiectio: exedrę. i. iudicia, consilia & bonæ ciuiles ordinationes &c. transeo. ¶ Atrium mulierum secundum Comestorem, erat sub atrio virorum, s. in decliui montis, quod ab occidente clausum erat, quod etiam ab aquilone & meridie & oriente tres portas habebat, per quas intrabatur & muro alto vndique cingebatur, & ibi mulieres mundæ & non aliæ, adorare & ingredi permittebantur. ¶ Sic uere circa templum sanctæ ecclesiæ sunt atria mulierum ideſt status religionis & collegia sanctimonialium fœminarum. Talia enim atria, debent esse in decliui & descensu, per humilitatem & subiectionem: debent circunire templum. s. paradisi, per affectionem & deuotionem: debent habere murum altum id est regularem obseruantiam & professionem, debent habere tres portas. i. trium votorum ianuas, per quas intrare habẽt ad perfectionem & saluationem. Clausæ debent esse in occidente. i. a parte mundanorum bonorum per terrenorũ contemptum & abdicationem. A parte uero austri. i. a parte bonorum spiritualium, debent esse aperte per bonorum affectionem, & a parte aquilonis ideſt a parte infernalium tormentorum, per timorem & meditationem & à parte orientis. i. a

E tis.i.a parte ſpiritualium gaudiorum, per amorem & contemplationem. Mundæ igitur mulieres, ſ. caſtæ & uirgines, debent in tali atrio, ideſt in tali religione eſſe. Aliæ uero immundæ & indignæ ibidem ingredi non debent. Thren. 4. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. ¶Vel allega hic, ꝙ atrium fœminarum erat ſub atrio uirorum ad denotandum ꝙ mulieres debent eſſe ſubiectæ viris. Apoſtolus Col. 3. Mulieres ſubiectę ſint uiris ſuis. Et illud. Sub uiri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui. Ge. 5. Inter atria templi erat unum, quod erat atrium immundorum, in quo. ſ. immundi tam viri quam mulieres, quam ēt gētiles conueniebant, & ibi dñm adorabant. ¶Sic vero ante templū eccleſiæ uidemus quędā atria prō immundis. i. ſectis chriſtianorum, ſchiſmaticorum, pctōrum & hæreticorum, qui omnes ſe dicunt de corpore eccleſiæ eſſe, & ibi nitūtur ſm ſectam ſuam dñm adorare. Per quod acrium ſtatus pctōrum, qui ſunt in eccleſia, pñt itelligi, ꝙ ſunt abominabiles & immundi. Vnde Apoc. 11. Atrium autem, qđ eſt foris templum, eijce foras, & ne matiaris illud quoniam datum eſt gentib. & ciuitatem ſanctam calcabunt &c. quia. ſilli inter fideles, qui magis calcant (quando poſſunt) eccleſiam, ſunt iſti, qui ſunt in illo atrio, ſchiſmatici chriſtiani vel domeſtici, impij vel tyranni. De altari holocauſti, quod fecit Salomō in interiori atrio, & de candelabris ac menſa, & multis alijs ſimilibus tranſeo, quia ſupra Exodo fuit dictum. Eiuſdem. n. formæ erant illa ſicut & iſta, excepto ꝙ iſta fuerunt maioris q̄titatis quam illa. ¶Sed aduerte hic, ꝙ in atrio interiori fecit Salomon mare ſeu lauatorium æneum fuſile, quod. ſ. decem cubitos habebat in latitudine, quinq; in profunditate ſeu in altitudine, tres vero digitos in ſpiſſitudine. Erat autē in parte inferiori ſtrictum, à parte vero ſuperiori latius. Vñ ſuperius circa labiū, quod erat i latum diffuſum, qđ & erat ad modum calicis ſeu repandi lilij factum, reticula triginta cubitorum ipſum cingebāt, in fundo vero reticula decem cubitorum ſufficiebant. Superius igitur circa labium ſeu limbum erant duo hiſtoricarum ſcripturarum ordines, ſub
F ipſa vero erat baſis ærea quæ duodecim ꝛeos ſeu fuſiles habebat boues, bones. n. duodecim ænei & fuſiles mare portabant quorum tres ad orientem, tres ad occidentem, tres ad meridiem, tres ad aquilonem, & ſic per quattuor mūdi partes vultus ſuos conuertebant, poſteriora vero intus ſub mare mittebant, facies vero eorum per quattuor ternariæ exterius apparebant. In illo igitur mari miniſtri altaris pedes & manus lauabant, & ſic puri & mundi dño ſacrificium offerebant. ¶Iſta multipliciter pñt exponi, & primo quædam moraliter placet exponere. Nam quia ſuperius per atrium interius cor ſeu conſcientiam intellexi, ideo per illud mare ſeu lauatorium, quod erat in atrio volo pñam ſeu cordis amaram compunctionem vel lachrymarum lauatorium deſignare. Neceſſe eſt. n. ꝙ cor bonū lauatoriū habeat, vt ſacerdos noſter, ſ. affectus per lachrymas purificatus & lotus, ad altare dignus immolaturus accedat. Pſa. 25. Lauabo inter innocentes manus meas &c. Dico igitur ꝙ illud mare. i. amara & lachrymoſa contritio, debet habere decem cubitos in latitudine, inquantum debet dolere de decem legis mandatis non adimpletis. Item quinq; cubitos in altitudine, inquantū debet triſtari de quinque ſenſibus non diſcrete cuſtoditis, Item tres digitos in ſpiſſitudine, inquantum debet plorare de tribus virtutibus theologicis, non habitis vel obtentis. Item labium ſeu limbus eius ſuperior, debet eſſe ad modum calicis vel lilij, inquantum debet dolere de calice ideſt diuina paſſione non recordata, de lilio. i. de caſtitatis munditia non reſeruata, & ibi etiam debent eſſe ſculptæ imagines hiſtorice, inquantum & ipſe dēt dolere de vita & hiſtoria ſanctorum nullatenus imitata. Et ſic debet eſſe in vna parte ſtrictum, & in alia latum, inquantum de ſterilitate parſimoniæ & de lata rapacitate auaritiæ plus debito frequentata. Duodecim etiam boues trinitates diuiſas debet habere, inquantum debet lugere de fide ſanctæ trinitatatis, quam debito modo non habuit, & fide duodecim articulorum perfectæ non credita vel retenta cum reſticula triginta cubitorum, & decem ipſum cingere debēt, inquantum triſtari debet de fructu triceſimo & de denario perditis, i. de æterna mercede pro peccatis amiſſa. Si igitur lauatorium noſtrum lachrymoſæ compunctionis omnes iſtas compunctiones habeat, bñ poteſt ibi hō & pedes & manus lauare. i. affectus & opera mūdificare, & ſic poteſt digne ſacrificia ſua ſeu euchariſtia, vel bona opera immolare. Bene igitur dī Ioan. 9. Vade lauare in natatoria ſiloe. Et alibi. 4. Reg. 5. Vade lauare ſepties in Iordane, & recipies ſanitatem. ¶Vel dic ſi vis, ꝙ lauatorii illud eſt pœnitētia, quæ hoies mundificat, quæ. ſ. dī mare, ꝙ eſt amara per contritionem, & dī eſſe fuſilis, quia funditur, & diſſoluitur per compunctionem. dī ænea, quia ſonat, & clamat per cōfeſſionem. Dicitur decem cubitorum, quia decē mādata facit adimplere per ſatisfactionem. ¶Item iſta habet in profundis quinque cubitos, quia iſta reparat quinq; ſenſus ſpirituales, ſ. viſus diſcretionis, auditum ſubiectionis, tactum compaſſionis guſtum deuotionis, odoratum cōſiderationis, tres digitos habet in ſpiſſum, inquantum, ſ. iſta delet tres culpas principales, ſcilicet peccatum cordis, oris & operis. Dic ſicut ſupra ex toto, ꝙ illud de, quo cōtritio dī dolere, pœnitentia facit in illo ditare, & hoc recuperare & habere. 2. Paral. 4. Porro in mari ſacerdotes lauabantur, & tamē hodie videtur poſſe dici illud, quod de chaldæis, i. de vitijs dicitur Hierem. quòd mare æneum, quod erat in domo domini, cōfregerunt. ¶Vel dic, quòd mare eſt vir perfectus, per pœnitentiam amarus, per prædicationem æneus, & ſonorus, aquis ſcientiarum plenus, obſeruantia decem mandatorum, continentia quinque ſenſuum, efficacia trium virtutum, vel trium religionis votorum menſuratus, hiſtoriis bonorum exemplorum pictus decimo, & triceſimo reticulo, ideſt denario æternæ retributionis, & fructus triceſimo, & ſpe triplicis dotis animæ fretus, & duodecim bobus, ideſt duodecim Apoſtolis, & eorum vitæ fidei & doctrinæ per imitationem immixtus. Si quis autem talis fuerit, mare ſeu lauatorium dici poterit, quia ad lauandum, ſeu purificandum alios documentis, & exemplis merito dignus erit, vt ſic de viris iuſtis exponatur illud. Ezechiel. primo aſpectus rotarum & opus eorum quaſi viſio maris. ¶Vel dic quòd mare ſignificat ſacram ſcripturam, qua in atrio eccleſiæ ad oſtenſionem criminum ponitur, vt ibi ſacerdotes, ideſt viri eccleſiaſtici à ſui maculis expientur. Eſt igitur illud mare ſile, quia à Deo fuit fuſum, ideſt in igne ſpirituſanctī conflatū per inſpirationem. Ereum, quod eſt durum metallum & forte, quia æternam, fortem, veram & immutabilem habet durationem. Decem cubitorum in latitudine, propter decem mandatorum, quæ continet, inſtitutionem. Quinque cubitorum in profundo propter quinque ſenſuum exhibitionem. Duorum ordinum hiſtoriam, ideſt duorum teſtamentorum narrationem. Tres digitos in ſpiſſum, inquantum continet trinitatis fidem. Triginta cubitos habet in ſuperiorem, & decem in inferiorem ambitum, inquantum æternæ gloriæ, quæ conſiſtit in denario perfectionis, & in ternario viſionis, fruitionis, & tentionis continet repromiſſionem. Labium habet ad formam calicis, inquantum iſta potat, & inebriat in ſe ſtudentes per diuinam eruditionem. Et eſt illud labium admodum repandi lilij, quia habet puram, & caſtam locutionem, Pſalm. 11. Eloquia domini, eloquia caſta. Strictum eſt inferius, latum ſuperius, inquantum hic inferius pro tempore huius vitæ ſtrictam habet, & obſcuram expoſitionem. Surſum uero in patria claram habebit ſuorum ſecretorum cogitationem. Duodecim boues per ternaria copulatos ſub ſe continet, inquantum duodecim patriarchas uel duodecim Apoſtolos ſub ſe habet, qui per quattuor mundi partes portauerunt trinitatis fidem, & deuotionem. Boues enim, id eſt Apoſtoli & viri Apoſtolici per ternarium copulati dicuntur, inquantum in fide trinitatis conueniunt, quam per quattuor mundi partes prædicare noſcuntur. Iſti autem partim latent, & partim apparent, quia ſcilicet uiri ſancti partim per uirtutum ſuarum occultationem latitant, & partim per bonorum exteriorum & documentorum oſtenſionem ſe monſtrant, & ſic ſub mari ſacræ ſcripturæ ſtudendo, & eam implendo continuè perſeuerant, & ipſum pro uiribus ſuſtinent atque portant. Pſalm. 76. In mari uia tua &c. ¶Vel etiam iſti quo ad faciem, id eſt quo ad exteriora opera nobis apparent, ſed quo ad futura & poſteriora pięmia, à nobis abſconduntur & latent. Pſalm. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine &c. Iſti autem bene boues ærei dicuntur, quia ſicut fortiſſimi boues terram coluerunt,

A runt, & tandem per martyrium immolati fuerunt, & admodum æris ſonum prædicationis emiſerunt quia ſicut in Pſa. 18. dī. In omnem terram exiuit ſonus eorum &cę. ¶Vel ſi vis dic, ꝙ iſti boues ærei, qui ſonum habebant, & non ſenſum, ſunt carnales ꝑdicatores, qui ſub mari ſacræ ſcripturę perā bulant. & eam ſe portare gloriantes, ſonum bonorum viro rum ꝑdicando emittunt, ſenſum tñ deuotionis non hñt. Vñ Ezech. 17. Nerui & carnes aſcenderunt, & extenſa eſt ſuper eos cutis, & ſpūm non habebant. Iſti. n. ſunt, qui poſteriora ſua cœlant, & facies oſtendunt, & poſteriora. i. carnalia ſua opa membris poſterioribus dependentia pro viribus celāt & contegunt, faciem vero ſuam. i. exteriorem conuerſationis pulchritudinem, ſ. q̄ habent, libenter manifeſtant, & ſe etiam pro ternario colligant, inquantum ſub triplici voto, vel ſub fide trinitatis, vel in tribus virtutib. theologicis ſe viuere diſſimulant & fingunt. Vt cōiter. n. ſiue hypocritæ, ſiue vſurarij, ſiue proditores, vel falſi amici faciem non dorſum nituntur oſtendere, inquantum exteriorem applauſum (qui per faciem innuitur) conantur alijs oſtendere. Immunda vero poſteriora ſua. i. malā intentionem, & turpium operum ſuorum vilitatem, à viſibus aliorum ſ̄p vellent latere, ſi miles illis ſepulchris de albatis, quæ (ſicut dī) Matt. 23. apparent hominibus ſpecioſa, intus aūt ſunt plena oſſibus mortuorum. Et ſicut iſti boues ab inuicem auerſi erant, ita ꝙ dorſa ſibi jnuicē, non facies conuertebant. Sic & tales mali homines non ſolent ꝑ dilectionem ſe reſpicere, ſed facies cordis ab inuicē diuertere, dorſum vero obliuionis, deſpectus, & odij alter ad alterum applicare, inquantum, ſ. alter ſolet alterum fugere, & odire. Vñ Hierem. 18. Verterunt dorſum & non faciem. ¶Vel dic ꝙ mare iſtud ſignificat baptiſmum, quod dī eſſe rotundum, quia quemadmodum orbis in eo debet ablui. Fuſile, quia diuina gratia ibidem ſolet infundi. Aereum, quia per ſonum prædicationis debet virtus ipſius vndiq; circunfundi. Liliatum etiam labium, qui per iſtum ſolen aīæ ad modum lilij dealbari. Calicis etiam habet formā. i. inquātum virtus paſſionis Chriſti, quę calix eſt ab eodem dicta, ſolet in eo monſtrari. Iſte ergo decem cubitos in latū,
B quinq; in altum, tres digitos in ſpiſſum dicitur habere, inquantum quicquid contra decem mādata committitur, vel per abuſum quinq; ſenſuum delinquitur, quicquid per tria principalia vitia. ſ. ſuperbiam, auaritiam, luxuriam incurritur, totum in baptiſmi lauatorio deportatur. Funiculo vero vel reticulo triginta cubitorum ſuperius, & decē inferius cingebatur, inquantum in baptiſmo ſpes æternæ retributionis, & denarij promittitur. Denarius. n. numerus ter ductus triginta conſtituit, ga pro certo denarius perfectæ, & æternę retributionis qui datur in vinea dñi laborantib. in tribus. ſ. in fruitione, viſione, & tentione conſiſtit. Duodecim etiā boues, i. quattuor ternaria diuiſim iſti mari ſubſunt, inquantum duodecim articuli in fide ſanctæ trinitatis ꝑ quattuor mundi plagas diffuſi baptiſmali gratiæ annexi ſunt, & inq̄tum baptizati per vniuerſa mundi climata fidem ſanctæ trinitatis credunt. In iſto igit mari ſacerdotes lauabātur, quia pro certo omnes, qui baptiſmo purificātur, ſacerdotes. i. ſacri duces efficiuntur, ſicut bñ patet, vbi Petrus loquēs fideli bus dicebat. 1. Petri. 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Iſtud eſt. n. mare, in quo omnes maculæ vitiorum ſtringuntur, & in quo omnia peccata ſubmergūtur, & obliuioni traduntur. Pſalmus 155. Submerſit Pharaonem, & exercitum eius in mari rubro. ¶Fecit Salomon tres luteres ſeu vrnas æreas, rotundas, & fuſiles, quarum orificia erant ſtricta. Venter vero, & fundum aliquātulum magis lata, eratq; latitudo interior vnius cubiti, & dimidij, altitudo vero quattuor cubitorū, habebat autem quilibet luter baſem æream ſibi deputatam, miro artificio fabricatam, erant autem iſti luteres in atrio ſacerdotum ante portam poſiti, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris depoſiti, & ad intingendos, & laudādos pedes, intestinaq̄ lauanda, & ſacrificanda, erant ſpecialiter deputati. ¶Sic verē dico, ꝙ in atrio eccleſiæ militantis ad finem, vt hoſtiæ immolandæ, i. pēnitentes ſeipſos domino in altari pœnitentię ſacrificantes haberēt, vbi à ſuis ſordibus ſeu criminibus lauarentur, neceſſe fuit ibidem lateres, i. ſacerdotes ſeu confeſſores cōſtituere, & ipſos in publico à dextris, & a ſiniſtris. i. diuitibus, & pauperibus aſſignare, vt ſic quicunque eis in-
C digeret, ꝙ poſſit eos pro libito reperire, & culpam ſuā confitendo abſtergere vel lauare. Vnde dī. Zachar. 13. Erat fons patens domui Dauid, & habitatoribus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Et pro certo ille debet habere ventrem latum, & os ſtrictum. Venter enim illius eſt volūtas vel affectus, quia. ſ. affectio ſua debet eſſe lata ꝑ charitatem, & largitatem. Os tñ ipſius debet eſſe ſtrictum per abſtinentiæ parcitatem, ꝙ per ſecreti abſconſionem, & loquēdi raritatem, & maturitatem. Illud enim ſumme confeſſorē decet, & etiam quemlibet virum perfectum, os paruum, & ſtrictum habere, & verba pauca, & matura dicere, & ſecretum ſcire abſcondere, & cœlere. Vñ Eccl. 28. Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Tales igitur luteres, i. ſacerdotes, & confeſſores, debent eſſe decem, inquātum ſub decalogo mandatorū debent viuere. Vñ dī. Lu. 17. Ecce decē mundati ſunt. Debent eſſe quinque hinc, & quinque inde, inquantum diſcretionem quinque ſenſuum ad dexteram, & ſiniſtram in proſperis, & aduerſis debēt habere, & quattuor cubitos in profundo, inquantum quattuor cardinales virtutes debēt interius poſſidere, vnū vero cubitum latitudinis in ſomno, inquantum vnum Deum debent credere, latitudini tñ iſti medius cubitus adiungitur, inquantum fidei de diuinitate, fidem etiam de humanitate debent ſuperaddere, & ſic ſuper baſem locandi ſunt inquantum perfidei, & ſpei firmitatem ſuper Chriſtum debent tanquam ſuper ſolidum firmamentum inſiſtere, & ſedere. Vnde Apoſtolus. 1. Corinth. 3. Fūdamentum aliud nemo poteſt ponere, præter illud, quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus. ¶Baſes æreæ ſuper quibus ponebantur luteres, mirabilis fuiſſe ſchematis de ſcribuntur. ¶Sicut enim hic ſcribitur, & comeſtor exponendo, declarat, baſes iſtæ ex quattuor tabulis ad inuicem adunatis conſtabant, quæ quattuor in latum faciebant, tres vero cubitos in altum ſe eleuabāt, & ſic formam quadratam poſſidebāt, baſis huius. Harum vero tabularum anguli eminentes, quattuor columnas quadratas cōſtituebant, quæ colūnæ in ſummitate ſui quoſdam humeros habebant, quæ ſimilitudinem manus hominis, & pedis aquilæ prætendebant, ſuper quos collocatæ erant tabulę tranſuerſales, in quibus D luteres inſidebāt. In parte vero inferiori, & in quattuor angulis baſis, quattuor rotę fuſiles inferebantur, quæ axes, cāthos, radios, & modulos habebant, & vndiq; proprias ſculpturas habentes, ſibijnuicem in omnibus aſſimilabantur. Igitur quælibet baſis proprias ſculpturas habebat, quia in columnis figuras auium, hominum & arborum, in lateribus vero tabularum formas boum, leonum, coronarum, ſeu etiam plectarum, & Cherubin continebat. Iſti tamē leones, & boues ſunt ſculpti, lora ſeu cathedras ac ſi eſſent ligati ad tabulas, & ad colla habebant, quæ inferius dependebant. Iſtę baſes poſſunt diuerſos ſtatus eccleſiæ, i. diuerſarum ꝑfectionum ordines ſignificare, quæ. ſ. plures luteres plenas aquæ, i. lauacrum ſcientiarum, gratiarum, & lachrymarum ſuſtinēt, q̄b. hoſtiæ, i. ſeculares ſe baineant atq; mundāt. Dico igitur, ꝙ quælibet talis baſis, i. quælibet religio vel quilibet eccleſiæ ſtatus debet habere quattuor cubitos in longum, i. obſeruantiam quattuor euangeliorum, quattuor cubitos in latum, i. continētiam quattuor virtutum cardinalium, tres cubitos in altum, i. poſſeſſionem trium virtutum theologicarū. Igitur talis baſis cōſtabat ex quattuor rotis, ex quattuor tabulis, ex quattuor columnis, & ex ſuperiori tabula tranſuerſali cum ſuis quattuor angulis, & multiplicibus figuris, imaginibus, & ſculpturis. Columnæ igitur illæ ſignificant in eccleſia prælatos, & ſuperiores tabulæ deſignant collaterales, & mediocres. Rotæ vero, quæ inferius ſunt, denotāt ſubditos, & inferiores. Columnę igitur, i. prælati debēt eſſe quadrati per conſtantiam, eleuati per vitæ eminentiam, humeros debent habere, i fortitudinem, & patientiam, quæ. ſ. cōtinuāt manus hoīs, i. actiuam bonorum operum efficaciam. Pedes aquilæ, i. contemplatiuam ſcientiam. Manus. n. operationem denotat, quæ pertinet ad actiuam vitam. Pes vero aquilæ, quæ clariſſime videt ſapiētiā, deſignat, quæ pertinet ad contemplatiuam vitam, quæ duo. ſ. debent eſſe in prælato. Iſtæ etiam columnæ, i. prælati, debent habere ſculpturas virtutum, & morum, quia pro certo in eis debent inueniri ſubuentio, & nutritio. Figuræ auium, id eſt ſuperiorum eleuatum deſiderium, & affectio. Figura hominis, ideſt rationis,

E tionis,& scientia dijudicãs discretos.Istę.n.sunt sex sculpturæ,i.sex virtutes,quæ colũnas nostras,i.prælatos summe decent,s.patientia,fortitudo,bona operatio,contẽplatio,elemosynarum largitio,cœlestium affectio, & discretio,quæ videlicet manus hominis,pedes aquilæ,arbores,aues,homines significant,quę etiam quattuor debent esse,inquantũ in quadruplicitate virtutum cardinalium manere debent, & sic de talibus columnis poterit dici illud Hiere.1. Dedite in columnam ferream &c. Et illud Exo.36. Fecit columnas de lignis sethim.¶Vel dic, ꝙ basis ista potest significare virũ perfectum,qui(vt supra dictum est) debet constare ex multis.s.ex quattuor colũnis,ex quattuor tabulis, ex quattuor rotis,& ex quattuor humerulis, ex multiplicibus imaginib. & sculpturis,ex multiplicibus dimensionibus, & mensuris. Habeat igitur quattuor columnas,i.quattuor virtutes cardinales,quæ.s.in ædificio morũ sunt primæ, & principales columnæ,s.iustitiam,fortitudinem, temperantiam,& prudentiam.Vnde Exod.36.Columnas habebit quattuor cum basibus totidem.¶Item habebant quattuor rotas,i.quattuor bonas affectiones,gaudium de bono,dolorem de malo, spem de præmio,timorem de supplicio.Eze.1.Apparuit rota vna super terram habens quattuor facies.Isti.n.sicut in axa cordis debent voluere,& discurrere,modulos tamen,i. modũ, & temperantiam,radios,i.claritatem,& prudentiam, canthos qui curui sunt,i.humiliratem,& reuerentiam, debent habere,vt sic gaudium à dissolutione,timorem à desperatione,dolorem ab impatientia,& murmuratione, spem à præsumptione possint defendere,& seruare.Ezec.10.Ecce quattuor rotæ iuxta Cherubin. Item habent quattuor tabulas,i. quattuor charitatis latitudines,s.amorem Dei,amorem sui, amorem amici,& dilectionem inimici.Vnde supra eodem. Fecit Salomon quattuor deambulatoria inter columnas cedrinas.Sequitur. Tabulatis cedrinis vestiuit totam camerã. Item habebãt quattuor rotas,i.quattuor humeros ad similitudinem manus hominis,& pedis. Aquilę,idest quadruplicis
F gratiæ soliditates,s.gratiam præuenientem,gratiam adiuuantem,gratiam perficientem,& gratiam consummantem.Istę enim quattuor gratiæ dicuntur humeri,quia portãt onera. Manus,quia faciunt opera. Pedes aquilæ,quia rapiunt æterna munera, &iõ de ista quadruplici gratia operatiua potest exponi illud Ezech. 1. Quattuor manus sub pennis eorum in quattuor partibus. Item habebant imagines, & sculpturas,& sic pro certo dico,ꝙ debent habere leonem,i.feueritatem aspere punientem,bouem,i. maturiattem dulciter corrigentem,cherubin, qui.s.habeat alas,i. contemplationem sublimiter volitantem,coronam,i.perseuerantiam, præmium,& victoriam reportantem,formam hominis,i.discretionem,& sapientiam, formam arboris,i. vigorem honestatis,& bonam apparentiam,formam auis,quę.s.non cogitat de crastino,i. terrenorum contemptum , & dilectionem,lora dependentia,i. charitatis vinculum & colligantiam.Vnde de talibus virtutum sculpturis potest dici illud. Sculptura subtus labium ambiebat illud.1.Re.7. Duos ordines sculpturarum historiatarum,vt de viris ecclesiasticis dicat scriptura illud.Esa.53. Ponam in iaspidem propugnacula tua,& omnes lapides tuos in lapides sculptos. ¶De mensuris vero quattuor,& trium cubitorum,dic vt supra. ¶Vel si vis dic ꝙ in basi ecclesiæ tam leones,quam boues,i.tam prælati quam subditi, loris disciplinæ debent ligari, & eisdem subiacere,& humiliter se subiugare.Vnde Eccles.Iugum & lorum curuãt collum durum. ¶Sicut hic in principio huius c.dicitur,Salomon ante omnia ędificauit domum dñi septẽ annis, & octauo anno compleuit postea ad ędificandum domum sibi,domum vxori domum saltus quasi communitati se conuertit, & domũ suam annis tredecim consummauit. Minore igitur tempore ædificata est domus domini, & antequam aliæ domus seculares, quamuis difficilioris & sumptuosioris fabricæ in omnibus extitisset.Et hoc(vt dicit comestor) quia in ædificatione domus domini tam Rex quàm populus feruebat,& in ædificatione aliarum remissius laborabat.¶Ista possunt exemplariter allegari, quòd illa,quæ pertinẽt ad Deum,& Dei cultum,sunt omnino facienda, quamuis sint difficiliora, quam nostra negocia.Hiere. 48.Maledictus,qui facit opus domini fraudulenter. Alia littera habet, negligenter . Rex enim Salomõ idest quicunque discretè &

pacifice seipsum regens,prius & ante omnia debet ędificare in seipso domum Deo per gratias,& virtutes. Postea vero sibi,& vxori,& populo potest licite prouidere,& de vtilitate tam sui,quam aliorum attentius cogitare. Christus.a. valde est festinus, vult enim quòd sibi antequam nobis seruiamus,& quòd honorem ipsius spiritualem nostris temporalibus commodis præferamus.Vnde ipsius videtur esse illa vox.Fac mihi primum subcinericios panes,tibi autem,& filio tuo facies postea,quia pro certo prosperius nostra fiet mus,quando de illis primo quæ ad Deum pertinent,cogitamus.Vnde.Matth 6.Primum quærite regnum Dei & hæc omniam adijcientur vobis. ¶Salomon ædificauit quattuor domos, scilicet domum Deo,domum filiæ pharaonis,domum sibi, & domum saltus.Sic vere homo in se debet moraliter ædificare per deuotionem, & iugem memoriam domum Deo, ipsum per gratiam hospitando , domum reginæ idest beatæ virgini,ipsam per deuotionem in mẽte habendo:domum sibijpsi,de salute propria cogitando; domum saltus, idest pœnitentiam per eam de mundo ad patrem saltando. ¶Vel dic quòd qlibet debet in Hierusalem , idest in mente sua quattuor domos ædificare,& eas sibi per magnam memoriam complanare , scilicet domum Dei, paradisum,domum saltus seu præcipitij idest infernum,domum reginæ, scilicet animæ idest corpus proprium , domum suam idest mundum.Habe igitur in mente , & considera quanta sit domus paradisi fælicitas.Vñ Baruc.3.O Israel quam magna est domus Dei. Quanta est domus inferni periculositas. Ista est .n.domus saltus in qua qui præcipitantur, rumpunt sibi collum,vnde Iob 30.Scio ꝙ morti tradés me,vbi constituta est domus oĩs viuẽtis. Quanta sit domus aiæ.i. proprij corporis fragilitas,dĩ.Iob 4.Qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum . Quanta sit domus suæ.s.mundi vanitas,& rumosa debilitas,dicitur.Matt.7. Descendit pluuia,& venerunt venti,& ruerunt super domum illam.

CAPITVLVM NONVM TEXTVS.
Factum est autem cum perfeciſſet Salomon ędificium domus domini.Moralit. Cap. 7.

HIc dicitur ꝙ Salomon populum, qui remãsit de chananeis,quod filij Israel subiugare neqeuant; subiugauit, & tributarios fecit,de filijs vero Israel neminẽ seruire coegit,sed eos bellatores,& duces,& ministros suos fecit.¶Sic vero noster Salomon Christus,non vult, ꝙ aliquis filius Israel i.aliquis christianus fidelis seruitute peccati prematur, sed potius,ꝙ in nobilibus officijs,s.in virtutum , & bonorũ exercitijs eidem famuletur:gentiles vero.i.malos,& peccatores sibi tributarios & seruos efficit,inquantum Dei prouidentia ipsos ad seruiendum,& proficiendum bonis compellit , & inquantum eorum malicijs ad salutem fidelium vtĩ, & ipsorum nequitias ad bonum electorũ ordinat, & disponit.Hierem.25.Et inde est,quòd dominus Nabuchodonosor pessimum seruum suum vocat,pro eo quòd ipse contra seruos pestilentes eo tanquam pro baculo vsus fuit,vnde dicitur.2.Re.8.Facta est syria seruiens Dauid &c. Vnde & dominus dicit.Ezech.29.Nabuchodonosor seruitute seruiuit michi aduersus tyrum.¶Vel dic, quòd filij Israel sunt viri ecclesiastici,qui pro certo non debent seruire, nec opera seruilia facere,nec se in seruilibus mundi officijs occupare, sed duces aliorum,s.per sciẽtiam,& eruditionem,& bellatores contra vitia,& ministri quantum ad spiritualia obsequia debent esse. Seruitium vero huiusmodi debent chananeis,idest secularibus dimittere,qui regi Salomoni Christo debẽt in huiusmodi officijs, negocijs,& litigijs deseruire, vndebene dicit Apostolus.1.Corin.7.Precio magno empti estis,nolite fieri hominum serui. Ideo bene dicit idem Apostolus.1. Corin.6.Seculatia iudicia si habueritis,contemptibiles qui sunt in ecclesiã , illos constituite ad iudicandum. Cuius tamen contrarium faciunt hodie filij nostri Israel,idest clerici,religiosi,& prælati, qui scilicet seruire principibus,& officijs,& negocijs secularibus gloriantur,& libertatem spiritualem,qua seruire Deo deberent,dedignantur, qui tamẽ deberent attendere illud Actuum 6. Non est equum nos dimittere verbum Dei,& ministrare mẽsis.¶ Hic dicitur,quòd Rex Salomon fecit classem in asiongaber,qui est portus maris rubri,

A ris rubri,& adiũctis seruis hyram regis tyri uiris utique nauticis,& gnaris maris cum seruis suis,misit eos in ophir,quæ est insula maris indici,ut inde afferrent sibi aurum.Qui scilicet primo anno quadraginta uiginti auri talenta , sicut hic dicitur capitulo sequenti,semper illic de termino in termi num deferentes redibant,& Salomoni aurum, & argẽtum, dentes elephantorum.pauones & simias deferebant. Magnificatusque est Rex Salomon diuitijs,& sapiẽtia super omnes reges terrę,& vniuersa terra desiderabat videre faciem Salomonis,& audire sapientiam eius,& singuli deferebant ei munera,vasa scilicet argẽtea & aurea, vestes & arma bellorum,equos & mulos,sicut hic dicitur.2.Paral.9. In diebus eius tantum fuit argenti in Hierusalem , sicut & lapidum & cedrorum, sicut etiam sycomorum.Ita quòd argentũ in Hierusalem tũc temporis nullius valoris reputabatur,cum auri summa copia haberetur. ¶Ista possunt exponi allegoricæ de Christo.Constat enim quòd Salomon,idest Christus classem seu nauium multitudinẽ , idest diuersorum statuum ecclesiæ turbam in mari pœnitentiæ statuit, & ibi cum seruis suis idest cum sanctis,& catholicis viris seruos hyram regis gentilis,idest seruos mundi, videlicet philosophos viros,& nauticos,& maris,idest naturę rerum fluxibilis sapientes,& gnaros,qualis fuit Dionysius adiunxit,inquantum ipsos ad fidem conuertens suis fidelibus sociauit . Isti igitur per mare pœnitentiæ nauigantes de ophir, idest de mundo ad ipsum Salomonẽ, idest Christum multas diuitias spirituales ad ipsum detulerunt,& ipsum,& ciuitatem Hierusalem,idest ecclesiam tam militãtem quàm triumphantem multipliciter bonis personis, virtutibus, & scientijs ditauerunt. Constat enim, quòd isti nautæ tam hyram quàm a lij adiuncti attulerunt ad Christum aurum, idest sapientiam,& argẽtum,idest eloquentiam,dentes elephantorum,hoc est ebur idest castimoniam,pauone, scilicet aues pictas.i. honestam apparentiam,simias,bestias summe agiles,i.laborum, & operum diligentiam.¶Vel alio modo isti nautæ attulerunt Christo, inq̃tum,s.eos ad fidem conuerterunt,aurum.i. philosophos , &
B sapientes,argentum.i.poetas,& eloquentes, dentes elephãtorum,idest crudeles tyrannos,& principes omnia deuorãtes, pauones curiosos,& in pẽnis,i.in exteriori pulchritudine seu prosperitate gloriantes,simias,i.hypocritas, hoc est hominum rationabilium , & sanctarum personarum non rem sed effigiem.i.similitudinem prætendentes.Sic igitur Salomon noster fuit in ecclesia ditatus, & super omnes reges idest super omnes Deos magnificatus.Psalm.96.Nimis exaltatus est super omnes Deos. Sibi enim quotidie offeruntur munera,i.boni religiosi,qui voluntarie Deo donantur. Vestes,i.viri misericordes,qui alios fouere,& calefacere dinoscuntur,arma bellica,idest viri scientifici,qui corpus ecclesiæ maculis hæreticorum protegere comprobantur,ęqui id est boni obedientes,qui supernæ disciplinæ subijciuntur,& muli, idest boni rustici, & laici , qui omnibus laboribus secularibus exponuntur vasa etiam argentea , & aurea,id est viri,qui sapientiam,& eloquentiam profitentur.Talibus igitur muneribus Christus ditatur,& in Hierusalem, id est ecclesia spiritualiter fœcundatur , & sic verificatum est illud. Psalm.71.Reges tharsis & insulæ munera offerent &c. ¶Vel dic ꝙ quando Salomon,i.sapiens prælatus regnat in Hierusalem,i.in ecclesia , tunc vere ab hominibus honoratur, & diligitur,& à regibus & nautis.i.à maioribus, & minoribus donis & diuitijs fecundatur.Vnde Iob 41. Sternet sibi aurum quasi lutum. ¶Vel dic ꝙ quamdiu Salomon.i. Christus, in Hierusalem,i.in regione vel ecclesia per deuotionem regnauit,s.in ecclesia primitiua,tanta copia auri .i. bonorum spiritualium ibi fuit, ꝙ argentum ardens gentem.i. diuitiæ mundanæ nihil ibidem reputabantur, & à viris ecclesiasticis pro nihilo habebantur. Quapropter tunc reges terræ, & nautæ idest pricipes,& populares ipsi Christo, & ciuitati suæ Hierusalem,i.ecclesiæ vndique munera offerebant, reddebant & prouentus dabant, & sic ecclesiam diuitijs cumulabant eo.s.quòd ipsas non amare nec reputare diuitias tunc videbantur. Nunc vero econtrario, quia apud nos argentum diuitiarum diligitur,ideo à regibus,& à nautis,i. ab ipsis secularibus non solum nihil nobis offertur, immo etiam quod prædecessores sui nobis dederunt, per eos surripitur. Ecclesia enim diuitijs,quando ipsas non diligebat,solebat

abundare, nunc autem cum ipsas appetit, ad sufficientiam C non potest de eis inuenire.Vnde Eccles.11.Si secutus fuerit, non apprehendes &cæ ¶Vel dic ꝙ Salomon cum esset ditissimus, omnes offerebãt sibi. Sic vere hodie illis,qui plus habent,vt communiter,magis datur.Ideo dicitur Matt.25.Habenti dabitur,& abundabit &c.

CAPITVLVM DECIMVM TEXTVS.
Sed & regina Saba audita fama Salomonis.Moralitatum Cap. 8.

HIc dicitur ꝙ cum Salomon esset sapientissimus,vniuersa terra desiderabat videre faciem eius, & audire sapientiam eius.Vnde,& regina Saba venit in nomine domini audita fama, ipsius,vt ẽtare eum in enigmatibus suis.Intrauitque Hierusalem cum comitatu multo,& cum infinito auro & lapidib.preciosis,aromatibus & camelis. Et instructa à rege super omnibus,quæ petiuit,videns sapientiam eius,cibos mensæ suæ,habitacula seruorum, ordinem ministrantium,vestesque eorum,& pincernas,domumq; quam ædificauerat,& holocausta,quæ offerebat,non habebat vltra spiritum præ stupore, quapropter admirando dixit ad regem. Verus est sermo,quem audiui. Non credebam narrãtibus mihi Ipsa veni & uidi.Maiora sunt opera tua,quam rumor,quẽ audiui.Beati sunt seruitui,qui stant coram te, & audiunt sapientiam tuam.Deditq; Salomoni aurum, & aromata & lapides preciosos . ¶Illud exponunt doctores de ecclesia de gentilitate collecta,quia.s.regina Sabba,quæ gentilis erat.i. ipsa gentilitas , ubi per fidem venit ad Salomonem Christum,cum comitatu plurimo,& multitudine conuersorum, & fidei secreta cognouit, quãplurimum miratа est de sapiẽtia eius.i.de uerbo incarnato,quod est sapientia Dei patris, vel de sapientia,& scientia sacræ scripturæ,& doctorum ecclesiæ sagacitate præclara mirata est,& de cibis mensę suę,i. de sacramento eucharistiæ,de vestibus seruorum,i.de honestate virtualis apparentiæ,de habitaculis seruorum,i. de diuersis statibus ecclesiarum de ordine ministrorum,i.diuersis ecclesiasticorum gradibus,de pincernis, qui vina sciẽtiarũ D propinent.i.de ecclesiæ doctoribus , de domo ædificata.i.fidelium congregatione, de sacrificijs oblatis.i. de bonorum operum executione. Hocenim videns , & considerans hæc gentilitas,i.populos de gentilitate conuersos, obstupuit,& statim in Dei laudem exultãdo prorupit. Non credebam(inquit)narrantib.mihi,donec ipsa ueni,& uidi,quia ad litterã gentiles nõ possunt credere bonas virtutes,& perfectiones quæ sunt apud Christi fideles,donec ueniant,credant, & videant vniuersa,& tunc pro certo Christo dicunt. Beati serui tui,qui stant coram te.Tunc etiam ista regina,s.gentilitas, per fidem,à Salomone Christo edocta,aurum philosophiæ ei obtulit,& lapides præciosos diuersarum virtutũ sibi contulit,& aromata sanctitatis,& bonæ famæ in Hierusalem.i. in ecclesia militante protulit,& diffudit,siue ẽt ab ipso vice reciproca dona,& munera gratiæ,& gloriæ reportauit . Vñ dñ.Luc.6.Date & dabitur vobis.¶Vel dic,ꝙ ista regina est anima,quæ à vitijs purgata,ad Salamonem Christum in Hierusalem cœlestem cum comitatu multo.s. angelorum, necnõ cum auro,& lapidibus præciosis diuersarum virtutum finaliter ingreditur,& regis Christi sapientiam ac ministrorum .i.sanctorum,& angelorum ordinem ciborum mensæ.i.ęternæ refectionis plenitudinem,& dulcedinem,vestium.i.corporum glorificationem,pulchritudinẽ domus.i.cęli magnitudinẽ, sacrificiorum.i. Dei laudum multitudinẽ nõ immerito admiratur,se non potuisse credere,qđ oculus vidit, asserit,& seruos Dei,qui.s.faciem eius vident, & coram ipso p immortalitatem stant,& manent,beatos,& gloriosos pdicat,& fatetur.Beati(inquit) serui tui.i.sancti,qui stãt corãte, & vident faciem tuam & audiunt sapientiam tuam, quia sicut dr̃.Psal.143.Beatum dixerunt populum cui hęc sunt,beatus populus,cuius dominus Deus &cę. ¶Fecit Salomon Rex thronum de ebore, & vestiuit ipsum auro fuluo nimis, & fecit sublimitatem throni rotunda à parte posteriori, & duas manus hinc inde tenentes sedile,& duo leones iuxta singulas manus stabãt,sex quoq; gradibus ascẽdebat ad thronũ, & duodecim leunculi super gradus,& sex hinc & sex inde sedebant.¶Per istum thronum potest intelligi beata virgo,

quam

E quam ſolam pacificus Dei filius ſibi ædificauit, & in ea perſonaliter habitauit, & ſedit. Vnde Ezech. 1. Super ſimilitudinem throni ſimilitudo hominis deſuper. Iſta. n. dicitur eſſe de ebore, qui ſignificat caſtitatis candorẽ, operta fuit auro, quod ſignificat ſanctitatis ſplendorem, unum ſedile in ſe habuit, quod ſignificat humilitatis decorem, quia. ſ. humilitas fuit proprium ſedile, quo mediante Dei filius ſedit in virgine. Pſ. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Habuit igitur iſtas duas manus. ſ. timorem & amorem, quæ ſedile humilitatis tenuerunt, habuit duos leones. ſ. Ioſeph, & Ioannem, qui iſtum thronum cuſtodierunt, habuit duodecim leunculos. i. duodecim apoſtolos, qui ſibi obſequendo ſubſeruierũt, habuit ſex gradus. i. ſex pietatis opera, quę ipſam in altum per perfectionis ſanctitudinem eleuauerunt. In poſteriori uero parte, ſ. poſt hanc vitã, rotunditatẽ. i. coronã æternæ gloriæ, q̃ ſibi angeli præparauerunt, accepit. 1. Corint. 9. Vnde fecit Rex ſolium eburneum grande, & veſtiuit illud auro mundiſſimo. ¶Vel dic q̃ iſte thronus ſignificat celſitudinem eccleſiaſticæ dignitatis, vel ſublimitatem cuiuslibet iuridicæ poteſtatis, in quo. ſ. Salomon rex. i. prælatus, princeps, uel iudex habet ſedem & iuſtitiã facere & tenere. Pſal. 9. Sediſti ſuper thronũ, qui iudicas æquitatem. Igitur dico q̃ in throno multa debent concurrere, ſ. ebur mundi, & candidũ, hoc eſt mũda intentio uel innocẽtia. Aurum, hoc eſt clara diſcretio uel ſapientia. Sedile. i. mentis tranquillitas, & temperantia. Manus hæ ſunt, porrecta largitas, & munificẽtia. Leones hi sũt fortis ſeueritas, & iuſtitia. Sex gradus hi ſunt, operum ſex pietatis, benignitas atque clementia. Duodecim leunculi hi ſunt, bonorum officialiũ conſiliariorum ſocietas, & concomitantia. Poſterior vero rotunditas hæc eſt, finalis, breuis & rotunda expeditionis cælerítas, & feſtinantia. Omnia iſta debent in throno prælaturæ ſeu poteſtatis iudiciariæ concurrere, & ille, qui in throno ſedet, debet his omnibus præpollere, & ſic de tali iudice vel prælato dicet dominus illud. Pſal. 88. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis. Et ſi vis, dic q̃ manus iſtius dicuntur eſſe duæ, quia. ſ. munificẽtia prælati ad. duo ſe extendit, ſ. ad indulgendum, & ad tribuen-
F dum. Leones autem iſti dicuntur duo quia iuſtitia prælati in duobus conſiſtit, ſ. in abſoluendo, & condemnando. Duodecim leunculi eſſe feruntur, quia. ſ. officiales, & aduocati, qui ante thronum. i. in curia dominorum in diuerſis officijs, ſedent, debent duodecim articulos credere, & doctrinam duodecim Apoſtolorum tenere, duodecim fructus ſpiritus portare, & coronam duodecim ſtellarum promereri, & expectare, quia. ſ. de eis debet dici illud Apocalyp. 14. Sine macula ſunt ante thronum Dei. ¶Vel ſi vis dic q̃ duo leones magni ſunt duo aſſeſſores, leunculi vero iudices inferiores. Vel ſi vis dic in malo, q̃ thronus curiæ, & ſtatus prælatorũ, iudicum, & principum modernorum, eſt hodie deauratus per diuitiarum cumulationem, quia. ſ. hodie non quæritur niſi aurum. Eſt etiam ibi ſedile, vbi ſedet Salomon manibus ſuſtentatum per multiplicem adulatorum obſecutionem. Eſt à duobus leonibus aſſociatum, per crudelem conſiliatorum atque aſſeſſorum ambitionem. Ibi ſunt diuerſi gradus & oſtia multa intermedia, per quæ tranſire oportet, q̃ faciunt aditus difficultatem, & hoc quia ibi ſedent leunculi ideſt officiales balliui, qui auaritiam diligunt, & rapacitatem. ¶Vel etiam diuerſi gradus ſunt diuerſa inferiora officia huius curiæ, in quibus. ſ. leunculi ſedent, i. crudeles iudices, qui omnimodam ſectantur iniquitatem. Pſal. 103. Catuli leonum rugientes vt rapiãt, & q̃rãt à Deo eſcam ſibi. Quia breuiter circa thronos & curias dominorum, tria genera perſonarum in diuerſis gradibus & officijs habitare noſcũtur, ſ. manus, Leones & leunculi, i. adulatores filium ſuſtentantes, magni conſiliarij cuncta leonice deuorãtes, inferiores & maiores balliui & leunculi, quicquid poſſunt crudeliter rapientes, vt ſic de tali iudice in tali throno ſedẽte, vt de tali malo prælato in prælationis culmine præſidente exponatur illud Ezechiel. 19. Mater tua leena cubat inter leones, in medio leunculorum nutriuit catulos ſuos. Vnde etiã talis prælatus ſic aſſociatus poteſt dicere illud Dan. 14. Qui ſedebat in medio leonum, i. in medio crudelium ſeruitorũ. Iudex. n. vel prælatus deberet dici pater iſte, cum mater hodie ſit leena &c. ¶Vel dic q̃ thronus, i quo ſedet Rex noſter Chriſtus, eſt eccleſia, quæ debet habere ebur, ſ. viros caſtitate nitentes, aurum. i. viros ſanctitate fulgentes, ſedile. i. viros æquitate pollentes, manus, & viros bonis operibus abundantes, leones, i. viros virtute gratia præeminentes, & gradus, i. ſtatus ſuos cuſtodientes & eccleſiam defendẽtes. Vnde dicitur. 3. Reg. 7. Sculpſit inter coronas & plectas, leones, boues, & Cherubin. ¶Vel dic q̃ thronus iſte ſignificat æternæ gloriæ ſedem & dignitatem, ad quam. ſ. per gradus ſex operum miſericordiæ aſcenditur & in quo in auro æternæ ſcientiæ & ebore munditiæ ſedetur, & eũ leonibus & leunculis. i. cum ſanctis maioribus, & minoribus habitatur. ¶Vel dic, quòd ad thronum prælaturæ non cito quis proceden-dus eſt, ſed per gradus diuerſorum officiorũ ſuperius eſt ascendus. ¶Vel dic q̃ thronus Dei eſt viri iuſti conſcientia, q̃ pro certo debet habere ebur continentiæ, aurum ſapiẽtiæ, ſedile iuſtitiæ, leones fortitudinis & conſtantiæ, manus bonæ operationis, gradus diuerſorum ordinationis, leũculos obedientiæ, & ſubiectionis, rotũditatẽ ſimplicitatis, & virtutis ſeu carentiam omnis angulositatis, & deceptionis, & ſic de tali ſolio ſiue ſede poteſt dici illud. Apocal. 22. q̃ ſedes Dei & agni eſt in illa, ſ. in anima viri iuſti. Quia ſicut dicit ſapiens. Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Ita q̃ tunc dicet dominus illud Eſa. 66. Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. ¶Vel ſi vis dic, q̃ ad altare domini prohibebatur aſcenſus per gradus, ad thronum tamen Salomonis regis habebatur aſcenſus. ¶Sic vere dico quòd licet ad promotiones, & dignitates ſecularium principum per gradus conſanguinitatis, & affinitatis, i. per acceptionem perſonarum habeatur acceſſus, ad altare tñ Chriſti. i. ad dignitates eccleſiæ, non debent inueniri tales gradus, ſed nulla conſanguinitatis affectione ſeruata, omnibus iuſtis indifferenter facilis debet patere ingreſſus. ¶Fecit Salomon ad magnificentiam regni ſtatus arma aurea, & vaſa aurea, & ſuppellectilem auream. In domo enim ſaltus fecit ducenta aurea, ſcuta & vaſa aurea, & quodlibet ſiclorum ſexcentorum, trecentas plectas aureas ponderum laminarum auri per ſingulas, & ducentas lanceas aureas, vt dicitur in libro. Paral. 9. Iuuenes igitur flaui iſta arma flaua atque aurea ante regem quando æquitabãt, ad decorem portabant, & poſtea domo ſaltus ipſa ponebant. Scutis igitur aureis Salomon ſuam ciuitatem muniuit, ſed ſicut infra dicitur 3. Reg. 11. Filius eius Roboam iuuenis, & fatuus poſt ipſum regnauit, cõtra quem aſcendit Rex ægypti Seſach & depopulatis theſauris domus domini, etiã ſcuta aurea inde tulit, loco quorum Roboam ſcuta ærea fabricauit, peccauerat. n. populus Iuda domino, & fecerat ſibi ſtatuas, lucos effæminatos, & cultores cybele, qui erant in terra, propter quòd Deus aduerſus eos Seſach ſuſcitauit, qui in Hieruſalem intrans cuncta diripuit & vaſtauit, Etiam vt ponit Comeſtor (ſicut aiũt hæbrei) auis per quinquaginta annos ſuper hieruſalem nõ volauit, ita q̃ fere populus iudaicus deſperauit. ¶Salomon eſt bonus prælatus, ſapiens & fidelis, & pacificus, qui re vera qñ in Hieruſalem. i. in eccleſia ſancta Dei, ipſam ſoleat omnibus bonis temporalib. & ſpiritualib. ditare, & uaſa aurea & veſtes aureas. i. ſcientias, & virtutes ibi fabricare, & ma aurea. i. ſanctos & fortes virtuoſos viros ibidem conſtituere, & locare. Vnde dr. 1. Paral. 9. Cuncta uaſa domus ſaltus libani erant ex auro puriſſimo. Sed pro certo ſæpe fit, q̃ populus Iuda. i. populus eccleſiaſticus contra Deum peccat, & ſtatus & mundi bona per auaritiam lucos ſeu alta nemora hoc eſt mundi honores per ſuperbiam adorant, & ſe per luxuriam effeminant, & eneruant, quapropter Deus Salomone. i. bono prælato ipſos priuat, & loco eius Roboam, q̃ interprætatur ineptus uel diſſipans populos, ideſt malũ uel impetuoſum prælatum, eorum peccatis creat. Vnde Iob 34. Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Talia igitur videns Deus, manum ſuam ſolet laxare, & regem, populum & ciuitatem Hieruſalem, i. prælatos, ſubditos, & totam eccleſiæ ciuitatem ſolet in manu ſeſach regis ægypti, qui interprætatur tenebræ, i. manus regis tenebrarũ. i. diaboli ſolet dimittere, quia. ſ. mediante exercitu vitiorum, & tyrannorum theſauros domus domini, i. virtutes ſpeciales & diuitias temporales eccleſiæ ſolent diripere, arma aurea. i. bonas & aureas perſonas, quæ re uera arma eccleſiæ ſunt, ſolet ſurripere, & auferre, ita q̃ iã ceſſat auis, ideſt vir contem-

A contemplatiuus, & ſpiritualis ſuper Hieruſalem. i. totam eccleſiam volitare. Vnde Hiere 4 Omne uolatile cœli iam receſſit. Vnde de Antiocho dicitur, quòd ipſe accepit altare, vaſa aurea, & ornatũ aureum & theſauros occultos de domo domini. Quid igitur? Pro certo quia diabolus arma aurea, ideſt viros ſanctos de eccleſia ſuſtulit, iam uidemus, q̃ Roboam. i. mali prælati arma non aurea, ſed ærea, faciunt, ideſt malas perſonas inſufficientes, non gnaros in eccleſia conſtituunt atque ponunt, & loco bonorum hominum æreos, ideſt imbecilles, clamoroſos, litigioſos, & impatientes, rubiginoſos in Hieruſalem, i. in officiis, & dignitatibus eccleſiæ promouent & extollunt. Et breuiter (ſicut actum eſt) quod diabolus & uicia pro magna parte bonas perſonas de eccleſia ſuſtulerunt, etiam prælati loco bonorũ impias ſubſtituerunt perſonas. Quod etiam apud principes cernimus, quia ſcilicet de eorũ officiis, & curiis boni quotidie euelluntur, mali vero cõſtituũtur, & pro eis in officijs eriguntur. Vnde dicit Pſ. 34 Retribuebant mihi mala p̃ bonis, ſterilitatem animæ meę. Vel dic quòd Roboã, ideſt malus eccleſiaſticus, ſi contigerit, quòd Seſach, ideſt diabolus arma aurea, ideſt virtutes, & ſcientias, quæ ſcilicet arma Salomon, ideſt boni prælati antiquitus in eccleſia fabricabãt, & eam talibus armis contra hoſtes ſpirituales muniebant (dicentes illud Apoſtoli. 1. Corin. 10. Non ſecundum carnẽ militamus, ſed ſecundum ſpiritum. Arma enim militiæ noſtræ non ſunt carnalia) ſibi auferat, & inde ipſum euacuet, & Hieruſalem, ideſt eccleſiam ſuam talibus ſpoliet, & denudet, non ſtudet nec curat talia arma, ſcilicet uirtutes, & ſciẽtias, reficere, nec eas in ſua eccleſia reſtituere, ſed potius ſtudet arma ærea, ideſt æs pecuniarum recolligere, & oblitis ſpiritualibus temporalia congregare. Et ſic proculdubio hodie uidemus in Hieruſalem, ideſt in eccleſia æs pro auro, bona terrena pro ſpiritualibus, diuitias pro uirtutibus abũdare. Vnde dicit Eſaia 3. Et erit pro ſuaui odore fetor &c. Ideo bene dicit hodie ſapiens illud Eccleſiaſtes tertio. Vidi in loco iudicii impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas.
Moralitatum. Cap. 9.

B CVm Salomon in ſumma proſperitate vixiſſet, & iam ad ſenium declinaſſet, adamauit mulieres alienigenas, quæ traxerunt eum ad deos ſuos, & auerterunt cor eius cum iam ſenex eſſet, & adorauit Deos alienos, & fecit eis Phana, & altaria in excelſis, ſ. altare deę ſidoniorum, quæ interpretatur præſepe: Chamos Deo amonitarum, qui interpretatur congregans, & Moloch Deo moabitarum, q̃ interpretatur rex. Quapropter ipſo adhuc uiuente, hoſtes ſibi dominus ſuſcitauit, & poſt mortem eius regnum eius diuiſit, & filio eius ſolam decimam partem dedit. ¶Sic vere ſepe fit hodie, quòd illi, qui maiori proſperitate fruuntur, & ampliori mundi ſapientia dotantur, quandoque facilius p̃ luxuriam decipiuntur, & per mulieres ad mala plurima trahuntur. Quod etiam facilius accidit, quando homines ſenectute corporali premuntur, vel ſenectute ſpirituali, i. mala conſuetudine ac diſcretionis hebetatione grauantur, quia ſcilicet tunc ad adorandum altare deæ ſidoniorum, ideſt præſepe luxuriæ, chamos, ideſt congregationem auaritiæ, moloch ideſt regnum ſuperbiæ facilius inclinantur. Bene igitur dicit ipſemet in Prouerbiorum 6. Mulier precioſam viri animam capit. ¶Vel iſta allega, quod nullus pro tẽpore vitæ huius de propria ſanctitate debet præſumere, ſed potius occulta Dei iudicia debet formidare, quando ſcilicet videt Salomonem poſt infuſam ſapientiam à Deo poſt executam contra malos iuſtitiam, poſt domum Dei ædificatam, & poſt diuini cultus latriam dilatatam, tam enormiter cadere, vt etiam contra legem alienigenas diligens, Deos eorum non abhorruit adorare. Ira quòd tam propter peccatum, quod commiſiſſe legitur, & contra proſperitatem, quam habuit viuens, tam abundanter affluxiſſe dinoſcitur, & pro eo quod de eius pœnitentia nihil penitus inuenitur, neceſſe ſit de damnatione ipſius dubitare. bene igitur dicitur apoſtolus 1. Corin. 10. Qui ſtat, uideat ne cadat. ¶Abias propheta indutus pallio nouo, Hieroboam de Hieruſalem exeunti obuians coram eo pallium ſuum ſcidit in duodecim partes, diuidens decimam partem Hieroboam dedit, & regnum Iſrael diuidendum, & decem tribus ſibi dandos ex parte domini nunciauit. Quod utique factũ eſt, quia poſt mortem Salomonis decem tribus à Roboam Salomonis filio receſſerunt, & Hieroboam adhæſerunt. Nã cum populus conueniſſet mortuo Salomone, ipſumque regem conſtituere uellet, & ſibi paululum relaxari de iugo p̃ Salomonem impoſito poſceret, & Roboam ſenum ſpreto conſilio, qui ſibi conſulebant, populo acquieſcere, & iuuenum, qui ſecum nutriti fuerant conſilio vſus, petitionem populi non audiret, ſed grauius iugum comminatus verba dura, porti⁹ reſpõderet. Pater meus (inquiẽs) cecidit vos flagellis, ego autem uos cedam ſcorpionibus. Minor digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Populus decem tribuũ indignatus ab eo receſſit, & emulum eius Hieroboam regem ſuper ſe cõſtituit, & elegit. Quæ inquiunt nobis pars i Dauid, aut quæ hæreditas in filio Iſai? Nunc vade in tabernacula tua Iſrael, ſicut infra cap. ſequenti requiritur. ¶Iſta poſſunt allegari, quòd iuuenes principes atq; reges magis diligunt iuuenes quàm ſenes, & illos, qui ſecum ſunt nutriti, quàm prouectiores, qui ſenſu, & fide à ſuis principibus ſunt probati, quapropter quandoque talibus male accidit, ita quòd propter tale iuuenile conſilium, populus contra eos inſurgit, & ab ipſis fugit, & recedit. A ſenibus igitur, nõ à iuuenibus conſilium eſt petendum, & ab ipſis, qui ſteterãt coram Dauid ideſt ab illis, qui ſapientibus adhærent, & quos patres noſtri fideles & prudentes comperterunt, eſt cõſiliũ & auxilium inquirendum. Vnde Tob. 4. Conſilium à ſapiente require. Vel illud allegari poteſt contra duritiam, & crudelitatem principis vel prælati, & contra minas, & iactantiam eorundem, quę quandoque odium populi generat, & contra ſe populum ſubditorũ excitat, ita q̃ ad eum dimittendum, & deponendum, & ad alium ſubſtituendum anhelat, ſicut videmus quotidie ad litteram fieri contra crudeles iudices, & prælatos, qui tamen ſi minus agerent, & de rigore ſuo aliquid prætermitterent, pacifice uiuerent & honorifice imperarent. Ideo bene dicitur Prouer. 13. Miſericordia & ueritas cuſtodiunt regem.

C

D

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Venit Roboam in ſichem, illuc enim congregatus erat. Moralitatum. Cap. 10.

HIc dicitur quòd cum Roboam miſiſſet ad aduram principem tributorum ad populum reducendum, occiderunt eum. Lapidauit enim eum omnis populus Iſrael & mortuus eſt. ¶Illud poteſt allegari de beato Stephano, qui fuit princeps, ideſt primo incipiens, quia primus martyr. Qui cum uellet filios Iſrael, ſcilicet iudæos, qui a rege Chriſto receſſerant, prædicando & diſputando ad ipſum reducere, & conuertere, ab ipſis fuit crudeliter lapidatus. Ipſe uero Iſraelitarum ideſt iudæorum populus a ſuo rege Chriſto penitus ſegregatur, & alteri regi, ſcilicet Hieroboam, qui interpretatur diuiſio populi, ideſt diabolo eſt colligatus. Vnde dicitur. 1. Paralip. 10. Lapidauerunt aduram filij Iſrael, & mortuus eſt. Vel expone aliter ut ad propoſitum. 1. Ioan. 4. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. ¶Vel expone aliter ſicut cap. 10. de lapidibus & cętera. ¶Hic dicitur quòd cum filii Iſrael recedentes a domo Dauid, Hieroboam inuxiſſent in regem, timuit ipſe rex ne occaſione templi populus orationis, & oblationis cauſa in Hieruſalem reuerteretur, & ab eius dominio dilaberetur. Fecit ergo duos uitulos aureos, & conflauit, & ipſos in bethel facto altari conſtituit & conuocato populo dixit. Nolite (inquit) in Hieruſalem aſcendere, ecce dij tui Iſrael, qui eduxrunt te de terra Aegypti. Et facta ſolennitate, hoſtias immolauit, & ſic populum ad idolatriam traxit, & ne regnum amitteret, ſe & ſubditos ſuos dæmonibus ſubdidit & a vero Deo & tẽpli frequentia deuiauit. ¶Iſtud allega, quomodo domini pro terrenis regnis, & diuitiis acquirendis vel ſeruandis, quandoq; non uerentur horrenda crimina committere, & Deo dimiſſo dæmonibus obedire. Epheſ. 5. Ideo bene dicit Apo-

E stolus, quòd est idolorum seruitus. ¶Vel si vis dic, ꝙ Hieroboam significat dæmones vel hæreticos, qui.s. de pallio nouo, seu de regno Israel, idest de ecclesia decem tribus seu decem scissuras tollunt, qñ cultores decalogi a domino suo. s. à Deo peruertunt, vna vero sola pars regi remanet pro eo ꝙ electorũ modicus numerus cum Christo remanet, & adheret. Vñ dr̃ Matth. 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi.

CAPITVLVM XIII TEXTVS
Et ecce vir Dei uenit de Iuda in sermone domini in bethel. Moralitatum Cap. 11.

CVm Hieroboam in bethel super altare nouum vitulis aureis sacrificaret, ecce uir Dei venit de Iuda, & clamauit in sermone domini contra altare dicens, ꝙ de domo Dauid filius Iosias nomine nasceretur, q sacerdotes excelsorum super eum immolaret, & ossa humana combureret. In signum cuius dixit ꝙ statim altare frangeretur, & cinis de ipso caderet, quod & factum est. Rex uero extẽsa manu cõtra prophetã ipsum capi iussit, manus vero eius extensa statim aruit, sed per preces viri Dei ad sanitatem pristinam rediit. Tandem vero lapsu temporis, omnia ista completa fuerunt, quia sicut dicitur infra, ossa sacerdotum Baal & excelsorum, desuper istud altare combusta per Iosiam regem Iuda fuerunt. ¶Istud potest allegari, quod ĩ quo peccat q̃s, in hoc & punitur. Quia.n. sacerdotes in altari per idolatriã peccauerunt, ideo in eodem per Iasię iustitiam perierunt. ¶Vel dic, quòd altare istud significat curiam principum vel prælatorum, in quo, scilicet vituli aurei.i. ipsi lasciuientes diuites edorantur, & ab omnibus honorantur; sacerdotes, qui ista idola in altari isto colunt, sunt talium officiales & seruitores, qui.s. in altari & curia idoli sui.i. mali domini sui hostias, idest pauperes immolant, & eorum carnes seu substantiam temporalem suis idolis.i. suis malis dominis offerunt & præsentãt, & de rapinis subditorum oblationes largas, & conuiuia superflua eis parant. Vnde isti sunt, de quibus dicitur. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pau-
F peris, quasi qui offert filium in conspectu patris. Et bene dicit, filium in conspectu patris, q̃a mali officiales offerunt patrib. deuorãdos filios, qñ magistris suis exhibent subditos deprædandos, carnesq; propriorum filiorum eis offerunt, qñ de substantijs subditorũ suorum, quæ rapiunt, eos pascunt. Sed quid? Pro certo sæpe occulto Dei iudicio, & Iosiæ.i. alicuius boni viri ministerio, quandoque fit quòd isti versa uice in eodem altari in quo pecudes immolauerunt, quòd etiam ibidem eorum ossa.i. eorum fortitudo & diuitiæ per rapinam postea concrementur. Istud.n. quotidie videmus, ꝙ sacerdotes uitulorum, & idolorũ.i. mali officiales, & balliui malorum principum, & dominorum, postquam in ipsorũ altari.i. in eorũ officio & curia, cui præsidebant, multas pecudes.i. multos pauperes occiderint, & depresserint, & vastauerint, & per falsas accusationes, & actiones deuorandos, & exhæredandos magistris suis obtulerint, ipsi simili causa a qua ab aliis postmodũ immolentur, quia.s. qñq; simili casu venit aliquis Iosias.i. aliquis iustus iudex, qui ipsorum iniquitates reperit, & sic ipsos deponi, depredari & tribulari in eodem altari.i. in eodem officio & curia, vbi alios molestauerunt, procurat. Ideo bene dicit Esa. 33. Væ qui prædaris, nonne, & ipse ꝓdaberis? quia cũ consummaueris depredationem, depredaberis. ¶Hic habes ꝙ propheta, qui uenit de Iuda ad increpandũ Hieroboã, fuerat à domino prohibitũ, ꝙ illic nõ comederet, nec aq̃ biberet, nec ꝑ uiã, qua uenerat, rediret. Cũ igit̃ per aliã uiam in Hierusalem recederet, audiuit quidam falsus propheta, qui in bethel senex in lecto iacebat, quæ uir Dei dixisset, & qualiter ossa prophetarũ, & sacerdotum concremanda prædixisset, & qũo altare fractum esset decidentib. cinerib. manus vero regis exaruisset, & ad preces eius sana facta esset. Asinum sibi sterni fecit, vadens post virum Dei, ipsum subter terebinthũ inuenit, & ad conuertendum, & comedendum in domum propriam inuitauit: Cui cum responderet se non posse, cũ à domino sibi esset prohibitum, superaddidit propheta, dicens. Et ego propheta sum sicut & tu, & præcepit mihi dominus ꝙ comedendi gratia te reducam. Igitur vir Dei deceptus post eũ rediit. Et dum comederet, apud eum sermo Dei ad ipsum malum prophetam factus est, & viro Dei sic intulit, ac dixit. Quid (inquit) inobediens fuisti uerbo domini, & reuersus panem in hoc loco comedisti? Ecce non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Quod, & factum est, quia.s. dum post prandium recederet, & leone occisus fuit, & bethel delatus extitit, & sepultus. ¶In his possunt multa notari. Et primo quidem, quòd nulli est cito cõsentiendum, maxime illi quantumcunque propheta vel sanctus appareat, contra Dei præcepta, & prohibitiones credẽdũ, cuius tamen contrarium faciunt illi, qui hypocritis, & hæreticis credunt, & simpliciter Dei mãdata propter eorũ suggestiones prætereunt, & à veritatis itinere retrocedunt, & ipsis credunt factè, quando seipsos esse prophetas dñi.i. iustos & catholicos esse dicunt, quapropter sæpe fit ꝙ proinde à leone.i. à diabolo deuorantur, & ꝙ triste præmium inde recipiunt, & acquirunt. Ideo bene dicitur. 1. Io. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probare spiritus si ex Deo sint. Sic enim uidẽtur decepti scismatici per hæreticos, quia scilicet ipsos esse prophetas & Dei nuncios æstimauerunt, ꝓpter quod ipsis simpliciter crediderunt. Sic etiam quotidie decipiũtur simplices per hpocritas & innocẽtes, &c. ¶Vel dic ꝙ iste vir Dei significat prędicatorem, qui ad redarguendum idolatras, idest peccatores, & ad ostendendum eis pœnam futuram mittitur, & ꝙ hic non comedat seu bibat.i. de mundi diuitiis & delitiis nihil cupiat, quodque per uiam, qua uenit, non redeat.i. ꝙ à uia sumptæ ꝓfessionis, & pœnitentiæ nullatenus retrocedat, sibi in scriptura à domino prohibetur, dicente. Qui in agro est, non respiciat retro. Lu. 17. Memores estote vxoris Loth. Sed quid? Pro certo talis bonus propheta, & prædicator quandoq; inuenit falsos prophetas, & prædicatores, bonorum huius seculi amatores, qui.s. comedere, & bibere.i. bona temporalia diligere sibi suggerunt, & sic à uia perfectionis ipsum retrocedere faciunt & peruertunt, & sic in manus leonis diaboli finaliter ipsum tradunt, & à sepulchris patrum suorum.i. gloria paradisi ipsum priuant occasionaliter & repellunt. Igitur tali modo suggestori non est credendum. Vnde Deut. 13. Non audies verba illius prophetæ aut somniatoris. Vel ista allega ad ostendendum, quanta est seueritas diuinæ iustitiæ, quę isti prophetæ propter simplicitatem non pepercit, sed ꝓpter inobedientiam ipsum leoni occidendum concessit. Quid ergo, vbi nõ ex tentatione vel ex simplicitate delinquitur, sed scienter mandatum domini præteritur. Si.n. in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? ¶Vel istud allega, ꝙ spiritus sanctus quandoque per os malorum, sicut hic patet, per istum malum prophetam, pœna uiri Dei prophetatur, vt.s. qui per os eius deceptus fuerat, per os eius etiam puniretur. ¶Vel istud allega secundum glossam Gregorii, ꝙ iste vir dei inobediendo grauiter peccauit, quod subsecuta pœna monstrauit. Inobedientia tamen eiusdem prophetæ in morte est purgata fuit, quod ex hoc apparet, vt ait, quia post mortẽ leo non comedit de cadauere, nec asinum læsit. ¶Vel illud allega, quòd modica sunt apud Deum mors vel afflictio iustorum in vita ista, dum tamen spirituale commodum subsequatur, quando, scilicet propter unam inobedientiã Dei, virum leoni occidendum uoluit tradere, vt ipsum posset à reatu commissa inobedientię, quæ etiam non ex malitia cõmissa fuerat, extirpare. Heb. 10. Bene ergo dicitur, quòd horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. 1. Co. 5. Tradidi eum sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. ¶Vel illud allega contra inanem gloriam, quia scilicet secundum quosdam iste uidens miracula per se facta, inani gloria intumuit, quapropter Deus manum suam laxauit, vt inobediens fieret, & sic ipsum postea puniuit. ¶Vir Dei recedens de bethel super asinum leonem in itinere obuiam habuit, qui in eum irruens mox occidit, postquam vero occidisset, eum cadauer eius non tetigit, imò iuxta corpus sedens, nec de eo comedit, nec etiam asinum læsit. Quod videns malus propheta, qui eum deceperat, vt prædictum est, & qui secundum Iosephum princeps sacerdotum idolorum erat, cadauer eius sepulchro suo sepeliuit, & filiis suis quòd secum morerentur, in eodem sepelirent, districtius imperauit. Cum mortuus (inquit) fuero, in sepulchro, in quo vir Dei sepultus, me sepelire. Prædixerat enim vir Dei quòd ossa sacerdotum idolorum de sepulchris suis extracta

A tracta super altare comburerẽtur finaliter per Iosiam, sicut prædictum est. 4. Re. 23. Contra quod iste malus propheta voluit sibi prouidere. Quod & factum est, quia sicut dicitur infra. Iosias ossa malorum prophetarum, & sacerdotum in altari bethel, in quo idolis sacrificauerant, combussit. Veruntamen ossibus istius mali prophetæ, pro eo quòd cum ossib. viri Dei sepulta erant, pepercit, ipsaque nec tetigit nec cõbussit. ¶Iste vir Dei, qui propter leuem culpam inobedientiæ seu vanæ gloriæ fuit leoni traditus, significat ꝓprie sanctos martyres, qui.s. uel ad maiorem cumulum meritorum uel ad purgationem aliquorum, quæ præcesserant, delictorũ, leoni.i. mundi tyrannis occidendi à Domino traditi sunt. Sed in multis sic factum est, ꝙ post mortem eius uisis miraculis, ipsi leones & tyranni ipsos persequi cessauerunt, quinimmo iuxta eos per fidem sederunt, & quos uiuentes persecuti sunt, mortuos honorauerunt, & eisdem à se occisis, necnon eorum asinis.i. ipsorum deuotis & seruitoribus obsequium, & custodiam præbuerunt, sicut patuit de multis, q ad honorem eorum ecclesias ędificauerunt, & religiones ẽdotauerunt. ¶Vel istud allega ad commendationem animi generosi, qui.s. non dignatur sæuire in nominem mortuum, sed in uiuum idest in inimicum suum pauperem & depressum, sed potius quamdiu videt eum viuum.i. potẽtem se defendere vel robustum, quinimmo sic debet esse, ꝙ postquam leo.i. aliquis generosus homo aliquem dum viuit.i. dum inuenit ipsum potentem & rebellem & recalcitrantem, impugnauerit, si cõtingit quod eum occidat.i. quod eum superet atque vincat, statim debet ab impugnatione cessare, & in ipsum amplius non sæuire Quod est contra multos, qui nõ solum seuiunt in viuos, imo etiã in mortuos inimicos. Et hoc, quia cadauer eorum.i. filios & superstites eorũdem, & asinũ.i. bona eorum temporalia, vel seruitores & familiares deuorant.i. eos rapinis & molestijs lacerant atque grauant. Vñ dicitur. 1. Re. 24. Quem persequeris Rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem vnum? Quasi diceret. Non est gloria persequi hominem impotentem. ¶Vel si vis dic, ꝙ leo est bonus princeps vel prælatus, qui re uera non debet de cadauere vel de asino comedere uel lædere, i. non
B debet pauperes rapiendo lædere vel grauare, sed potius iuxta eos sedere & eos defendere, regere, & iuuare. Vnde Esa. 11. Leo & agnus simul morabuntur. Quia breuiter, dato q̃d leo idest princeps leoninus ĩuadat viuos, idest diuites & potentes, cadauera tamen, & asinos, idest depressos, & pauperes miseros nunquam debet grauare, sed potius defendere & facere liberos, & immunes. Quod tamen est contra ignaros principes, qui.s. sunt ad inuadendum hostes suos viuos & potentes desides, contra tamen miseros subditos sunt rapaces. ¶Vel si vis allega ista de bona societate, qualiter proficit. Sæpe.n. fit ꝙ Deus propter bonorum societatem malis parcit, & Iosias ossa mali prophetæ non tetigit, quia ipsum cũ sctõ viro cumulatum inuenit. Gen. 18. Sicut etiã patet, vbi propter decem bonos si inuenirentur in Sodoma, toti ciuitatis dominus se parcere promittit. Sicut etiam in paulo apparuit, propter quem dominus omnes animas quæ erant in naui, a submersione saluauit. Act. 7. Bonum est igitur bonis associari, & cũ ipsis personaliter copulari, quia.s. exinde homo bonus efficitur, & eorum orationibus adiuuatur. Ps. 17. Cum sanctus sanctus eris, & cum peruerso peruerteris &c. ¶Vel etiam de sepulchris allega, quia.s. bonum est in ecclesijs, & cemiterijs vbi sancti homines sepulti sunt, sepeliri, vt cum Iosias Rex idest Christus iniquos in iudicio comburet, sibi ex societate sanctorum, & precibus poscit parci. Vnde dicitur. 4. Reg. 13. Proiecerunt mortuum in sepulchrum Hælisei. At vbi tetigit corpus prophetæ, reuixit homo & stetit supra pedes suos.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
In illo tempore ægrotauit Abia filius Hieroboam. Moralitatum Cap. 12.

HIc c. 14. & 15. ponitur quomodo Sesach Rex Aegypti cõtra roboam ascendit, & scuta aurea abstulit, loco quorum roboam ærea fabricauit. 3. Reg. 14. Sed de hoc vide supra, vbi plene de hoc dixi. ¶Hic ponitur de vxore hieroboã, quæ habitum commutauit, & de filio moribundo abiã prophetam interrogauit. Qui quamuis videre nequiret, ipsam C
tamen in spiritu statim cognouit, & sibi filii mortem, & domus destructionem prædixit. Ingredere (inquit) vxor Hieroboam. Quare te alienam simulas? Ego autẽ ad te missus sum durus nuncius. Istud potest allegari contra hypocritas, qui scilicet habitum conuersationis suæ mutant, & alios quam sint, se esse simulant, vt alios decipiant, & seducant, prophetam tamen Christum decipere nequeunt, quia.s. non ad vestes, sed ad personam, idest non ad conuersationem, sed ad conscientiam, nõ ad famam, sed ad vitam solet aspicere, & ideo ipsos aperte cognoscit ipsisque durum mortis æternæ nuncium solet finaliter reportare. Nihil enim valet apud eum dissimulatio qualiscunque, quia sicut dicit Apostolus Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ¶Hic. c. 15. fit mentio de bello biæ, regis Iuda contra Hieroboam, sed de hoc plenius vide. 2. Paralip. 3. Ibi etiam dicitur, quòd Hieroboam octoginta milia hominum contra Abiam congregauit, sed abia ad dominum recurrens, etiam de cultu diuino, qui in templo fiebat, & de cãdelabro altari, & ministris glorians, & ipsum Hieroboam, & populum eius, qui à Deo recesserat, vilipendens, bellum commisit, & octoginta milia interfecit. ¶Quod ad hoc allegari potest, quod illi, q in multitudine exercitus gloriantur, faciliter ab illis, qui confidũt in domino, quamuis pauci sint, superantur. ¶Ibidem & hic supra. 44. c. dicitur. 2. Paralip. 13. quod quicunque ipsi Hieroboam regi Israel munera approbat, sacerdos idolorum fiebat. ¶Sic vero hodie apud malos reges, idest apud malos ꝓlatos, isti, qui manus suas implent, idest qui manibus plenis non vacuis ad eos veniunt, ac munera offerunt, & promittunt, sacerdotes, & beneficiati ab eis fiunt. Vnde Lucæ 6. Date, & dabitur vobis. Vnde simoniaci prælati videntur dicere illud Apostoli. 2. Cor. 9. Si spiritualia seminauimus vobis, non magnum est, si vestra carnalia metamus, idest si beneficia, officia sprituualia, & ecclesiastica conferimus, etiam munera carnalia vel temporalia habeamus.

CAPITVLVM XVI TEXTVS. D
Factus est autem sermo domini ad Iehu filium Anani. Moralitatum Cap. 13.

BAasa occidit Nadab filium Hieroboam regem Israel, & omnem domum Hieroboam vsque ad mingentem ad parietem, & regnauit pro eo. Tandem vero, quia iste pessimus fuit, & quendam prophetam sibi comminantem occidit, Ideo zambri filium eius hela, qui post ipsum regnauit, ebrium & temulentum occidit, & pro eo in Israel imperauit, & totam parentelam Baasa interfecit. Veruntamen satis cito post cum populus propter occasionem necis domini sui contra eum insurgeret, ad palacium fugit, & se cum palacio concremauit. ¶Ista possunt allegari, quomodo Deus punit malos per malos, & quomodo Deus utitur ministerio malorum hominum ad malos alios puniendos, quinimmo, & Deus vt communiter iudicia sua rationabilia per malos angelos exequitur, & sic homo malus per malum angelum punitur. Ideo de punitione Aegyptiorum dicitur in Psalm. 77. quod dominus misit in eos iram indignationis suæ, immissionem & iram per angelos malos, sicut etiam hic patet, ubi domum Hieroboam fuisse destructam, & Deus domum Baasa per zambri destruxit. ¶Vel allega, quod iustitia Dei quandoque punit filios pro peccato patrum, & maxime quando sunt paternorum criminum successores, sicut patet de Hieroboam, & Baasa, quibus dominus comminatus est, & tamen non ipsos, sed eorum filios dissipauit. Patres nostri peccauerunt, & non sunt & nos iniquitates eorum portauimus. ¶Vel dic quod dato quòd Deus aliquem puniendum decernant, & ex hoc in manus alicuius pessimi ipsum tradat, ipse tamen malus, qui eum occidit, propter hoc non minus punitur, quia scilicet Deus malam uoluntatem occidendi sibi non dedit, cũ Deus non sit autor mali, sed malæ voluntati sui ipsum occidendũ applicat atque tradit, sicut patet quòd dato quòd ex Dei iudicio hela ceciderit, & à zambri occisus fuerit, tñ ipse zambri ex hoc non excusatur, quia.s. ad dominum suum occidẽdũ non amor diuinæ iustitiæ, sed regni ambitio ipsum mouit, Deus uero malitia, & proditione ipsius ad occidendum

E alium vſus fuit,& ideo iſte in tali regno proſperitate nõ inuenit,ſed turpiter periit & deceſſit.Et ſic duo in iſto actu cõcurrunt,ſ.Dei iuſtitia,quæ occultæ ordinat iſti mortẽ,& mala voluntas alterius,quæ vlterius aliam inuenit ſibi cauſam. Vnde dr Lu.17. Erunt duo molentes in mola vna,ſ. Deus & homicida,vnus aſſumetur.i. excuſabitur, & alter relinquet in culpa,ſ.homo malus.Sap.11.¶Vel dic q̃ iſta poſſunt allegari,q̃ in quo peccat quis in hoc & punitur, quia videlicet ſæpe fit q̃ ille,qui alium lædit, eodem gladio læſionis paliũ tandem perit,ſicut patet hic q̃ Baaſa domum Hieroboã deſtruxerat,& multos iniuſte occiderat. Ideo iuſte factum eſt, vt alter domũ eius deſtrueret,& amicos, & filios enecaret. Ideo bene dr Matt.7.Eodem iudicio,quo menſi fueritis, remetietur vobis.Vſi quotidie videmus q̃ ambitioſi qui cõtra regem Iſrael.i.cõtra aliquem prælatum vel beneficiatũ inſurgunt,vt regnent loco eius, & vt obtineant ſtatum eius, ipſumq; occidunt.i.accuſant,infamant & deponi procurãt; & ſic locum eorum malitioſe occupant,& vſurpãt, ſicut fecit Baaſa de Nadab.Tandem inueniunt in ſe vel in ſuis, qui ſimile eis faciant, & qui de regnõ vel officio eos expellant & inſurgant,vt patet hic de zambri,qui regnum Baaſa ipſo occiſo poſſedit.Ideo bene dicit Seneca in Prouerb. Ab altero expecta quod alteri feceris. ¶Vel iſta contra ambitioſos generaliter,qui.ſ.non ceſſant ideſt more zambri contra regem Iſrael.i.contra aliquem bonum prælatum inſurgere, vt ſic poſſint regnum & prælationem ipſius obtinere.Quod cum obtinere poſſint,ſ.regnum & prælationem ipſius,tamẽ vix aut nunquam ibi proſpere viuunt,quinimmo palacium ſuum,eccleſiam vel officium vel cellarium ſibi commiſſum, rapinis & exactionibus comburunt, ſeipſos per auaritiã & luxuriam in præſenti,& per gehennam perpetuam in futuro ſuccedunt.Et etiam ad litteram quandoque fit, quod talis populus ſubditorum contra tales inſurgit,propter quod etiam temporales pœnas habent.Vnde dr.4.Re.9. Nunquid pax poteſt eſſe zambri,qui interficit dominum ſuum: Dieſq; ſuos in triſtitia & dolore finiunt & cõſumunt. Cum.n.in populo Iſraelitico ageretur de rege eligẽdo, populus diuiſus

F eſt in duas partes & vna pars ſequebatur zambri, alia vero ſequebatur Thebin,finaliter tamen zambri, qui interpretat amaricans,præualuit,Thebin vero,qui interpretatur bonus mihi, ſuccubuit.¶Sic vero quotidie fit in electionibus prælatorum,quia videlicet populus eligens in duas partes diuiditur, & vna pars vnum alia alium ſequit.Ita quod vix aut nũ quam in vnum conſentire videntur.Vnde.1.Reg.11.Diſperſi ſunt,ita q̃ non inuenirentur duo pariter. Veruntamen ſic fit finaliter,quod amaricans ideſt ille,qui eſt amarus & malus prꝛualet,Thebin vero ideſt ille, qui bonus eſt alijs dimittur impromotus,quia pro certo ſæpe fit, quod deteriores plures ꝑ parte ſua reperiũt,meliores vero deficiũt & ſuccũbunt.Vnde in Gene.25. Maior ſeruiet minori.4.Regum 16. Hic agitur de reædificatione hierico,ſed hoc quomodo factum eſt,vide.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.
Et dixit Helias thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab.Moralitatum Cap. 14.

CVm Iezabel vxor Achab prophetas domini occidiſſet & ipſe Achab rex Iſrael idolum baal feciſſet, propter quod Helias ſiccitatem trium annorum futuram in terra Iſrael prædixit,& dominus uolens eum ab impietate Achab & Iezabel ſeruare,verba talia ſibi dixit. Recede hinc (inqt) & vade contra orientem,& abſcondere in torrẽte carith, qui eſt contra iordanem,& de torrente ibi bibas, coruiſq; præcepit vt paſcant te.Quod factum eſt.Quia.ſ.cum illic abſconditus moraretur,corui offerebant ſibi panem & carnes mane & veſpere, & bibebat de torrente. Poſtea vero ſiccatus eſt torrens,non enim pluerat dominus ſuper terram, & ideo neceſſe habuit de loco illo recedere,& in ſareptam ſydoniorũ ut ibi nutriretur,à muliere uidua pertranſire:Quã.ſ.colligentem duo ligna inuenit,quæ ipſum in domo ſua recepit & de mandato domini ipſum pauit. Vade (inquit dominus) in ſareptam ſydoniorum,ibi.n. præcepi mulieri uiduæ ut paſcat te.¶Iſtud exponunt aliqui allegorice.Dicunt enim,quod Helias eſt Chriſtus,torrẽs carith,qui interpretatur concilio,diuiſio uel cognitio,Chriſti paſſionẽ deſignat in qua etiam trans torrentem legitur acceſſiſſe, & in qua ero ſua fuit conciſa,& ſynagoga ab eo diuiſa & charitas eius ad nos,quanta fuerit,cogita eſt & uiſa.Igitur Chriſtus uere helias,ſ.ab iſto mundo receſſit,& ad torrentem,i. ad fluctẽ paſſionis,& ad fluxum noſtræ mortalitatis acceſſit; ubi.ſabſconditus extitit,inquantum diuinitatis ſuæ potentia ibidẽ ſub mortalitatis imagine latitauit.Abach.3. Ibi abſconditus eſt fortitudo eius.Et ibi etiam de torrente noſtræ mortalitatis & fluxibilitatis guſtauit.Pſ.109. De torrente in uia bibet. Tunc uero corui peccatores ad eum per fidem uenerunt,& eum pane & carnibus,i. proprijs eleemoſynis & bonis operibus, necnon euchariſtiæ fide & ſacrificio pauerunt & recreauerunt,& ipſum per deuotionem propriam nutrierunt. Qualis coruus utique fuit paulus,qui prius carnes martyrũ deuorauit,& poſtea ipſas prædicando aliis per fidem comendas tradidit,& Deo carnes immaculati agni obtulit.Ve carnes.i.carnales,panes,i.iuſtos ad fidem eius conuertit,& ſic pane & carnibus iſte coruus heliam Chriſtum pauit.Q etiam ad eleemoſynarios referri poteſt per quos in perſona pauperum dominus ſe nutriri dicit.Vnde Eſa.28. Refrigerate laſſum,& hoc meum refrigerium. Iſtũ etiam alius coruus .ſ.Aethiops,qui per Philippum credidit ſicut dr in Act.8.A poſtolo.Proprijs carnib.ipſum pauit,inquantum propriam uitam carnalem eius fidei & ſeruitio ſubiugauit. Vnde Iob 31.Quis det de carnibus ſuis ut ſaturemur? Vel de alienis cẽnibus.ſ.carnalibus peccatorib.quos tandem idem Aethiops ad fidem dr conuertiſſe.Finaliter tamen iſte helias Chriſtus, ſiccato torrente mortalitatis per reſurrectionem ad uidua gentilem.i.ad gentilitatem iam diu à gratia Dei uiduatam,ſicut dr.2.Reg.14.Heu,mulier uidua ego ſum, mortuus eſt.n. uir meus per fidem tranſiuit,qui ipſum & fidem eius recepit & duo ligna,i.crucem & paſſionem collegit & credit,& eſt fide & operib.in domo.i.in conſcientia uel patria aluit & refecit.Matt.15.Vnde iſta ſydoniſſa uiderur fuiſſe illa, quæ abnib.tyri & ſydonis egreſſa clamabat (& intellige mulierem de illa progenie) Miſerere mei filii Dauid.Dic quod iſta mulier gentilis eſt anima peccatrix,quam pro certo cum uenit Helias Chriſtus colligentem ligna.i.habentem memoriã & deuotionem ad crucem & paſſionem reperit,libenter ad ea per gratiam uenit, & de farina ſuæ deuotionis, & de oleo ſuæ compaſſionis comedit,& ipſam in lecytho cordis multiplicat & cuſtodit, quouſque Deus pater pluuiam æternæ conſolationis eidem tribuit atque mittit.Hydria (inquit) farinę non deficiet,nec lecythus olei minuetur,quouſque deſuper detur pluuia.¶Vel iſta exponantur myſtice,& dicatur quod Helias propheta,qui ſe ſtare in conſpectu domini dicebat.4.Regum 3.Viuit (inquit) dominus in cuius cõſpectu ſto,ſignificat eccleſiaſticum bonum uel religioſum,qui ſcilicet Achab peſſimum regem diabolum, & Ieſabel peſſimam mulierem ſcilicet carnem uel mundi proſperitatem,quas prophetas domini,ideſt ſanctos uiros non ceſſat ſpiritualiter occidere,formidans & metuens,ex domini mãdato ad torrentem deuotionis & religionis in clauſtro uel cauerna humilitatis latibulo ſe abſcondit,& à mundi gloria & tumultu negociorum ſecularium ſe ſubtrahit & ſubſtollit, ubi procul dubio ex diuina prouidentia ſibi non deficit aliquid,quod ſcilicet per ipſos coruos,ideſt per ipſos ſeculares & peccatores,& per ipſos etiam crudeles principes aliquotiens eos Deus nutrit,inquantum ſcilicet ipſos malos homines ad prouidendum & compatiendum ſuis ſanctis ſeruitoribus occulte inſpirat & inducit. Ad quod facit exemplũ de Aegyptijs q̃ filiis Iſrael nutu Dei uaſa aurea accommodauerunt, & eos de theſauris proprijs ditauerunt.Exo.3.Et in lib.Sap.10. Iuſti tulerunt ſpolia impiorum.Multa.n. Monaſteria fundauerunt multi peſſimi vſurarij, eleemoſynas & lautas pitantias religioſis dederunt, & corui Heliam latitantem in Deserto ſpiritualiter nutrierunt.Non timeat igitur aliquis ꝓpter inopiã in religione ſe abſcondere,quia potẽs eſt Deus & per coruos & per viduam ſareptanam.i.per malos & bonos eidem neceſſaria miniſtrare. Ideo de abſconſione noſtra à mundi gloria dicitur. Ruth 3. Lauare igitur & vngere & induere cultioribus veſtimentis & deſcende in aream booz,nõ te uideat homo.¶Sicut dicitur, hic vidua ſareptana, cui præceperat dominus, quod Heliam nutriret, non habebat

A habebat niſi modicum farinæ in hydria,& modicum olei in lecytho,quinimmo ſicut in textu dr,ipſa duo ligna colligebat,vt panem ſubcinericium faceret, & inde vna cum filio manducaret.Et (inquit) colligo duo ligna, vt faciam illud mihi & filio meo,vt comedamus & moriamur,quaſi diceret. Neceſſe erit mori iſtis conſumptis,cum non habeamus amplius quod comedamus.Igitur Helias quando venit & inuenit ipſam primitus aquam petijt. Da mihi inquit paulalum aquæ vt bibam.Ad quam apportandam vidua properante, clamans poſt eam ſubiunxit.Affer mihi inquit & bucellã panis in manu tua.A quo cum ipſa ſe excuſaret, ꝙ illud quod habebat,ſibi & filio ſuo non ſufficiebat.Reſpondit. Primum inquit mihi de ipſa farina fac ſubcinericiũ panem, tibi autem & filio tuo poſtea.Hoc enim dicit dominus, qd hydria farinæ non deficiet,& lecythus olei non minuetur, quouſque dederit dominus pluuiam ſuperterram.Quo audito vidua ſubcinericium panem prophetæ fecit,& ex tunc quando durauit ſterilitas, tam farina quam oleum non defecit. ¶Iſta poſſunt allegari exemplariter & myſtice ad plura. Et primo exemplariter ad hoc poteſt induci,quod ſi facis ſtulto aliquam gratiam,non contentus ipſe,ſtatim importune petit aliam.Sic hic fecit Helias, cui non ſuffecit impetraſſe ſolam aquam,quam petierat, immo & bucellam panis protinus poſtulauit.Ideo inter ruſticos eſt prouerbium. Si datis ſtulto caſeum,quærit à vobis panem. Et in hoc etiam quod ſequitur,tales importuni Heliæ æquiparantur, quia.ſ.non curant quantum homini remaneat,dum tamen ſibi ante oĩa quod appetunt,concedatur.Fac mihi primum (inquiũt.) tibi autem & filio tuo poſtea facies, cum tamẽ nullus ab alio debet petere illud,quod neceſſarium videt ſibi eſſe, quinimmo in omni gratia ſemper eſt ratio, ne egeat, attendenda. Contra quos importunos dicit Sene. Nihil petas quod negaturus fuiſti.¶Vel etiam iſta exemplariter poſſunt allegari, quod quando aliqua vidua ideſt aliqua perſona Heliam .i.bonos religioſos & ſanctos viros, ſeu Chriſtũ in perſona pauperum nutrit, & in vſu pietatis bona ſua farinam, & oleum.i.cibos & victualia libenter expendit & quamuis parum habeat,manum tamen ad miſerandum, alijs perſonis

B clementer extendit.Et ergo diuina prouidentia ſibi non deficit,ſed potius bona ſua ex hoc multiplicat.Ideo bene dicitur Luc.5.Date & dabitur vobis.Et Pro.28.Qui dat pauperi, nõ indigebit.Sicut de Ioanne eleemoſynario legitur,quod cum omnia pauperibus tribuiſſet,ita quod nihil in arcis remanſiſſet ſibi, nihilominus ſperans in Deum, in craſtinũ ad arcas rediit,& ipſas plenas frumentis inuenit, & ideo nunquam debet virum miſericordem penuria bonorum terrere,ſed potius debet pauperibus largiter dare,quia potẽs eſt Deus & ipſi bona ſua modica multipliciter facere abundare.Vnde Proue.11.dicitur. Quia alii diuidunt propria & ditiores fiunt,alii vero rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.Vnde Apoſtolus.2.Cor.9.Potens eſt enim Deus omnem gratiam abundare facere in uobis.&c.Et iterum. Hilarẽ datorem diligit Deus.¶Vel dic myſtice, quod iſta vidua eſt eccleſia vel anima,quæ.ſ.duo ligna ideſt crucem Chriſti, quæ conſiſtit ad minus ex duobus lignis,per deuotionem colligit farinam ſacræ ſcripturæ,oleumque diuinæ gratiæ habet in hydria & in lecytho cordis, cuſtodit & filium ſuum ideſt fidelem populum inde nutrit.Ab iſta igitur Helias.i.Chriſtus plura petit ſcilicet primo aquam quæ faciliter ſorbetur ideſt opera facilia,deinde,ſi adhuc ipſam obedientem videat, petit ab ea panem,qui cum difficultate maſticatur ideſt opera magis perfecta & difficilia,quæ.ſ.ſubcinericia debent eſſe & ſub cinere, ideſt ſub conſideratione noſtræ inquinationis & mortis,debent eſſe repoſita & decocta. Infra eodem 3.Regum 19.Reſpexit Helias,& ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis Helias.n.in pluribus locis panem ſubcinericium comediſſe legitur,ad denotandum,quod Helias noſter Chriſtus in operibus ſubcinericiis ideſt in illis quæ fiunt cauſa mortis memoriæ quam plurimum delectatur.Dicat igitur quilibet illud Iob 42.Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.Sic igitur talia Chriſtus imperat,cum farinam & oleum.i. ſcientiam & gratiam,bonaque ſpiritualia augmentat,& cõtinuat quouſque pluuia æterni refrigerii ſup ipſam veniat & deſcendat. Illud enim eſt verum,quod qui bene obedit Deo in aqua ideſt in minoribus, dignus eſt exerceri in pane ideſt in difficilioribus,& ſi bene ſe habeat in quantum ad ſpi C ritualia,& temporalia multiplicantur, & finaliter ipſe pluuia æterni refrigerii conſolatur.Iſta.n.quæ hic vel ſpiritualiter vel temporaliter à Deo multiplicantur, ſolum vſque ad deſcenſum pluuiæ durare permittuntur, quia.ſ. adueniente gloria,bona temporalia noſtra ex toto pereunt, gratiæ vero & virtutes in melius commutãtur.¶Vel dic,quod mulier eſt eccleſia,quę farinam & oleum,i.corpus Chriſti & ſanguinem pro ſe & filio ſuo,ideſt ſubiecto populo nutriendo,cũ duobus lignis ideſt cum crucis memoria decoquit,& in hydria & lecytho cordis cuſtodit,ipſum quoque heliæ,i.bono ſacerdoti communicat & diffundit. Huius igitur farinæ & olei,ideſt corporis & ſanguinis Chriſti tãta eſt uirtus, quod dato quod continue comedatur,ſine defectu, perpetue tamen continuum in integrum reperitur.Ideo in proſa canimus Sumit vnus,ſumunt mille,quantum iſti,tantum ille &c. Illud etiam nunc vſque ad tempus nobis datur: ſcilicet ſolũ pro tempore huius vitæ,quouſque pluuiæ æternæ gloriæ diſtillentur,tunc enim aduenience lumine,ceſſabit umbra, & habita veritate figura penitus ſuſtolletur.Vnde Ioſ.5. Defecit manna poſtquam comederunt de frugibus terræ.¶Mortuus eſt filius viduę mulieris,apud quam Helias hoſpitabat, cuius mortem in Heliam retorquens furibũda mater incepit dicere viro Dei.Quid mihi (inquit) & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me,ut rememorarentur iniquitates meæ,& interficeres filium meum.Quod videns Helias,filium viduæ mortuum in cenaculum,vbi manebat,detulit, ipſumque ſupra lectulum ſuum poſuit,& ſe ſupra puerum tribus vicibus expandit,& ſic rogando dominum ipſum à mortuis ſuſcitauit & viuum matri ſuæ commendauit.¶Iſta poſſunt exemplariter allegari pro quadam opinione quorundam,qui.ſ.ſecum nollent habere uiros perfectos & iuſtos, timentes Deũ, ne ex comparatione ſuæ malæ uitæ ad eorum ſanctam uitam Deus de ipſorum iniquitatibus recordetur, & ad occidendum filium eorum,i. ad puniendum eos amplius excitetur. Vnde etiam de quibuſdam nautis audiui quod duos religioſos,quos in naui ſua habebãt,imminente tempeſtate in mare voluerunt proiicere,dicentes,quod propter eorum iuſtitiam Deus volebat ipſorum nautarum iniquitates punire. D ¶Dic allegorice,quod mater iſta eſt ſynagoga quę.ſ.Heliam nutriuit,in aduentu tamen eius illius filius ideſt populus, q ante viuus fuerat per gratiam, propter ſuam incredulitatẽ mortem ſpiritualem & æternam incurrit.Finaliter tñ Chriſtus in cenaculum eccleſiæ eos ducet, & ſuper lectum fidei ſuæ conſtituet,& tribus vicibus ideſt per fidem trinitatis, q̃ eis inſpirabit,ſuper eos incumbet & ſic eos viuificabit per gratiam,& matri eorum.i.eccleſiæ viuos reddet.Vnde dicitur.Oze.6.Viuificauit nos poſt duos dies, tertia die ſuſcitabit nos.¶Vel dic,qd mulier eſt humana natura,cuius filius.ſ. Adam cum poſteritate ſua mortuus fuit,ſed Helias Deus filium iſtum.ſ.hominem,per incarnationem aſſumpſit,& eũ in cenaculo ſuo.i.in hieruſalem ſuper lectum crucis expandit,& tribus vicibus.i.trib.dieb. ſuper eum in ſepulchro incubuit,& ſic eum à culpa,quæ eũ peremerat, ſuſcitauit.Allega vt ſupra.Vel dic moraliter,quod mater iſta eſt conſciẽtia,quæ filium ſuum.i.cor vel animam videns mortuum per peccatum,debet ad Heliam.ſ.ad Deum concurrere,qui.ſ.ſolet mortuos tales in cenaculum portare.i. ſurſum ad bona ęterna porrigere,& eos ſuper electo ſuo.i.ſuper requiem fęlicitatis æternæ per deſiderium collocare,& ſic ſemper ſolet gratiarum largitionem ſuper tales expandere,& tribus, uicibus.ſ.per ſpem,fidem & charitatem ſe eis applicare, & ſic ſolet eas a morte peccati ſuſcitare,& viuos & ſãctos cõſcientię mandare, ita quod tunc poterit dicere illud ſupra. 1.Reg.17.Filius meus viuit.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.
Poſt dies multos factum eſt verbum domini ad Heliam. Moralitatum Cap. 15.

VOlens Helias poſt ſiccitatem triennalem & ſemeſtrẽ pluuiam dare terræ, prophetas lucrorum & idolorum vocauit, & ſic cum ipſis coram populo pactum fecit, quod ſi turba prophetarum bouem occideret, & ſuper ligna in altari poneret, & quod Helias de alio

E boue similiter faceret,ita quod ille de domino & de Baal diceretur Deus, qui de cęlo ignem ad vocem suorum prophetarum mitteret,qui sacrificium deuoraret. Igitur prophetæ Baal ignem de cęlo impetrare nequitijs quinimmo se incidentes & sanguinem perfundentes, & Deũ suum inuocantes,inuanũ laborauerunt.Helias vero oratione sua ignẽ de cęlo protulit,qui oblatum Deo sacrificiũ deuorauit.¶Helias propheta domini significat catholicos & viros perfectos & bonos, prophetæ vero baal significant hæreticos & hypocritas homines & malignos,qui.s.Baal qui interpretatur deuoratio,idest proprij ventris,qui gulose deuorat,prophete sunt,& eum tanquam Deum reuerentur & colũt.Apostolus.Phi.3. Quorum Deus venter &c.Igitur si volumus scire,qui istorum sunt boni & iusti, videamus qui sunt illi, q̃ de cœlo faciunt ignem descendere, idest qui spiritum & diuinam gratiam possunt à Deo pro se & pro alijs suis orationibus impetrare,quia pro certo illi, qui de cœlo nihil impetrant, dato quod lanceolis idest pœnitentijs se exterius incidant,& dato quod multis orationibus clament,& quod bouem.i.carnem propriam pro austeritate immolent atq; macerent,sicut ad litteram faciunt hæretici & hypocritæ, non sunt tũ boni prophetæ,nec boni nec iusti,sed reuera Helias .i.sancti viri & non ficti,qui sunt fideles catholici, ignem spiritus sancti & charitatis de cęlo trahunt & sic veri Dei cultores se ostendunt.Iõ dr Io.9.Scimus quod Deus peccatores non exaudit,sed si quis Dei cultor est,hũc audit. ¶Vel si vis, per ignem intellige serenitatem temporum,ad quem petendum & impetrandum processiones fiũt,vt supra. ¶Volẽs Helias ignem de cęlo à domino obtinere, altare de duodecim lapidibus fecit,& bouem unum per frustra concidens strue lignorum suppositа super altare membra composuit, & in circuitu altaris duas arunculas.i. aquæ ductum per duo loca (secundum comestorem) etiam ordinauit,& cũ quatuor hydrias aquæ non solum semel,immo secundo & tertio supra ligna & sacrificium fundi iussit,ita quod aquæ ductũ impleuit.¶Tunc ipso orante ignis de cęlo cecidit,qui holocaustum,lignaque & lapides deuorauit,puluerem q̃; & aquã lãbuit.Mox vero prophetas Baal,qui ignem de cœlo impetrare nequiuerant,apprehendit,& eos ad torrentem cison viriliter interfecit.¶Sic vero dico moraliter loquendo,quãdo Helias.i.animus vult bouem suum idest suam carnalẽ vitam domino immolare,& ignem diuini amoris & supernæ benivolentiæ desursum à patre luminum impetrare, plura sunt sibi necessaria,quia pro certo ipse debet de duodecim lapidibus idest de duodecim articulis fidei altare suæ conscientiæ construere,& duplicem aquæ ductum.i.duplicẽ lachrymosam compũctionem,vnam.s.quæ fiat amore & aliã, quæ fiat timore,debet fabricare.Ps.63. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Debet ligna idest sanctorum patrum exempla apponere, & bouem suæ carnalis vitæ debet confitendo per membra diuidere & per iugẽ memoriam in altari cordis & conscientiæ ordinare.Vnde Leu. 1.Detracta pelle hostiæ artus in fruſtra concident, & subijcient in altari ignem strue lignorum ante compositа,& mẽbra,quæ cesa sunt desuper ordinantes.Tunc vero debet homo quattuor hydrias aquæ,idest quatuor lachrymarum genera,s.pro malis commissis,& pro bonis omissis, & pro incolatu miseriæ,& pro dilatione glorię superfundere,quæ.s. tribus vicibus,hoc est dictu,pro peccato cordis, pro peccato oris,pro peccato operis debet sacrificium spiritus cõtribulari abluere,ita quod conductum conscientiæ etiam dẽt humiliter implere.Vnde dicit.Ioh.2. Implete hydrias aqua. Quia pro certo si ista fecerit, ignis diuinæ charitatis & beneplaciti & gratię de cęlo,idest desursum à Deo descendet, qui sacrificium & bouem carnalis vitæ consumet, & ligna bonorum exemplorum aquam lachrymarum, & lapides fidei articulorum,necnon puluerem, idest considerationem mortis & futurorum,quæ in hoc sacrificio adhibita sunt,cũ benivolentia recipiet & assumet.Placebit Deo sacrificiũ iuda. Etiam ignis interioris charitatis cum de cœlo inspiratur & mittitur,à quo omnes partes cordiales sacrificij conflagrantur.Thre.1.De cęlo misit ignem in ossibus meis.Et tũc etiam omnes prophetę Baal,i.malæ cogitationes,præsumptiones & imaginationes & opiniones,de corde sicut de terra Israel extirpantur. ¶Cum Helias ascendisset ad verticem carmeli,& pronus in terram faciem suã inter genua posuisset,misit puerum suum, vt septies respiceret contra mare, septima vice vidit nubeculam paruam quasi vestigium hominis ascendentem de muri, & tunc cœli obtenebrati sunt, & nubes & venti surrexerunt,& facta est pluuia grandis valde. ¶Nubes ista,cuius ascensus pluuiam misit in mundum, Christum,significat,qui.s.fuit nubecula per puritatem,parua per humilitatem, quasi vestigium hominis per assumptã humanitatẽ,ascendens de mari huius mundi per ingressum ad æternam felicitatem,quia re vera septem respectus amarę vitæ in eo fuerunt,qui ascensum huius compleuerunt.Primus fuit natiuitas.Secundus circuncisio.Tertius baptismus. Quartus passio.Quintus ad inferos descensio.Sextus resurrectio.Septimus ascẽsio,quem.s.secutus est octauus.s. nubes & ventus.s.Spiritus sancti flatus & inspiratio, & pluuia rũa, donorum & charismatũ in pentechoste larga donatio.Post ascensum.n.huius nubis, pluuia gratiarum multipliciũ fuit secuta,per quẽ terra humani generis fuit irrigata, & bona fęcundata.Ps.146.Operit cœlum nubibus,& parat terrę pluuiam.Vel dic si vis, de assumptione uel ascensione gloriosę virginis,purę,paruæ,humilis & dulcoroſæ,quæ.s.post septenarium donorum & virtutum,cœlos ascendit & nobis pluuiarum,i.gratiarum spiritualium copiam procurauit. ¶Vel dic,quod quando per mandatum vel documentum Heliæi boni prędicatoris & plati,puer.i. peccator qui est infirmus & ignarus,more pueri ad mare.i.ad cor suum amarum & cõpunctum respiciat, & septies.i.per cõsiderationem septem peccatorum mortalium faciem ibi vertit,nubecula puręfectionis & cogitationis inde surgit, & pluuiam lachrymarum generat,& fęcũditatem virtutum producit. Vnde dr.3. Reg.23.Pluuijs germinat herba.¶Helias prophetas Baal esse falsissimos & mendaces probauit,& postea ipsos interfecit. ¶Sic platus vel iudex primo dẽt malos conuincere,& demũ ad eorum interfectionem seu punitionẽ dẽt procedere.Qđ vtique de falsis prophetis.i.falsis hæreticis debet fieri,quos iudex debet potius quam alios peccatores extirpare.Vnde Exo.22.Maleficos non patieris viuere super terram.

CAPITVLVM XIX TEXTVS

Nunciauit autem Achab Iezabel omnia, quæ fecerat Helias. Moralitatum Cap. 16.

CVm Helias vir constans & fortis esset, ita quod Achab impium regem redarguere non timuisset, & precibus suis mortuum suscitasset,& de cęlo ignem & pluuiam impetrasset,prophetas Baal occidisset, & ad puniendum iudici à Deo fuisset præordinatus,sicut patet Mal.4. A facierama vnius mulieris viduę Iezabel Reginę timuit, propter quod (relicto puero suo) in desertum fugit,vbi tędio affectus animæ suę petijt quod moreretur,& mortem, quam sibi à fidele inferri timuerat, à domino postulauit,obsecro (inquit) domine aufer animam meam & in vmbra iuniperi se subiciens obdormiuit.Angelus uero domini eum dormientem inueniens,à somno excitat & ad comedendum panem subcinericium,& ad bibendum aquam inuitat. Qui postquam comedisset & bibisset,rursum obdormiuit, & angelus eum ipsum tangit, & ad amplius comedendum ipsum inuitat fortius & inducit.Surge (inquit) comede,grandis.n.tibi restat via.Hic igitur surgens iterato comedit & bibit, & quadraginta dieb.& noctibus vsq; in mõtem Dei oreb in ipsius cibi fortitudine ambulauit.¶Exponendo moraliter,Helias significat virum sanctum, Achab rex impius diabolũ significat Iezabel,quæ fuit eius vxor,sanguinem,carnem ſeu luxuriã significat fluxum, desertum vero, pœnitentiæ vel religionis significat statum,iuniperus arbor pungitiuarum difficultatem significat humilitatem;vmbra vero,quæ delectabilis est, honores & excellentias denotat:angelus autem peccatorem vel diuinam inspirationem, vel sacram scripturam, vel timorem, vel circunspectionem significat, panis vero subcinericius mortis significat considerationem; aqua lachrymarum compunctionem; mons oreb Paradisi consolationem. Interpretatur enim oreb mensa.Igitur ista est veritas, quod dato quod Helias idest homo iustus & virtutibus perfectus multis polleat virtutibus, ita quod habeat constantiam ad Achab .i. ad ipsos principes redarguendum, prudentiam ad

A ad falsos prophetas & hæreticos confutandum,& ad superandum sanctitatem ad ignem diuini amoris,& pluuiam beneficiorum celitus impetrandum, eloquentiam ad peccatores mortuos de morte culpæ resuscitãdum,nihilominus tamen restat,quod debet summopere formidare, hoc est dẽt fugere & vitare persecutionem Iezabel.s.meretricem.i.carnem propriam vel luxuriæ mollitiem & charitatem, & sanguinis corruptelam.Ista est enim, quæ sanctos viros persequitur,& cum omnia vicerint,ab hac tanquam à regina pestentissima superatur.Vnde Apocalip.2. Permittis mulierem Iezabel seducere seruos meos,& docere fornicari & mãducare.Et ideo cum contra istam vnicum sit remedium.s.fugere & occasiones vitare,ergo ille Helias.i.homo iustus, relicto puero.i.quacunque puerili imbecillitate ignorantiæ,de fertum pœnitentię vel statum religionis quandoque ingreditur,vt ibi sub iunipero.i.sub punctionibus diuini timoris, & disciplinæ regulis degẽs,à Iezabel,idest à luxuria vel carnis periculis exuatur,sicut ad literam fecerunt eremitæ, de quibus dicitur.Iob 30.quod egestate & fame steriles reddẽbãt in solitudine,& manducabant herbas & arborum cortices, idest radix iuniperorum erat cibus illorum. Sed quid? Pro certo sępe fit,quod postquam homo ad defertum religionis confugit,& difficultates,& disciplinas,obseruãtias, obediẽtiam,& alia grauia reperit,& etiam tentationes & stimulos carnis sentit,quandoque tædio affectus,& quasi de ingressu pœniteus, mortem sibi expostulat & requirit, dicens cum filiis Israel carnalibus,illud Exod.16.Vtinam mortui essemus in Aegypto vbi sedebamus super ollas carnium &c.Et ideo talis sic affectus, vmbram iuniperi idest statum eminentiæ prosperitatisque refrigerium,& prælationis officium in religionis deserto aliquotiens sibi quærit. Quod cum obtinere potest,in deliciis & solatijs dormire incipit,& sic desertũ pœnitentiæ,quod elegerat,in delitias sibi vertit. Vnde Esa. 51.Ponit desertum quasi delitias & solitudinem quasi hortũ domini.Sed re vera tali sic dormienti,angelus domini.s.bona inspiratio uel consideratio,uel bona sacræ scripturæ lec-
B ctio,uel bona prædicatoris vel prælati,vel alicuius alterius viri iusti monitio,statim debet adesse,qui ipsum debet excitare,& à somno torporis discutere & vrgere. Vnde dicitur. Act.12.quod angelus percusso latere petri excitauit eum dicens,surge velociter.Qui sibi debet dicere, quod surgat & quod panem subcinericium, idest suæ mortis memoriam pro oculis habeat, & aquam lachrymarum bibat, & quod causam,quare intrauit desertum pœnitentiæ,attendat,& quod ad obseruantiam disciplinæ quam prætermisit,redeat & accedat,dicens illud Apoc. 2. Memor esto vnde excideris, & prima opera fac. Igitur sępe fit, quod homo sic excitatus & monitus,à somno torporis surgit, dicens illud ad Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Et ad subcinericiũ panem & aquam.i. ad mortem cogitandum,& ad peccata sua plangenda se humiliter vertit.Ps.102.Cinerem tanquam panem manducabam,& populum meum cum fletu miscebã. Sed q̃ certo sæpe fit,quod ex fragilitate propria homo iterum obdormit,& iterum ad umbram.i.ad mundanæ prosperitatis dulcedinem,quę sicut vmbra fluit, se conuertit, & iõ angelus suus.i.ratio uel consideratio mentis, ipsum debet excitare,& quam longa sit via,s.eundi de hoc mundo ad patrem,sibi debet ostendere,& eum ad dietam pristinam inuitare.Surge (inquit) comede,grandis enim tibi restat via,qa scilicet tunc ex toto suo conatu surgere tenetur & panẽ & aquam sibi oblatos scilicet mortis memoriam & lachrymosam compunctionem comedere,vt sic per quadraginta dies idest per laborem vitæ præsentis,qui in numero designatur, possit ad montem Dei oreb idest ad mensam Paradisi fortiter ambulare Vnde Esa.2.Venite ascendamus &c.¶Vel si vis per angelum intellige prælatum vel præsidem vel etiã quẽlibet virum iustum & dic per omnia sicut supra,quia iste debet subditum desidem excitare,& ad pœnitentiam & diligẽtiam inuitare.¶Vel dic,quod Helias est bonus prælatus religiosus,qui Iezabel idest carnis pericula fugiens, ad desertũ religionis venit,vbi pro certo quatuor inuenit, quibus mediantibus ad montem Dei oreb, idest ad paradisum pertingit.Ista igit quatuor sunt: vmbra iuniperi cuius cineres seruant ignem inextinguibilem per annum secundum Iosephum,hoc est crucis pungitiuæ memoria & compassio, per quam in corde nostro seruatur ignis idest diuinus amor & C dilectio.Vnde in Cant.2.Sum vmbra illius, quem desiderabam sedi.Item panis subcinericius est mortis & incarnationis nostræ memoria & recordatio.Vnde Iob 24.Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.Item vas aquæ & lachrymarum fletus & inundatio.Psalm. 79.Potum dabis nobis in lachrymis in mẽsura.Item angelus incitans idest boni prælati cor rectio,vel bonorum sociorũ monitio & exhortatio, vel sacræ scripturę instructio, & deuotionis & contemplationis meditatio.Vnde Thob.5.Angelus eius comitetur vobiscum. Ista enim sunt quatuor, quæ comitantur Heliam in deserto idest religiosum in claustro,per quæ scilicet citius pertingit ad montem Paradisi in cœli supercilio, vel etiam ad montem contemplationis in perfectionis fastigio.Ps.23. Quis ascendet in montem domini &c.¶Vel dic,quod Helias in deserto non legitur dormiuisse nisi sub iunipero pũgitiua,nec bibisse nisi de aqua,nec comedisse nisi de subcinericio pœnæ,nec locutus fuisse,nisi cum angelo.In quibus scilicet instruitur religiosus,quod non debet delitias quærere,non societates secularium vel vaniloquia frequentare,quinimmo panem subcinericiũ,i. mortis memoriam & humiliationẽ, sui ipsius considerationem,aquam lachrymarum & compũctionem debet comedere, & cum angelo idest cum Deo & angelis per orationem,vel cum mente sua per meditationẽ debet colloquia sua facere & aliorum silentium obseruare. Et si ipsum per aliquas cõsolationes & delectationes aliqua liter dormire contingat, hoc semper debet esse sub iunipero,idest sub punctione diuini timoris per pœnarum infernalium cogitationem, vel sub iunipero idest sub memoria crucis & passionis per compassionem & deuotionem, quia pro certo religiosus in claustro debet in abstinentia viuere, silentium seruare,& si quid consolationis habuerit, semper debet illud sub iunipero idest in timore domini & in compunctione contritionis, & in consideratione infernalium tormentorum exercere.Vnde Ezec.12.Fili hominis in conturbatione comede.¶Vel dic, quod Helias significat peccatorem; qui in umbra mundanæ prosperitatis dormiens, D quando ab angelo,idest à prædicatore angelico excitatur, faciliter redormire,& in torporem & negligentiam recidere comprobatur, quapropter ille angelus idest prædicator vel prælatus ipsum iterum tangere, & ad surgendũ de peccato,& de torpore negligentiæ ipsum concutere, & panem & aquam idest delitiarum abstinentiam sibi iniũgere,& longam viam & difficilem, quam post mortem facturus est, sibi intimare, vt in cibi illius fortitudine vsque ad montem Dei oreb.i.ad Paradisum venire possit,qui proprie mons Dei oreb.i.mensa interpretatur,pro eo quod ibi æternæ refectionis mensa bonis & laboriosis hominibus præparatur.Ps.22.Parasti in cõspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.¶Vel dic,quod panis iste sub cinericius significat sacramentum altaris,vbi panis, qui de cœlo descendit,sub cineribus accidentium continetur,qui, scilicet peccatori à somno peccati per pœnitentiam surgenti ab angelo idest à sacerdote,porrigitur,vt in fortitudine eius in qua dragenario huius vitæ laboriose ambulet & ad montẽ domini.s.Paradisum attingere & progredi mereatur.Ps.103.Panis cor hominis confirmet.¶Cum Helias esset in monte domini oreb,& stiret in spelunca,dictum est sibi quod exiret, & coram domino foris staret, Quid inquit agis Helia? Egredere & sta coram domino in monte. Ipso igitur ad ostium spelunce egrediente & stante & ecce spiritus fortis & grandis conterens petras, & subuertens montes, transiuit ante dominum coram eo,sed non in spiritu dominus. Post spiritum vero commotio, & non in commotione dominus. Post commotionem ignis, sed non in igne dominus. Post ignem uero transit aura lenis,& tunc in aura fuit dominus, propter quod Helias faciem suam pallio cooperuit, & sic dominilocutionem audiuit. ¶Ista possunt exponi diuersimode. Helias enim in spelunca significat peccatorem latentem in spelunca carnalitatis, vel in cauerna mundani amoris,qui vere est spelunca latronum. Deus enim inspiratiue loquitur quandoque peccatori, & ad exeundum de statu peccati ipsum arguens,excitat & hortatur. Quid (inquit) hic agis Helia idest quid facis in statu peccati,nec nõ in cauerna idest in affectione bonorum seculi? Egredere &

E sta foris in monte coram domino, i. egredere pœnitendo, & sta in monte Paradisi cœlestia affectando. Iste igitur, qui ad ostium spelunc æ egreditur, quandoque ad cogitandū de propria salute aliqualiter inclinatur, sed re vera statim propter hoc sibi non adest dominus, nec statim redit ad statum gratiæ, quinimmo tria sunt, quæ præcedunt in corde hominis aduētum eius. i. gratiæ Dei. Primo enim oportet quod veniat spiritus conterens petras, iste est timor Dei qui petram idest obstinationem & duritiam cordis frangit. Et tandē venit commotio, & hoc est, quando homo de pœnitendo & se de malo statu amouēdo cogitat & disponit. Post vero venit ignis, & hoc est quādo incipit fieri in corde aliqualis ad Dei amorem calefactio, & de peccatis contritio, sed pro certo nec in spiritu timoris, nec in commendatione cogitationis nec in igne imperfectæ dilectionis adhuc est Deus. Sed re vera finaliter venit sibilus auræ tenuis, ideſt mentis dulcedo & deuotio, & ipsius Dei per inspirationem allocutio, & ad cōfessionem ipsorum vitiorum sibilatio & reuelatio, & tunc ibi est dominus, qui pro certo tunc esse Deus cum pœnitente percipitur, quando peccator propria sua peccata confitetur. Vnde in libro 3. Regum 9. Transibit per eum & sibilabit & dicet. Quod autem dominus prope sit cū homine q̄ñ erga eum sibilus confessionis auditur, patet per Esa. 58. vbi dicitur. Clamabit & dicet, ecce assum. Et tunc debet homo cum pallio humilitatis faciem suam abscondere, & quasi indignū gratia sibi facta & præsentia domini se putare, dicēs cum petro illud Lucæ 5. Exi à me domine, quia peccator homo sum. ¶Vel dic secundum Gregorium, quod spelunca est nostræ mortalitatis corruptio, à quo pro certo homo obuiā domino ad ostium egreditur, quando corporeas vires transcendens ad contemplationem spiritualiū eleuatur. Iste igitur tunc percipit, quod tria sunt, in quibus non inuenitur dominus, scilicet spiritus conterens petras subuertens mōtes, ideſt superbia, quæ scilicet duros & obstinatos conterat, ideſt altos & eleuatos status subuertit. Item cōmotio, hoc est auaritia, quæ scilicet hominem per sollicitudinem commouet, & ipsum quiescere non permittit. Psalmist. 106. Turbati
F sunt & commoti sunt sicut ebrius. Item ignis iste est luxuria, quæ scilicet more ignis omnia corda quanquam dura & stabilia, succēdit & mollit. Vnde Iob 31. Ignis est vsque ad fundamenta deuorans. Sed pro certo quartum est vbi dominus reperitur, s. spiritus auræ tenuis ideſt spiritus agilitatis aura puritatis & tenuitatis ideſt humilitatis, in quo dominus loqtur, & à nobis spiritualiter inuenitur. ¶Vel dic si vis, ista allega, q̄ Deo non placent ista tria genera iudicum seu prælatorum correctorum malorum, vel hominum iniquorum, nec apud eos dñs inuenitur, scilicet spiritus conterens petras, isti sunt superbi & crudeles furiosi, qui sine discretione omnia volunt conterere & subuertere, & sine moderamine punire, quia pro certo apud illos non est dominus, quoniam sic nunquam placet domino Deo crudelitatis excessus nec exinde sequitur aliquis vtilitatis fructus nec emendationis prouentus. Vnde de talibus dicitur, quod ipsi conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant. Amos 2. Secundi sunt commotio. Ipsi sunt instabiles & ambitiosi, qui de statu ad statum se volunt cōtinue mouere, & nunquam in eodem statu & gradu consistere vel manere, sed nec apud istos est dominus. Vnde Hiere. 14. Dilexit mouere pedes suos, & domino non placuit. Tertij sunt ignis & isti sunt auari & luxuriosi, qui scilicet igne cupiditatis & carnalitatis ardent, & ideo per exactiones subditos incendunt & cremant. Vnde in Prouerbiorum 30. Ignis nunquam dicit, sufficit. Sed nec apud istos est dominus, q̄nimmo de talibus dicitur illud. Amos 9. Auaritia in capite omnium, atque nouissimum eorum gladio interficiam. Sed re vera quarti sunt sibilus auræ tenuis, ideſt viri dulces cōsolabiles & benigni Deo, & hominibus humiles. Et pro certo apud istos est dominus, quia scilicet tales dominus diligit, & apud istos hospitatur & venit. Psalmist. 146. Diligens mansuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram. ¶Hic habemus, quod dominus locutus est heliæ in ostio spelunc æ, & statim sicut ante apparuerat Abraæ in ostio tabernaculi commoranti. ¶In quo notari potest, quando quis de cauerna malæ conscientiæ & peccati egreditur, quam statim ad ostium, ideſt ad bonam cogitationē peruenit, dominus ma-

num adiutricem porrigit, & sibi per inspirationem, vt vlcerius procedat, loquitur, & ei per gratiam se ostendit, dicens illud Apocalyp. 3. Ecce ego ad ostium sto & pulso. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum & cætera. ¶Hic dicitur, quod cum Helias credens se solum prophetam in Israel, dixisset domino, zelo zelatus sum, pro domino exercituum, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, & pactum tuū dereliquerunt filij Israel & derelictus sum ego solus: audiuit à domino, quod septem milia hominum erant in Israel, qui genua coram Baal non curuauerunt, nec eum adorauerunt. ¶Quod vtique ad hoc potest applicari, quod multi sūt boni homines, & inter homines tales nesciuntur esse, quos scilicet dominus p̄seruat, ne cum impiis ad facinora ruāt. ¶Potest etiam allegari, quod sæpe fit, quod aliquis de se præsumit, q̄ ipse sit solus propheta domini ideſt, homo sufficiēter literatus vel perfectus, nec aliquos alios similes sibi esse credit. Quando ergo in talibus virtutibus similes & perfectiores reperit, & vidit numerum aliorum bonorum promptorum ad virtutem, tunc talis falsum præsumptionis deponit. Vnde de talibus potest dici, qui scilicet se bonos credunt illud Iob 12. Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia. Et mihi est cor sicut & vobis & secundū scientiam vestram ego noui. ¶Helias reperit heliseum inter duodecim iuga boum arantem, qui misit pallium suum super ipsum, qui statim bobus relictis, post eum cucurrit. Verūtamen licentiam osculandi patrem & matrem petijt, & impetrauit. Osculer (inquit) oro te patrem & matrem, & sic sequar te. Cui ille dixit. Vade & reuertere, quod meum erat, feci tibi. Iste igitur statim vnum par boum, in quibus arauerat, mactauit, & cum aratro suo coxit, & ad comedendum populo dedit, & secutus Heliam, sibi deceтero ministrauit. ¶Illud potest allegari ad Apostolos Petrū & Andream & Mathiā, & alios similes scilicet qui antiquitus inter duodecim iuga boum scilicet inter patres veteris legis, qui à duodecim patriarchis descenderant, arauerunt, inquantum terrena cum alijs dilexerunt. Sed re uera vbi ab Helia ideſt à Christo fuerunt vocati, & pallio fidei induti, statim post eum solent currere, & patri & matri ideſt cunctis amicis carnalibus valefstuduerunt fauere. Boues suos & aratrum ideſt coram suam temporalem substantiam populo scilicet pauperum distribuerunt, & post istum Heliam Christum sequi, scilicet imitando & credendo, & eidem obsequi & seruire studerunt, vt patet in euangelio, vbi dr̄ Matt. 4. Relictis retib. & patre secuti sunt dominum. Quod ēt ad quoscunque potest referri homines religiosos, qui. s. vocari à Deo, & pallio regularis habitus indui, summam gloriam debent reputare, parētes carnales dimittere, boues propriæ carnalitatis per pœnitentiam mactare, aratrum. i. animum igne charitatis cōburere, & sic sequi dominum, & in religione perpetuo ministrare. Vnde dicitur. Matt. 19. Reliquimus omnia & secuti sumus te &c.

CAPITVLVM XX. TEXTVS.
Porro Benadab Rex syrię congregauit omnem exercitum suum. Moralitatum Cap. 17.

HIc habetur, quod Benadab Rex syrię per pueros principum, non per principes fuit superatus, quinimmo illo prælio nullus principum est inuentus. In sequenti ētamo consilium Benadab fecit scilicet q̄ reges ab exercitu toleret, & quòd loco eorum principes poneret, & bellatorū numerum instauraret. ¶Ista possunt allegari, q̄ quādo magni viri reges & principes & domini ad prælia sunt apti, & q̄ magis quando que nocent quam proficiunt, quando in exercitu sūt immixti. Forte igitur vtile esset, q̄ nullus talium ad exercitum veniret, sed per pueros principum ideſt per inferiorem militiam prælium fieret, quia. s. vt communiter inferiores & pauperes milites sunt maioribus & ditioribus fortiores & ad prælium opera promptiores. Tales enim reges & magnates, quia præ cæteris sunt delicijs dediti, præbebit delicias regibus Genes. 41. ideo præ cæteris sunt inertes & facilius possunt vinci. Ps. 149. Ad alligandos reges eorum in cōpedib. &c. Quæ ēt de prælio spirituali possunt intelligi, vbi plus proficiunt pauperes quā diuites, & magis infimi quam summi, & magis subditi quam prælati. Syri victum montib. à filijs Israel dixerūt, q̄ dij montiū dij eorum erant, &

A & quia ideo præliauerant, quia propter in anno sequenti pugnare contra filios Israel in valle decreuerūt, & sic ipsos superare diis eorum in valle nihil valentib. sperauerunt. ¶Sic vero syri, qui interpretantur sublimes, i. dæmones, qui sublimia plus debito q̄fierunt, ante oīa nituntur pugnare contra filios Israel, i. contra fideles in montib. i. in negociis & rebus spiritualibus. s. mouendo ad superbiam & ad errorem in fidei articulis, & in aliis sacramētalibus, vbi pro certo si vinci eos contingat, statim nituntur in valle pugnare. i. de peccatis inferioribus, quæ scilicet tangunt corporalia & terrena, sicut ex luxuria & auaritia tentare, & sic sperant contra bonos facilius prævalere. Ista est enim cautela dæmonum, quod si in vno prælio tentatione vincuntur, statim ad tentādum de alio se conuertant, & superare in alio conant. ¶Vel dic quòd Benadab in primo prælio victus, non propter hoc defecit, sed ad sequentis anni spatium sperat vincere. ¶Allega quod dato quod aliquis princeps semel vel pluries victus fuerit, non propter hoc debet cessare, sed totiens bellum instaurare, quod finaliter valeat superare, sicut ad litteram Romani antiquitus faciebant, quia dato quod ab eodē pluries victi essent, non propter hoc frangebantur, sed iterum atque iterum prælia instaurantes finaliter triūphabāt. Vnde Dauid Ioab principi exercitus sui, audita morte. Vrie, scripsisse legitur. 2. Reg. 11. Non te frangat ista res, varius est enim euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. ¶Hic habemus, quod rex Israel de clementia reprehēditur. Nam cum Benadab regem syriæ cepisset in bello, & dato quod esset nequissimus, ipsum nō tamen occidisset, sed sub certo sedere dimisit, reprehensus est a propheta parabolice sub figura. Captiuus (inquit) datus est mihi in custodiam sub pacto, quod si lapsus fugeret, anima mea pro anima eius esset. Quo fugiente anima mea patitur, vt loco captiui perditi seruituri & periculo exponatur. Quod cū rex iustum fore diceret, mox propheta dimissionem Benadab, quem Deus sibi puniendum tradiderat, in capur eius retor
B sit, animam eius loco animæ alterius futuræ pœnæ obnoxiam sibi dixit, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. ¶Ista possunt applicari contra iudices & superiores, q̄ sceleratis & impiis parcunt, & recepto fœdere, ideſt prece vel munere illos de suis carceribus liberos & impunitos abire permittunt, quia pro certo isti animas suas loco illorum periculo damnationis exponunt, inquantum ipsos, qui morte vel punitione digni sunt, dimittunt & quia domino occultam prouidentiam ad ipsorum manus puniēdi veniunt, & tamen non puniūt, sed dimittunt & impiè parcunt. Vnde dicitur Numer. 35. Non accipietis precium ab eo, qui reꝰ est sanguinis. Et Esa. 5. Ve qui iustificatis impium pro muneribus. ¶Vel dic, quod propheta reprehendens regem, parabolice loquitur, ad de notandum quòd reges & principes non aperte, sed oblique per circumlocutiones indirectas sunt arguendi, ne forte ad deterius prouocentur, si aperte vel publice arguantur. Sicut etiam nathan Dauid legitur reprehendisse in parabola de oue pauperis. 2. Re. 12. Et si vis, vide supra. ¶Vel dic, quod illud, quod hic scribitur, custodi virum istum, quoniam si ipsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, potest referri ad prælatos, quibus. s. dati sunt subditi in custodiam, quia pro certo si propter defectum custodiæ in damnationem labūtur, animæ prælatorum propter eos periculo exponuntur, inquantum, s. de animabus subditorum reddere rationem tenentur. Et ergo bene dicitur prælato illud Prou. 27. Diligenter agnosce vultum peccatoris tui, tuosque greges confidera. Vnde Eze. 3. Ipse impius in iniquitate eius, quam operatus est, morietur, animam aūt eius de manu tua requiram. ¶Vel illud, quod Achab contra seipsum ignorans sententiā tulit, sicut etiam Dauid respondens nathan de oue pauperis subditi a diuite rapta, dixerat. 2. Re. 12. Viuit dominus, qa filius mortis est &c. Pōt allegari, quod illi, qui male viuūt & bene iudicant & prædicant, contra seipsos sententias ordinant atque dictant. Vel etiam quicunque mali eo ipso quod male agunt, sententiam damnationis suæ pertractant. Vnde dicitur Lu. 19. Serue nequam ex ore tuo te iudico. ¶Illud, qd hic ponitur, quod leo occidit hoiem qui prophetā ex parte domini se percuti præcipientem vulnerare noluit, vel timuit, potest allegari, quod valde debemus prophetis, ideſt prædicatoribus vel prælatis in his quæ ex parte domini. i. in C virtute obedientię nobis præcipiunt obedire, alios vero diabolus nos poterit deuorare. Quia dicitur. 1. Reg. 15. Melior est obedientia quam victima.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Post verba autem hæc tempore illo vinea erat naboth. Moralitatum Cap. 18.

NAboth noluit vendere vineam suam Achab regi iniquo, qui inde volebat facere hortum olerum, quinimmò eidem pristino dixit. Absit a me vt vendant hęreditatem patrum meorum. Quapropter Iezabel vxor Achab, naboth subductis falsis testibus lapidari fecit, & sic vineā eiꝰ Achab continuo occupauit. ¶Achab est diabolus. Iezabel vxor sua est carnis concupiscentia, naboth vero significat virum iustum. Igitur sępe fit, quod dum Achab; ideſt diabolꝰ vineam ideſt gratiam viri iusti, qui scilicet propinat vinum æternæ consolationis & gloriæ, nititur emere, & ab ipso per peccatum tollere, & loco eius precium bonorum temporalium sibi dare, tum naboth ideſt vir iustus ad hoc non consentit, sed hæreditatem patrum suorum scilicet gratiam a Deo iure hæreditario dimissam, vendere contradicit. Quod videns Iezabel mulier impudica ideſt caro falsos testes. i. mūdi; falsaces delicias adhibens lapidibus tentationum ipsum obruit & sic ipsam vineam sibi tollit, & sic per luxuriam ipsum caro interficit, quem diabolus in tentando de magis arduis superare nequiuit. Vnde ista est, quæ dicit diabolo illud, quod ista Iezabel dixit Achab. Ego dabo tibi vineā naboth. ¶Vel si vis, dic exemplariter de malitia mulierum, q̄ audaciores sunt ad negocia impia, quam viri. Ideo dicitur. Eccle. 25. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. ¶Vel allega exēplariter, quomodo iudices officiales ad mandatum regum, reginarum vel principum non verentur falsa iudicia facere, & innocentes occidere, vt sic ipsis valeant complacere. ¶Vel etiam allega, quomodo dominæ & reginæ quandoque dominis suis ignorantibus procurant fieri multa mala. D

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Transierunt igitur tres anni absq; bello inter syriam & Israel. Moralitatum Cap. 19.

CVm Achab conuocasset prophetas ad sciendum quid deberet accidere, omnes vna voce bona sibi prædicarunt, & sibi prospera succedenda mendaciter asserebant, quinimmo vnus istorum falsorum propheratum sedechias nomine cornua ferrea sibi fecit, & quod rex cum illis erat ventilaturus syriam ex parte domini sibi dixit. Igitur inter quadringentos prophetas, qui omnes vno ore regi prospera dicebant, vnicus erat verus scilicet Micheas propheta domini, quem tamen rex Israel non libenter audiebat, sed eū potius odiebat, quia non sibi prospera, sed aduersa prophetabat. Odi (inquit) eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore. Iste igitur solus vera regi dixit, & eum in prælio moriturum prædixit, propter quod ipsum sedechias falsus propheta prædictus in faciem percussit. Mene (inquit) dimisit spiritus domini, & locutus est tibi. Rex quoque ipsum, quia contra voluntatem locutus erat, in carcerem mitti iussit, & eum pane tribulationis & aqua angustiæ sustentari præcepit. ¶ Illud allega contra adulatores, qui sunt in curiis principum & magnatum, quia re vera, vt communiter, omnes vno ore nituntur prospera dicere, & mendaciter bona & placentia prætendere, veritatem supprimere, & cum cornibus ferreis dominorum potentiam commendare. Vnde in persona regum vel principum dicitur ipsis adulatoribus. Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, diuinate nobis somnia, cesset a facie nostra sanctus Israel. Et breuiter illud est verum, quod inter quadringentos consiliarios vel prophetas, vix est vnus, qui sit propheta veritatis & qui veritatem dicere velit vel audeat, vel qui vbi de correctione vel increpatione agitur, illud præsumat dicere quòd sibi dictat ratio, quia re vera quādo aliquis talis esset ibi qui scilicet sit solitus veritatem dicere, non libenter a regibus & magnatibus auditur, sed potius contemnitur & oditur, & quòd peius est aliquotiens ab sedechia,

E sedechia, idest ab adulatoribus quorum mendacia detegit & fallacias, per falsas accusationes percutitur, & etiam ab ipsis magnatibus quibus verum dixit, tribulationibus & carceribus mancipatur. Vnde Apostolus. Gal. 4. Inimicus factus sum vobis vera dicens. Vnde de duobus idolis legitur, in quibus dęmones loquebantur, in quorum, scilicet tempus reponebantur plura, pro eo, scilicet quòd si quis furaretur, ipse diabolus protinus reuelabat. Legitur quòd quidam iuuenis thesaurum a templo fuisset furatus & hoc vnum idolum reuelasset, propter quòd ille qui furtum fecerat, caput ipsius idoli confregisset, accidit quòd aliquis alius ibi postea aliquid perdidit, sed tamen de reuelatione furis nunquam responsum habere potuit, quinimmo post multas oblationes verba huiusmodi sibi dixit. Tempora inquit mala sunt, & homines deteriorant, sed & si quis loquat verum, caput ei frãgit. Vñ Sen. in quadã epistola dicit. Si monstrabo tibi, cuius rei inopia laborent magnatũ fastigia, est ꝙ oĩa possidentib. desit vnũ. s. qui eis verũ dicat, dũ nemo ex animi sui sñia dicit aut suadet, sed adulari vnũ est oĩm amicorum officiũ. ¶Si vis allega, quod bonus homo nec prece nec timore debet a veritate deuiare, sed illud, ꝙ dixerit sibi dñs, i. conscientia vel ratio, debet consulere & narrare, sicut fecit iste micheas propheta, cui cum oẽs consulerent, ꝙ bona regi cũ aliis loqueretur, respondit. Viuit dominus, quia quæcunque mihi dixerit dñs, hæc loquar. ¶Hic habes ꝙ rex Israel Achab nolens cognosci in prælio, in quo. s. micheas prædixerat ipsum moriturũ, habitum suũ mutauit, & Iosaphat rex Iuda arma eius portabat, propter quod factum sibi male successit, quia cum milites regis syriæ solum regem Israel in prælio quærerent, & de aliis non curarent, in Iosaphat, qui indutus erat armis regis Israel, irruerunt fortiter: & nisi ipse clamasset, ipsum sub alieno habitu peremissent. Vnus vero militum in incertum sagittam iaciens, Achab in curru percussit & occidit, ita ꝙ mortuus est vespere, & canes linxerũt sanguinem eius, & sic verbum prophetæ veri, quod audire noluerat, verum fuit, nec ordinationem diuini iudicii propter mutationem habitus impediuit. ¶Hic applica exemplariter, quod diuina iudicia pp humanã industriam impediri non pñt, quia
F a casu & a fortuna qñque sagitta iacit à qua ductus Dei ꝓuidentia ille, qui se tueri crediderat, trucidatur. Nec potest homo se aliqua circũspectione defendere, quẽ dñs decreuerit impugnare. Vñ Eccl. 46. Pugnare contra dominum non est facile. ¶ Vel allega ꝙ qñ quis ad fata dicitur propter occultum Dei iudicium, & ad infortunium ruit, nõ inde facile releuatur nec propter dictum boni prophetæ. i. per quodcunque bonũ consiliũ, quin vadat ipsum ducit impetus spũs & non reuocat. Vnde Eccl. 7. Vidi ꝙ nemo põt corrigere quem Deus despexerit. ¶ Vel dic ꝙ qui arma & habitũ achab. i. cõuersationem malorum portat, sp est in periculo damnationis & mortis, nisi per cõfessionẽ clamet. ¶ Vel allega ꝙ periculum magnum est quãdoque alienum habitum portare & assumere, vel alienum se fingere, quia sub aliena specie potest aliquotiens quis perire a seruis regis syriæ. ¶Hic dicitur quod rex Israel mutauit habitum, & ingressus est bellum in quo quidem bello a seruis regis syriæ in curru suo ligneo sagitta percussus occumbente sole interiit, quem serui sui in domo sua portauerunt, canes vero venientes sanguinem ipsius linxerunt. ¶ Sic vero rex Israel Christus assumpto habitu alieno. s. humanitate per incarnationem, ingressus fuit locum certaminis huius mundi. Apostolus Phil. 2. In similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Io. 1. Quem sub habitu alieno latentem, serui regis syriæ. i. iudæi serui diaboli in incertum sagittam iacientes. s. in ipsum dominum gloriæ, ignorantes, quia in propria venit, & sui eum non receperunt, supra currum crucis occiderunt, & sic sole iustitiæ occumbente, cuius tamen sanguinem. i. cuius passionis fidem, non ipsi, sed canes. i. gentiles lambuerunt & receperunt. Vnde. Iob 39. Pulli eius lambũt sanguinem. Et supra. 1. Re. 21. lambuerũt canes sanguinem naboth. Et ideo de isto incerto iactu sagittæ, idest de ista ignorantia qua iudæi Christum ignorantes occiderunt, dixit ipsemet dominus Lucæ 23. Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Et Apostolus. 1. Corinth. 2. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Moralitatum tertij libri Regum finis.

MORALITATVM Liber duodecimus quarti libri Regum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Præuaricatus est aũt Moab in Israel. Moralit. Cap. 1.

REx Israel Ochozias de cãcellis domus suæ cecidit & ęgrotauit, & tunc nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Acharon, vtrũ scilicet de illa sua infirmitate posset surgere, misit: & recurrẽs ad dæmones Dei Israel oraculum prætermisit, propter quod indignatus dominus sibi per Helia dixit, quod de lecto suo, super quem ascenderat, non surgeret, sed ibidem mortem incurreret, & subiret. ¶ Sic vere sæpe fit, qñ homo de cancellis temporalium dignitatum per infortuniũ cadit, non ad Deũ Israel per deuotionem recurit, nec se ad Deum per peccatorum suorum considerationem conuertit, sed potius Dei Beelzebub. i. diabolum per diuinos & ariolos requirit, propter ꝙ dominus indignatus, mortem vel aliud infortunium maius sibi mittit. ¶ Hic describitur Helias tesbites fuisse vir pilosus, zona pellicea accinctus renib. de ipso etiã dicitur, ꝙ regem Israel viriliter reprehendit, & ꝙ veritatem de suis infortuniis sibi demandauit & dixit. Farinam & oleum multiplicauit, & viduę filium mortuũ suscitauit, prophetas baal occidit, duos principes de principib. eius igne cælestia dño impetrato succendit, sicut in libro præcedenti dictũ est, pluuiã subtraxit, & subtractã iterũ suis p̃cib. impetrauit: ignem de cælo mitti per sacrificiũ obtinuit, & Achab regẽ impium viriliter increpauit, & stare se corã dño in locis plurib. probauit. Viuit (inquit) dñs, in cuius cõspectu ego sto. Ad desertũ ẽt timẽs Iezabel fugit, vbi primo sub iunipero dormiẽs, & tandẽ panẽ & aquam comedẽs ad montem oreb trãsiuit, Deũ Israel audiuit & vidit, sicut hæc oĩa patẽt supra. 3. Reg. 17. Tãdem vero sicut dr̃ hic in cælũ curru igneo raptus extitit. 3. Reg. 18. & pallium suũ discipulo suo Heliseo dimisit. 3. Re. 19. in quo miracula multa fecit. ¶ Helias, qui interpretatũ robustus, significat virũ ꝑfectũ, & maxime eccl'asticũ vel ꝑlatũ, qui. s. sibi vel aliis debet dñari robustæ, qui ẽt debet dici tesbites, qui interpretatur conuertens & festinus ad intelligendum, eo ꝙ alios debet prædicando conuertere & ad intelligendũ veritatẽ Dei vel mandata superiorũ dẽt festinus & diligẽs semp esse. Vñ in Prou. 14. Acceptus. n. regi minister intelligens. Iste igiẽ debet habere audaciam ad malos principes redarguendos, & ad veritatem eis dicendã, & ad ostẽdendũ iustitiam ad malos prophetas, & ad quinquagenarios. i. ad hæreticos & officiales ipsos puniendos, & igne seueritatis cremãdos, clemẽtiã ad farinã & oleũ indesinenter pauperib. & viduis ministrandũ, ad cõstãtiã corã dño ꝑseuerãter stãdũ, prudentiã ad pluuiã bñficiorũ tpaliũ vel documẽtorum spũalium loco & tpe dãdũ vel retrahendũ, sciam ad mortuos pc̃tõres p prædicationem suscitandũ, pñiam in deserto vel sub iunipero asperitatis ad dormiendum, abstinẽtiã ad panẽ & aquã gustandũ, perseuerantiã vsq; ad montẽ Dei oreb. i. vsq; ad paradisum ambulandũ, contemplationẽ & sapientiam ad Deum videndum & alloquendum. Quæ. s. oĩa si habuerit in curru igneo charitatis, in cælũ ad Deum finaliter rapiet, & palliũ bonæ famę & sc̃titatis suæ hic in mũdo remanens sui deuotis & discipulis relinquet. Vñ Apoc. 12. Raptus est filius eius ad Deũ & ad thronũ eius. Sic igitur quilibet vir perfectus Helias põt dici, qui Heliæ virtutes voluerit imitari, & potissime ista pñt applicari ad sanctum Nicolaũ, q ad litterã farinam & oleũ & frumenta multiplicauit, mortuos suscitauit, abstinens fuit & ieiunauit &c. ¶ Vel ista pñt dici de beato Iohãne Baptista, qui. s. regẽ Herodẽ impiũ redarguit, in deserto in abstinẽtia & pñia vixit, aquas iordanis baptizando dimisit &c. Ma. 11. Vñ saluator dicit de eo. Ipse est Helias, q venturus est. Mal. 4. Et sicut Helias prædicando sicut dr̃, sic iusti faciẽ dñi anteq̃ per grãm ad pc̃tõres veniant ꝑuenerunt: in quantũ. s. ꝑdicando, exẽpla dãdo & corrigendo sibi viã ꝑparant & componunt. Vnde dr̃. Lu. 1. Ipse ꝑibit ante ipsum in spũ & virtute Heliæ. ¶ Hic habes, quod duo quinquagenarii regis Ochoziæ, Heliæ prophetæ irreuerenter & quasi imperatiue locuti sunt, dicentes. Homo Dei rex præcepit descendere te. Qui igne cælitus descẽdente, ad

A te ad Heliæ imperiũ perierunt. Si inquit hõ Dei sum, descẽdat ignis de cælo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Vltimus aũt & tertius quinquagenarius, qui dr̃ fuisse abdias propheta, ad eum missus, iudicio & morte aliorum territus, genua sua coram eo curuauit, misericordiã implorauit, & humiliter, quod ad regem descenderet, supplicauit. ¶Hoc exẽplariter põt exponi, ꝙ quinquagenarii. i. principes sæculares, balliui regũ & principũ officiales, quantuncũque dñi & magni cum prophetis. i. cum viris scientificis & religiosis & sanctis loqui dure & impatienter non dñt, sed potius reuerenter & subiectiue, alios digni sunt igne cælesti cremari, & a Deo redargui & puniri. Nulla. n. temporalis potentia, quæ viris Dei & scientiæ & sanctitati hoĩs digna sit æquiparẽtiæ, quapropter quilibet tales viros honorare & reuereri tenetur. Exemplo Cnei Pompei, qui possidonium philosophũ adiens, non est passus, quod lictores ad ianuam philosophi ꝓcurrerent, sed potius voluit, qd̃ submisse pulsarent, sicut dicit Solinus. Numerandus (inquit) post Deos Cneus pompeius, intraturus possidonij domum tunc clarissimæ sapientiæ professoris percuti ex more a lictore fores vetuit, & sñiæ ꝓpriæ orientis victor cessit ianuæ literarum. Bene igiẽ dr̃ Le. 19. Honora faciem senis. ¶ Vel si vis allega, quod humilitas locutiones proficit, dura vero nocet. Quia dr̃ Prou. 15. Rñsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Factum est autem, cum leuare vellet dominus Heliam per turbinem in cælum. Moralitatum Cap. 2.

CVm dominus vellet Heliam in turbine rapere, omnino se voluit de Heliseo antea discipulo suo expedire, dicens sibi. Sede hic, quia dominus mittet me in bethel, tandem in hierico, tandem ad iordanem. Heliseus autem dicebat. Viuit Deus & viuat anima tua, quia non dimittam te. Igitur cum ad iordanẽ venissent, innoluit Helias pallium suũ,
B & percussit aquas iordanis & diuisæ sunt, & transierunt per siccum. Qui cum dixisset heliseo, postula quid vis antequam tollar a te, petiit heliseus, quòd spirit⁹ duplex requiesceret apud ipsum. Quod quamuis ipsi difficile foret, concessit tñ sibi, dummodo ipsum, quando raperetur, videret. Ecce ergo currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrunque. Ascendit Helias per turbinem in cælum, cui. s. pallium suum cecidit, quod heliseus accipiens & extremum aquis iordanis percutiens, ipsas iterato diuisit, & extunc ꝓpheta loco Helię fuit. ¶ Hæc allega, quando quis rapiendus est in cælum per contemplationem, & per secretorum cælestium deuastationẽ, solitudinem debet quærere, & propriorum discipulorũ & aliorum quamuis sanctorum & bonorum, societatem fugere, vt sic posset securius in curru igneo feruidæ charitatis in cælum ascendere, & ad amorem cælestiũ se leuare. ¶Vel allega de diligentia bonorum discipulorum, qui. s. bonos magistros dominos & prælatos suos non debent vsq; ad mortem dimittere, sed ẽt importune eos sequi, & eis seruire, donec spiritum scientiæ & pallium morum & virtuosæ conuersationis & apparentiæ possint ab eo reportare dicentes illud Gen. 32. Non dimittam te donec benedixeris mihi, & benedixit &c. ¶ Vel dic quòd Heliæ pallium est conuersatio viri iusti, qui. s. inuolui dicitur pro eo quòd iusti conuersatio inuoluta lata & occulta per humilitatem esse tenetur, etiam aquas dicitur percusisse, quia. s. iustorum vita & conuersatio aquas delitiarum contemplando percurrit, & sic in monte siccitatem. i. voluntariam paupertatem inducit, & sic transeundo ad vitam liberũ iter fecit. Item post raptum eius pallium discipulis imitatoribus ipsius remanet, virtute ẽt cuius aquæ delitiarum diuiduntur, siccantur, & cõdemnantur, & ad cælestem gloriam itur, quia pro certo pallium conuersationis bonæ aquas delitiarum repudiat, & siccitatem abstinentiæ & pænitentiæ in se & suis imitatoribus introducit & amat. Bene igitur videtur posse dicere quilibet imitator bonæ conuersationis alterius illud Ios. 7. Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & cõcupiscens attuli ipsum. ¶Vel si vis dic, quòd Helias dicitur ascendisse in cælum curru igneo in equis in turbine, & cum dimissione sui pallii. Sic vero ad hoc quòd aliquis ascendat in cælum, necesse est

C ꝙ interueniat currus igneus. i. charitas, equi ignei. i. angelorum ministerium & societas turbinis impetus. i. tribulatio & aduersitas & dimissio pallii. i. corporis mors & mortalitatis dimissa grauitas. Vnde dicitur Pro. 25. Dimittat pallium suũ in die frigoris. ¶Cum heliseus esset in hierico, viri ciuitatis dixerunt ei sicut. Vides (inquiunt) quòd habitatio ciuitatis est optima, sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. Propter quod heliseus vas nouum afferri fecit, & sal in illud præcepit mitti. Quem in fontem mittens sanauit, & mortem & sterilitatem ab aquis fugauit, & sic terram sterilem infertilem mutauit. ¶Hierico, quæ interprætatur luna, est mundus, qui. s. in prosperis, & aduersis, & in rerum naturalium discursu fluit & refluit sicut luna. Ista igiẽ est veritas, ꝙ habitatio ista optima dici potest, pro eo. s. quòd ibi est locus merẽdi, & virtutes & merita congregandi, sed pro certo ibi fluit ab initio fons pestifer mundanæ sapientiæ, & potissime scientię gentilis, hæreticæ & poeticæ. ¶Vel fons ꝓsperitatis & abundantiæ terrenæ, quę. s. terram cordium humanorum decipiebat, per malas complacentias inebriabat, & sic eam inanem & sterilem a virtutibus faciebat. Et ideo heliseus propheta idest Deus pater, vas nouum idest virginem benedictam, puram, nouam iuuenculam atque mundam præparauit, in qua sal diuinæ sapientiæ scilicet verbum suum posuit, & eo mediante fontem pestiferum mundi & erroris & idolatiæ, quę totum mundum potauit, temperauit & sanauit, & sic terrã cordium humanorum virtutibus fæcundauit. Vnde Exo. 23. Non erit infæcunda nec sterilis terra tua. ¶Vel dic quòd heliseus est prælatus, qui videns habitationem ecclesiæ vel religionis esse de se optimam & salubrem, veruntamen eo ꝙ aqua voluptatis & prosperitatis ibi abundat, terrã eius subditos, videt steriles virtutibus & inanes, debet vas nouum. i. morum nouitatem, & sal. i. correctionis acredinem & asperitatem adhibere, vt sic sterilitatem eorum possit in vtilitatem mutare, & de malis bonos, & de inanibus virtuosos & vtiles generare. Vnde diciẽ Iud. 13. Sterilis es, sed concipies & paries. ¶Vel dic, quòd quando videt homo terram cordis sui sterilem virtutibus & inanem, propter aquam voluptatis, D prosperitatis vel sapientiæ sæcularis, statim debet sal discretionis adhibere, & omnem sterilitatem vel superfluitatem, qua profluuium dictæ aquæ generat, debet per acredinem pænitentiæ vel per salsedinem prudẽtiæ moderare. Nã si sal & vas nouum idest si salsedinem & condimentum prudentiæ, & nouitatem puritatis, munditiæ & innocentiæ adhibuerit, huius aqua pestifera non nocebit immo econtrario terram cordis sterilem virtutibus affluet, & nõ vitia, sed virtutes effundet. Nunquam enim nocet mundi sapiẽtia, vel diuitiarum prosperitas, si assit in vtendo discretio, & nunquam nocet delitiarum societas, si assit nouitas munditię & penitentiæ, acredo vel maceratio, sed potius ista iuuant, & terram cordis fæcundant, dum ex earum debito usu acquiritur meritorum cumulatio. Bene igitur dicitur Mar. 9. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. ¶Vel dic, quòd talis fons potest significare malos prophetas atq; hæreticos, etiam quoscunq; malos socios vel vicinos, qui scilicet aquã malæ doctrinæ & malæ vitæ sterilitatem virtutum generant in alios. Sæpe igitur fit quòd heliseus idest Deus sal gratię & fidei in talibus immittit, & sic illos, qui erroris fons fuerunt, fontes veritatis sunt, & qui sterilitatem virtutum inducere faciebant, iam doctrina & vita sua alios virtutibus irrigant & fæcundant, sal enim diuinæ fidei & sapientiæ malos fontes, qui corrumpebant terrã religionis, vel terram idest cõscientiam malorum solet in melius commutare. Vnde dicitur. Le. 2. In omni sacrificio appones sal. ¶Vel dic quòd fons iste est scientia nostra, q̃ pro certo nisi sal discretionis adiũctum habeat, & virtutibus nos vacuat, etiam non fæcundat. Ideo bene dicitur. Pro. 23. Prudentiæ tuæ pone modũ. ¶Hic habes quòd cum heliseus transiret per bethel, pueri ciuitatis inceperunt illi illudere, & ipsum caluum vocare. Qui cũ eis maledixisset in nomine domini, statim duo vrsi de saltu egressi fuerunt, qui quadraginta duos de eis occiderunt. ¶Illud exponũt quidam allegorice dicentes, quòd heliseus est Christus, cui scilicet pueri idest iudæi pueriles & insensati, & nescientes quid facerent, illuserunt; & eum caluum vocauerunt, inquantum in loco caluariæ ipsum crucifixerunt, propter quod duo vrsi, s. Titius & Vespasianus de saltu Romanę

E manæ ciuitatis immissi, ipsos vastauerunt & destruxerunt, & isti pueri quadragintaduo dicuntur pro eo quòd reuolutis annis quadragintaduobus ab ascensione domini vrsi isti in iudæos irruerunt. Psal. 98. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semp hi errant corde &c. ¶Vel ista allega contra illusores bonorum, quia pro certo vrsi. i. diaboli de saltu inferni prorumpent, qui ipsos lacerabunt finaliter & cõfundẽt. Vsi in Pro. 19. Parata sunt derisoribus supplicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Ioram vero filius Alchab regnauit super Israel in Samaria. Moralitatum Cap. 3.

CVm rex Moab quibuslibet annis solueret tributum regi Israel, scilicet centum milia arietum & agnorũ, & ab eo defecisset, & prædictum tributum negasset, factum est quòd ioram rex Israel, & Iosaphat rex iuda & rex idumeæ per viam deserti ad præliandum contra Moab prexerunt, Quibus tamen cum pænitus aqua deficeret, propheram Heliseum interrogauerunt, & pro eo requirendo verbum domini, tres reges ad eũ in personis propriis descenderunt. Hic igitur & primo regem Israel de idolatria redarguens, psaltem pro suscitãdo spiritu sancto venire fecit, quo psalente verbum domini factum est super eum, & de aqua danda & de victoria obtinenda prophetauit. Facite (inquit) fossas & fossas, & non videbitis ventum neque pluuiam, & implebitur alueus aquis, tradetq; dominus Moab in manus vestras. ¶Allega ista, quomodo reges & principes debent prophetas & seruos Dei, religiosos, sacerdotes, & maxime sanctos viros honorare, & non solum ad eos honorabiles personas mittere, immo si sit necesse, in propriis personis ad ipsos descẽdere. Supra c. j. dictum est q̃ Ochozias, quia minus idoneas personas, s. duos malos quinquagenarios ad Helia misit, & ideo ipsi igne cælesti percussi sunt. Ipse autem respõsum mortis reportauit. Hic autẽ, quia ipsi reges in propriis personis descenderunt, ideo gratam responsionem & vtilẽ reportauerunt. Bene igitur dicitur. In tota anima tua time
F dominum & sacerdotes eius sanctifica. ¶Vel allega quomodo propheta debet esse constans & audax ad malos principes redarguendos, sicut iste, qui iorã legitur dixisse. Si nõ attenderem vultum regis Iuda, non respicerem (inquit) te. Vñ de eo etiam legitur. In diebus eius non timuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec superauit illum verbum aliquid &c. ¶Vel istud allega, quòd sicut sonus melodiæ non solum fugat spiritum malũ, sicut visum est, immo excitat spiritum bonum, sicut hic, sic vero quando psaltes ideſt prædicator psallit melodiam verbi Dei, vel quando etiam ferui Dei psallunt laudes & cantica creatoris, malus spiritus. s. diabolus solet fugere & terreri, bonus vero spiritus ideſt bona deuotio solet in homine suscitari, quæ ad prophetãdum & cogitandum de futuris solet ipsum spiritualiter excitare. Audi tus enim verbi Dei vel officij ecclesiastici spiritum deuotionis excitat, & ad cogitandũ de futuris, ipsum eleuat & exaltat. Vnde in Apoca. 4. dicitur quòd eũ quattuor animalia honorem & gloriam darẽt Deo, seniores adorabant viuẽtem. ¶ Hic habes, q̃ cum dominus fecisse pluuiã in remotis montibus & desertis, qua propter alueus, q̃ descẽdebat in Moab, qui ante siccus erat, plenus aquis rubeis apparuisset, moabitæ existimauerunt quòd reges Israel, Iuda & edom, qui contra eos veniebant, sese mutuis cedibus peremissent, & proprio sanguine alueum repleuissent, quapropter auiditate p̃dæ ad desertũ exierunt, vbi exercitus mortuos crediderũt, dicentes. Pugnauerunt reges contra se, & ceciderũt mutuis cedibus nunc vade ad prædam Moab. Quos tamen viuos nõ mortuos inuenerunt, quia seipsis contra se cõgredientibus perierunt. ¶Illud allega contra vitium præsumptionis & inuidiæ, quia sæpe fit q̃ fatui modica occasione sibi prosperitatem, & aliis infortunium diuinant, vt si videant aquas rubeas, sanguinem æstimant, & de inimicorum suorum morte gaudentes, prædam & lucrum proprium esse putãt. Sed pro certo sæpe fit, q̃ vbi inimicos suos mortuos ideſt defectos & miseros esse, & de hoc prædam & lucrum reportare credunt, & ipsos inuadere volũt, ipsos in sui defensione ita viuos & fortes reperiunt, q̃ ante faciem eorũ deficiunt & succumbunt. Igitur non est ex racili occasione credendum, nec proprium lucrum nec aliorum diffortunium existimandũ, quia sæpe fit, q̃ illi, qui credebantur mortui, re ipsa viuunt, & q̃ vbi sperabatur lucrum, diffortunium reperitur. Vnde dicitur Iob 30. Expectabam bona & venerunt mihi mala. Nõ debent alii tanquam mortui vilipendi, nostri vero tanquam viui laudari, sed potius omnes sunt discretione debito metuẽdi, quia sicut dicit Seneca. Inimicum (quamuis humilem) bonum est timere &c. ¶ Hic dicitur, quòd rex Moab videns ciuitatem suam a tribus regibus impugnari, cum fugaretẽtassent & non potuissent, filium suum, qui post eum regere debebat, supra murum immolauit, & vt a diis suis eriperetur, proprium filium sacrificauit. Cuius facti horror, regẽ Israel cum populo suo ad recedendum coegit. ¶Sic vero sæpe fit, quòd peccator videns se se in arto tribulationis positum, solet diis ideſt dæmonibus primogenitum suum ideſt animam seu animum dare, qui scilicet in solio paradisi sedere debuisset, vt sic se à tribulationis periculo liberare possit. Illud aũt est verum de obstinatis religiosis, qui. s. quando a regibus Israel & Iuda. i. à bonis platis & correctoribus infestari se vident, solent quandoque ad deterius prorumpere, & primogenitum suum. i. animam suam diabolo desperando. i. apostatando & alias grauius delinquendo offerre, quapropter ipsi prælati debent ab impugnatione vel correctione quandoque cessare, ne. s. talem obstinatum possint ad deterius prouocare. Et qñ ex hoc videt eum deteriora facere, ab increpatione desistere. Vnde bene dr Eccl. 8. Non incendas carbones peccatorum arguẽs eos ¶Vel dic q̃ rex Moab diabolus, qui arietes cornutos. i. superbos, agnos, i ignorantes & carnales pascit & nutrit, & tñ qñque de ipsis regi Israel Christo fecit tributum, inquantum ipsos suos malos ad bonorũ impugnationem Christo nutrit, & inquantum ad Christum finaliter conuertuntur. Deutero. 32. Cum adipe agnorum & arietum filiorum basan. Iste est qui primogenitos suos. i. mũdi malos diuites & potentes, supra murum temporalium dignitatũ interficit, & eos per diuersa crimina in inferno immolat. Mich. 6. Vnde. Dabo pro scelere meo primogenitum meum. Vel dic q̃ rex Moab est Deus pater, cuius ciuitatem, i. ecclesiam, tres reges. i. tria capitalia vitia a principio infestauerunt, & ideo pro ciuitate ecclesiæ liberando, primogenitum filium suum. s. Christum immolauit. i. immolari & crucifigí permisit, & sic ecclesiã liberauit. ¶Vel dic q̃ rex Moab, qui interpretatur ex patre, populũ iudaicum significat, cui dictum est Ioh. 8. Vos ex patre diabolo estis &c. Iste igit primogenitum suum Christum, qui dr primogenitus in multis fratribus, immolauit, & eum crucifigẽdo se a Romanis liberari credidit, qñ dixit. Ne forte veniãt Romani &c. Expedit vt moriatur vnus homo pro populo. ¶ Vel dic q̃ iste rex est malus prælatus, vel etiam malus inferior iudex vel balliuus, qui. s. vt possit regibus ipsum impugnantibus, i. suis malis superioribus ipsum forte deprimere vel corrigere volẽtibus satisfacere, statim nitit ad Deos suos. i. ad illos maiores consiliarios, qui ipsum ordinauerunt & promouerunt recurrere, vt ipsis mediantibus possit iram superiorũ cauere, & propter hoc primogenitos suos, i. subditos, & maxime ecclesiasticos, solet per rapinas occidere & grauare, & eos diis suis prædictis immolare, & carnales. i. substantias eorum usibus deputare, qui dii & fautores sui sacrificio prædicto placati, totaliter solent facere, q̃ superiores ab impugnatione talium solent quiescere & cessare, statim q̃ cum isti balliui & officiales a maioribus impugnari se sentiunt, ad Deos, i. ad fautores promotores suos recurrunt, qui. s. in curia maiores existunt, & ipsis de carnibus & substantiis pauperũ subditorum munera faciunt. Isti taliter ordinant: vt superiores a talibus nihil quærunt, & ab ipsorum impugnatione deficiunt, & desistunt. Vnde isti mali iudices vel balliui, suorum subditorum, s. vel primogenitorũ depopulatores, possunt dicere illud Miche. 6. Dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum vteri mei pro peccato animæ meæ. Illi. n. dant primogenitos suos. i. subditos vel subditorum carnes, vel substantias diis & fautoribus, ne hi pro scelere suo puniantur a suis dominis, & superioribus. ¶Vel dic, q̃ iste rex est vsurarius qui. s. diis, i. aduocatis & balliuis primogenitos immolat, vt eum a regibus & prælatis defendant. ¶ Vel dic q̃ isti filios suos ad litteram dæmonibus sacrificant & ordinant, inquantum ipsos ad fraudandũ & vsurandũ instruũt, informant. Ps. 105 Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis. ¶Vel dic q̃ isti vsurarii & consimiles peccatores ad litteram, filios suos, sacrificauerunt dæmonibus, inquantum suos imitatores & in malis diuitiis successores faciunt. Psal. 105. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonibus &c. ¶ Hic habes q̃ isti reges non petierunt nisi aquam & tamen dñs dedit eis aquam & victoriam. ¶Vbi nota quòd dñs Deus semper dat abundantius quam petitur, dum tamen, quod iustum est, requiratur. Vnde dicitur Iac. 1. Dat dominus affluẽter, & non improperat &c. sicut volueris.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Mulier autem quædã de vxoribus prophetarum clamabat ad Helizeum. Mor. Cap. 4.

MVlier quædam de vxoribus prophetarum, quæ cuidã creditori erat obligata, conquesta est Helizeo, quòd creditor occasione debiti, suos duos filios volebat tollere, & seruituti subiugare, & cum in domo nihil haberet, præter parum olei, quo aliquotiens se vngebat, præcepit Helizeus quòd vasa vacua reciperet, & clausis ostiis oleum in vasis infunderet, & impleret. Hæc igitur supra se & filios ostiũ clausit, & filiis offerentibus vasa, oleum infundere cœpit, & ad implẽda omnia vasa oleum multiplicatum suffecit, & sic vendito oleo creditori satisfecit, de residuo vero vnà cum filiis suis vitam duxit. Vende (inquit) oleum & redde debitori tuo. Tu aũt & filii tui de residuo viuite. ¶ Quia igitur istud exponitur multipliciter a multis, nõ est necesse quòd de nostro plurimum apponamus, sed solum quòd aliorũ dicta seu sententiam inferamus. Dicunt igitur quidam allegorice, q̃ mulier ista est ecclesia, quæ. s. duos filios ideſt duos populos habuit, quos creditor diabolus quotidie occidere, subtrahere & subiugare & per diuersos errores & per peccatũ contendit, & per obligationem viri sui mortui. s. Adæ, ipsam & eius filios sibi per peccatum obligatos affuerit atque dixit. Secundum pro certo ista edocta ab Heliseo. i. Christo, vasa vacua. s. subditos & fideles & patres sanctos ecclesiæ primitiuæ qui. s. vacui fuerunt & pauperes in terrenis & ab aliis se
B ctis, per prædicationem mutuo accepit, & modicum olei. i. scientiæ vel doctrinæ vel diuinæ scientiæ & gratiæ vsque ad summum impleuit. Ita q̃ ista mulier. i. ecclesia de oleo scientiæ & sanctitatis & gratiæ istorum, iam creditori diabolo & eius membris hæreticis & satisfecit, & filios suos fideles de superabundantia spiritualiter nutrit. Constat enim q̃ scientia & gratia Pauli & Augustini, qui aliquãdo vasa vacua fuerunt, ita est multiplicata, q̃ non solum suffecit ad malitiam diaboli & hæreticorum deludendam & ipsorum obiectionibus satisfaciẽdum, immo etiam superabundat ad nos alios, qui residui sumus in bonis moribus nutriẽdis. Vnde istis vasis. i. primis doctoribus possumus dicere nos & alii ecclesiæ filii illud. Mat. 25. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguũtur. ¶Vel dic q̃ mulier ista. s. sancta ecclesia, habet hodie multa vasa, ideſt multos sanctos, qui præcesserunt, qui oleo gratiæ & meritorum sanctitate ita pleni sunt, q̃ ad liberandos & nutriendos filios ecclesiæ suffecerũt, plenitudo. n. & superrogatio meritorum sanctorum, põt de pœna & culpa pro filiis ecclesiæ, quibus a prælato datur indulgentia satisfacere, & etiam vltra hoc nutrimentum meritorum augere, & ipsos gratiis & virtutibus enutrire. Igitur necesse est q̃ ecclesia vel anima ad Helizeũ. i. ad Papam recurrat, vt de oleo indulgentiarum creditori suo. i. diuinę iustitię satisfaciat & persoluat, dicentes illud prædictum. Ma. 25. Date nobis de oleo vestro &c. ¶Vel istud allega de oleo meritorum nostrorum q̃ primo oportet de debito ideſt de reatu & obligatione pœnæ satisfacere, & de residuo poterimus nutrimentum æternæ gloriæ accipere. ¶Vel dic, q̃ creditor noster est diuina iustitia, quę. s. filios duos nostros. i. corpus & animam pro debito culparum nostrarum nobis auferre minatur, quapropter necesse est vt ad Helizeum. i. Christum & ad Dei misericordiam recurratur, & de oleo bonorũ nostrorum operum isti creditori. i. diuinę iustitię persoluatur, & de residuo vitæ cœlestis gloriæ procuretur. Oleum enim bonorum nostrorum operum primo est debitorum pœnæ & culpæ persolutio, residuum vero est spiritualiter nutritiuum, & meritorum cumulatiuum, quia. s. primo necesse est q̃ diuinæ C iustitiæ fiat satisfactio & sic deducto ære alieno poterimus de reliquo viuere, & poterit fieri meritorum cumulatio, & procurari æterna vita & refectio. Cuilibet ergo videtur diuina iustitia dicere illud. 2 Reg. 17. Fac mihi primum, tibi autẽ & filio tuo postea. ¶Vel dic q̃ ad Christum debemus recurrere, vt. s. illud modicum olei ideſt diuinæ gratiæ quod habemus, dignetur multiplicare, vt suæ iustitiæ merito creditori nostro possimus satisfacere, & vitam æternam de reliquo p̃ curare. ¶Vel allega de oleo eleemosynę, qđ scilicet non vasis plenis, ideſt diuitibus, sed vasis vacuis ideſt pauperibus infundi iubetur. Accipe (inquit) vasa vacua non pauca. Etiam quòd non publice ad mundi laudem sed clauso ostio ideſt in occulto infundi mãdatur. Ingredere (inquit) & claude ostiũ. Vnde dicit Mat. 6. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera. Et re vera si fiant, oleum istud ideſt bona temporalia taliter multiplicabuntur, quòd nõ solum ad infundendum & pauperibus dandum sufficient, immo & inde ad laute viuendum & opulenter excrescent. Vnde dicitur Luc. 6. Date & dabitur vobis &c. Et apostolus. 1. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus, sequitur. Augebit inclementa frugum iustitiæ vestræ. ¶Vel allega, quòd quando mulier ideſt aliqua persona ab Heliseo Christo multiplicationem olei sui ideſt augmentum gratiæ sperat fieri, primo dẽt ostiũ sensuum suorum claudere, & ab exterioribus se delectationibus excludere, & in secretario cordis per considerationẽ includi, & per humilitatem absconditi. Quod pro certo si fecerit, oleum gratiæ & meritorum suorum multiplicabitur, & duo filii sui scilicet corpus & anima a creditore diabolo liberabuntur, & de residuo meritorum nutrimentum cumulabitur, & vita gloriæ concedetur. Vnde Mat. 6. Intra in cubiculum tuum, & pater tuus, qui videt &c. ¶Cum Helizeus quę apud quãdam mulierem diuerteret & panem comederet, dixisse legit ipsa mulier viro suo. Animaduerto (inquit) quòd vir sanctus Dei est ille, qui transit per nos frequenter. Faciamus igitur ei cenaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, mensam, & candelabrum & cum venerit ad nos, maneat ibi, quod factum est. Heliseus enim diuertit se ad cenaculum, requieuitque ibi vna dierum, & vocans puerum D suum, præcepit ei vt loqueretur sunamiti illi & diceret, ecce sedule ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi. Huic igitur quæ liberos non habebat, & vir ipsius senex erat, Heliseus filium impetrauit, quem etiam tandem mortuum suscitauit &c. ¶Mulier ista magna, quæ etiam sunamitis dr, quod interpretatur coccinea, vel captiua, voluntatem significat, quæ re vera dicitur magna, quia magna, potest capere scilicet Deum. Esa. 12. Magnus in medio tui sanctus Israel. Captiua dicitur, quia potentia cæca, coccinea tamen & ardens, quæ per dẽsiderium & concupiscentiam est feruida & inflammata. ¶Vel etiam ista est anima, quæ magna est nobilitate, captiuata tamen originali culpa, & concupiscentiæ seruitute, coccinea vero gra & charitate, vel sanguinis Christi, a quo redempta est, rubicunda venustate. Vnde dicitur. Esa. 52. Solue vincula colli tui filia Hierusalem. Ista igitur debet dicere viro suo ideſt veritati vel intellectui, quòd viro Heliseo Christo, qui frequenter eos visitabit, & nunc per inspirationem, nunc per scripturæ lectionem, nunc per tribulationem & correctionem, nunc per spiritualem consolationem, nunc per temporalem subuentionem ad ipsos venire & per eos transire non cessat, & dudum per beatam in carnationem, nunc vero per doctorum & prælatorum eruditionem, finaliter vero per extremi iudicii executionem ipsos visitat & frequentat. Debent locum opportunũ parare, vt apud eos possit quiescere per gratiam & manere. Vnde Lu. 24. Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit. Dico igitur quòd ista mulier cum viro suo ideſt anima cum animo virtuoso debent Christo cenaculum & habitaculum in corde construere & locare. Ponant igitur ibi lectum vbi Christus quiescat, ipsum virtutibus studeant ædificare, & iõ inter cæteras quattuor virtutes constituere & locare, hic est munditia, innocentia, & castimonia & continentia. Lectulus noster floridus. Mensa, quæ Christum in persona, pauperum reficiat, hæc est pietas, eleemosyna & clementia. Ps. 22. Parasti in conspectu meo mensam. Stella, quæ Christum sedentem sustentet, hoc est mentis tranquillitas & patientia.

E Vnde in Apo.4.Ecce in cœlo ſedes poſita erat, & ſupra ſedem ſedẽs, cãdelabrũ, ꝙ domo cordis Chriſto illuminat, hoc eſt diſcretio & ſapientia.Zacha.4.Ecce candelabrũ aureũ totum, & proculdubio ſi cenaculum cordis iſta quattuor habuerit, & ſi puriarem, pietatem tranquillitatem & ſagacitatem continuerit, Heliſeus Chriſtus ibi libenter morabitur, qui filios ideſt bona opera nobis dabit, etiam ſi per peccatum mortua fuerint, ipſa per pœnitentiam ſuſcitabit, dicẽs illud Pſalm.131.Hæc requies mea in ſæculum ſæculi.¶ Vel illud dic, ꝙ Heliſeus non legitur locutus fuiſſet perſonaliter cum iſta muliere, quamquam ſancta fuerit & bona, ſed per nuncium, quinimmo nomen eius proprium ſecundum Comeſtorem neſciuit, & ideo ipſam ſunamitem vocare generali nomine conſueuit.¶Allega ꝙ ſancti viri ſumme debent mulierum colloquia diuitare, dato ꝙ ſanctæ ſint, & ab eorũ conſortiis abſtinere debeant & earũ nomina ignorare. Vnde dicitur.Eccl. 9. Auerte faciem tuam a muliere.¶ Vel allega ꝙ iuſtum eſt ꝙ ſeruitoribus & miniſtris ſecundum merita ſatisfaciamus, & poſtquam ſedule miniſtrauerint, ſibi ſuũ ſalarium perſoluamus. Ecce (inquit) ſedule miniſtrauit nobis, quid vis vt faciam tibi?¶Factum eſt ꝙ filius mulieris ſunamitis, quæ Heliſeum hoſpitio ſuſceperat, adueniente calore ſuper caput eius, moreretur. Quo cõtriſtata mulier, ad pedes Heliſei ſe proſtrauit, qui pietate motus, puerum ſuũ cum virga ſeu baculo ſuo ad ponendum ſupra mortuum, vt ſic ſuſcitaretur, miſit. Quod cũ feciſſet giezi, filius mortuus nõ ſurrexit. ſ. nec vox nec ſenſus apparuit. Qui reuerſus obuiã Heliſeo nunciauit. Heliſeus igit in ꝓpria perſona veniẽs & claudens oſtium, cubiculum intrat, & ſuper cadauer pueri ſuper lectum incubat, & os ori, oculos oculis, membraq; membris applicat, & vt caleſieret caro pueri, ſuper eum ſe incuruat. Tandem vero per domum aliquandiu deambulat & iterum aſcendit ſuper puerũ, & ſe inclinat. Qui aperiens oculos, & ſepties oſcitans, a mortuis ſuſcitatur, & ipſum viuum matri ſuæ reſtituit atque donat. ¶Ad litteram videtur eſſe ſecundum ꝙ aliqui allegorice exponunt, talis proceſſus factus, & in reſuſcitatione & reparatione generis humani.

F Mulier enim iſta ſignificat eccleſiam, cui. ſ. vnicum filium. ſ. humanum genus Deus a principio dedit, ſed adueniente calore concupiſcẽtiæ, iſtq; in Adã per peccatũ occubuit & deceſſit, ſed verus Heliſeus. i. Deus iſtum ſuſcitare, & ad vitam gratiæ reducere volens baculum ſuum, ſ. legem ſcriptam, puero ſuo. ſ. Moyſi tradidit, qui tamen mediãte iſto baculo. ſ. ſeueritate legis, iſtum filiũ ſcilicet genus humanũ a morte culpę nullatenus ſuſcitauit. Apoſtolus. Heb. 7. Nihil. n. ad perfectum perduxit lex. Quapropter ipſe Heliſeus. i. Dei filius in propria perſona ad mortuũ humanum genus venire voluit, & intrans cubiculum veteri virginalis, & cadaueri. i. carni humanę. i. ꝑ beatã incarnationẽ ſe cõiunxit & coaptauit, & ꝑdicando per mundum aliquãdiu de ambulauit, & ſic ſuper lectũ crucis aſcendens, & per carnẽ pueri. i. humanitatẽ aſſumptam in igne paſſionis calefaciẽs, ipſum genus humanum per gratiam viuificauit, & viuum. ſ. a morte culpæ puerum ſepties oſcitantẽ. i. per ſeptem dona vel ſeptem ſacramenta reſpirantem, matri ſuæ. ſ. eccleſiæ reſtituit. Vnde dicitur. 3. Reg. 17. Depoſuit puerum de cœnaculo, & tradidit eũ matri ſuæ dicens, viuit filius tuus.¶ Vel dic quòd Heliſeus eſt prẽlatus, mater eſt eccleſia, filius mortuus eſt ſubditus populus, peccatis & erroribus ſubiugatus. Igitur iſta eſt veritas, quòd filii mortui ideſt peccatores ſubditi melius ſuſcitantur, & ad vitam gratiæ reſtituunt, qñ a proprio prælato perſonaliter viſitantur, & quando per incubationem, præſcientiam & moram ipſius caleſiunt, & foueantur, q̃ qñ ſolum per nuncios & vicarios portantes baculos. i. ad percutiendũ & exigendum paratos, mortui & deſolati huiuſmodi frequẽtãtur. Male ergo faciũt prælati vel curati, qui populum ſuũ principaliter non viſitãt, & qui nuncios & vicarios ibi mittunt & alibi trahunt. Dicat ergo quilibet p̃latus illud euãge. Mat. 8. Ego veniã & curabo eũ. Nuncii & vicarij in abſentia prælati vtuntur baculo duræ ſeueritatis, dominus vero verbo vtitur, & calefactione ac aſſociatione pietatis & charitatis, & ideo illi cum baculo iſto ſcilicet cũ virga iuriſdictionis eis commiſſa, magis ſolent lędere quàm iuuare.¶Vel dic ꝙ filius. i. peccator, melius per calefactionem, quam ꝑ baculũ. i. melius per manſuetudinem quam per ſeueritatem viuificatur & emendatur, & iõ illis, q̃ baculo duræ correctionis vel punitionis vtunt, poſſunt ſubditis dicere illud ſupra. 4. Re. 17. Nunquid canis ego ſum, qa tu venis ad me cũ baculo? Acſi diceret. Cõtra canes. i. cõtra infideles hæreticos & obſtinatos eſt cũ ſeueritatis baculo procedendum, cõtra alios delinquentes eſt cum benignitate & mãſuetudine diuicandum.¶Vel dic moraliter ꝙ cum quis filium ſuum mortuũ. i. peccatorẽ animum vult ſuſcitare, debet in cubiculũ ꝓmeditationem intrare, oſtia ſenſuum per ſuam abſconſionẽ & humilitatẽ claudere, ſuper cadauer. i. ſup animam peccato mortuã, per contritionẽ, fletum & ſui diſcuſſionẽ incumbere, per cõfeſſionem & orationem clamare, ꝙ ſatisfactionẽ deambulare, & ſic ipſum ad vitam gratiæ poterit ſuſcitare.

EX CAPITVLO IIII. TEXTVS.

Erat autem fames in terra, & filii prophetarum habitabant coram eo. Moralitatum Cap. 5.

CVm fames eſſet in terra, dixit Heliſeus vni de pueris ſuis, vt pulmentum coqueret, vt comederent filii prophetarum. Qui vitem agreſtem inueniẽs, & inde colloquintidas colligens in ollam concidit, & pulmentum decoquẽs coram filiis prophetarum appoſuit. Qui amaritudinem ſuſtinere non valentes, mors in olla vir Dei, clamauerunt. Ipſe vero Heliſeus farinam immiſcens, amaritudinem temperauit.¶Dic quòd iſta vitis agreſtis, veterem legem vel ſcientiã propheticam ſignificat, & ipſius literalem ſenſum deſignat.

¶ Igitur quandoque accidit ꝙ cum Hæliſeus ideſt Deus vel prælatus, filiis prophetarum ideſt ſuis fidelibus, pulmentum doctrinæ parare iubet, pueri ſui. ſ. pueriles & ignari doctrinæ, vitem agreſtem. i. ſcientiam legalem & propheticam inueniunt & ipſas male intelligẽtes, colloquintidas. i. aliquas malas ſuperficiales & apparentes ſcientias colligunt, & inde pulmentum amarum. i. doctrinam hæreticam componũt & conficiunt. Iſtud ergo aduertentes fideles clamant aliquotiens, mors in olla. Qua propter Heliſeus. i. bonus prælatus, ſtatim debet occurrere & farinam ſacræ doctrinæ & ſanitatis adhibere, vt ſic poſſit omnem hæreſis & malæ doctrinę amaritudinem effugare. Vnde dicitur Iudith. 5. Fontes amari obdulcati ſunt.¶Vel dic ꝙ olla cum amaro pulmẽto eſt mundi proſperitas vel ipſe mundus, cuius. ſ. pulmentum. i. cuius delitias & diuitias, filii prophetarũ. i. viri ſancti amaras reputant & mortales. Mors enim in olla vir Dei. Iſta ſunt, quę amaritudinem ac ſollicitudinem cõtinent, & mortem vitiorum & tormentorum ab vxoribus procurant, quapropter ſancti viri quamquam fame & inopia vrgeantur, ipſas comedere, habere uel acquirere nunquam amant, dicẽtes illud Iob 6 Nũquid (inquiũt) comedi poterit inſulſum, qđ non eſt ſale conditum, aut guſtari quod guſtatam affert mortem? Non reſtat igitur niſi ꝙ farina. i. diſcretio apponatur, & niſi ꝙ homo huiuſmodi pulmento. i. rebus temporalibus diſcrete & temperate vtatur, quia tunc nocere non poterit, ſi cet comedatur, quinimmo omnis amaritudo, quæ ibi eſt, in dulcedinem conuerteretur, inquantum. ſ. ex bono vſu talium merita & gratiæ augebuntur. Proſperitas. n. mundi non nocet diſcrete vtentibes, quinimmo ipſos delectat tam gratiã quam virtutibus. Vnde in Prouer. 27. Quę amara ſunt, dulcia eſſe videntur.¶Vel dic ꝙ olla cum pulmento amaro eſt mundus cum tribulationibus ſuis, quod quando filiis prophetarum. i. ſanctis viris apponitur, ſæpe ſit ꝙ præ tribulationis amaritudine ad Heliſeum, ideſt ad Deum clamitare cogũtur. Mors inquiunt in olla. Iſti igitur farinam ideſt gratiam ſuam & interiorem conſolationem adhibent, & ſic illud, quod eis primo videbatur amarũ, dulce & delectabile eſſe apparet. Vnde dicitur Prouer. 27. Anima eſuriens pro dulci amarum ſumet, ſicut in martyribus fuit viſum.

CAPITVLVM V TEXTVS.

Naaman princeps militiæ regis ſyriæ. Moralitatum Cap. 6.

NAaman princeps regis ſyriæ fortis & diues, ſed leproſus erat, qui veniens ad Heliſeum vt ab ipſo curaret a lepra, præceptum ab Heliſeo accepit, ꝙ in Iordane ſepties lauaretur promittens ꝙ ita caro ipſius mudaretur. Vade (inquit)

A quit) & lauare ſepties in Iordanæ, & recipiet ſanitatem caro tua. Indignatus igitur Naaman ꝙ ad ipſum non egrediebatur, & locum lepræ tangendo, dominum ſuum non deprecabatur, incepit recedere, & loturam Iordanis vilipendens fluuios damaſci & abana & farfar cepit laudare ſuper Iordanis fluuium. Ad iſtantiam tamen ſeruorum ſuorum ad Iordanẽ deſcẽdẽs ſe lauit, & ſtatim ſanatus ẽ a lepra caro eius, & vt caro pueri ſibi reſtitura fuit. Qui protinus ad Heliſeũ reuertens, idolatriæ reſignauit, & duos burdones oneratos de terra Iſraeliticis ſoli in Syriã deferens, ex tunc ſuper terram illam dominum adorauit.¶Quidam exponũt illud allegorice, dicentes, ꝙ iſte Naaman Syrus gentilis gentilitatem ſignificat, quæ ſcilicet fortis per temporalem potentiam, dines per philoſophicam ſapientiam ſemper fuit, leproſus tamen per errores & idolatriam erat. Hic igitur ad Heliſeum. i. ad Chriſtum per fidem venit, ad cuius doctrinam, & mandatum in Iordane ideſt in baptiſmo ſepties, ideſt ſeptem crimina ſanauit, & ſic ſanitatem gratiæ reportauit. Vnde dicitur Ioh. 9. Abij laui & vidi. Idolatrię ẽt tũc renũciauit, de terra vero Iſrael ideſt de puluere & de doctrina ſacræ ſcripturæ, qua mediante Deum Iſrael credidit, adorauit.¶Vel dic ꝙ Iordanis iſte ſignificat flumen pœnitentiæ & lachrymarum, vel etiam fluuium baptiſmi, &c. Vide hoc ſupra libr. 8. c. 4. de Iordane, & melius eodem lib. c. 51. vbi agitur de abana, vbi iſta filia exponitur de vtroque.¶Vel illud dic ſi vis, ſcilicet ꝙ iſte Naaman recedebat indignans, & abſolutionẽ ſui contemnebat, & abana & farfar aquas Iordanis baptiſmo præferebat. Allega contra gentiles, qui baptiſmum contẽnunt, & aquas damaſci ideſt abluiones machometi præferunt.¶Vel allega contra regulares ſæculares, qui Iordanem ideſt ſacram ſcripturam videntur cõtemnere, & fluuios damaſci ideſt ſcientias mundi, ſcilicet leges & medicinam & huiuſmodi ſibi videntur anteferre, quia ſicut Apoſtolus. 1. Corin. 3. dicit. Animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.¶Vel etiam allega contra ſæculares, qui Iordanem fluuium

B religionis, deuotionis, pœnitentiæ & cõpunctionis fugiunt & contemnunt, aquas vero damaſci ideſt mundi delitias & diuitias anteponunt. Animæ eſurienti etiam ea, quæ amara ſunt, dulcia eſſe videntur. Vnde in Prouerb. 27. Cum tamen iſta aqua ſit quæ lepras vitiorum mundat, & quæ innocentiam reparat, vt ſupra ſecundo. Sanaui aquas has, & nõ erit mors neque ſterilitas. Vide ſi vis ſupra libro 8. c. 3. de abana.¶Vel dic ꝙ ſerui reprehenderunt indignationem Naaman & eũ lauari fecerunt, & ſic ſanitatis eius occaſio fuerũt. Poteſt ad hoc allegari ꝙ boni familiares non debent iram & indignationem dominorum attendere, ſed eam potius mitigare, & ad illa, quæ ſunt vtilia, inclinare.¶Vel illud allega, ꝙ minoribus quandoque reuelat illud, quod maioribus denegat, & quòd quandoque minoribus inſpiratur, quod maioribus vtile comprobatur.¶Vel allega, ꝙ ſicut Naaman ad vocẽ puellæ captiuę ad prophetam venit, & ad vocem ſeruorũ ſe in Iordane lauit & ſanitatẽ ſuſcepit. Sic vere ſæpe accidit ꝙ ſerui & ancillæ dominos ſuos ad virtutes & ad fidem inuitant, vt ſcilicet ad prophetam Chriſtum veniant, & ad ipſam per pœnitentiam redeãt, & ſic cauſa ſunt quòd ſanitatem gratiæ recipiunt & procurant.¶Vel etiam ſerui & ancillæ ideſt deſpicabiles perſonæ ſcilicet piſcatores, Apoſtoli, principes mundi ad fidem & ad baptiſmum vocauerunt, & ipſis mediantibus ſanitatem gratiæ receperunt. Vnde Apoſtolus. 1. Corin. 1. Infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia &c.¶Naaman ſyrus fortis & diues, leproſus vero ſanatus a lepra Heliſeo munera obtulit, quæ ſcilicet Heliſeus pœnitus refutauit. De quo gieſi puer Heliſei indignans & dicens, pepercit dominus meus ſyro, iſti, vt non acciperet quæ portabat, poſt eum cucurrit, & talentum argẽti. Quod Heliſeus in ſpiritu videns, gieſi vbi fuerat requiſiuit. Quem mendaciter excuſantem, eum ad ſubeundum leſens erat, quando vir de curru ſuo redijt, & quando cepiſti argentum & veſtes, vt emas oliueta, vineas, oues & boues, ſeruos & ancillas? Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo in perpetuum. Et egreſſus eſt ab eo leproſus ſicut nix.¶Igitur hic aduerte quòd dare munera volens, à lepra curatur, refutans munera, à ſpiritu ſancto illuminatur, acci

C piens munera, lepra, quæ alium dimiſerat, maculatur. In his igitur nota ꝙ illi, qui de mundi diuitijs per liberalitatẽ & elemoſynam ſe liberant, lepra auaritiæ ſe expediunt. Vnde Luc. 11. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda erant vobis. Item in hoc nota ꝙ viri, qui dona & munera refutant & qui non ſolum ante, ſed poſt gratiam factam dona repudiant, ſpiritu ſancto repleri merentur, & ad prouidendum occulta illuminantur. Vnde in Prouerb. 15. Qui odit munera, viuet.¶Item nota ꝙ ille, qui pro mundatione lepræ. i. ꝙ ſacramentorum miniſtratione, vel pro gratię collatione munera recepit, lepram ſimoniæ & auaritiæ incurrit, & ſe, ſemenque ſuum. i. hæredes & ſucceſſores ſuos, qui ſcilicet ſibi in male acquiſitis ſuccedũt, lepræ peccati ſubijcit & exponit. Vnde de talibus, qui de ſimonijs vel de vſuris diuitias acquirunt, dicitur Prouerb. 15. Conturbat domum ſuam q̃ ſectatur auaritiam.¶Vel ſi vis allega, ꝙ familiares prælatorum quandoque ipſis ignorantibus pecunias accipiunt, & magiſtrorum nomine munera recipiunt, & ſic lepram ſimoniæ committunt, ſuoſq́ue magiſtros diffamari faciunt, propter quod indignationem eorum aliquãdo incurrunt.¶Vel dic ꝙ quomodo mali officiales nulli extraneo reputant parcendum, ſed omnes potuis ſpoliandos, ſicut patet de iſto, q̃ murmurando dicebat, pepercit dominus ſyro illi &c. viuit dominus, quia curram poſt illam, & accipiam ab illo aliq̃d. Iſti totum perdidiſſe ſe reputant, quod alij ad domos ſuas reportant. Videtur enim ſibi quòd alij omnia debent eis dimittere, & nihil pœnitus retinere. Quod vtique verum videtur de officialibus curiæ romanæ, & etiam de curialibus dominorum. Vnde de ipſis dicitur. Iob 40. Abſorbebit fluuium & non mirabitur, habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.¶Vel dic quòd gieſi in veteri teſtamento & Simon in nouo, ſimoniam iam inuenerunt. Vnde gratia ſpirituali precium gieſi accepit, & ſic illam vendere voluit. Simon vero pro gratia emenda pecuniam obtulit, ſicut dicitur in Act. 8. Apoſtolorum. Et ſic vnus gratiam vendentium, alius ementium pater fuit, vtraque tamen ſecta damnatur. Quia D ſicut dicitur. Ioann. 2. Dominus ementes & vendentes proiecit de templo.

CAPITVLVM SEXTVM TEXTVS.

Dixerunt autem filij prophetarum ad Heliſeum. Moralitatum Cap. 7.

FIlij prophetarum, qui cum Heliſeo morabantur, cum locum nimis anguſtum haberẽt, ad ſiluam vt ibi ligna cederent, & habitationem facerent latiorem, perrexerunt. Factum eſt igitur quòd ferrum ſecuris vnius quam mutuo ceperat, in quam cecidit, propter quod ad Heliſeum nimis dolẽs & triſtis clamauit, heu heu heu (inqt) dñe mi, & hoc ipſũ mutuo acceperã. Heliſeus igitur lignum ſuccidit, & in aquã poſuit & ſtatim ferrum quod in immo latebat, ſupernatauit.¶Iſtud à multis multipliciter exponitur. Dicunt enim al legorice, quòd Heliſeus eſt Dei filius, ſecuris eſt homo aſſumptus, qui ſcilicet ferrum & lignum, ideſt corpus & animam in ſe habet, manubrium enim ideſt corpus teneri potuit, ferrum vero, ideſt animam collabi, & a ipſo manubrio ſeparari & decidere opportuit. Quod ſcilicet factum eſt quando in morte ferrum iſtud ideſt mortalis anima ad profundum fluminis ideſt ad infernum deſcendit. Ferrum igitur iſtud virtute Heliſei, ideſt anima virtute verbi per reſurrectionem ſupernatauit, & ad manubrium, i. ad corpus iterum remeauit.¶Vel dic ſecundum Hieronymum March. 14. Ferrum põderoſum eſt genus humanum, manubrium eſt lignum vetitum, puer, qui ſecurium tenebat, eſt Adam, Heliſeus eſt Chriſtus; lignum, quod in aqua ponitur, eſt Crux, aqua vero eſt baptiſmus, fundus eſt inferius. Igitur iſta eſt veritas, quòd ferrum illud ideſt genus humanum à principio de manu pueri. i. de manutenentia Adam ab ipſo manubrio, i. ligno vetito in profundum inferni cecidit, & ſic Adam ferrum ſuum, qđ male tenuerat, tunc amiſit. Quod videns Dei filius Heliſeus, miſericordia motus, aliud lignum fecit. i. lignum ſanctæ Crucis, quod cum aqua ideſt cum baptiſmo coniũgens, iſtis duobus mediantibus ferrum illud ideſt genus humanũ de profundo inferni ideſt de ſtatu damnationis redijt, & ſurſum ad ſtatum gratiæ & gloriæ natauit. Lignum enim & a-

qua

E qua.i.crux & passio Christi, & baptismus genus humanum de profundo vitiorum eleuauit,& per virtutem Christi sursum ad statum gloriæ portauit,& sic fit quòd illud,quod per vnum lignum perditur, per alterius ligni beneficia reparatur.Vnde canitur.Vt qui in ligno vincebat,in ligno quoque vinceretur; vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret. ¶Vel etiã est ipse peccator, qui scilicet à manubrio gratiæ, & manutenẽtia spei,& fiduciæ & a manu pueri idest ab auxilio suæ misericordię,per peccatum decidit,& aliquando p auaritiam inferius in mundana labitur,vel etiam qñque per desperationem inferius ad infernum descendit. Vnde dicitur Tren. 3. Lapsa est in lacum vita mea,posuerunt lapidem super me igitur ad hoc p istud ferrum ponderosum.s.mens peccatrix depressa vel desperata sursum ad manutenẽtiam pueri Christi redeat, & ad locum & manubrium suum.s.ad statum gratiæ reueniat, necesse est p lignum nouum apponatur.i.p crucis memoria,spes & deuotio intercedat. Qñ enim lignum in aqua ponitur.i. qñ crucis deuotio aquæ lachrymarum adiungitur, tunc vere necesse est p ferrum qđ ceciderat.i. mens, quæ perierat, ad statum gratiæ releuetur. Et de hoc videtur posse exponi illud Iob 14. Lignum habet spem.Quia.s.si præcisum fuerit.s. ferro prædicto.s.mens & senuerit in terra radix eius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est.¶Vel dic p ferrum istud est peccator subditus &c. sicut supra. Qui pro certo quando à manu pueri.i.ab obedientia prælati per inobedientiam & apostasiam decidit, & se in profundum vitiorum immergit, & in aqua mundanarum delitiarum labitur. Ad hoc ergo p iste ad manubrium idest ad manutenentiam & obedientiam prælati, & ad statum gratiæ reueniat, & de profundo resurgat,necesse est quòd iste puer prælatus ad Helisęum.i.ad Deum p orationem recurrat, & quòd casum,perditionemque illius, quem mutuo acceperat, & qui sibi in commisso pro custodiendo traditur fuerat, defleat, & p ẽt lignum.i.virga correctionis,& aqua.i. dulcedo compassionis succurrat. Qñ enim & lignum & aqua idest seueri-
F tas & pietas adinuicem iunguntur,facile fit p ferrum.i.pec cator ad statum gratiæ redeat,& à profundo vitiorum leuetur. Vnde dr. Nu. 23.Tu virga percutias eum,& animam eius ab inferno liberas.Sapi. 14. Bene igitur dicitur.Benedictum sit lignum,per, quod fit iustitia. ¶Vel si vis istud allega,quòd qñ quis perdit illud, quod mutuo accepit,magis debet contristari quã qñ illud,quod suum est,amittit.Heu(inquit) dñe mi, & hoc ipsum mutuo acceperam sicut de nutrice beati Benedicti legitur, p capisterium fractum deplorans, ipsius reparationem promeruit. ¶Rex Syriæ audiens p Helisęus propheta esset in Israel, qui omnes insidias suas filijs Israel reuelabat, misit exercitum suum in Dothaim nocte,vt appræhenderent Helisęum.Cum igitur nocte ciuitatem circũdedissent,& ex hoc puer Helisei timuisset, dixit ei prophe-
ta. Noli timere,plures sunt nobiscum,quàm cum eis. Roganit igitur Helisęus dominum,p oculos pueri aperiret & quòd oculos.i.intelligentiam hostium excecaret. Quod factum est,quia puer eius spiritu illuminatus, totum montem plenum equis & curribus igneis pro defensione Helisei vidit,exercitus autem cecitate percussus, Helisęum non agnouit, immo ipsum vsque ad medium Samariæ secutus fuit. Non est (inquit) hæc via, nec ista ciuitas, venite ostendam vobis virum quem petitis,sequimini me.Qui scilicet ipsum Samariam secuti sunt, & post cum ad preces Helisei oculi eorum aperti essent,se esse in medio Samariæ cognouerunt. Hos igitur non est passus Helisęus à rege Israel percuti, sed potius istos fecit cibis refici,& liberos ad dñm suum remitti.Non percutias inquit eos.Nec.n.cœpisti eos gladio,& arcu vt percutias.¶Ista possunt allegari exemplariter ad plura.Primo p angeli mittuntur ad custodiam beatorum,qui.s. hic in figura curruum & equorum igneorum venerunt.Psal. 90. Angelis suis mandauit de te. ¶Vel allega p soli pueri.i. soli innocentes & pueri sunt digni angelos videre, mali vero excecantur, p non solum spiritualia non vident, immo presentia temporalia pericula nesciunt præcauere.¶Vel dic mystice p isti serui regis syriæ.i.serui diaboli, significant generaliter peccatores, q.s.cecitate ignorantiæ in vita ista patiuntur, ita p voluntarie in manus hostium suorum.i.dęmonum progrediuntur, & nescientes vbi sunt aut quo va-
dunt ,in manus hostium suorum.i. dæmonum seu vitiorum prolabuntur . Veruntamen sæpe fit, p ad preces Helisei.i. dicatoris vel prælati,oculi istorum per sui consideration aperiuntur, & à Deo per tribulationes & inspirationes & & per prædicationes vel scripturæ eruditiones status eo ipsius reuelatur.Vnde dicit. Iob 9.Cum cæcus essem, mod videO.Et tunc se esse in medio Samariæ.i.in statu peccati, inter hostes suos, & in periculo mortis æternæ cognosce sed à rege Israel.i. Christi misericordia liberantur,qui.s.ip sos per dãnationem non percutit,sed pane doctrinæ & gratiæ eos reficit,& liberos abire permittit.Tali igitur peccatori sic excecato, & in medio hostium constituto, dicit illud Hiere.3.Leua oculos in directum,& vide vbi nunq pro strata sis.¶Vel dic p Rex Israel.i.bonus prælatus, nõ solum debet pascere suos,sed etiam alienos,nec solum debet benefacere bonis & amicis, imò etiam inimicis,extraneis & remotis.¶Vel dic p nobiles principes nunquam debent percutere illos, quos à casu & fortuna vident in suis manibus cecidisse,sed potius ipsos pascere, hoc est dimittere, si eos contingit ad ipsum per Dei prouidentiam aduenisse .¶Hic habes p obsidente Benadab rege syriæ ciuitatem Samariæ, facta est ibi tanta fames,p mulieres paruulos suos comedebant. Vnde factum est, quòd duæ mulieres conuenerunt inter se de filijs comedendis.Da mihi (inquit)vna filium tuum vt comedamus hodie,& filium meum cras.Cum igitur ambę matres vnum de filijs comedissent,altera die cum reliqua dare filium suum deberet, noluit, sed filium suum abscondit.Quo audito ioram Rex Israel,quamquam iniquus,vestimenta sua scidit,& contra Helisęum insurgere voluit,& ipsum occidi mandauit. In castrino tamen Dei nutu tanta abundantia in vrbe facta est,quòd duo modij farinæ statere vno per illum in porta Samariæ venderentur,& sic puerille bona hora fuit reseruatus, quem sequens abundantia de martyrum impiarum dentibus liberauit. ¶Dic quòd ista Samaria ciuitas, quæ interpretatur custos domini, significat ecclesiam,quamquam.s.Rex syriæ, qui interpretatur excelsus id est diabolus, qui cum per superbiam est excelsus,cum exercitu vitiorum & dæmonum semper pugnat. In ista est igitur hodie tanta fames auaritiæ,p etiam matres.i. prælati ecclesiastici, qui deberent esse magis misericordes quam matres proprios filios,idest proprios subditos rapinis & exactionibus comedunt & consumunt.Quo audito ipsi reges seculares res quamquam mali,indignantur & admirantur,& vestimenta sua scindunt,idest ecclesiasticorum crimina detestantur dicentes illud Tren. 2.Nunquid comedunt matres filios suos ad mensuram palmæ.Isti igitur mali reges.i.seculares videntes talium matrum, i.ecclesiasticorum prælatorum impietatem,solẽt contra Helisęum.i. cõtra prælatos propter ipsi bonos subditos insurgere, & famen auaritiæ, quæ in vita ecclesiæ viget,nituntur in ipsis punire. Dicunt enim,simatres & prælati eorum comedunt, quare & nos non habebimus partem nostram &c.¶Vel dic si vis,p istæ duæ matres gnificant malos iudices,officiales & procuratores,qui.s. comedendis subditis suis deprædandis & depauperandis ter se pacisęuntur & in hoc contra pauperes filios impiæ derantur.Comedamus filium tuum (inquit) hodie & filium meum comedamus cras.Vnde de malo federe istorum adu catorum,balliuorum & procuratorum,quo.s.vnus alterum ad comedendum alterum adiuuat,hoc est ad proprios filios .i.ad vicinos & subditos impugnandum,dicitur Esa.34.In cõgregati sunt milui, alter ad alterũ.¶Vel possemus dicere quod istæ impiæ duæ matres,significant malum principem & malum prælatum,qui scilicet inter se quandoque conderantur,ad subditos alter alterius deprædandos. Et breter hoc est verum, quòd mali superiores se solent inuicem iuuare,vt possint proprios subditos rapiendo grauare.¶Vel si vis ,dic de falsis socijs & amicis,qui scilicet dato quòdter se societatem faciant libenter tamen alios ad comedendum filium suum,idest ad cõsulendum patronum suum anciant,vbi vero pro rata debent conuiuium facere alijs, aliqd ex suo expendere, statim videbis eos se abscondere & societatis fidem non seruare.Versus. Sciæuola tu cognis apud omnes,nullus apud te.Aut repende vicem,aut fine velle vocari. ¶Vel allega quomodo prouidentia occulte vnum occidit, & alium custodit, & quomodo Deus ordinat quandoque aliquem nõ inueniri,vt sibi à periculo possit parci,& hoc quando remedium videt in propinquos parari.Videbat enim Deus,p opulentia in urbe die crastino debebat esse, & uoluit tunc abscondi,ne ab ipsis matribus noraretur.Et ideo prouerbium est. Bene custoditur quem Deus custodiendum decreuerit.Sicut etiam de quibusdã sceleratis audiui,p cũ Parrhysius ad patibulum adiudicati essent,factum est quòd in quadriga,in qua ad supplicium vehebantur,omnes contineri nequibant,vnde unus eorum repositus est in carcerem,vt in crastinum duceretur. Cum ergo aliqui amicorum cuccurrissent ad regem, & apportarẽt relaxationem omnium,iam alii inuenti sunt suspensi. Ille autem,qui in quadriga contineri nequierat,extitit liberatus. Diuina.n.iudicia multis modis circa hominem operantur, & ad illos saluãdos,alios vero liberandos multipliciter variantur.Deut. 32.Vnde dr. Ego occidam p ego uiuere faciã.

A

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Dixit autem Helisęus. Audite uerbum domini,hæc dicit dominus,In tempore. Moral. Cap. 8.

SYri obsidentes ciuitatem Samariæ, nocte a domino territi sunt,tumultum & sonitum audientes,ac per hoc timuerunt taliter , quod relictis tentoriis & cuncto supellectili,recesserunt.Igitur cum uiri leprosi ex Israel ad Syrorũ exercitum confugerent,pro eo quod pp famis inopiam in Samaria remanere nequirent,factum est,in castris Syriæ neminem inuenerunt,sed aurum & argentum inde tollentes fugam Syrorum in ciuitate nunciarent , filiis Israel cuncta diripientibus , & in ciuitatem deportantibus , abundantia tanta ibi facta est,quòd duos modios Hordei pro uno statere argenti habebant,qui prius proprios filios mãducabant.Sic vero moraliter loquendo, qñq; contingit p uiri leprosi.i.pauperes religiosi,qui leprosi.i.viles & abominabiles ab hominibus secularibus reputantur, sicut dicitur de Christo Esa.53.Reputauimus eum leprosum & percussũ
B a Deo,& humiliatum, vadunt ad castra Syrorum,qui erant gentiles.i. ad scientias philosophicas, in quib.s.castris.i.in quibus philosophorum gentilium libris,& scientiis post ipsorum fugam, recessum, & mortem, isti aurum sapientiæ, & argentum eloquentiæ inuenerunt. Quod respicientes per humilitatẽ ab scõderũt,nec ipsam propalando inanem gloriam inde quærunt,& eandem opulentiam sciẽtiarum,quam in istis castris inuenerunt,in urbe ecclesiæ famelica prædicando nunciant,omnem famen ignorantiæ inde fugant.Isti enim quatuor fuisse dñr,inquantũ quatuor uirtutib.cardinalibus insigniti,& quatuor euangeliorum doctrinis imbuti, p quatuor mundi partes prædicare noscuntur. Vnde dicitur.Inuentus est uir pauper in ea,& liberauit eum sapientia sua.Eccl. 9.¶Hic scribitur de illo principe, qui dicenti Helisęo in crastino summam fertilitatem in Samaria futurã,vbi tamen præ fame matres filios comedebant,credere noluit,& quasi deridendo cępit dicere, & si dñs cataractas cœli aperiret,impossibile est quod tu dicis . Helisęus aũt Ironice respondens ait.Videbis inquit,& non comedes ex eo.Quod factum est,quia in crastina fugientibus Syris,q ciuitatem obsederant,pp victualia ab eis derelicta opulentia nata est.Ille uero princeps, qui in porta ciuitatis à rege fuerat constitutus, fuita turba populi conculcatus,& sub pedibus interfectus.Potest allegari, p factũ est diuinis verbis contradicere sed potius necesse est ipsa cum reuerẽtia credere,& in euentu certifice confidere,& sperare.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Helisęus autem locutus est ad mulierem, cuius uiuere fecerat filium. Moralitatum Cap. 9.

HIc habemus p mulier illa sunamitis, cui Helisęus filiũ dederat, & mortuum suscitauerat, postquam multis annis peregrinata fuisset ad terram Israel rediit, cui rex vere anima,cuius filium, idest cuius animum Helisęus idest postquam diu est peregrinata per mundum in hac uita,peragrat in Israel,idest in Paradisum finaliter reuertitur, ubi rex Israel Deus pater hæreditatem suam , scilicet gloriam C paradisi sibi restituit atque donat.Psal. 15. Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi &c. Vel dic p mulier ista post baptismum quandoque peccando à Deo peregrinatur,tandẽ tamen per pœnitentiam reuertitur & tunc ad possessiones uirtutum,quas antea habuerat,restauratur.Pœnitẽtia enim post luctum facit gaudere , & omnia,quæ nostra fuerant, scilicet uirtutes,& gratias,quas homo habuerat ante peccatum,facit rehabere cui tamen Nouatianus hæreticus credidit contrarium , ut patet in historia tripertita. ¶Hic habes quòd Benadab rex syriæ,qui prius in prosperitate positus,Helisęum capi,& occidi mandauerat, nuncuero in infirmitate cõstitutus,ipsum honoraci , & vtrum moriturus esset,mandat.In quo nota,quod multi sunt,qui in prosperitate positi,sanctos viros & religiosos contemnunt,in infirmitate uero & tribulationibus constituti , & eos humiliter & reuerenter ad eorum orationes requirunt . ¶Istud etiam dic de quibusdam , qui quando sunt sani , de Helisęo idest de medico parum curant, cum uero infirmi sunt,i psum cum muneribus honorãt,& uisitant.Vnde Eccl. 38.Honora medicum propter necessitatem. ¶Hic habes p Azahel dato p audiuisset ab Helisęo, p cum dñs suus Benadab rex Syriæ erat in infirmitate sua moriturus,ad ipsum tamen rediens dixit ei p potius esset sanandus,cuius contrarium factum est,quia ipsemet Azahel strãgulum super faciem eius posuit & aquam infudit & hoc est ẽm Iosephum, p in lecto laqueo ipsum strangulauit.Qui suffocatus obijt,& ipse Azahel loco eius regnauit.Iste Azahel significat adulatores, qui dato p sciãt dominos suos infirmos peccatores & mortẽti æternæ propinquos, ipsi tñ prædicant eos sanandos & tã quam iustos finaliter esse saluandos. Vnde isti aquam dulcium verborum semper infundunt, & sic laqueis verborum etiam ipsos irretiunt,& ita dum eos in malis iustificãt, mortem spiritualem sibi attribuunt. Vnde Esaię 3.Populus meus qui te beatum dicunt,ipsi te decipiunt. Istud ergo breD uiter est verum,quòd causa,quare adulator dominum suum regem,scilicet prælatum vel principem suis adulationibus interfecit decipiẽdo,ad hoc solũ est vt in curia eius regimẽ & dignitatem & officium retinere possit, quia etiam hodie videmus p adulatores,qui dominos suos mentiendo & falsæ iustificando , & verba placentia loquendo suffocant, & ad hoc omnia ipsos attrahunt & inclinant , & loco eorum vt communiter imperant atque regnant,inquantum scilicet tales præ aliis diliguntur, & à magistris suis in altis dignitatibus collocantur,& etiam quod amplius est quia quãdoque potius quam ipsi magistri sui imperare noscuntur: Vnde de illis potest exponi illud 3. Reg. 16.Irruens zambri occidit Hela,& regnauit pro eo,occidit dico adulando , & & regnauit pro eo,domum & hospitium gubernando,& dignitatem ab eo obtinendo.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Helisęus autem prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum. Moralitatum Cap. 10.

HIc.9.c.in fine habes,& cum Iehu fuisset inunctus in regem,& ioram & Ochoziam reges Israel & Iuda occidisset,factum est p Iezabel mater ioram videns Iehu ad palatium venientem,suos oculos stibio inunxit , & parata & ornata Iehu audacter alloquens de hoc p filium suum occiderat,increpauit . Qui statim de palatio ipsam præcipitari fecit & iussit,intinctoque sanguine eius pariete , equorum ungulis conculcanda tandem à canibus comesta est,& iuxta verbum Heliæ,i loco vbi Iezabel fecit occidere naboth, carnes eius canina rabies deuorauit . 3.Reg. 21.¶Si uis allega quòd in quo quis peccat,in illo punitur. 2. Reg. 9. Istam enim ibidem naboth iniuste occidi fecerat,ita p canes sanguinem eius linxerunt , ideo occisa ibi est & canes ipsam pœnitus præter caluariam vorauerunt. ¶Vel dic quòd illę mulieres,quæ se superbe ornant,& ut placeant hominibus, stibio facies suas sophisticant,ex hoc quandoque displicẽt, & nihilominus canes inferni ipsas finaliter deuorant . Vnde Hiere. 4. Cum punxeris stibio oculos tuos,frustra componeris,contempserunt te amatores tui , animam tuam q-rent.¶Vel dic quòd illud unguentum sophisticum hypocri

E sim significat,quia inunctis hypocritis vt regi Israel.i.platis & superioribus placeant,quandoque contingit cõtrarium quia.s.percepta huiusmodi fictione,nõ solum non honorãtur sed de palatio,ideſt de dignitate vel officio,domo,curia vel hospitio præcipitantur,& canib.i.officialibus & balliuis exponuntur.Sen.Nihil,quod simulatum est & fictum potest esse diuturnum.¶Vel dic q rex Israel est Christus, qui tales destruit & deponit,& canibus infernalibus exponit.¶Vel si vis allegorice,dic q Iezabel significat impiam sinagogam, quæ.s.sanguinem prophetarum & sanctorũ sitierit, & multotiens cum idolis fornicata fuerit,& stibio,ideſt exterioris legis sophisticamento,& superficiali intellectu circa mentis oculos picta erat.Hanc igitur Iehu princeps, ideſt Christus depoſuit, & de palatio tẽpli & legalis fastigii p principes gẽtiũ detraxit,& canibus,i. mũdi tyrãnis vndiq; disperſam & captiuam exposuit.& cõcessit.Vnde & de Iezabel dicit dñs Apo.2.Mittam eam in lectum,& qui mechantur &c.

CAPITVLVM X TEXTVS.
Erant autem Achab septuaginta filii. Mor. Cap. 11.

HIc.c.10.dicit, postq̃ Iehu duos impios reges Israel & Iuda,ioram & ochoziam occidit,filios ioram septuaginta decapitari,& capita deferri mãdauit, necnõ fratres abaſie quadragintaduos,qui ad visitandum filios regis in samariam descenderãt,interfecit,totamq; domum Achab, optimatesq; & principes,notos & amicos,prophetas & sacerdotes destruxit. Voluit igitur prophetas Baal occidere, idolum & cultum ipsius extirpare.Iste igitur se fingens vel le colere Baal,sacrificium fieri ordinauit, & sic sub colore sacrificii sacerdotes & prophetas ipsius & congregauit. Audientes igitur regem velle sacrificare idolo suo,continuo congregati sunt,& à rege munera & dona sperauerunt,qui nimmo & vestes cuilibet ipsorum,vt magis allicerẽtur, dari mandauit,& ne quis forte de seruis domini esset,cum seruis Baal districtus imperauit. Dum igitur circa sacrificium occupati omnes in vna domo starent ad hoc ordinate,
F à militibus fores clauduntur,omnes gladio perimuntur,ſta tuaq; Baal destruitur,& in templo eius latrinæ constituunt, & sic cultus Baal de Israel extirpatur.¶Ista possunt allegari, q mali vnde sperant præmium,quandoque acquirũt supplicium,& q extrema gaudii luctus occupat.Prou.14.Vnde si vis,dic mystice,q Iehu significat Deũ,Baal vero significat diabolum,quia.s.re uera Iehu rex Israel.s.Deus vr,nunc prope huius vitæ seruos Baal.i.peccatores seruos diaboli diligere,in quantum solet eos ad templum ecclesiasticarum dignitatũ,& beneficiorum aliquando veheret,& promouere & vestes.i.bona tpalia ipsis dare,sed proculdubio totum illud insidiose facit,quia.s.oĩno istos ad victimã æternę mortis custodit, qđ patebit,qa finaliter milites suos.i.angelos mittet,& seruos Dei a seruis Baal,i.bonos a malis se iunget & separabit,& ipso malos destruet,tẽplum ẽt baal.i.mũdũ statuã eius.i.corpus reproborũ,cultum eius.i.executionẽ vitiorũ dissipabit totaliter & subuertet.Vñ.Esa.25.Præcipitabit dñs mortem in sempiternũ.Et Mat.13. Mittet filius hois angelos suos, & colligẽt de regno eius scãdala,& seperabũt malos de medio iustorũ,& mittẽs eos in caminũ ignis.¶Vel dic,q Iehu est bonus ꝓlatus,vel cautus iudex, qui qñq; solet se malũ dissimulare,vt sic posset malos melius corrigere,Exemplo Cõstantini, de quo legit in historia tripartita lib.j.c.7.q uolens probare,quiessent in domo sua uiri Christiani,se velle gentiles plus quã Christianos diligere simulauit,quia munera & dona Christum vel idola adorantib. ꝓmisit, & sic veros à falsis Chrianis cognoscẽs,bonos & stabiles honorauit,alios vero fallaces vilipẽdit.¶Vel dic q iehu est bonus prælatus, qui.s.cultum baal,i.cultũ uitiorũ & hæresim debet de regno & collegio suo eradicare, prophetas ẽt Baal,i.malos & ambitiosos clericos,maximè hæreticos,& seruos Baal,i.malos inferiores,iudices dẽt destruere & punire,& eos caute inuestigare,& ne tamen bonos cum malis inuoluat,debet ipsos ab inimicis segregare. Vide inquit, ne quis forte nobiscum sit de seruis dñi,sed vt sint soli serui Baal,& sic filii Israel,ideſt viri iusti de templo Baal, debent latrinas facere,inquantũ mũdi status & diuitias & eminentias debent cũ Apostolo stercora reputare. Phil. 3.

¶Vel dic q Iehu est diabolus.Baal, qui interpretatur deuorator,significat tria peccata.s.Superbiam,quæ deuorat honores ambiendo.Auaritiam,quæ deuorat diuitias. Gulam seu luxuriam,quæ deuorat delitias.Dico igit q Iehu, i. diabolus,prope huius vitæ se esse amicum seruorũ baal oĩum pctorum simulat, ipsosq; insidiose ad cultum illius Baalis ad elationem superbiæ,auaritiæ,luxuriæ & gulæ sollicitat, finaliter vero vbi non cauẽt ipsos spiritualiter & æternaliter percutit & occidit,& sic gladium eorum vertit in lusũ, & se esse inimicum ostendit.Bene igitur dicitur Eccl.12.Nõ credas inimico tuo in ęternũ.¶Hic habes q Iehu, qui oĩa mãdata Dei cõtra domũ Achab impleuerat,& cultum Baal & eius ꝓphetas destruxerat, multoq; alios occiderat,auitulis tamen aureis adorandis nõ abstinuit,ꝓpter quod multa mala a rege syriæ passus fuit. Sic vere sæpe fit q prælatus diligenter se habet in his, quæ pertinent ad iustitiã & fidẽ, vtpote quia malos punit,hæresim & idolatriam euertit,Veruntñ uitulos,ideſt florenos aureos adorat & diligit, & sic qui alias bonus erat,per auaritiam perit.Propter quod rex syriæ,ideſt diabolus,per se & tyrãnos suos sibi & regno suo .s.ecclesiæ plura mala facit.¶Vel dic gñaliter cõtra quẽcunque auarũ aꝛs bonũ.Vñ Amos.9.Auaritia ĩ capite oĩum &c

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Athalia vero mater Ochoziæ, videns mortuum filium suum.Moralitatum Cap. 12.

AThalia mater Ochozię,videns filium suum mortuum & fratres ipsius à Iehu rege Israel interfectos,occidit oẽ semẽ regium,vt ipsa sola regnaret ĩ Hierusalem. Tunctñ cũ filii regis actualiter ab athalia necarentur, iosaba regis soror filium regis paruum & nutricem eius de triclinio furata est,& abscondit eos, eratq; in templo dñi clam sex annis.Cum igitur nullus supstes de filiis regis crederet,Ioada summus sacerdos,vocatis centurionibus & militibus paucis nullum regni hæredem,quẽ clã in tẽplo nutriuerat,ostendit eis,& secrete fœdus inter eos & regẽ pepigit,& occisa impia athalia,ipsum in regis solio cõstituit.Qui statim plonga tpa iuste vixit,pecuniasq; de populo congregauit,& fartatecta tẽpli industria reparauit. Quẽ tandẽ serui sui occiderunt,qui ẽt mortẽ condignã postea sustinuerũt, sicut patet 2.Paral.24.Ista exponunt a multis primo allegorice.Per athaliam,quæ interpretatur dñs temporalis,intelligitur synagoga,quæ.s.tpaliter non perpetuo erat in suis cerimoniis duratura,& quæ etiam tẽporaliter vsq; ad Christiadoẽ,erat in terra Israel regnatura.Ioas rex paruulus.i.humilis,est Christus Ioiada sacerdos,qui interpretatur memoria dñi vel dilectus domini,est prædicatorum cetus. Iosaba,q interpretatur,in quo est incensum dñi,gẽtilitatẽ significat, in qua.s.sensũ dñi,i.fides & oratio nunc perseuerat.Igit ista est ueritas,q alia, ideſt impia synagoga semen regium non est Christi fidem,de qua dictum est.In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, omnesq; ipsius sectatores uolunt occidere & delere & etiam ipsum Ioas, Christum scilicet cum suis sequacibus, ideſt apostolis & martyribus, vt sola regnaret,& ne regnum perderet,occidere tẽtauit,dicẽs in Caipha.Expedit, vt unus homo moriatur pro populo, ne ueniant Romani,& tollant nostrum locũ & gentẽ, Ioã 11.Sed proculdubio Iosaba,i.humilis gentilitas, istum & nutricem eius.s.deuotionem & fidem,credendo rapuit,& per humilitatem abscondens,in templo cordis posuit,ubi.Ioiada,i.prædicatorum turba,ipsum prædicando nutriuit,& corpus eius mysticum.s.fidelium cõgeriem,vsq; ad uirtutum perfectionem deduxit.Vnde Exo. 2. Accipe puerum & nutri eum. Ipsumq; regem super solium ecclesię constituit,& regnum in manu eius tradidit,inquantum conuersis populis ipsum regem & dominum credi fecit, & inquantum ipsum in iudicio regnaturum monstrauit.Quod.s.nunc videt Athalia,ideſt Synagoga tristatur, quę etiam per milites Romanos confoditur & turbatur, templum vero ecclesiæ ab isto rege Ioas.i.a Christo & fidelium populo, cum misterio Ioiade.i.cum prædicatorum auxilio reparatur,& non per Dei gratiam Synagoga perdita,ipse Ioas Christus in templo ecclesiæ, & ĩ spiritualis regni solio prosperatur.¶Vel dic q Athalia timens perdere regnum,significat hæreticos, qui

A qui semen regium, ideſt pueros Israel occidit, inter quos Ioas.i.Christum occidere credidit,quod nõ fecit, quia. s.ad monitum sororis regis.i.ad instinctum Archangeli Gabrielis,Ioiada sacerdos.i.Ioseph nutricem, & puerum,i.Mariã & Iesum tulit & eum vsque ad tempus in Aegyptũ abscondit, quitandem se in Israel regnans. i. publice prædicans ostendit,& se etiam regem Israel non negauit. Vnde dicitur.Tu dicis,quia rex sum ego &c.Ioh. 18. Post ipsa athalia .i.ipse Herodes mortuus fuit quem tamen serui sui. i.Iudæi finaliter occiderunt,de quo tamen pœna mcito post persoluerunt,quando per Romanos Titum Vespasianum tã mortem quam exilium propter necem sui domini pertulerunt. Vnde 4.Reg.9.Nunquid pax erit zambri,qui interfecit dñm suum?¶Vel dic allegorice q Ioas,i.Christus,quem occidisse credit synagoga,nunc in templo paradisi custoditur. Finaliter tamen in die iudicii super solio iudicans contra eũ accingetur.¶Vel dic moraliter,q athalia, quæ interpretaẽ inclinatio domini,significat mundi prosperitatem,vel diabolum,vel mentis iniquitatem,quæ vel qui facit dominum fugere,& declinare semen regium.i.bonũ propositum, vel virtutum exercitium,solet in Hierusalem,ideſt in conscientia enecare,& ibi studet solus imperare,& inde Ioas. i. memoriam dñi totaliter extirpare.Ista enim sunt, quæ memoriam dñi in mente occidunt,& quæ hominem à Deo declinent,& diuertunt.Vnde illud Gene.40. Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui.Sed pro certo Ioiada, q interpretatur dñi cognitio,Ioas.i.memoriam dñi seruat,quia quando homo cognoscit quid sit Deus,ipsum obliuioni faciliter non dat, & ipsum & nutricem eius, quæ est gratiarũ actio,ibidem protegit.Finaliter autem Ioas & Ioiada, ideſt dñi memoria,in Hierusalem prævalent,& athaliam diabolum,iniquitatem vel concupiscentiam de regno cordis effugant,& per pœnitentiam ipsum interficiunt, nunquã. n. potest regnum cordis destrui, quãdiu Ioas.i.dñi memoriam ibidem contigerit reseruari.Vnde Tob.1.Quia domini memor fuit in toto corde suo,dedit ei gratiam. ¶Vel dic q Athalia significat ambitiosum,effeminatum,mollẽ defectuosum prælatum,qui cupiditate regnandi ad finem , ne inueniat repugnantem,studet omne semen regium ideſt bonos subditos occidere & grauare,suppeditare vel deponere,vt sic possit secure aliis imperare.Quod etiam ad literam tyrãni facere solent,qui in principio omnes potentes occidere
B studeant,& omnes illos,de quorum potentia,iustitia,vel rebellione timent,vel saltem ipsos nituntur ita deprimere,& depauperare,vt de eorum rebellione non formident, sed sæpe contingit q aliquis Ioas.i.aliquis memorans dñm,sa.liquis subditus bonus à Deo absconditur, qui tandem de consilio Ioiade sacerdotis.i.cum adiutorio Papæ istũ accusans,prævalet contra ipsum,& eo victo in loco ipsius promouet,q iuste regnans,& dominans,tẽplũ ecclesiæ vel patriæ reuelare conatur.Vnde Iob 34.Perdidit multos & innumerabiles,& regnare faciet alios pro eis &c.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Anno uigesimotertio Ioas filii Ochoziæ regis Iuda.Moralitatum Cap. 13.

IOas rex Israel descẽdit ad Heliseum infirmãtem . Cui ꝓcepit Heliseus,quòd arcum manu sumeret , & impositis manib.suis super manus,regis ꝓcepit,q fenestrã aperiret & traheret.Quo facto dixit Heliseus Sagitta salutis dñi, sagitta salutis contra Syriam.Item præcepit sibi q iaculo terram percuteret,qđ cum ter concutiendo feciſſet,indignatus est Heliseus,q non quinquies aut septies percussiſſet,asserẽs ꝓ tunc totiens syriam deuicisset. Si inquit percussiſſes terram quinquies sexies aut septies,Syriam percussiſſes vsq; ad cõsummationem , nunc autem tribus vicibus percuties eam. ¶Dic q Heliseus significat Christum , qui pro certo vult & præcipit,q Ioas,qui interpretatur memoria dñi, rex Israel .i.prædicator vel prælatus arcum sacræ scripturæ manu bonæ operationis accipiat atque tangat, & deinde fenestram cordis per discretionem aperiat, & sic sagittas diuinorum eloquiorum emittat.Pone(inquit) manum tuã super arcũ, aperi fenestrã & iace sagittam.Ista enim per ordinem se debent hſe,quia.s.primo prædicator debet manum ad implẽ

dum,quod scriptura præcepit,apponere,deinde eos per di C scretionem aperire, & sic potest sagittam diuini eloquii ꝓdicando iactare, & maximè quia tunc solet Deus manum suam manib.suis adiungere,inquantum opera eius solet virtualiter adiuuare.Vnde dr Act.1.Cepit Iesus facere & docere.Ita q cum talis sagitta. i. talis prædicatio sagitta salutis,contra Syriam,ideſt contra diabolum solet esse,quæ corda auditorum potest vsque ad intima penetrare. Vnde etiã possunt tunc auditores dicere illud Iob 6.Sagittæ dñi in me sunt.Isti ergo præcipitur, quod iaculo reprehensionis terram.i.terrena percutiat,quod cum negligenter exequitur, Deus quam plurimum se conturbat,& hoc,quia quanto sępius terram,i. terrenos arguit,& percutit,tanto syriam, q̃ interpretatur sublimitas.i.sublimen superbiam diaboli,amplius superat atque lædit.Et ideo de continuatione istius sagittationis siue prædicationis bene dicitur Esa. 58. Clama, ne cesses quasi tuba exalta uocem tuam , annuncia populo meo scelera eorum,& domui Iacob peccata eorum. ¶Vel dic q iaculum istud significat diuini timoris punitionẽ , vel pœnitentiæ,vel tribulationis, vel etiam contritionis , vel cuiuscunque amaritudinis læsionem.Quia pro certo terra nra,s.quãto mẽs interior,vel caro exterior percutitur, tanto contra Syriam ideſt contra diabolum fortius prævalet. ¶Vel dic q prædicator terram ideſt auditorem tribus uicibus percutit , qñ de fide trinitatis ipsum erudit , quinquies eum percutit, qñ de incontinentia quinque sensus suum ipsum redarguit,sexies percutit , qñ de sex operum misericordiæ carentia ipsum corrigit, septies percutit , quando pro septẽ peccatis mortalibus ipsum ferit.Quando ergo ad huiusmodi percussiones amplius proceſſerit,tanto magis cõtra Syriam,ideſt contra diabolum prævalebit,& tanto victoria sua maior erit.¶Hic dicitur,quòd mortuo Heliseo & sepulto cõtigit, quòd quidam sepeliebat hominum prope ipsum,sed cum latrunculi transiuissent,timentes ibi cadauer, in proprio sepulchro sepelire non ausi fuerunt,vt fugæ cõsulerent,ipsum in sepulchro Heliſei posuerunt . Quod vt corpus Heliſei tetigit,mox homo ille , qui mortuus fuerat, resurrexit.¶Sic vero si uis cadauer tuum,ideſt carnalem vitam sepelire,& per pœnitentiam celare,& adhuc videas la D trunculos,ideſt dæmones & uitia tibi obsistere , necesse est q sepulchrum Heliſei , ideſt Christi per considerationem aperias,& q ꝑ passionis,& mortis suæ memoriã,istud cadauer carnalis vitæ ibi sepelias & abscondas.Quod pro certo si feceris,virtus corporis Heliſei mortui , ideſt Christi talis erit,quòd ipsum cadauer tuum,i.carnalem vitam a mortuis suscitabit,inquantum ipsam in vitam spiritualem mutabit, & de morte culpæ,& pœnæ sanabit. In tali igitur sepulchro sepeliamur,vt de morte culpæ ac uitam spiritualiter raducamur.Vñ dicit.3.Re.13.Sepelite me in sepulchro,ĩ quo vir Dei sepultus est.¶Vel allega de bona societate , quia sicut corpus sanctum siue cadauer eum,quem tetigit,fecit resurgere,& sic sanctus hõ,quãdo a cadauere.i.à peccatore associatur & tangitur, facit eum peccata renuere, & exemplis suis ad uitam gratiæ reuenire.Vnde Lu.7.Quod ipse defuncti tetigit loculum,Adolescens tibi dico surge.¶Vel dic q sanctum corpus alteri vitam præbuit , & non sibi ad denotandum,quod sancti viri beneficia temporalia aliis concedunt,quæ sibi non recipiunt,sed potius ea spernũt. ¶Vel Heliseus mortuus significat prædicatorem doctorem aut correctorem,mortuum.i.malum infamem & iniquum,quia .s.iste tactu suo.i.correctione vel reprehensione verbali vel reali,alios mortuos.i.alios peccatores conuertendo suscitat,ipse vero a morte criminum non se leuat, ita q sibi proprie potest dici illud Mat.17.Vah qui destruis templum Dei salua temetipsum,alios saluos fecit &c.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
In anno secundo Ioas filii Iocham regis Israel regnauit Amasias. Moralitatum Cap. 14.

CVm amasias rex Iuda percussiſſet edõ & filios seir, & decem millia occidiſſet, & alios decem millia cepiſſet,eleuatum est cor eius in superbiam,& Ioas regem Israel multo se potentiorem prouocauit ad bellum . Ioas autem præsumptionem eius reprimens, & parabolam de carduo

E sibi scripsit, ꝙ bestię saltus indignati conculcauerunt carduum, pro eo ꝙ filiam cedri præsumptuose filio suo petierat in uxorem, metaphorice sibi dixit, illum carduum, se autem cedrum significans, superbiam eius increpauit. Carduus (inquit) misit ad cedrum, quæ est in libano, ita ꝙ filiam suã filio suo daret in uxorem. Quo indignante, bestiæ saltus conculcauerunt carduum. Percutiens (inquit) pręualuisti super edon, & subleuauit te cor tuum. Contentus esto gloriæ tuę, & sede in domo tua. Quare (inquit) prouocas malum vt cadas tu & Iudas tecum? Non acquieuit autem amasias, sed cõtra ipsum ad bellum prorupit, in quo sibi male per omnia succesſit, qa ibi ipse fuit victus, murus Hierusalẽ destructus, & populus tributarius factus. Ipse vero amasias ꝑpter huiusmodi infortunium a suo ꝓprio populo extitit interfectus. ¶Istud allega, ꝙ quandoque accidit quãdo quis i aliquo negotio fortuito se habuit, & aliquam gloriam vel victoriam obtinuerit, vel contra aliquem minorem prævaluit, quandoque in tantam superbiam erigitur, ꝙ ad aggrediendum fortiora cor eius eleuatur, ita ꝙ quamuis ipse non sit nisi carduus, i. modicus & depressus, & se cum cedris. i. altis ꝑsonis æquiparare conatur, & propria fortuna vel gloria non contentus, sed ampliorem ambiens, contra arduos & ardua dimicat & luctatur. Sed pro certo Deus suam ingratam præsumptionem humiliat & conterit, & ipsum a bestiis saltus ideſt a superbis hostibus conculcari permittit, ipsumq; uinci, capi, subiici, ciuitatẽ & regnũ eius destrui facit, & finaliter ipsum ꝑ ꝓprios subditos suos perdi, occidi, vel alias molestare finit, & sic quia contentus non fuerat gloria sibi data, aliud infortunium triste sibi reddit, bene igitur dicitur Eccles. 3. Altiora te ne quæsieris. Qui enim de data gloria ingratus extitit, & ad maiora indigne ambiuit vtrunque perdere dignus est. Vñ Luc. 3. Contenti estote stipendiis vestris. ¶Vel dic moraliter, quòd sæpe fit ꝙ qui eodem quo inter pretatur sanguineus, ideſt terrena & carnalia superat, exinde de seipso præsumens, regem Israel, ideſt Deum per superbiam impugnat, & ipsum contra se prouocat, dum altiora cogitat atque tentat, & dum magis in difficilibus certaminibus stare sperat. Sed re uera sæpe fit, ꝙ a bestiis saltus, ideſt à dæmonibus, vitiis & temporalibus cõculcatur, & dum diuersis malis complacentijs captus est, subiugatur, murus Hierusalem, i. fortitudo suæ conscientiæ laniatur, ita quòd finaliter per mortem perpetuam in gloriatur, & sic qa minus meritum & minor gloria sibi non sufficit, sed proprias uires metuens non ad difficiliora procedit, vtrumque dignus est perdere, & à uirtutibus cadendo uitia incurrere, & tandem ad mortem æternam flebiliter deuenire. Taliigitur præsumptuoso potest dici illud Exod. 18. Stulto labore consummeris, vltra vires tuas est negotium. Melius est igitur in minori perfectionis gradu bonum esse, quam altiora aggredi & perire. Apostolus. 1. Cor. 10. Qui stat, uideat ne cadat.

F

CAPITVLVM XVI TEXTVS.

Anno decimoseptimo Phaceæ filij romelie regnauit Acham. Moralitatum Cap. 15.

HIc fit mentio de illo nequissimo rege Iuda Acham, de quo inter cætera dicitur, quòd cum quadam die damascum ad regem assyriorum descenderet, volens sibi placere, eo ꝙ ipsum de manu regis Israel & syriæ liberasset & occiso rege syri populum eius, in syrenem transtulisset, vidit ibi altare damasci, & accepto exẽplari eiꝰ, misit illud ad sacerdotem vriam i Hierusalem, vt ad similitudinem eius altare in templum domini fabricaret. Quo facto rex altare æneum, mare & luteres templi, quæ fecerat salomon, deposuit, & super pauimentum ad partem aquilonarem posuit, & ex tunc super altare nouum relicto alio sacrificare mandauit. ¶Si vis per fatuum regem Acham intellige quosdam fatuos prælatos vel principes, qui. ſde ciuitate sua. i. ecclesia vel collegio deponunt altare, mare & luteres Salomonis. i. bonos viros antiquos & prouectos, qui. ſ. sunt mare per amaram cõtritionem, luteres per satisfactam operationem. Illos enim, quos i ecclesia vel patria patres sui uel prędecessores collocauerunt, & pro consiliaris habuerũt, ac eos in honoribus & officiis tenuerunt, solent super pauimẽtum ponere, & ad gradum infimum deponere, & altaria cu masci, quæ erant altaria idolorum, i. malos homines & alterius nationis loca eorum substituere, & eos in suis curiis & officiis promouere. Nouas enim personas in officijs suis statuunt & extraneos magis quam suos diligunt, & eos suis & suorum antiquis familiaribus dimissis, in suis domibus & curiis introducunt. Vnde dicitur Reg. 26. Nouis superuenientibus vetera proiicientur. Noua enim diliguntur, & antiqua fastidiuntur 3. Reg. 12. Sicut fecit Roboam, qui senes consiliarios Salomonis dereliquit, & nouos & iuuenes subinduxit, & ideo regnum pro maiori parte amisit. Contra quos dicitur. Eccl. 9. Ne derelinquas amicum antiquum. Nouus non erit similis huic. ¶Vel dic moraliter ꝙ Acham, i. diabolus, ſumme nititur ꝙ in Hierusalem. i. in anima altare, mare & luteres salomonis. i. deuotio, contritio & confessio deponantur, & altare damasci. i. mala intentio & cultus vitiorũ, vbi fiat sacrificium malorum operum inducatur. ¶Vel dic ꝙ malum est regi iuda. i. uiris ecclesiasticis & religiosis assyriorum, ideſt mundanorum principum curias visitare, cultus idolorum & eorum altaria ideſt cultus secularium & eorum mala exemplaria respicere, ad damascum. i. ad mundana mundi negotia descendere, quia pro certo sæpe fit quòd ad complacendum regi assyriorum, ideſt principibus secularibus, cum quibus degunt, nituntur se eis conformare, & sic studẽt in Hierusalem, ideſt in ecclesia & in templo cordis sui, altare damasci, ideſt ritus & conditiones, cultus, ꝓpas & uitia secularium introducere, & altare Salomonis, i. cultum religionis & deuotionis dimittere & facere cessare. Vnde dicitur 3. Reg. 19. Altaria tua destruxerunt, & pactum tuum dereliquerunt. Quod patet de episcopis clericis, & religiosis, qui recte seculares esse uidentur, & de ecclesiasticis moribus nihil aut penitus parum imitantur. Altare enim damasci exemplariter in Hierusalem introducitur, quando mores seculares ab ecclesiasticis coluntur. Vnde Iudic. 14. Samson descendens in thamnata, vidit mulierem de filiabus philistinorum, quæ placuit oculis eius, ideo ipsam in vxorem accepit. Quia re uera religiosus in mundum descendens, philistinam & secularem conuersationem facilitercapit in vxorem & ideo prohibitum est, ne in Israel vxores alienigenas introducunt.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

Anno duodecimo acham regis Iuda, regnauit Oze filius hela. Moralitatum Cap. 16.

POstquam rex assyriorum transtulisset filios Israel a medos, & in eorum ciuitatib. medos & babylonios collocasset, & terram Israel ipsis in hæreditatem dedisset, factum est ꝙ leones immissi a domino ipsos interficiebant, & hoc quia non dominum, sed sua idola colebant, & dominum non timebant. Scriptum est igitur regi assyriorum, ꝙ quagente quas i Israel & in samariam & urbes eius trãstulerat, nesciebant ritum Dei terræ, a leonibus occidebantur, & vnus de captiuis sacerdotibus qui ipsos doceret colere dominum, de Babylonia mitteretur. Vnus igitur sacerdotum Bethel rediens, populũ Deum colere docuit, & sic leonum rabies quieuit. Sic uero rex assyriorum. i. diabolus, mirabiliter commutationem in terra Israel. i. in ecclesia & in babylonia. i. in mũdo feciſe, quia pro certo iã uſ babylonios Israelitas, & Israelitas in babylonios commutaſſe, terra enim Israel ecclesiam designat, bobylonia mundum significat & sic Israelitica bonos ecclesiasticos. Babylonia vero malos & mundanos denotat. Ista est igitur ueritas, ꝙ rex assyriorũ diabolo procurante terra Israel, i. ecclesia, a suis Israeliticis, qui interpretantur videntes, Deum ideſt ueris sanctis & religiosis clericis Deum contemplantib. videtur, & hoc qa pro certo illi, qui Israelitę esse debuerant, babylonicos, ideſt in seculares & mundanos hodie cõuertuntur, inquantum. ſ. in negotiis se implicant, & in babylonem, i. in mundum & in curias & officia principum transeuntes & sic proprie isti, qui sunt in Israel, nõ Israelitæ, sed potius medi vel babylonii nominant, de quib. Apostolus Rom. 9. dicit. Non. n. oẽs, qui ex Israel, sunt Israelitæ. Ecce tra illi, qui propriis bonis, ſcilicet Israeliticis uiris, i. sanctis in mundo succedunt, & de babylone, ideſt de mundo de-

A dernis temporibus ad ecclesię statum veniunt, & terræ ciuitates & castra. i. ecclesiæ dignitates & beneficia detinent & regunt, non propter hoc Israelitæ, ideſt sancti contemplatiui & discreti fiunt, sed potius babyloni, ideſt mali, confusi & & peccatores persistunt. Isti enim Deum cœli non colũt nec seruiunt, nec mandata eius custodiunt, sed idolis suis bonis temporibus per auaritiam, vel idolis, ideſt ignaris nepotib. per carnis affectionem, vel idolis, ideſt pictis & pulchris mulieribus per luxuriæ infectionem intendunt, quapropter cũ ritum Dei terræ, ideſt religionis & deuotionis cultum & diuinum seruitium videantur nescire sed potius cultum deorum terræ, de qua veniunt & vsum vitiorum seculi solẽt colere & sentire. Ideo sicut videmus ad oculum isti à leonibus ideſt à tyrannis & principibus incursantur & rapinis & molestijs deuorantur. Deus enim non vult quòd quis habitet in terra Israel, ideſt in ecclesia sua sibi seruiat, nisi ipsum diligat atq; colat. Alioquin si quis ibi existens, dijs alienis, ideſt dæmonibus vel uitiis, vel temporalibus diuitijs vel delitijs seruierit, proculdubio à leonibus, ideſt à dæmonibus vel tyrannis suppeditabitur & peribit. Hier. 50. Grex dispersus Israel, leones deiecerunt eum, Primus comedit eum rex assur. Nabuchodonosor nouissimus exossauit eum. ¶Vel dic, quòd Babylonii fiunt Israelitæ & cõtra, inquantum scilicet hodie seculares vident Deum, & sunt meliores quam clerici, & ecclesiastici sunt mundani & deteriores quam laici. Vide Iudi cum 6. de area, vbi melius.

B

EX CAPITVLO XVII TEXTVS D. Cumque ibi habitare cepissent, non timebant dominum. Moralitatum. Cap. 17.

HIc habes ꝙ samaritani quamdiu fuerũt sine sacerdote domini, à leonib. fuerunt infestati. At vbi sacerdos domini uenit ad ipsos, qui cultum Dei ipsos docuit, ira leonũ erga ipsos conquieuit. ¶In quo notari potest ꝙ sacerdotis, ideſt curati, prælati, boni doctoris vel clerici præsentia multum est necessaria. In primo enim absente populus cultum Dei terræ, i. cultum & executionem diuinorum mandatorum ignorat, cum non habeat qui doceat, & ideo apud eos leonum, ideſt dæmonum viciorum, hæreticorum, tyrannorum, vel aliorum malorum copia abundat, qui ipsos temporaliter æternaliter deuastat. Vnde Prouer. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Econtra, vbi sacerdos domini ideſt bonus prælatus, curatus, prædicator vel doctor affuerit, qui edocet populum ea quæ sunt Dei, solẽt prædicti leones cohquiescere, & populus iuste ac pacifice & viuere & manere, sicut de Daniele dicitur, qui quia sanctus erat in medio leonum sedens ab ipsis minime lædebatur Vnde de talibus sacerdotibus dicit Apostolus Hebr. 11. Obturauerunt ora leonum &c. Hic habes quòd cum Rex assyriorum varias gentes de babylone, & de alijs gentilium prouinciis in samariam, & in terram Israel transtuliſſet, & vtraque gens fabricauit sibi Deum suum fecerunt quoque sibi sacerdotes excelsorum de nouissimis populis & ponebant eos in phanis sublimibus, & exeuntes in terram Israel, adorauerunt sculptilia, secundum ꝙ didicerant in terra natiuitatis suæ, vsq; in præsentem diem sequuntur morem antiquum, & dato ꝙ istæ gentes dominum colerent, diis tamen suis nihilominus seruierunt, vnde isti samaritani dicti sunt, qui in terra Israel de babylonia translati cultum quidem Dei receperunt, sed cultum idolorum nullatenus dimiserunt, sed potius vnum cum alio coluerunt, vnde & textus det hic quòd fuerunt quãdam gentes istæ Deum timentes, sed nihilominus diis suis seruientes. Isti igitur sunt illi samaritani, de quibus euangelia faciunt totiens mentionem, qui; ſcilicet a motis israelitis in terra Israel sunt loco eorum translati. ¶Ista possunt allegari ad multa, & exemplariter & mystice, & ideo hic notari potest, quod malum est à malis præsentibus originem trahere, quia proculdubio idolatrias ideſt peccata & vitia quæ apud eos didicerunt, & quibus iuuentutem suam imbuerũt, vix aut nunquam possunt dimittere. Sed dato quòd ad terrã Israel vel religionem transferantur, & quòd quandoque in cultu diuino & in bonis operibus occupentur, nihilominus morem antiquum & secularem quem didicerunt, & ritum solent firmiter obseruare. Illud videmus de filiis vsurario-

C

rum, qui statim fiunt vsurarii. Videmus etiam de rusticis rudibus. Dato quòd fiant episcopi & clerici, semper tamen modum antiquum illiberalitatis seruant, & dato quòd partim Deum terræ Israel colunt ideſt dato quòd in aliquibus viris iustis & nobilibus, cum quibus habitant, se conformẽt, idola tamen terræ suæ ideſt uitia, in quibus nutriti fuerunt, semper tenent. Vnde dicitur. Prouerb. 22. Adolescens iuxta viã suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. ¶Vel dic contra illos, qui vtranque ripam volunt pascere, mundani & religiosi esse, simul Deo & idolis seruire, & exeundo in terram Israel ideſt in ecclesiam vel religionem vna cum cultu & seruitio diuino, quod faciunt, volunt idola, ideſt mundum, carnem vel diabolum colere, vel mundana negocia pertractare, cum tamen dicat dominus, quòd nemo potest duobus dominus seruire. Matth. 6. Secundum de hoc vide alibi, vbi agitur de illis, qui idolum dagon iuxta arcam domini posuerunt. ¶Vel dic quòd inter illos, quos Rex assyriorum diabolus introducit in terram Israel ideſt in ecclesiam, samaritani, qui interpretantur custodes ideſt mali prælati, solent hodie de nouissimis ideſt de personis indignis sacerdotes facere, & eos in phanis sublimibus ideſt in altis dignitatib. exaltare, & sic mali malos solent vt communiter promouere. Vnde dicitur. 3. Regum 13. Quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorũ. ¶Vel dic quòd quãdo aliquis in terra Israel, ideſt ad prælationem ecclesiasticã vel ad quacunque secularem, uel aliam dignitatem transfertur, & samaritanus, i. custos, prelatus, iudex vel officialis efficitur, continua idola suæ terræ ideſt homines de patria sua amicos, cognatos, vicinos ad modum idoli insensibiles & ignaros secum transferre conatur & ipsos honorare promouere & in phanis excelsis, & in altis dignitatibus constituere machinatur, & plus ipsos quam Deum colere & diligere aliquotiens gloriatur. Vnde Ezech. 8. Idola vniuersę domus Israel depicta erant in pariete, & in circuitu per totum, & seniores Israel offerebant incensum, & lechonias filius saphan stabat in medio eorum tantium ante picturas & unusquisque habebat thuribulum in manu sua. Et bene dicitur in circuitu per totum, quia ſcilicet tota ecclesia vel collegium plena sunt talibus idolis prælatorum. Omnesque parietes a omnia beneficia ecclesiæ per eos occupantur, & ideo non mirum si tales à leonibus ideſt à malis principibus infestantur. ¶Vel allega de schismaticis, qui partim colunt Deum, & partim diabolum, inquantum partim bene credunt & partim male, & ideo leones ideſt gentiles eos deuorant &cæt.

D

CAPITVLVM XVIII TEXTVS. Anno tertio Oze filii Helã regis Israel. Moralitatum. Cap. 18.

EZechias Rex iuda, qui interpretatur confirmatus à domino, contriuit statuas, dissipauit excelsa, succidit lucos sperauit in domino: fecit quod bonum est, rebellauit contra regem assyriorum, & serpentem æneum, quem fecerat Moyses, confregit, & quia populus sibi incensum offerens, hactenus, idolatrabat, ipsum in puluerem comminuit. ¶Sic bonus prelatus debet ab ecclesia euertere excelsa ideſt superbas statuas, & in malo stabiles & obstinatos lucos, ideſt in vanitate lucidos, & curiosos serpentem æneum ideſt hypocritas, maliciosos, clamorosos, & litigiosos. Debet etiam bonum facere, & semper in domino confidere, & regi assyriorum, ideſt diabolo in omnibus repugnare. ¶Vel dic quòd iſte Rex est Deus, qui bene uidet in templo ecclesiæ aliquem serpentem æneum. i. aliquem malitiosum serpentem hypocritam, uel ad modum çris non sensum, sed sonum. i. nõ opera, sed uerba habentem, à populo adurari, & honorari, & tanquam Deum, i. tanquam uirum iustum coli acuenerari indignans solent quandoque eum frangere, seu etiam anni hilare, ut sic qualis erat, possit ab omnibus apparere uel frãgere. i. reprehendere uel in puluerem per humilitatem reducere, & in torrentem Cedron proiicere, i. ad lachrymas prouocare. Esa. 16. Inebriabo te lachryma mea Elebon, & eleale, & quoniam super nindemiam tuã, & super messem tuam uxor clamantium irruit &c. ¶Senacherib Rex Assyriorum, ascendens super terram Iuda, cœpit & uastauit ci-

B uitates munitas, & hoc quia Ezechias rex Iuda à seruitute eius receſſerat,& in domino ſperans, tributum ſibi negauerat.Ezechias igitur nuncios ad ipſum dirigit,theſauros templi & theſauros regios ſibi mittit, quinimmo valuas templi laminis aureis ſpoliat,& omnia ſibi tradit, & nihilominus ira ſua non flectitur,ſed ad obſidendum etiã Hieruſalem ſe conuertit.Quod videns Ezechias,ad præcandum dominum flendo cõuertitur,cuius precib. dominus motus, cõtra ſennacherib indignatur,& miſit angelum ſuum,qui cẽtũ octoginta, & quinque milia hominum aſſyriorum in exercitu vna nocte perimit. Qui mane videns cadauera mortuorum timidus abijt in terram ſuam & receſſit, vbi in templo Dei ſui adorans,à proprijs filijs interfectus extitit, & ſic illum, quem Ezechias muneribus non vicerat,orationibus ſuperauit.¶Allega illud de efficacia orationis.Etiã quomodo Deus ſolet,tunc præcipue iuuare, quando omne humanum ſolatium ſolet deficere,& qñ toto affectu ſolet homo ſe ad Deũ per orationem dare.¶Vel dic ꝙ ille tyrannus ſignificat mũdi principes & tyrannos.Ezechias,qui fidelis erat,ſignificat viros eccleſiaſticos prælatos.Iſta eſt tunc rei veritas,qñ Ezechias bonus prælatus ceſſat tributa, ſeruitia regibus tyrannis dare,& ab eorum ſeruitutis iugo,& obedientia ſe volueritſubtrahere,& prætextu libertatis eccleſiaſticæ liberare, ſtatim ad ipſum deuaſtãdum currunt vrbes & caſtra rapiũt, & temporalitates ſuas ad manus ſuas ponunt, & ipſis dare munera non ſolum de theſauris propriis,immo etiã de theſauris domus domini,i. de bonis eccleſiæ ipſum cogunt, & quandoque neceſſe eſt vt portas eccleſiæ,i. eccleſiæ ſubditos talliando ſpoliant, vt munera regi aſſyriorum.i. principibus ſecularibus mittant vt ad litteram videmus de multis fatuis prælatis,qui proprios ſubditos grauant,vt inde principum ſecularium amicitias ſibi quærant.Sed reuera illud improbis tyrannis non ſufficit,quia talib.muneribus incitant, & ad grauiora facienda multotiens plus anhelant.Igitur iſta eſt veritas,ꝙ pro libertate eccleſiæ obtinenda non eſt vtile principum,vel ſeculariũ amicitias quærere, nec diuitias eccleſiæ ipſis diſtribuere,cum ipſos magis inde ſoleant irritare.Sed vnicum & ſolum eſt remedium, ad Deum recurrere, orando fletus & ieiunia faceret & cauſas eccleſiæ Deum ſolummodo commendare, quia reuera ſi Ezechias.i. prælatus illud fecerit,Deus pro ipſo pugnabit, potentias tyrannorũ ſubuerteret,& eccleſiam de ipſorum manibus liberabit.Pſ. 43.Liberaſti enim nos de affligentibus nos & odientes nos diſperdiſti.Et alibi.Non eſt alius,qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

F

CAPITVLVM XX TEXTVS.
In diebus illis.Egrotauit Ezechias vſque ad mortem. Moralitatum Cap. 19.

DE ſanctione Ezechiæ,& de additione annorum, & retroceſſione ſolis vide Eſa.38.vbi expoſui. De hoc autẽ ꝙ rex babylonis miſit nuncios cum muneribus ad Ezechiã ſalutandum,& eum ſuper curatione ſua congratulandum, & hoc ſecundum Ioſephum,quia babylonij adorare ſolent ſolem,& quia viderunt ſolem retroceſſiſſe, & audiuerũt ab idolis ſuis hoc propter infirmitatem regis Iuda factum eſſe, miſerunt ad eum, & ipſum quem ſol Deus eorum adorare decreuerat,honorandum cenſuerunt.Quibus honorib. Ezechias allectus,legatos quam plurimum & honorauit,& omnes theſauros ſuos,cellas aromatum,ſepulchra regũ & ꝓphetarum (ſecundum comeſtorẽ) & breuiter omnia abſcõdita,& ſuas diuitias,& gloriã oſtendit eis.De quo indignãs dominus per Eſaiã eũ acriter reprehendit,& ꝙ theſauri ſui adhuc eſſent deferendi in babylonem,& filij sui à babylonis captiuandi ſibi comminando prædixit. Quibus auditis; Ezechias hoc ſolum reſpõdiſſe fertur.Bonus eſt ſermo, quẽ locutus eſt dominus,tantum ſit veritas & pax in diebus noſtris.¶Iſta poſſunt allegari ad multa,& hoc primum.Quia nemo ſimus peiores babylonis,nos debemus illos,quos Deus noſter ſol iuſtitiæ Chriſtus honorauit.ſ.pauperes,debiles,infirmos,& maxime reges Hieruſalem.i.bonos ac virtuoſos viros eccleſiaſticos & religioſos prælatos honorare,& eos cũ muneribus & eleemoſynis viſitare.Vnde dicitur Deuter.10. Deus amat peregrinum,& dat ei victum,& vos amare peregrinum &c. ¶Vel illud allega, ꝙ fatuorum & inſipiẽs eſt abſcondita & ſecreta ſua extraneis & ignotis reuelare quia inde ſolent plura mala euenire,quia dum diuitias noſtras alijs oſtendimus, ipſos ad furtum uel ad rapinam ſomnus amplius incitare.Vnde in prouerbiis. Secretum tuũ extraneo ne reueles,ne forte inſultet tibi cum audierit,& reprobare non ceſſet. ¶Vel dic quòd theſauros noſtros ſcilicet virtutes interiores,vel etiam alia bona exteriora præclare, & in publicum hominibus propter inanem gloriam aliis oſtendere ſeu reuelare non debemus, alias occaſionem ſurripiendi & ſubtrahendi ipſa dæmonibus daremus. Vnde dicitur.Eccl.8.Non omni homini cor tuum manifeſtes, & hoc quia ſecundum Gregorium.Deprædari deſiderat,ꝙ theſaurum publice in uia portat. ¶Vel allega,quòd quicunque Rex debet reprehenſiones prophetarum, ideſt prædicatorum,& domini comminationes patienter audire, & eorum in fortunijs rum voluntati Dei ſupponere: & propterea ſibi danda ſuppliciter exoeare.Dominus (inquit) eſt,quod bonum in oculis ſuis ſit,fiat.Cant.21.Ezechias Rex optimus filium & ſucceſſorem peſſimum habuit,ſcilicet Manaſſem regem Iuda,& idolatram,augurem, homicidam, qui ſcilicet Hieruſalem ciuitatem impleuit ſanguine vſque ad os,& Eſaiam ſerra lignea ſcidit. Tandem Amon filius ſuus peſſimus,iterum bonum filium, ſcilicet Ioſiam genuit, quinter optimos numeratus glorioſe regnauit.Qui iterum Iocham, qui etiam malus extitit, procreauit. ¶Illud allega,ꝙ bonitas, vel malitia à parentibus nõ procedit,quia ſæpe quòd boni parẽtes generant malos filios,& mali bonos &c

CAPITVLVM XXIII TEXTVS.
Et renunciauerunt regi,quod dixerat. Qui miſit,& congregati ſunt ad eum. Moralit. Cap. 20.

HIc habemus ꝙ Ioſias rex terram Iuda & Iſrael plenam idolis inueniens, & altaria & excelſa idolorum deſtruxit & ſacerdotes idolorum & excelſorum occidit, & oſſa humana ſuper altaria combuſſit, currus ſolis cremauit, & equos ſoli dicatos abſtulit, & aruſpices & effœminatos & eos qui adolebant incenſum baal,& ſoli,& lunæ, & duodecim ſignis,& vniuerſę militiæ cœli abſtulit & amouit,cultumque Dei perditum reſtauravit,& paſcha ſolenniſſimum in Hieruſalem celebrauit.¶Dic quòd Ioſias eſt bonus prælatus, qui re vera de Hieruſalem,ideſt de eccleſia ſibi commiſſa debet cultum idolorum,ideſt ritum omnium vitiorum radicare,& cultum Dei & morum in ſerere & plantare. Auferat igitur inde excelſa,ideſt ſuperbos & præſumptuoſos, idola,ideſt fictos & ſuperſtitioſos, currus ſolis ideſt auaros volubiles & in mundi negociis laborioſos,equos,ideſt luxuriosos,luxurioſos,incenſatores militiæ cœli.i. diuitũ adulatores,effœminatos,i.incõſtantes & imbecilles,ſacerdotes idolorũ,i.malos familiares,fautores & officiales,tales.n. eccleſia debent ſubtrahi & bonæ perſonæ quæ colãt & timeãt dñm,ſubrogari.Vnde dñ Matt.21.Malos male perdet, & vineã ſuã alijs locabit agricolis.¶Hic habemus,ꝙ pharao Rex Aegypti cũ tranſire vellet per terram Iuda ad præliandum contra regem aſſyriorum iuxta euphratem,exiit ei obuiã Iosias rex,nec uoluit acquieſcere ꝙ nõ iret. Ab illo ergo occiſus eſt Ioſias in prælio in campo magedo, & filius eius Iocham,qui fuit malus eidẽ ſubſtitutus,quo à pharaone amoto,filius Ioatham rex eſt factus, qui a Nabuchodonoſor victus ſeruus eſt effectus,quo mortuo,filius ipſius Ioachim contra Nabuchodonoſor rebellis ab ipſo captus eſt,& cũ uxore & filiis & maioribus populi in babyloniam ductus & captiuatus,& ſolus populus pauperum derelictus,ſuper quos fuit zedechias patruus ipſius Ioachim rex creatus,quo,ſicdem contra Nabuchodonoſor repugnare, ſub ipſo Iſrael capitur,& ipſe excæcatus, & uniuerſus populus cum eo in babyloniam captiuatur & ſic per diuerſas clades regnum Iuda terminatur.Sicut enim dicit hic textus, Deus omnino populum iſtum à facie ſua ſubmouere decreuerat,& maxime propter peccata Manaſſes qui cruore innocentium Hieruſalem purpurauit,quapropter nec propter bonitatem ipſius fuit placatus,ſed potius propter peccata populi,rex iuſtus fuit eis ſubtractus.4.Reg.23.Iuſtus enim fuit Ioſias, in tantum ꝙ vt dicunt hæbrei,vbi cum iuxta arborẽ & fontẽ occiſus

A occiſus fuerit, fons & arbor protinus aruerunt. Similis illi non fuit ante eum Rex,qui reuerteretur ad dominum ex oi corde ſuo,& in tota anima ſua,& vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem legem Moyſi,neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi, veruntamen non eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni,quo iratus eſt furor eius contra Iudam, propter irationes,quibus prouocauerat eum manaſſes.Dixit itaque dominus, et Iudã auferã à facie mea ſicut abſtuli Iſrael,& ꝓijciã ciuitatem hanc,quam elegi Hieruſalem,& domum, de qua ego dixi.Erit nomen meum ibi &c.Reliqua autem ſermonũ Ioſiæ & vniuerſa,quæ fecerat,nonne hæc ſcripta &c. ¶Iſta, ſi vis,poſſunt exemplariter allegari,ꝙ Rex uel prælatus ſunt qñq; cauſa ruinæ populi, & econtra habemus hic de Ioſia iuſto,qui propter peccata populi moritur, & eis ſubtrahit. 2.Reg.24.Et alibi.De morte populi Iſrael,qui propter peccatum Dauid regis,qui numerauit populum,ab angelo trucidatur.¶Vel allega,ꝙ vltimum infortunium ſolent multa in fortunia præcedere, vt tribulatio præcedens poſſit eſſe ſequentium ſignum,ſicut patet hic,vbi deſtructionem Hieruſalem multæ clades & infortunia præceſſerunt. Vnde Greg. dicit in homel. ꝙ vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur.¶Vel dic ꝙ fons miſericordiæ & gratię & arbor fructificationis & opulentiæ in eccleſia uel patria ſiccatur, quando Ioſias.i.iuſtus prælatus vel princeps ſubtrahitur vel ab ea auferetur.¶Vel quando videmus,ꝙ Ioſias,i. rex noſter Chriſtus propter populum moritur,arbor,& viror totius la ſciuiæ,fons & humor carnalis totius concupiſcentiæ,debet in nobis areſcere & ceſſare,& pro morte eius debemus plãgere & dolere.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
In diebus eius aſcendit nabuchodonoſor Rex babylonis. Moralitatum Cap. 21.

B REx babylonis veniens in Hieruſalem tranſtulit inde regem Ioachim & matrem eius,vxorem,& eunuchos illius,iudices & viros robuſtos & bellatores,artifices quoque & incluſores in babylonem traxit,omnes perſonas nobiles de Hieruſalem ſuſtulit,& exceptis pauperibus nihil in vrbe reliquit.Ibiq; zedechiam peſſimum regem ordinauit,quem tãdem captum excæcauit,& filios ſuos ante eum interfecit, & eum uinctum & cæcum in babylonem deduxit. ¶Rex babylonis eſt diabolus,qui eſt ſuper omnes filios ſuperbię.Hieruſalem eſt eccleſia,quæ debet eſſe pacifica & quieta.Pſ.121. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem.Ioachim,qui interpretatur præparatus domino,eſt bonus prælatus,ad mãdata domini ſemper obediens & paratus.Pſ.118. Paratus ſum & non ſum turbatus,vt diſcam mandata tua. Zedechias vero,qui Rex fuit malus,malum prælatum ſignificat.Igit iſta vidętur eſſe veritas ꝙ hodiernis temporib. Rex babylonis diabolus,de Hieruſalem.i. de eccleſia videtur tranſtuliſſe & amouiſſe Ioachim.i.bonum prælatum & diligentem,matrem eius.i.pietatem omnia nutrientem,vxorem eius,i.charitatẽ omnia coniungentem,iudices eius.i.iuſtitiam omnia iudicãtem,eunuchos eius.i.caſtitatem impudicitię repugnantẽ,viros robuſtos eius.i.fortitudinem vitia debellãtem, artifices eius.i.diſcretionem prudenter operantem,incluſores eius, ideſt humilitatem omnia bona celantem & includentem,& ſolum ibi dimiſit (vt videtur) pauperes populi.i. auaritiam omnibus indigentem, & ibi præfecit zedechiam.i. malum prælatum omnia ſubuertentem.Recedente enim & deficiẽte bono prælato ab eccleſia omnia deficiunt, & ſuccedente malo,omnia mala ſuccedunt,& ſic creſcunt. Vnde in Prou. 8.Repugnantibus impijs ruinæ hominum. ¶Vel dic ꝙ Hieruſalem eſt anima,à qua pro certo quando nabuchodonoſor diabolus captiuat & transfert bonum regem Ioachim domino præparatum,i. bonum & bene morigeratum affectũ, & ſubſtituit malum regem zedechiam, ideſt affectum malũ & inordinatum,tunc eſt neceſſe ꝙ ſimul tota virtutum familia transferatur,ſicut ſupra,& ꝙ pauperes ideſt uitia ibi ſolummodo relinquantur.Vbi enim non eſt gubernator, populus corruet.Prou.11.¶Vel dic ꝙ rex iſte.i.diabolus videtur ab eccleſia abſtuliſſe Ioachim domino ꝓparatum.i.bonos prælatos & diligentes,matres,ideſt viros pios,vxorem,i.viros ſociales & charitatiuos eunuchos qui.ſ.ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum.i.viros caſtos,robuſtos.i.viros patientes,ſolidos bellatores.i.viros prædicando uel docendo vel bene operando ſtrenuos,artifices.i.doctores ſciẽtificos, incluſores.i.viros humiles & abſconſos & breuiter omnes notabiles virtuoſi & morales videntur ab eccleſia defeciſſe,& in babylonẽ.i.in peccatum captiui ducti fuiſſe,& operante rege diabolo periſſe.Vnde dñ.Tre.1.Manũ ſuã miſit hoſtis ad oĩa deſiderabilia eius.Tre.1.Vnde eccleſia vẽiam lamẽtando dicere illud.Virgines meæ & iuuenes mei in captiuitatem abierunt,ſacerdotes mei & ſenes mei in vrbe cõſumpti ſunt.Et breuiter nõ vñr ibi relicti niſi pauperes.i.viri virtutum diuitijs carentes,& per auaritiam diuitijs tẽporalib. indigentes.Zedechias rex.i.cœtus malorum prælatorũ ſubſtituitur qui a diabolo diuerſis vitiis capitur, & ꝓpter ſuũ defectum in præſentia ſua filij ſui.i. ſubditi ꝓ diuerſa peccata occiduntur. Ipſe vero per obſtinationem & ignorantiã excæcatur,& finaliter à diabolo in babylonem.i.in infernũ captiuatur & miſerabiliter moritur & necatur. Vnde Eſa. 42.Quis cęcus niſi ſeruus meus

C

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Factum eſt autem anno nono regni eius menſe decimo. Moralitatum Cap. 22.

CVm zedechias rex Iuda,qui iuramentum fecerat regi babylonis,ab eo receſſiſſet,& ob hoc exercitus chaldæorum Hieruſalem obſideret,factum eſt ꝙ prævaleſcente fame in ipſa ciuitate Hieruſalem,interrupta eſt ciuitas,& viri bellatores fugerunt nocte per viam portæ, quæ eſt inter duplicem murum ad ortum regis,fugit & zedechias ꝓ viã, quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis, & comprehendit eum exercitus chaldęorũ,& bellatores,ꝙ erãt cũ eo,diſperſi ſũt & reliquerunt eum.Quem comprehenſum ad regem babylonis in reblata duxerunt.Qui ſtatim in cõſpectu eius filios eius occidit,& oculos eius effodiens,ipſum uinctũ catenis in babylonem captiuum duxit,Nabuzardam uero princeps exercitus chaldęorum Hieruſalẽ ſuccẽdit, murũ eius in circuitu diſſipauit,columnas templi contriuit,mare ęneum,baſes & luteres,uaſaque templi,quæ fecerat Salomon, ſecum in babylonẽ deportauit,& populum,ꝙ inuentus eſt in Hieruſalem,captiuauit.¶Iſta pñt allegari ad fęlicitatẽ vel infęlicitatem falſorũ amicorũ,qa pro certo quamdiu rex Iuda .i.quicunq; princeps mundi eſt in ſuis palaciis,proſperitatibus & ſolatiis,principes ſui, officiales, bellatores & amici cum eo libere morantur,& ipſum ſibi aſſociant, & comitiuam eius ſectant.Si uero contingat ꝙ exercitus chaldęorũ.i. mundi infortunia contra ipſum prævaleant,tunc ſtatim fugiũt & ipſum ſolũ derelinquũt.Mat.26.Exemplũ eſt de Apoſtolis,qui dñm ſuum Chriſtum in cęna aſſociauerunt, & cũ à iudęis captus eſt,omnes eo relicto fugerunt. Vnde Eccl. 6. Eſt amicus ſocius menſę,& nõ pmanebit in die neceſſitatis. ¶Vel dic ꝙ zedechias eſt peccator, q infra muros ciuitatis ſuę.i.infra ambitum corporis reſidens,& ibi in delitiis viuens,parũ curat de rege babylonis.i. diabolo rege inferni, quãuis peccãdo promiſerit ei famulatũ,& ei obediendo uiſus fuerit cũ ipſo cõtrahere quoddã pactũ,iuxta illud Eſ.28. Pepigimus fędus cum morte, & cũ inferno fecimus pactũ. Sed ꝓ certo dũ non aduertit,iſte rex diabolus contra iſtum exercitũ ſuũ,ſ.infirmitatẽ,mortẽ & infortunia mittit,& ciuitate ubi habitat,ſ.corpus,ꝓ mortẽ laniat & ſubuertit.Igit iſte exercitus urbe.iſta corporis diruta,iſtum ad regem babylonis.i.diabolum ad infenſi adducit,& uiris bellatorib.q intrabant cũ eo.i.cũctis amicis eius & ſociis ipſum dimittẽtib.& ab eo fugiẽtib.ipſe excęcatus,& lumine gloriæ & grępriuatus,& catenis ęternę damnationis ligatus, in babylonem,i.in infernum deſcendit.uñ dñ Matt.22.Ligatis manib. & pedib.mittite eũ in tenebras exteriores. ¶Vel dic ꝙ Rex eſt princeps babylonis diabolus,mediãte exercitu uitiorũ, Hieruſalem.i.eccleſiã uel religionẽ,igne cupiditatũ incẽdit muros obſeruantię regularis & diuinorũ mãdatorũ in ipſo deſtruit,& eã ꝓ Nabuzardã principẽ militię ſuę.i.per mundi tyrannos & impios diuerſis tribulationib.obſidet,& multipliciter laniat & ſubuertit.Regem eius.i.ꝓlatos excæcat,& catenis.i.diuerſis carnalib.complacentiis ipſos ligat & finaliter in babylonem.i.in infernum complantat, & populũ

E ipsius per peccatum dissipat & captiuat. Etiam ab ista eccle
sia tollit columnas, i. viros fortes & cõstantes, mare æneũ. i.
viros amaros contritos & pœnitentes, vasa altaris, i. viros
deuotos domino seruientes. Omnia ista solet diabolus ab
ecclesia tollere, & ipsam destructam dimittere, ita ꝙ iã vide
tur quasi de bonis personis & de virtutib. nuda esse. Vnde di
citur. Tren. 1. Portæ eius destructæ, sacerdotes eius gemen
tes, virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa est amaritudine.
¶Vel dic moraliter ꝙ Hierusalem est anima, quã pro certo
quando Rex babylonis. i. diabolus capit, statim domũ Dei. i.
deuotionem ad Deum, domum principum. i. deuotionẽ ad
sanctos, muros. i. mandatorum obseruantiam, portas. i. sen
suum capacitates destruit, & igne cõcupiscentiæ circunqua
que succendit, regem eius. i. intellectum per ignorãtiam ex
cæcat, & eum per diuersos errores alligat. Tandem istam mi
seram ciuitatem omnibus bonis spiritualibus spoliat atq;
priuat. Nam sicut inde sublatæ sunt columnæ & bases, mare
æneum, ollæ, trullæ, phialę, mortariola, tridentes, ciphi, secũ
dum quod dr̃ hic. Sic diabolus tollit ab anima peccatrice co
lumnas firmitatis, bases humilitatis, mare contritionis, ollas
charitatis, trullas lenitatis, phialas deuotionis, mortariola-
dini timoris, tridentes pœnitentiæ, ciphos spiritualis scien
tiæ. Vnde dr̃ Tre. 1. Manum suam misit hostis ad oĩa deside
rabilia eius. Columna enim debet esse stabilis, hoc est cõstã
tia, basis infirma, hoc est humilitas, mare sonat amaritudinẽ
hoc est contritio, ola continet & seruet, hoc est dilectio trul
la parietes lenit, hoc est benignitas, phiala liquores conti
net, hoc est deuotio, mortariolum species conterit, hoc est
timor Dei, tridens mordens, & tres dentes habet, hoc est pœ
nitentia, quibus tres partes sunt, ciphus vinum effundit, hoc
est scientia. Omnia enim ista ab ecclesia per diabolum sub
trahuntur, quando prælatus vel Rex ipsius victus excecat.
Ab ala etiam tolluntur, & à templo conscientiæ submouen
tur, quando per vitia diabolo subiugatur. ¶Hic dicit come
stor, quòd sedechias Rex Iuda cæcus in babylonem ductus,
dum nabuchodonosor Rex babylonis pro victoria festum
& conuiuium faceret, & in vasis, quæ de templo Hierusalẽ
F apportauerat, quorum partem mensę suę deputauerat, par
tem idolis dedicauerat, biberet, pro spectaculo in medium
est adductus, & cum potus conuiuantibus ministraretur, de
mandato nabuchodonosor isti sedechiæ excecato, potus la
xatiuus extitit ministratus, quo bibito in præsentia hominũ
vituperabiliter est laxatus, seu etiam concitatus & reductus
in carcerem. Propter huiusmodi derisionem, tanto dolore
affectus est, ꝙ infra breue tempus mortuus est. Et audita cau
sa mortis eius honorifice per nabuchodonosor est tumula
tus. ¶Ista possunt applicari mystice, qñ quis per ignorantiã
per obstinationem est cæcatus à nabuchodonosor. i. à diabo
lo in babylonem. i. in statum peccati captiuatur, & sæpe fit
ꝙ ad conuiuium bonorum operum temporalium adducit,
vbi potus laxatiuus. i. vbi mundi prosperitas, diuitiarumque
& deliciarum vbertas, qñq; per ipsum nabuchodonosor dia
bolum sibi datur. Ps. 72. Ecce ipsi peccatores in seculo obti
nuerunt diuitias. Ista. n. potus laxatiuus dicũtur, quia. s. quos
tali potu diabolus inebriat, faciliter ad oĩa vitia & maxime
ad luxuriam, auaritiam & superbiam relaxantur, & ignomi
niose corã alijs per vitia disfundantur, ita ꝙ spectaculũ &
illusio cunctis efficiuntur. Quod potissime de isto, qui erat
rex Hierusalem. i. de prælatis ecclesiæ & vitiis ecclesiasticis
potest dici, qui præ alijs peccatoribus spectaculum & deri
sio aliis fiunt, quando ignominiosa vitia & ad superfluitates
& vanitates seculi se reuoluunt. Ps. 21. Omnes videntes me,
derisserunt me. Qui finaliter in carcere malæ consuetudinis
pereunt, quos tamen adulatores finem bonum eis prædicã
do honorifice sepeliunt & abscondunt. Nabuchodonosor
diabolus peccatorem honorifice sepelit, qñ in finali pnia
ipsum inaniter sperare facit, quod ẽt facit per adulatores,
qui recte possunt dici talium sepultores. Vnde dr̃. Ma. 8. Di
mitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Ezec. 39. In die illa
dabo gog locum nominatum sepulchrum in Israel. ¶Vel si
vis dic ꝙ Nabuchodonosor diabolus vasa templi, i. viros ec
clesiasticos, quãdo ipsos de Hierusalem in babylonem. i. de
statu gratiæ in peccatum vel de religione ad mundum trã
stulit, ipsos quandoque idolis, i. mundi principibus & eorũ
curijs & officijs consecrat, & ad potandum mala doctrina

Moralitatum

conuiuas eius, idest peccatores ipsos quandoque ordinat, &
designat &c. Moralitatum quarti libri regum Finis.

MORALITATVM
Liber decimustertius secundi libri Paralipomenon.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
Dormiuit autem Abia cum patribus suis. Moralitatum Cap. 1.

QVm in libris Paralipomenon pauca recitabilia, præter illa, quę in libris regum recapitulantur, nihil de contentis in ipsis cum iam ex sententia quasi cũcta tetigerim, ea moralizare non propono, præter ea pauca, quæ historiæ Regum superaddita videntur, quæ breuiter hic expono. Igitur omisso libro primo, vñ in hoc libro, ꝙ Zara Aethiops contra aza regem Iuda veniens, decies centena millia hominum in exercitu suo habebat, quos timens fugit aza ad dominũ, & orauit Dominus, exterruit Aethiopes, & fugerunt, & sic contra eos aza & sui non armis, sed precibus pręualuerũt. ¶Illud allega, quomodo Deus in necessitate suos filios non deserit, & quomodo quãdo in ipso per fidem confiditur, & ad ipsum deuote incurritur, vi tute eius hostes fugiunt, & terrentur, & sic sæpe fit, ꝙ multi à paucis, diuites à pauperibus superantur. Vnde dr̃. 1. Macc. Facile est multos concludi in manibus paucorum, & nõ est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis aut in paucis. ¶Vel dic ꝙ Aethiopes sunt dæmones & dæmoñ tẽtationes, qui pro certo tot & tanti sunt ꝙ vires nostræ ad eos superandos non sufficiunt. Veruntamen faciliter vincũtur, quando ad orationes & diuinam spem recurritur, & qñ diuinum auxilium humiliter imploratur.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Posthæc congregati sunt filii Moab & filij Amon & cum eis de ammonitis. Moral. Cap. 2.

ITẽ 20. c. dr̃ ꝙ filii Amon & Moab & Seir cõtra Iosaphat
gẽ Iuda in stupenda multitudine ad pliũ aggregant. Quo
ex toto corde ad dñm recurrẽte, ꝓpheta cõsolator sibi mit
tit, ad cuius cõsiliũ cantores primi in exercitu ponunt, qb
Deũ laudantib. hostes in seipsis taliter perturbant, ꝙ alter cõ
tra alterũ pliates, vniuersi mutuis cedib. perimunt, ita qđ
lus eorũ euadere potuerit, & Iudæi spolijs hostiũ supra mo
dũ ditant. Si vis, dic sicut in pcedẽti capitulo. ¶Vel dic qđ
tres nationes infideliũ designãt tria principalia vitia. s. sup
biã, luxuriã, auaritiã, q̃ cõtra nos in tãta fortitudine cõgre
gant, ꝙ nisi dñs nos liberet & defendat, necesse est vt nobis
impie dominent. Necesse est igit ad oronẽ recurrere, cãto
res. i. Dei laudes pponere, & sic ipsos poterim⁹ superare, q̃
n. cãtores spuales. s. oro, cõfessio, laus & grarũ actio pmi
tur, necesse est ꝙ hostes spuales, s. dęmones & vitia debeli
tur. Vñ. 2. Re. 20. Cecinit tuba & recesserũt ab vrbe. ¶Vel dic
ꝙ cãtores sunt pdicatores vel laudis diuinæ, pnunciatores
q̃ qa populũ ad deuotionẽ excitãt, cõtra hostes victoriã
bi parãt. ¶Vel dic ꝙ sæpe fit ꝙ mali, q̃ cõtra bonos se cõgre
gãt, malitiose nutu Dei qñq; simul dissentiũt, & discordẽt,
& sic inter se pugnantes dum mutuo se debellãt, alios, quos
decreuerant occidere, liberant atq; ditant. Constat. n. ꝙ De
ꝓuidentia solet qñque inter superbos discordiam suscitare,
vt sic occasionaliter possit iustos de suis manib. liberare.
Ps. 36. Gladius eorum intret in corda eorum &c.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS.
Septem annorum erat Ioas cum regnare cepisset. Moralitatum Cap. 3.

ITem c. 24. dr̃ ꝙ Ioas Rex Iuda, qui ꝑ Ioiadã sacerdotẽ
fuerat enutritus, & à psecutione impiæ athaliæ reser
tus & in regnũ sublimatus, q̃diu Ioiada uixit, bonus & fi
extitit, Deũ coluit, tẽplum reparauit, & iuste & pacifice im
perauit. Mortuo vero Ioiada, delinitus obsequijs & adu
tionib. principũ suorũ, ipse & populus suus dñm dereliq
runt, tẽplũ Dei & cultũ ipsius contẽpserunt, sculptilib. se
uierunt,

A uierunt, ꝑ quibus cũ a Zacharia sacerdote filio dicti Ioiadæ
reprehenderet, ipsum iudæi inter tẽplũ & altare lapidibus
obruerant, pp qđ rex & populus in manibus tyrorũ tradit,
a qbus Hierusalem spoliatur, ipse vero rex ingratus in ma
gnis laborib. ab eo dimittit, & a seruis suis ꝓpriis i lecto suo
dormiens iugulat. ¶Ista pñt allegari exemplariter, qũo vide
licet & ꝓficit pśentia viri iusti & boni cõsiliarii vel prælati.
Quãdiu. n. rex iste ioiadã virũ vtiq; iustũ & prudentẽ secum
habuit, & eius consilio vsus fuit, tandiu Deũ timuit, tẽplũ &
ecclesiã honorauit, obsequiis & blandiciis adulatorũ decipi nõ potuit, quo tũ mortuo q̃ plura mala fecit, ita ꝙ oppro
briose periit. Vtile igit est & maxime principi, ꝙ sanctos vi
ros & bonos consiliarios secũ habeat, & ꝙ adulatorũ obse
quiis (ne forte ipsum ad iniquitatem ptrahãt) nunq̃ credat.
Vñ Ecc. 9. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Tali igit principi & po
pulo pót ioiada. i. bonus ꝑlatus vel consiliarius dicere illud.
Deut. 31. Noui ꝙ post mortẽ meã iniquæ agetis. & declinabi
tis cito de via q̃ oñdi vobis. ¶Vel dic ꝙ si in ecclesia iustus io
iada sacerdos sꝑ viueret. i. si ibi bonus & ecclesiasticus semp
esset, rex & populus. i. ipsi sæculares sꝑ bñ facerent, & eorũ
cõsiliis crederent, & exẽplariis cõformarent, Deũ quoq; co
lerent, & tẽplũ ecclesiæ repararent. Vñ dr̃, 2. Parali. 34. ꝙ cũctis dieb. Iosiæ nõ recesserunt a dño. Sed (ꝓhdolor) iã ioiada
in ecclesia non inuenit, q̃nimmo viri iusti, boni & prudẽtes
ꝑlati & ecclesiastici exinde defeciss ꝓbant. Iuxta illud. ps.
13. Oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est q̃ fa
ciat bonũ, non est &c. Ió tã principes q̃ populi Deũ vñr con
tẽnere, tẽplũ ecclesiæ ꝓsequi, & derelinquere, idola. i. vitia
colere, Zachariã. i. sacerdotes & ꝓdicatores & rẽprehensores
vilipendere. Ipsos. n. qñq; pœnis afficere cõputant, pp quod
guerris & tribulationib. iusto Dei iudicio molestant, & a ser
uis ꝓpriis. i. a suis malis officialib. adulatorib. & ministris dũ
dormiunt. i. dũ non aduertũt, occidunt, inquantũ. s. ꝑ spũaliter
eorũ instinctu mala multa faciunt, & eorũ futuris fallaciis,
& blãdiciis temporaliter depauperant. Sicut ad litteram vi
demus de multis principibus, q̃ dato ꝙ quicquid pñt, eccle
siasticis auferant & ecclesiam ꝓsequantur & odiant, ipsi tñ
B mortui. i. pauperes, & depressi dormiunt, & hoc, qa serui eo
rũ. i. mali familiares, totũ quicquid hñt, subripiunt, & de eo
rũ spoliis diuites fiunt. Vnde infra dr̃. 2. Paral. 32. Filii sui per
cusserunt regem. ¶Vel ista allega, ꝙ sæpe fit ꝙ ingrati hoies,
& maxime principes, dato ꝙ a ioiada. i. ab aliquo prudente
& iusto familiari, vel consiliario suo multa bona receperũt,
& ꝙ ipsum in vita sua dilexerunt & honorauerunt, ipso tñ
mortuo huiusmodi beneficia faciliter obliuiscunt, & cõtra
Zachariam filiũ ioiadæ. i. contra filios & hæredes ipsius de
bacchant, ipsosque plusq̃ alios aliquotiens persequunt, nec
de beneficiis acceptis ab eorũ parentibus recordant. ¶Vel
dic generaliter, ꝙ mali, & maxime diuites nolunt hodie ali
quem, qui ipsos corrigit, inuenire, quinimmo Zachariam. i.
bonum prædicatorem, vel correctorem, si eorũ crimina ar
guat, solent eum cum verbis & verberibus lapidare, & eum
diffamando occidere Vnde dicitur. Amos. 5. Oderũt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt.

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Vigintiquinque annorum erat Amasias cum regnare cepisset. Moralitatum Cap. 4.

HIc ca. 25. habes, ꝙ Amasias rex Iuda voluit pugnare cõ
tra filios Edom, & conducit de Israel centum millia
robustorũ. Sed quia oês erant idolatræ, vir Dei ipsos remitti mandauit, & dato ꝙ iã stipendia receperint, ipsos remitti
ad propria imperauit. Non ingrediatur (inquit) tecum exercitus Israel. Non. n. est dñs cum illis. Quia si putas in robore
exercitus bella consistere, superari te faciet dñs ab inimicis
tuis. Dei est quippe adiuuare, & in fugam conuertere. Quod
factũ est, quia. s. in Deo confidens, idolatras remisit, & sic ho
stes suos gloriose deiecit. ¶Istud allega, ꝙ societas malorũ
non est in prælio capranda, qa pp peccatum eorum posset
victoria retardari & impediri. ¶Item illud allega, ꝙ non est
in magno numero confidendum, & ꝙ victoria magis depen
det ab occulta Dei prouidentia, q̃ a numerosa & forti milicia. ¶Nota etiam ꝙ hic dr̃, ꝙ milites isti repudiati & remissi,
dato ꝙ bene fuissent stipendiati, fuerunt tamen cõtra regẽ

Paralipomenon.

Iuda multipliciter indignati, cũ terrã occisis pluribus sunt C
prædati. ¶Quod simul ad hoc allegari potest, ꝙ mali & indi
gni quando se remitti, & a societate vel promotione repel
li cognoscunt, faciliter indignant, & per rixas & appellatio
nes contra regem Iuda se repellentẽ. i. ꝙ cõtra bonum præ
latum se repudiantem insurgunt. Vnde in Prou. 15. Nõ amat
pestilens eum qui se corripit. Non considerat enim suam di
gnitatem, sed potius ambitionem & cupidam voluntatem.

EX EODEM CAPITVLO XXV TEXTVS.
Amasias quoque post cedem idumeorum, & allatos Deos filiorum Seir. Moral. Cap. 5.

HIc habes ꝙ Amasias rex Iuda, qui prius erat bonus, ex
Dei virtute idumeos deuicit, & filios seir Dei auxilio
superauit, sed cum inter spolia Deos eorum in Hierusalem
detulisset, errore seductus, ipsos sibi in Deos statuit, & ipsis
incensum adoleuit. Quem cum propheta missus a Deo su
per hoc redargueret, dicens. Cur adorasti eos, qui non libe
rauerunt populum suum de manu tua? Acquiescere noluit,
sed sibi minas inferens, ipsum vt quiesceret, imperauit. Nõ
inquit consiliarius regis es, quiesce ne interficiam. Quapro
pter cito post à Ioas rege Israel fuit victus, & tandem a ser
uis propriis interfectus. ¶Si vis applica istud ad malos sacer
dotes, qui. s. audito peccato alicuius in cõfessione, ad simile
ꝓuocantur. Iuda. n. cõfessio interpretat, & ió sæpe fit ꝙ rex
Iuda. i. bonus & circunspectus cõfessor, pugnat contra Edõ
. i. contra peccatorẽ in cõfessione redarguẽdo, & eũ ad obe
diẽtiã, & pñiam inducendo, ita ꝙ dũ sua occulta scrutat, sæ
pe fit ꝙ Deos suos. i. aliqua occulta peccata in qb. se potius
delectabit, inuenit & rimat, vt qa de aliquo actu luxuriæ vel
simili confitet, & tunc sæpe fit ꝙ ipsos in Deos sibi statuit, s.
cũ in simile peccatũ consentit, & inquantũ illud, qđ in aliis
impugnauerat & reprehenderat, in ꝓpria ꝑsona cõmittit.
Apostolus. Si quã destruxi, iterũ reædifico, puaricatorẽ me
cõstituo. ¶Vel dic ꝙ mali se reprehẽdi a prophetis. i. a bonis
viris & prudẽtibus, nõ sustinẽt, immo statim turbati, minas
eis tribuũt, & intẽtant. Vñ illud est verbũ ipsorũ. Non consi- D
liarius &c. qa sicut dr̃ in Prou. 15. Non amat pestilens eũ qui
se corripit. Et ideo talis qui se redargui vel veritatem audi
re non sustinet, spiritualiter & temporaliter sæpe perit. Vn
de in Prouer. 29. Qui corripientem se dura ceruice contem
nit, repentinus ei superueniet interitus.

CAPITVLVM XXVI TEXTVS.
Omnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum sedecim. Moralita. Cap. 6.

OZias rex postq̃ multa bona tam in vilis quàm in aliis
negociis & immensam gloriam acq̃siuisset, ꝑsumptio
ne seductus, eleuatũ est cor eius in interitũ suum, contem
psit dñm Deum suum. Ingressus. n. templũ dñi, sacerdotis offi
ciũ voluit exercere & facere, & accepto thuribulo sanctua
riũ intrare, & sup altare thymiamatis incensum sicut ponti
fex adolere, qđ tñ solis sacerdotib. cõsecratis, s. filiis Aaron
licitũ erat, qa. s. nullus alius sub interminatione locũ illũ in
gredi poterat aut ẽt dẽbat. Vñ summus sacerdos statim ip
si oziæ occurrit, & eũ de ꝑsumptionis dictæ negotio rẽphen
dit. Non est (inquit) officii tui ozia vt adoleas incensum dño
sed sacerdotũ filii Aaron, q̃ constituti sunt ad hmõi ministe
riũ. Cũ igit nec sic egrederet, sed cõminans sacerdotibus in
censum offerre moliret, statim lepra fuit pcussus, & a sacer
dotib. a sanctuario eiectus, & ex tunc leprosus in domo se
parata habitãs, q̃ diu vixit a populo est seiũctus, regniq; gu
bernaculo destitutus. ¶Ista pñt applicari cõtra principes sę
culares, q̃ reuera modernis tpibus nõ sunt contenti admini
stratione sæculariũ, nisi ẽt administrẽt spũalia, qa ꝓ certo si
cut patet, iã nituntur de collatione bñficiorũ, & ꝓ consequẽs
de executione ecclesiasticorũ officiorũ se intromittere, &
illud, qđ solis filiis Aaron consecratis. i. bonis & dignis epis
& ꝑlatis concessum est, volũt aliquotiens vsurpare, ficq; san
ctuariũ intrare, & incẽsum offerre nituntur, inquantum de re
bus ecclesiasticis, & de illis, quæ ad prælatos pertinent, se in
tromittere moliuntur, & inde est ꝙ iam multi tales leprosi
. i. simõniaci efficiuntur, inquantum. s. munera accipiunt vt

eorum

E eorum precibus & impulſionibus vel incurſionibus aliqui promoueantur. Lepra. n. ſimoniæ quæ in ſanctuario contrahitur, ſolebat cõtingere ſolis eccleſiaſticis prælatis, & ſacerdotibus. Nunc vero contingit regib. & principibus, quia. ſ. quandoque ſimonias contrahunt, & alios promouendo ſeu promouere compellẽdo, prelatorũ officiũ vſurpantes aſſumunt, ſicut in multis regnis atq; villis, nulli ad dignitates & ad officia promouent, niſi quia ſecularib. principibus & dominis ꝓſententur. Iſti ergo regni ſui moderantiã ſolent ꝑdere, & in domo ſeparata, ſ. in inferno leproſi, & abominabiles perſiſtere, q̃ non cõtenti ꝓpria dignitate, iura & officia ꝓlatorum in his & ſimilibus conantur taliter vſurpare, quia ꝓ certo dignũ eſt qđ ꝑdat propriũ, qui ambitioſe vſurpat, appetit aliena. Non. n. eſt ſuum officiũ vt incenſum adoleãt .i. vt ſacerdotum vel ꝓlatorum miniſteria exerceant & aſſumant. Vñ. Num. 3. Externus quiad miniſtrandum acceſſerit, morietur. ¶Vel dic, ꝙ ſæcularis q̃uis ſit rex vel princeps, vel famoſus iuſtus, non eſt dignus eccleſiaſtica officia aſſumere, ſed ſoli illi, qui munus conſecrationis dino ſcuntur habere. Dignior enim ad hoc eſt quicunque conſecratos eccleſiaſticus, quamquam malus, quàm quiſque ſæcularis non conſecratus, quamquam iuſtus fuerit alias & honeſtus.

Moralitatum librorum Paralipomenon Finis.

MORALITATVM
Liber decimuſquartus primi libri Eſdrę.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
In anno primo Cyri regis perſarum, vt compleretur verbum Domini. Moral. Cap. 1.

QVb Eſdra, qui fuit ſcriba velociſſimꝰ in lege dñi, data eſt licentia filiis iuda, qui captiui ducti fuerant in Babylonem, quod Hieruſalem redirent, & vaſa dñi, quæ Nabuchodonoſor detulerat, reportantes templum reædificare. Quod cum facere cepiſſent, inuidentes finitimi, ſcriptis epiſtolis in perſidem ad regẽ impediuerunt, & tẽpli ædificationem ꝓ multa tpa tardarũt. ¶Sic vere q̃que contingit, ꝙ captiui peccatores de ſpãli licentia ſeu gra, & indulgentia regis Chriſti de babylonia. i. de ſtatu peccati in iudæam, quæ interpretatur confeſſio, & in Hieruſalem, q̃ interpretatur pacifica. i. per contritionẽ & pniam ad ſtatum gloriæ reuertunt, & templum dñi in ſua conſcientia virtutibus ædificare conantur, ſtatim aſſunt finitimi vel vicini ſui. ſ. motus carnales, q̃ in finibus ſuis habitant, vel diaboli, qui circa eos immunda peragunt, q̃ ſuis tẽtationib. impediunt, ne ædificent illud tẽplũ & ne in cõſcientia ſua faciãt Deo domũ. ¶Hic habemus ꝙ cũ filij Iſrael reædificarent templũ, ſamaritani, de quibus dictũ eſt 4. Re. 17. ꝙ partim Deum colebãt, & partim idola adorabãt, venerũt ad eos ꝓtendentes cũ eis ædificare dicentes ſe dñm colere, & ſibi cum alijs velle deſeruire. Filii aũt Iſrael ipſos ſocios in ædificãdo hñe noluerunt, ſed eos potius tanq̃ extraneos reſpuerunt. ¶Sic vere fit hodie, q̃ũ filii Iſrael. i. boni Chriſtiani, cẽpli ecclæ catholicæ virtutibus & documentis conſtruunt, nunq̃ deſunt ſamaritani. i. hæretici & ſchiſmatici, q̃ licet eũ Deo idola colant. i. licet cũ aliq̃bus viris q̃ credũt multa erronea teneãt ſe tñ eſſe cultores Dei aſſerunt, & Chriſtiani noſari volũt, & tẽplũ ꝑdicando malã doctrinã ſuã ædificare q̃runt. Filii aũt Iſrael. i, boni Chriſtiani, debent tales repudiare, ipſorũ ædificationẽ cõtẽnere, & eos a cetu fideliũ tanq̃ extraneos effugare. Et ſic iſti repudiati poſtea moti ſunt cõtra Iſrael, & ipſorũ facti ſunt inimici, & ædificationẽ tẽpli impediũt. Sic vero hãtici & ſciſmatici vidẽtes, ꝙ filii eccleſiæ ipſos & ipſorum errores abominantur, ipſis præ cunctis populis hodie inimicantur, & eos in conſtructione templi, fidei & eccleſiæ impedire conantur. Bene ergo dicitur, 2. Cor. 11. quòd periculum eſt in falſis fratribus, quia ſicut dicitur. Mat. 10. Inimici hominis domeſtici eius. ¶Vel dic quòd tales videntur proditores, qui ſub ſpecie volendi ædificare cum aliis, & ſub ſpecie alicuius boni nituntur ſocietatem cum aliis contrahere, vt ſic poſſint amplius & facilius nocere. Quod ſi recipi nequeunt, tunc ſe ſolent hoſtes publicos demonſtrare, & malitiam, quam palliauerunt, declarare.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Factum eſt autem cum audiſſet Sanaballat. Moralitatum Cap. 2.

NEemiæ quarto dicitur, ꝙ propter impugnationes hoſtium vicinorum. ſ. qui ædificationem ciuitatis Hieruſalem impediebant, ordinauit Neemias ꝙ media pars iuuenum ædificaret, alia vero pars armata hoſtibꝰ obuiaret. Etiã de ædificantibus fiebat ſic, ꝙ vna manu faciebant opus, alia vero manu gladiũ tenebant. ¶Iſtud applica ꝙ in ſpirituali ædificatione Hieruſalem. ſ. eccleſiæ & animæ, hoſtes nri dæmones continue nos impugnãt, neceſſe fuit populum dñi in duo ſe diuidere. ſ. in bellatores & in contemplatiuos & religioſos, qui ꝓ ſe & aliis orationibus pugnant, & in operatores, & in actores, qui ꝓ ſe & aliis in terrenis laborant. Veritamen ſic eſt, ꝙ iſti ex toto nõ debent operibus actiuæ vitæ intendere, immo pro certo vna manu debet gladium ortionis tenere, & altera opus bonum actualiter exercere.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Poſtquam autem hæc completa ſunt. Moral. Cap. 3.

POpulus, qui de captiuate redierat, in vno dicit valde peccaſſe, quia ſacerdotes & leuitę & alii filii Iſrael, nõ ſtatim ſe ſeparauerunt a populis regionum, ſed potius ſemen ſuum commiſcuerunt cũ populis terrarum, & acceperunt ſibi & filiis ſuis vxores de filiabus chaneorum, amonitarum, moabitarum & ægyptiorum, manus etiam magiſtratuum principũ fuerat in hoc prima. Quapropter Eſdras dolens, eleemoſinas & ieiuuium prædicauit, & vxores alienas cum ipſorum liberis eiici mandauit, & ſic filios Iſrael & gentilibus populis, quibus mixti erant, ſeparauit. ¶Sic vere videtur hodie, quòd noſtri ſacerdotes & leuitæ & viri eccleſiaſtici ſimili modo peccant, quia. ſ. populis terrarum, ideſt ſæcularibus negociis ſe implicãt & ſic ſemẽ ſanctum, ſ. ipſos, qui deberent, eſſe ſancti, cum populis commiſcere videntur, in quantum ſæcularium actibus & moribus ſe conformant. Vnde Eſa. 24. Sicut populus, ſic ſacerdos. Pſal. 105. Cõmixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Et quod plus eſt, iſti de filiabus iſtorum chananeorum, ideſt ſæcularium, vxore & concubinas ſibi accipiunt, ex quibus contra legem Dei & mandata filios adulterinos producunt. Et in hoc non ſolum inferiores, immo etiam magiſtratus & principes, ideſt doctores & prelati & ſuperiores in trãſgreſſione hac primi ſunt, & in hoc cæteris plus delinquunt. Vñ ſic iam poteſt dici de talibus illud Gene. 6. Videntes filii Dei filias hominum, quam eſſent pulchræ, cœperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant &c. Quid igitur debet facere Eſdras, ideſt bonus prælatus. Pro certo ipſe debet tales vxores & eorum liberos ideſt tales concubinas & earũ ſpurios, de Iſraelitarum, ideſt de clericorum domibus eiicere, & ſic ſemen ſanctum ab alienigenis ideſt clericos à ſæcularibus, & maxime à mulieribus ſeparare. Dicat igitur eſdras. i. bonus prælatus cuilibet tali fornicatio illud Geneſis 21. Eiice ancillam & filium eius. ¶Vel dic quòd vxor alienigena eſt officium vel dignitas ſæcularis, cui. ſ. hodie filii Iſrael. i. viri eccleſiaſtici libenter nubunt, & ſe in negociis & dignitatibus ſecularium atque principum libenter implicant & mergũ.

Moralitatum libri primi Eſdræ Finis.

MORALITATVM
Liber decimuſquintus tertij libri Eſdræ.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Rex Darius fecit cenam magnam omnibus vernaculis ſuis. Moralitatum Cap. 1.

SIcut dr̃ tertio Eſdræ c. 3. Cubicularii tres regis perſarũ, promiſſo a rege ꝓmio melius rñdenti, de quæſtione fortitudinis diſputauerunt, & q̃ res ſic in medo fortior, diuerſimode rñderunt. Vnus igitur vini fortitudinem prædicauit, alius regis potentiam fortiorem rebus omnibus aſſeruit, alius mulieres fortiores rebus cæteris

A iis eſſe dixit, veritatẽ aũt ſuper oĩa ꝓualere aſſeruit. Iſte igitur, qui pro mulierib. locutus eſt, ꝓmium promiſſum obtinuit, & quicquid ſtatuit petere, reportauit. ¶Iſta pñt allegari, ꝙ hodiernis temporibus in curiis regũ & principũ quilibet certat regi ſapientius rñdere, & placentiora dicere, ad illũ finem ꝙ poſſit ꝓmiũ reportare Sed pro certo iſta vĩ hodie veritas, ꝙ illi, qui cõmendat hodie mulieres. i. qui dñarũ acquirunt gras & fauores, cæteris ꝓferuntur, & ꝓmiũ nõ ſolum ab ipſis dñabus, immo ẽt ab ipſis regibus & dñis conſequũtur. Vñ verſificator dicit, Regna regunt vulue, clamat gens tota ſimulve. ¶Dic ꝙ rex Babilonis eſt diabolus, qui. ſ. in hoc mundo tres cubiculariꝰ hñe dr̃, eo ꝙ tria gña peccatorũ ſibi ꝑcipue famulanr̃. ſ. auari, q̃ cõmendant vinũ. i. diuitias, q̃ inebriant & excęcat cor humanũ. Ambitioſi & ſuperbi, qui commendant regem ideſt eminentias. Luxurioſi, qui commendant mulieres, ideſt delitias. Vide ſupra libr. 15. c. de ebrio & pomo diſcordię. ¶Vel dic quòd inter ſeruos regis Chriſti, ille, qui mulieris. i. beatæ virginis laudem & fortitudinem prædicat, & qui veritatem diligit & commendat, a rege Chriſti amplius donum reportat. Eccle. 26. Mulieris autem bonę benedictus vir. ¶Hic. c. 3. habes, ꝙ tres erant iuuenes cuſtodes corporis Darii, quibus promiſſum erat a rege, quòd ille, qui de vna quæſtione ſibi a rege tradita ſapientius reſponderet, dona q̃ plurima reportaret. Cuiuſcunque (inquit) apparuerit ſermo ſapientior, dabit ei Darius rex dona magna. ſ. purpura operiri, in auro bibere, & ſuper aurũ dormire, & currũ aureum, frenũ & cydarim byſſinã, & torquẽ circa collũ, & ſcõo loco ſedebit a rege ꝓp ſapientiã, & cognatus regis vocabit. Et ſequit ꝙ zorobabel vnus trium qui veritatẽ commendauit, oĩa iſta a rege Dario reportauit. ¶Rex iſte Darius, qui interpretat, fertilis vel augmentatus, ſignificat Deũ, qui in oĩbus eſt fertile & abundans. 3. Eſdr. 3. Rex Darius fecit cenã magnam. Iſta eſt igit veritas, ꝙ ille, q̃ veritatem diligit & cõmendat & cuius ſapientiam ipſe Rex Deus approbat & acceptat, ſicut eſt hõ ſanctus, q̃ non devino & de rege, i. non de affluentia vel eminentia ſpeciali tractat, ſed ad veritatẽ creatã & in creatã ſapientiam ſua ordinat & dilatat, ab iſto rege ſuo finaliter gloriã & honorẽ reportat. Magna eſt (inquit) veritas & prævalet. Iſte. n. finaliter purpura, i. regali dignitate veſtit, auro diuinę ſapiẽtię potat, & ſuper illud aurũ dormire & quieſcere ꝑpetuo cõprobat, currũ aureũ, i. corpus glorificatũ habebit, freno aureo, i. diuina laude gaudebit. Eſa. 48. Laude mea infrenabo te, circũdari byſſina. i. munda & clara maieſtate fulgebit. Zach. 3. Ponite cydarim mundã ſuper caput eius: torques aurea, i. charitate feruenti ornabit in ſede perpetuæ quietis, & ſecuritatis, iuxta regẽ Chriſtum locabitur cognatus, & amicus perpetuo vocabitur. Vnde dr̃. Ioh. 15. Iam nõ dicam vos ſeruos, ſed amicos. Igitur vera ſapientia, quæ eſt de æternis, nõ de terrenis, quæ philoſophizat de veritate, & non de vanitate, & quam ſolam rex approbat, ſ. Chriſtus, omnes autem alios reprobat, tali præmio dotatur & pfeſſores ſui ad talẽ gloriam promouentur, Vnde in Prouer. 1. dicitur, quòd per ſapientiam addetur capiti tuo gratia &c. ¶Vel dic, quòd modernis temporibus illi, qui ſunt regum cubicularii, & familiares; illi, qui apud eos reputantur ſapientiores, diuitiis & honoribus præ alijs abundant, in auro bibunt, & in auro ꝑ auariciam mentaliter cubant. cydarim dignitatum etiam obtinent, purpura, ideſt veſtimentis præciofis ſe induunt, iuxta reges & in altis officiis & dignitatibus ſedent cognati & amici regum vocantur, & in omnibus clari apparent. Verũ tamen ibi dicitur, quòd iſti curru vehuntur, & torque circa collum ligantur, ad denotandum quòd ſtatus illorum non eſt ſtabilis ſed ad modum currus vertibilis & volubilis. Vnde dicitur. 1. Reg. 25. Impii rotabuntur quaſi rota. Torques etiam, ideſt tortura diuerſarum ſolicitudinum & timorum iſtos ſtringit. Vnde Iob 17. Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum. Et ad litteram finaliter etiam quandoque accidit, quòd torques per ſuſpendium ipſos ſtringit ſicut de multis ſapientibus regum, officialibus conſiliariis quotidie cernimus, quos quandoque poſt altas dignitates torqueri & ſuſpendi videmus, & ſic torques aurea in torquem canabeum transformatur. Eccle. 35. Seruo maliuolo tortura & compedes. ¶Hic dicitur, quod nihil vino fortius & efficacius. Habet. n. vt ait, mentem decipere, mentem effeminare, mentem in ſecuritatem verrere, mentem iocunditate, omnem triſtitiam effugare. Fraternitatem & amicitiã facit obliuiſci, gladios ſumere, & oĩa per talenta loqui. ¶Iſta omnia poſſunt applicari ad vinũ male ſumptum, ſ. ad ebrietatem, quia pro certo iſta eſt, quę mentem per errorem & inſipientiam decipit, & quæ verticem. i. ſapientiã eneruat. Pſ. 106. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt: Securitatem præſumptionis parit, vanam lætitiam inducit, triſtitiam & timorem effugat: præſentiaque & futura infortunia obliuiſci facit, amicitiam facit frangi, gladios per furorem & iracundiam facit accipi, & ad litteram plus quam deceat, facit loqui. Ebrii enim per talenta loqui dicuntur, inquantum quid dicant, non præmeditantur, ſed quicquid habent in corde, ſimul eructant & effantur. Vnde in communi dictum gallicum eſt de homine, qui effrenate & conſiderate loquitur. Il parle a iaueleis. i. ipſe loquitur per faſciculos. Vnde dicitur. Prouer. 19. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens autem ſeruat in poſterum. Eccl. 10. Stultus verba multiplicat. ¶Vel dic de vino delitiarum vel affluentia proſperitatis. ¶Vel dic, quod vinũ eſt diuina prouidentia ſeu ſpes, fides vel conſolatio ſpiritalis, quia iſta eſt, quæ mentem decipit, inquantum ſcilicet facit ſperare vel credere quod non videt, mentem effeminat per timorem, aſſecurat per ſpem, lętificat per ſpirituale gaudium & timorem & amiciciam & fraternitatem, & omnem perſonarum acceptionem facit obliuiſci propter iuſtitiam, gladium verbi & orationis facit ſumere, & ſpiritualem audaciam, & per talenta facit loqui per ſpiritualem feruorem & eloquentiam. Vnde in Prouerbiorum 31. Da vinum his, qui amaro ſunt animo, vt bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Et inchoauit ſequens dicere, qui dixit de fortitudine regis, Moralitatum. Cap. 2.

HIc agitur de potentia regis, & dicitur quod rex omnibus præcellit, bellatores mittit, qui miſſi vbicunq; voluerit properant, montes turres & muros lacerant, prædas rapiunt & accumulant, quas tandẽ ad regem portant. Iugulantur & iugulant, & pro ſuis dñis morti ſe exponunt. Agricolæ tributa, fructus regibus afferunt, & cum omnes pro ipſis laborare non ceſſant, ipſi tñ in lætitia bibunt, dormiunt & recumbunt. ¶Iſtud ad litteram poteſt appliçari ad modernos reges, tam eccleſiaſticos quam ſæculares, quia pro certo iſti bellatores, ideſt balliuorum multitudines nutriũt, qui montes, turres, muros, ideſt generaliter omnes bonos ſubditos per contemplationem altos, per conſtantiam fortes & ſolidos impugnant & exactionibus diripiunt, prædas & exactiones, quas extorquent ab aliis, ad magiſtros ſuos ferunt. Et ad litteram ſæpe fit, quod pro mandatis magiſtrorũ ſuorum exequendis alios iugulant & affligunt, ſed finaliter ipſi iugulantur. Quod ẽt familiariter accipiendo videmus, quod iſti ſubditos ſcilicet exactionibus ſuis iugulant, tamẽ ſæpe fit, quod ipſi ſimiliter iugulantur, & per infortunia deficiunt & ſuccumbunt. Vnde dicitur. Matthæ. 7. Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. Et breuiter iſta eſt veritas, quod tam mulieres quam agricolæ, tam pauperes quam diuites, pro regibus prælatis & ſuperioribus dñis, & ipſorum negotiis ſeu vtilitatibus laborant, ipſi vero ſine labore viuunt dormiunt, & triumphant. Pſal. 72. In laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabũtur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. ¶Vel dic, quod rex eſt Chriſtus, cuiꝰ milites fuerunt apoſtoli & martyres, qui prædicando peccatores iugulauerunt, inquantum exteriorem hominem & vitam carnalẽ in eis occiderunt, prædasque, ideſt animas, quas a diabolo rapuerunt, ad eum per fidem & pœnitentiã detulerunt, qui tñ finaliter per tyrannos corporaliter iugulati fuerunt, qui gladio percutit, gladio peribit. Apoſtoli enim & primi eccleſiæ fundatores, qui gladio verbi Dei peccatores percuſſerunt, gladio per tyrannos & impios corporaliter perierũt. Agricolæ etiam, ideſt fideles confeſſores, doctores, tributa virtutum & bonorum operum de agro ſacræ ſcripturæ, tributa bonarum doctrinarum ad regem Chriſtum ſuum defe-

runt

Erunt,& ipso in paradiso quiescente,hic pro ipso laboribus se exponunt.Psal.43. Propter te mortificamur tota die.

EX CAPITVLO IIII TEXTVS.
Tertius, qui dixerat de mulieribus & veritate.
Moralitatum Cap. 3.

Hic dicitur,quod mulieres cęteris rebus fortiores sunt, Et ad hoc probandum adducitur, quod mulieres reges & subditos generant plantatores vinearum, educunt telas ac stolas pro vestiendis hominibus faciunt, gloriæ sunt hominum, & ab ipsis nequaquam homines se separant, sed auro & argento dimisso mulieribus formosis se præcipue delectant. Istas etiam patribus & matribus præferunt, & pro ipsis latrocinia & rapinas facientes, & in magnis periculis se ponentes ad vxores & amicas prædas deferunt. Multique propter mulieres iugulati perierunt,& peccauerunt & concludit ibidem, quod proinde scire nos oportet, quod mulieres dominantur. ¶ Ista possunt exemplariter allegari de potentia & fallacia mulierum,quia ista est veritas,quod istæ hodiernis temporibus viris dominantur,& quod ipsos ad amorem taliter alliciunt suum, quòd nec ab eis faciliter separantur, sed potius patrem & matrem pro eis dimittentes,Gen.2.mulieres adhærere noscuntur. ¶ Ad litteram etiam patet quod mulieres super omnia dilectores suos attrahunt, pro ipsisque enutriendis multi furta ac latrocinia faciunt, multaque scelera pro ipsis committunt, insanique & dementes pro eis fiunt & varijs periculis se exponũt,ita quod temporaliter & spiritualiter pro eis pereunt & succumbunt. Vnde illud. Ecclesia.9. Propter speciem mulieris multi pereunt & perierunt. Istæ igitur hominibus scilicet fatuis dominantur, quod maxime patet in ter coniuges, vbi plerunque maritis suis principantur.Ideo Theophrastus ad socium suum scribit Det tibi omnipotens Deus omnipotentis fœminæ fallacia non falli.

EX CAPITVLO IIII TEXTVS.
Et inchoauit loqui de veritate. Moralitatum Capitu. 4.

Hic superadditur de veritate,& dicitur,quod veritas manet & viuit & inualescit, & obtinet magna. Fortior est enim præ omnibus, & non est in ea quicquam iniquum, nec acceptio personarum nec differentia,quæ iusta sunt facit iniustis,& omnia beniginter in operibus eius. Omnisigitur terra(prout ait,)veritatem inuocat, & cœlum etiam ipsam benedicit. ¶Ista omnia possunt ad litteram dici de illo qui est via,veritas,& vita, scilicet de Christo, vel de quolibet iusto & vero iudice & prælato. ¶ Vel dic,quod hic proprie describuntur conditiones veritatis. Ista enim manet & inualescit,viuit,obtinet atque manet, vt supra. Super omnia vincit veritas & ista fortior omnibus dicitur, quia veritas & innocentia quadam occulta veritate quanquam tardent,finaliter prævalere noscuntur.Veritas igitur abhorret omnem iniquitatem,acceptionemque personarum, & omnem duplicitatem,& omnibus quanquam iniustis & peccatoribus consueuit facere iustitiam & æquitatem. Iustitia. n. veritatem habet pro directione, veritas vero iustitiam hẽt pro executione. Veritas est lucerna & regula directiua, iustitia vero executrix est vis regulæ executiuæ. Psalmist. 84. Veritas de terra orta est,& iustitia de cœlo prospexit. Nunquam enim potest benefieri iustitia,nisi veritas sciatur,& nisi scita sequatur. Vnum tamen attende, quod dicitur, quod scilicet omnia benignantur in operibus veritatis, quia scilicet tanta est veritatis virtus, quod inimici veritatis benignantur, & complacent sibi in veritatis operibus, & dato quod mediante veritate contra ipsos aliquid agatur, ipsam tamen veritatem occulte approbant, & eius prævalentiam magnificant.Bene igitur sequitur,quod omnis terra veritatem inuocat, & cœlum ipsam benedixit, benedictus Deus veritatis,sequitur ergo.Magna est veritas & prævalet.

Moralitatum tertij libri Esdræ Finis.

Moralitatum

MORALITATVM Liber decimussextus quarti libri Esdræ.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Hæc dicit dominus. Ego eduxit populum iustum de seruitute. Moralitatum Cap. 1.

Vincentius in suo speculo historiali inserit quoddam duos libros Esdræ, qui in sacræ scripturæ canone continentur, tres alii eiusdem libri inueniuntur,qui inter scripturas apocryphas numerantur. Quia tamen (vt ait) aliqui sancti doctores in scripturis suis verbis ibidem contentis quandoque inueniuntur vsi fuisse, sicut est illud quod Augustinus in homeliis recitat. Morietur filius meus Iesus &c.Ideo Vincentius de dicto libro aliquid voluit excerpere,& prædicto suo operi aggregare.Ego etiã aliquas figuras ibidem & visiones positas moralizo,& ipsa in hoc volumine supaddo.Quia in istis supra tertio,& quarto libris Esdræ supponit,ipsum de multis & variis prophetasse,non videtur mihi mirabile,si propheta fuisse creditur, qui legem domini a chaldęis succensam diuinitus reparauit, modum scribendi a dextera in leuam inuenit, & nouas litteras hebræis tradidit. Vnde etiam scriba velocissimus in lege domini dictus fuit.Iste igitur c.2. huius quarti introduxit dominum ad Hierusalem sic loquentem. Mater complete filios tuos,& confirma pedes eorum, quia elegi eos,& educam eos,& suscitabo te de monumentis suis,& mittam tibi in adiutorium pueros meos Esaiam & Hieremiam, ad quorum consilium sanctificaui tibi & comparaui duodecim arbores oneratas diuersis fructibus & duodecim fontes lac & mel fluentes, & septem montes immensos habẽtes rosas & lilia,in quibus replebo gaudio filios tuos.¶Vere sic videtur, quod Deus alloquitur ecclesiam matrem nostram. Monet enim vt filios suos.i.fideles in virtutibus compleat,& quod pedes eorum,i.affectus & desideria in bono confirmet,promittens quod si hoc fecerit,ipsos de sepulchris. i.de oppressione paupertatis & tribulationis, vel imperfectionis leua bit,& ad statum gratiæ & gloriæ tam temporalis quam perpetuæ suscitabit.Si.n.mater ecclesia in virtutib. filios confirmaret,statim adesset dominus,qui ipsos temporaliter & spiritualiter suscitaret.Psal.112.Suscitans a terra inopem.Talibus igitur suscitatis & cõfirmatis,& completis & perfectis promittuntur duodecim arbores.i.duodecim articuli fidei, qui duodecim fructibus spiritus,quos.s.Apostolus Gal.5.nominat,sunt empti.Apoc.22.Ex vtraque parte fluminis ligni vitæ afferens fructus duodecim per mẽses singulos. Promittit ẽt fontes duodecim.i. duodecim opera pietatis sex corporalia & sex spiritualia,quæ lactæ & melle,i. dulcedine cõsolationis & compassionis sunt plena.Exo. 35. Venerunt in helim,vbi erant duodecim fontes & septuaginta palmę.Istis promittuntur septem montes immensis.i.septem sacramenta vel dona spiritussancti, quæ.s.rosas & lilia dicuntur habere inquantum rosis & sanguine.i. patientia martyrum & apostolorum, liliis vero.i. munditia castitatis, & nitore virginum & cõfessorũ sunt multipliciter decorati. Psalmist. 124. Montes in circumitu eius. Sic igitur dico, quod Deus isti matri ecclesiæ & filiis seu deuotis fidelibus suis dat duodecim arbores, quibus cibantur, duodecim fontes,quibus potantur:montes, vt in eis inter rosas & lilia spacientur. Vnde Esa.2. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.¶Vel dic,quod duodecim arbores sunt prælati, qui duodecim apostolorum sunt imitatores & fructibus bonorum operum, exemplorum & eleemosynarum sunt subditorum & pauperum nutritores.Duodecim fontes sunt prædicatores & doctores ecclesiastici idest duodecim articulos credẽtes,lac & mel idest dulcedinem scientiarum diffundentes. Septem montes sunt viri religiosi contemplatiui,sursum in cęlo mentaliter manẽtes,.& rosa patientiæ liliisque castitatis nitentes.Isti sunt igitur,qui filios ecclesiæ,.s.fideles sæculares simplices verbo & exemplo nutriunt ipsos potanr doctrinis & erudiunt,& eos recreant & reficiunt. Vnde de ipsis dicitur. Ezech.34. In riuis & cunctis sedibus terræ,in pascuis vberrimus & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorũ. ¶ Hic docentur plura opera pietatis tam negatiua quam affirmatiue. Viduam inquit iustifica, pupillo iudica, egenti da,orphanum tuere,nudum vesti, confractum & debilem cura,claudum noli irridere,tutare mancum,& cœcũ ad visionem claritatis meæ admitte,senem etiam & inuenẽ intra muros tuos cõserua,mortuos sepeli, & dabo tibi sessionem primam. Breuiter quicunque opera prædicta pietatis exequitur, in prima sessione,i.in æterna gloria præmiari mæretur.Vnde dicitur in Apocal.20.Beatus, qui habet partem in resurrectione prima.

CAPITVLVM V TEXTVS.
De signis autem, Ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo. Moralit. Cap. 2.

Inter cætera, quæ archangelus reuelauit Esdræ prophetæ,hæc quoque dixit.Relucescet sol subito noctu,& luna meridie, & de ligno sãguis stillabit,& lapis dabit vocem suam,& populi commouebuntur, & sperabunt in quem nõ sperant,qui habitãt super terram,& volatilia commutationem facient,& mare sodomiticum pisces reijciet,ignis frequenter remittetur, bestiæ agrestes transmigrabunt regionem suam.¶Ista prophetia videt proprie pertinere ad Christum & ad tempora eius, quia tunc sol iustitiæ Christus Dei filius noctu nascendo emicuit:luna perfecta in æternum,ideest ipsius Christi humanitas,meridie, ideest per longum vitæ suæ signis & miraculis resplenduit,lignum Crucis in passione sanguinem stillauit,lapis,qui in morte eius fixus est, vocem,ideststrepitum dedit,& tandem ille,de quo non sperauerunt habitantes super terram,ideest iudæi, Christus Dei filius regnauit, inquantum fidem multiplicans in regno ecclesiæ imperauit. Vnde Ecclesiast.11.Insuspicabilis portauit diadema.Et Hierem.23.Regnabit Rex & sapiẽs erit,& ignis charitatis per mundum erupit, volatilium,i. Apostolorum cætus de iudæa ad gentes transiuit,& sic de proprijs sedibus transmigrauit.Ipsum mare sodomiticum ideest iudæa, mutata erit & amara,& pisces, ideest uiros deuotos, & sanctos,i. Apostolos repulit, & tunc grex ferarum syluestrium & gentilium de regione sua, & de infidelitatis statu ad fidem catholicam transmigrauit.Vnde Hierem.9. A uolucre cœli vsque ad pecora transmigrauerunt.¶Vel dic moraliter, quãdo sol diem fidei & intelligentiæ,& luna suæ roriſluæ gratiæ noctẽ ignorantiæ peccatorem illuminat, & meridiem,ideest ardorem, suæ concupiscẽtiæ refrigerat & humectat, tunc lapis, ideest cordis sui duritia vocem confessionis emittit,lignum suæ clementiæ, sanguinem benignitatis & eleemosynæ in pauperes effundit,mare sodomiticũ, ideest sua caro immunda,pisces suos,ideest delitias carnales reijcit,volatile autem eius,i.omnis vanitas & superbia ab ipso recedit,ignis charitatis in eo succenditur,& bestiæ agrestes, ideest bestiales motus ab eo elongantur.Vnde illud Dan.4.Fugiant bestiæ,quæ sub ea sunt,& volucres de remis eius.¶Hic dicitur, quod in aquis dulcibus fallæ inueniuntur, & amici contra se inuicẽ pugnabunt, & absondetur sensus, & intellectus separabitur &c.¶Ista hodie videtur impleta,qa semper in aquis dulcibus falsę inueniuntur,i.cum personis bonis mali,cum fidelibus hæretici,cum domesticis proditores,cum simplicibus detractores, iam igitur amici inuicem cõtendunt,sensus,& ratio confunduntur,intellectus & sapia hebetãtur. Vñ dicit Esai.29. Peribit.n.sapientia à sapientibus eius,& intellectus prudentium eius absondetur.

EX EODEM CAPITVLO TEXTVS.
Dominator domine,ex omni sylua terræ & omnibus arboribus eius. Moralit. Cap. 3.

Esdras miro modo alloquitur dominum, dicens. Dominator inquit domine, ex omni sylua terræ, ex omnibus arboribus elegisti tibi arborem vna,ex omnibus vineis elegisti tibi vineam vnam ex omni terra orbis elegisti tibi fontem vnam, ex omnibus floribus elegisti tibi lilium vnum, ex omnibus abyssis maris repleuisti tibi riuum vnum,ex omnibus ædificatis ciuitatibus elegisti tibi syon.ex omnib.creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam, ex cunctis plasmatis peccatoribus prouidisti tibi ouem vnam,& ex cũctis multis populis elegisti tibi populum vnum & ab omnibus probatam legem donasti huic,quasi desideratis populũ vel populo. ¶Istę vnitates videntur posse applicari & exponi de vnitatibus nostræ legis,quia dominus ad literam de cũctis mundi syluis elegit sibi arborem vnam.s. crucem, vt in illa suspẽderetur.Vnde Iob 7. Elegit suspẽdium anima mea, & mortem ossa mea. Vnde de cruce canitur.Nulla sylua talem profert &c.Item de omnibus vineis.i.de omnibus mundi sectis elegit vineam,i.sectam vnam,christianorum.s.ut in ea salutem operaretur.Psal.79.Vineam de ægypto transtulisti,eiecisti gentes & plantasti eam.Dux itineris fuisti in conspectu eius & impleuisti terram.Item de omni terra foueam vnam,i.sepulchrum vt in eo sepeliretur.Vnde Psal.131.Hic habitabo,quoniam elegi eam.Item ex omnibus floribus lilium vnum.i. virginem gloriosam ut sub ea obumbraretur, & in ea delectaretur,qui canit in Cant.2. Ego flos campi & liliũ conuallium.Item ex abyssis scientiarum elegit riuum vnum,s.sacram scripturam, vt in ea populus ipsius satiaret. Ps.35.De torrente voluptatis tuæ potabis eos &c.Vel riuum .i.iordanem vt in eo baptizaretur.Vnde dicitur 4.Reg.5.Vade lauare septies in iordane. Item ex omnibus volucribus columbam.i.ex omnibus ecclesijs ecclesiam, s. catholicam romanam vt in ea collocaretur.Vnde dicitur in Can.6.Vna est columba mea.Item ex omnibus pecoribus ouem ideſt ex omnibus animalibus animam christianam, vt ab ea amaretur. Vnde dicitur.2.Reg.12.Pauper autem nihil habeat nisi ouem vnam. Item ex mundi populis elegi populum vnum .s.populum Israel vt ab eo crederetur. Vnde Amos 3.Filij Israel tantummodo vos cognoui.Item elegit vnam legem, scilicet fidem catholicam,vt mundo notificaretur.Eph.4 Vn de Apostolus,Vnus Deus,una fides. ¶Hic habemus qꝙ angelus loquẽs Esdræ reprehendebat eum, ex hoc qꝙ secreta Dei nitebatur inuestigare de domino & de prosperitate gentium cõqueri,& de filiorum Israel captiuitate, labore & dolore,maxime cum ipsæ gentes non essent filijs Israel meliores,sed potius nequiores. Hic igitur circa hoc alloquitur angelus Esdram,dicens. Nunquid magis diligis populum tuũ quam Deus qui creauit illum.Acsi diceret. Non. ¶Illud põt induci contra illos, qui non considerant occulta Dei iudicia,& qui de miserijs pauperum, & de molestijs innocentũ, & de prosperitate malorum contra dominum conquerũtur,quia illi debent cogitare,quòd ille,qui creauit illos,.dominus multo plus diligit,quam aliqua creatura,& ideo non debet homo ipsis magis compati quantum ad profundam meditationem, quàm ille eis compatitur ipsorum qui habet coram & creationem. Vnde dicit Ecclesiastes 5. Si uideris (inquit) calumnias egenorum,non mireris, quia excelso excellentior est.

EX CAPITVLO QVINTO D.
Interroga eam, quæ parit & dicet tibi. Moralitatum Cap. 4.

Angelus loquens Esdræ,volens ostendere quanto mundus amplius senescit,tanto homines sunt corpore minores,virtute debiliores,& in moribus nequiores. Introduxit exemplum de muliere, quæ in iuuentute filios fortiores generat quam in senectute,quoniam quidem mulier diuturni partus debilitatur in senectute,& per consequẽs debiliores pueri generantur. Et sic dicit mundus iuuenis meliores & maiores homines produxit quam nunc mundus senex. Ideo ad idem dicitur qꝙ ipsa priora meliora fuerunt. Ideo. Ber.dicit,quod quanto plus viuimus, tanto plus peccamus. 4.Esd.13.Idem vero Esdras dicitur, quòd quanto inualidum sæculũ ad senectutẽ tendet, tanto multiplicabunt mala &c.

CAPITVLVM SEXTVM TEXTVS.
Et dixit ad me. Initio terreni orbis, & antequam starẽt exitus sęculi. Moralitatum Cap. 5.

Capitulo isto agitur de futura resurrectione,& dr sic.An niculi infantes loquuntur vocib.suis,prægnãtes immaturos parient fœtu subito seminata loca apparebunt,non seminata & pulchra promptuaria subito apparebunt vacua, amici contra amicos præliabuntur, venæ fontium siccabuntur.

E tur. ¶Ista tempora videntur spiritualiter aduenisse, quia iam videmus ꝙ pueri anniculi, i. iuuenes homines & ignari, iam sumunt auctoritatem loquendi, multiloquio, stultiloquio præ cæteris abundant, cum tamen dicatur. Eccle. 32. Adolescens in causa tua loquere vix. Prægnantes, idest matres nostræ prælati, iam immaturos fœtus, idest insufficientes & insipientes personas pariunt, seminata loca & promptuaria plena, i. subditos diuites per rapinas vacuant. Iamq; ad litteram amici contra amicos discordant, & venæ fontium, idest fluenta misericordiæ & gratiæ siccantur & hauriuntur. Psalmist. 73. Dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios ethan.

EX EODEM CAPITVLO VI TEXTVS B.
Et videbunt, qui recepti sunt hoies. Moralit. Cap. 6.

Hic consequenter dr̄, quod finaliter delebitur malum, extinguetur dolus florebit fides vincetur corruptela, ostendetur veritas, quæ sine fructu fuit temporibus tantis. ¶Ista fuerunt verificata in tempore primitiuæ ecclesiæ, nūc vero recesserunt. Ad illa tamen allegare potes si vis, quod ista debent inueniri in nobis christianis, & maxime ecclesiasticis, quibus dicitur. Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

EX CAPITVLO SEXTO C.
Et die secundo creasti spiritum firmamenti. Moralitatum Cap. 7.

Hic ponit Esdras alloquendo dominum, quod Deus ante dixit. Congregentur aquę in locum vnum, & posuit aquas congregatas in sexte parte terrę, supposuit terram esse septies maiorem, quod est falsum. Itē posuit, quod Deus creauit duas maximas aīas à principio, nomē vni enoch, alteri leuiathan. Enoch aūt dedit in habitationem partē terræ siccæ, vbi sunt mille montes. Leuiathan vero in habitationē
F dedit septimam partem aquæ. Nescio quid vult dicere, & iō transeo. Credo tamen quod ex istis verbis poterūt iudęi accipere occasionem errandi, qui ponunt Leuiathan esse piscem totum mundum circumeuntem, quem eis Messias comedendum dabit, nec diminuetur tamen (vt aiunt) aut cessabit. Ista igitur sunt aliter exponenda, sed nihil ad præsens de sensu littera, quia non quero nisi mores & moralizationes perscrutari atque moralia. ¶Hic videtur ponere Angelus loquens Esdræ, quod futurum sæculum, idest paradisus seu hæreditas Beatorum similis est mari spacioso, præruptis iam rupibus circunsepto, vbi tamen est strictus introitus, ad modum fluminis factus, ad quod pariter angustum plenum periculis necessario habet intrare, quicunque ad istud mare voluerit nauigare. Comparat etiam istam hæreditatem cuidam ciuitati in pulchra & spaciosa planice constitutæ, ab vna tamen parte aqua circundatæ, & ab altera ignibus circumseptæ, vbi solus patet ingressus solum ad vestigium vnius hominis, vel districtus inter ignem & aquam per medium constitutus, & cum quisque voluerit hæreditatem ciuitatem vel planiciem subintrare, necesse est per istud angustum periculum pertransire. Quod declarando possumus addere, quia pro certo paradisus dicitur mare, propter inexhaustibilem abundantiam, dicitur, ciuitas idest ciuium vnitas, propter indiuisibilem charitatis amicitiam, & concordiæ colligantiam, dicitur planicies, propter delectabilem amænitatem, dicitur spaciosa, propter inexterminabilem quantitatem. Vnde. Baruch. 3. O Israel quam magna est domus Dei. Sed vera ad illud mare seu ad illam ciuitatem valde difficilis est accessus. Est enim necesse transire per artam semitam iustitiæ, inter scopulos & asperitatē tribulationum, inter gentes cupiditatum & malarum delectationum. Vnde dicitur Ecclesiast. 15. Ignem & aquam apposui tibi, ad quod volueris extende manum. Oportet igitur, quod homo sit cautus vt per artā semitam iustitiæ trāseat, ne forte in aliquod prædictorum periculum incidat, & ad hereditatem glorię non attingat, sicut dicitur in euangelio. Matthæ. 7. Arta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam. ¶Vel dic, quod pericula, quæ facilitatem viæ cælestis & salutis impediunt, significant eminentias, diuitias & delicias. Scopuli. n. eminentias significāt, ad quas difficilis est ascensus, facilis tn̄ & periculosus est casus. Ignis significat diuitias, quæ. s. suos possessores vrūt & eos per auaritiam fatigāt & incendunt. A qua vero significat delitias, quæ suos amatores mergunt, & eos per vitia putrefaciunt & corrumpunt. Caue igitur, qui per artam semitam religionis, iustitiæ & pniæ progrederis, vt ita recte transeas, & vt ita iustæ & sanctæ viuas, quod ista pericula per affectum & desiderium non impingas, ne forte per superbiam, auaritiam & luxuriam pereas, & ab ingressu gloriæ retrocedas. Vnde Esai. 30. Hac via ambulate, nō declinetis ex ea, nec ad dexterā nec ad sinistram. ¶Nota etiam, quod hic dicitur, quod introitus huius sæculi sunt periculosi dolentes, mali & periculorum pleni, istud applicatur ad vitam præsentem, per quam ingrediuntur in hunc mundum.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Et factum est cum finissent loqui verba hæc. Moralitatum Cap. 8.

Hic ponitur illa prophetia de Christo, quæ à pluribus doctoribus allegatur. Ecce (inquit) tempus veniet, & apparebit ciuitas, & ostendetur, quæ nunc subducitur terra, reuelabitur filius meus Iesus cum his qui cum illo iocundabūtur, qui relicti sunt in annis quadringentis, & erit post annos illos morietur filius meus Iesus, & homines, qui spiramen habent omnes, & conuersetur sæculum in antiquum silentium diebus septem, vt fuit in diebus prioribus initijs, & post septem dies excitabitur quod nondum viuit sæculum, & morietur corruptum, & promptuaria reddent, quæ eis commendata sunt annue & reuelabitur altissimus super sedem iudicij, & pertransibunt miseriæ, & fides conualescet, & post subsequetur, & merces ostendetur, iustitię vigebunt, & iniustitiæ non dominabuntur. Ista ad litteram videntur dicta de aduētu Christi, quia quantum ad primum aduentum, scilicet in carne numeratur tempus, quod fluxit à tempore illius visionis vsque ad tempus incarnationis, scilicet quadringenorum annorum, & videtur idem esse tempus, quod numeratur à Daniele. 9 Sub Nabuchodonosor & Baltasar prophetauit. Daniel. 11. Iste autem Esdras sub Cyro ista vidit, & qui post Nabuchodonosor cito regnauit. Ista est igitur veritas, quod post quadringentos annos a tēpore istius visionis Dei filius Iesus Christus fuit reuelatus & natus, & tādem fuit mortuus & occisus. Finaliter autem omnis homo spirans & viuens morietur & corruptibile sæculum dissoluetur. Vnde illud Ecclesiast. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, ita quod propter carentiam hominum silentium antiquum, quod fuit ante creationem animalium ante sæculum reuertetur. Vnde legitur. Amos 8. Multi morientur, in omni loco proijcietur silentium. Tandem post septem dies, idest in fine septimæ ætatis nouum sæculum suscitabitur, & promptuaria, idest repositoria animarum, idest paradisus, purgatorium & infernus animas cōmēdatas ad resurrectionem euomet, & sic in iudicio sedebit altissimus, & merces suas singulis ostendet, & opus præmium subsequetur, tunc autem fides & iustitia in conscientia præualebunt, & omnes iniustitiæ damnabūtur. Ista tamen de numeratione temporis & annorum, quæ fluxerūt inter Esdram & Christum pręcise non assero, sed lectorem ad Bedam super Danielem & glossas doctorum remitto.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Et respondit ad me & dixit. Hoc sæculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Morali. Cap. 9.

Hic in hoc capitulo dixit angelus ad Esdram conquerentem de damnatione generis humani, quod pręsens sæculum factum est pro multis, futurum vero factum pro paucis, quemadmodum inquit de magna gleba terræ fit vas fictile modicus puluis accipitur de quo fit aurum, ac si diceret. Multi sunt peccatores fictiles atq; mali, pauci uero erunt aurei & saluari. Vnde dicit Matth. 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. ¶Vidit Esdras mulierem in dextera parte cam
pi,

A pi, quæ dissutis vestibus & effuso cinere super caput, tristis & flebilis deplorabat, cui causam luctus inquirenti, rn̄dens dixit se sterilem triginta annis cū viro suo fuisse, & tandē à Deo filium magnis cum lachrimis impetrasse, ipsumq; cum laborib. nutriuisse, & tandem ad annos nubiles perduxisse. Cūq; sibi pquisiuisset vxorē, die, qua ipsā despōsaturus erat, mortuus cecidit, & iō pp eius mortē se miserā & flebilem esse dixit. Tandē vidit Esdras subito faciē mulieris dictæ fulgentem, & sic subito disperantem. Post hæc vero stupidus, vidit quoddam ædificium ciuitatis construi, & fundamenta sursum erigi & ondi. ¶Dic moraliter, qđ ista mulier significat animam Christianam, quæ triginta annis. i. in fide trinitatis cum viro suo permanens sterilis quo ad bona opera pseuerat, vnumq; filium. i. vnum bonum opus generat, sicut ad litterā de multis patet, qui licet fidem trinitatis habeant in multis tamen bonis operibus se exercent, sic cum quandoque filium, idest bonum opus à Deo impetrant, quem ēt in seipsis nutriunt atque fouent. Vnde legitur Iudicum 13. Sterilis es, sed concipies & paries filium. Veruntamen sæpe fit, quod vbi vxor diuinæ gratiæ & futuræ gloriæ isti filio, idest bono operi & proposito speratur & procreatur, subito peccato interueniente iste filius moritur, & sic anima magis sterilis quam antea reperitur. Vnde dicit Esa. 47. Venerūt tibi simul duo hæc sterilitas & viduitas. Ideo pro certo ista debet tunc per contritionem dolere, per confessionem clamare, & per satisfactionem plorare. Quod proculdubio si fecerit, statim per diuinam gratiam in ea receptam, facies suæ conscienciæ relucebit, & ædificium paradisi sibi reædificabitur & patebit. ¶Vidit. 4. Esdras. cap. 11. somnium valde mirabile, vidit enim quandam aquilam, quæ tria capita habebat, quorum medium cæteris maius erat, quodlibet tamē istorum quiescebat. Vox autem de illis capitibus nulla exibat, sed vox magna de medio corporis aquilę resonabat, habebat etiam duodecim alas, quarum à contrario pennæ multæ oriebantur, quæ tandem in octo pennacula modica distinguebantur. Illæ igitur aquilæ successiue vigilabant & dormiebant, & singulæ temporibus suis regnabant, & vna
B post aliam deficiebat, & nunquam amplius comparebat. Ipsa etiam pennacula, idest paruę alæ subalares successiue defecerunt, & sic solū tria capita quiescentia in corpe aquilæ remanserunt, tandem vero vnum dictorum capitum euigilauit, & super totam terram regnauit. ¶Dicamus allegorice, quod ista aquila significat Christum, qui trium fuit naturarum. Habuit. n. naturam diuinam animæ & corporis in vna persona, & sic habuit tria specialia capita in seipso quiescētia & manentia, quorum tamen medium, s. natura diuinitatis, maius & nobilius fuit cæteris. Iste igitur duodecim alas habuit, idest duodecim Apostolos in suo corpore mystico constitutos. Octo etiam minores alas habuit, inquantum septuaginta duos discipulos, qui constant ex octonario nonies ducto, sibi cum Apostolis adiunxerit. Vnde Luc. 10. Designauit Iesus post hoc alios septuaginta duos discipulos, quibus mediantibus vox prædicationis euangelicæ in omnem terram exiuit & prodijt. Istæ igitur tam alæ quam subalares, idest tam Apostoli quam discipuli suis temporibus vigilauerunt, & super ecclesiam regnauerunt. Tandem vero vnus post alium defecerunt per martyrium, vel alias recesserunt, finaliter tamen medium caput, idest sua diuina potentia, quæ nunc dormire videtur, euigilabit scilicet in iudicio, & tunc super terram in perpetuo imperabit, sanguinemque & labores sanctorum suorum, quos dissimulauerat, vindicabit: malosque puniet & damnabit, bonos saluos faciet & iuuabit. Vnde dicit. Psalmist. 77. Excitatus est tanquam dormiens dominus, & tanquam potens crapulatus a vino. Et alibi. Psalm. 75. Cum exurgeret dominus in iudicio, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. ¶Vel dic moraliter, aquila est anima, quæ scilicet habet tria capita, idest tres potentias scilicet intellectum, memoriā, & voluntatē, quæ tandem ad fidē veniens duodecim alas. i. duodecim articulos fidei acquirit, octo pennacula, idest octo spirituales beatitudines, quibus ad cœlum volat, recipit, de corpore autem eius. i. de interiori pectore vox contritionis emanat & exit. Fit tamen quādoque, quod alas virtutum suarum per peccatum amittit, ita quod præter tria capita, idest pręter tres naturales potentias, nihil boni retinet aut custodit. C
Veruntamen quandoque fit, quod medium caput scilicet voluntas, per pœnitentiam euigilat, & regnum virtutum perditum recuperat restaurat, & ad cœlestia per contemplationem & desyderiū tanquam regina & libera, calcatis inferioribus se exaltat hæc aquila. Vnde Iob 39. Eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suū. ¶Vel dic, quod aquila est ecclesia, cuius tria capita, quę dormiebant, nec solum aliquem emittebant, sed finaliter, quodlibet eorū perijt, & dextrum quod leuū fuerat, deuorauit, significant prælatos fide trinitatis imbutos, duodecim vero alæ significant mediocres subditos in doctrina duodecim Apostolorum fundatos, octo vero subalares, significāt inferiores in octaua futuræ resurrectionis sperantes. Igitur ista est veritas, quod cum aquila, idest ecclesia habeat capita, alas & subalaria, idest habeat prelatos & subditos mediocres & infimos, ipsa capita, idest ipsi capitanei & prælati nō faciunt hodie nisi quiescere, & in delitijs dormire, nec sonum prædicationis aut diuinæ laudis & eruditionis sciunt emittere, quapropter necesse est ipsos finaliter deperire. Ad hoc enim solum attendunt, quod illi, qui sunt ad dexteram, idest in statu prosperitatis, illos, qui sunt ad leuam, idest in statu aduersitatis deuorant idest impellunt. Ista ergo est veritas, quod alæ leguntur vigilaret, & capita dormire, quia subditi, scilicet sunt magis ad bonum vigiles quā prælati dicentes illud Apostoli. 1. Tes. 5. Non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Cuius tamen contrarium legitur de Christo, quia scilicet ipse vigilabat, & discipuli dormiebant. ¶Vel dic, quod aquila est princeps vel Rex, qui scilicet in corpore suo idest in curia sua habet & capita & alas & subalaria idest magnos capitaneos vel consiliarios mediocres, iudices & inferiores balliuos. Igitur hoc est verum, ꝙ dum capita dormiunt, alæ vigilant, quia dum ipsi superiores capitanei & magistri non cogitant, sed quiescunt, alæ. i. inferiores balliui pro ipsis ad rapiendū vigilant & intendunt. Vnde Luc. 12. Beati sunt serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes, s. ad prædandum. ¶Vel dic etiam, quod isti officiales dum domini sui hebetes in de- D
litijs delectantur, & de regimine terræ suæ nihil aut modicum meditantur, isti ad vtilitatem propriam vigilātes, ad prædam præparant panem liberis. ¶Vidit Esdras aquilā magnam, quæ tria habebat capita, duodecim alas, & octo subalaria, quæ. s. à contrario alarum pennę sunt ortæ, qua tandē in octo paruas alulas, quas vocat octo pēnacula, sunt distinctæ, & expandebat aquila alas suas super omnem terram, & omnes venti terræ insufflabant ad eam. Factum est quod omnes istæ pennæ temporibus suis regnauerūt, & tandem successiue vna post aliam defecerunt. Ipsa etiam capita tria quiescebant, & vnum erat maius alijs, quod euigilans per totum mundum regnauit, & post hoc non comparuit, de alijs vero duobus vnum, quod ad dexteram erat, reliquum deuorauit, de corpore vero aquilæ, non de capitibus vox exibat. Post hoc autem exiuit leo de sylua rugiens, & vocem hominis ad aquilam mittens dicebat. Nonne tu es qui separasti de quatuor animalibus, & totum mundum tenens, potestate cum labore & dolore possedisti, & tribulasti mansuetos, lęsisti quiescentes, dilexisti mendaces, destruxisti fruticantes, afflixisti tibi non nocentes, & ideo ascendit contumelia tua ad altissimum, & respexit superba tempora, & ecce finita sunt? Propter quod non appares aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & totum corpus tuum vanum perierunt, vt refrigeretur terra liberata de manu tua. Quibus dictis, ecce totum corpus aquilæ incendebatur, & ipsa nequaquam amplius uidebatur. ¶Quamuis ista mirabilis aquila multa significare possit, sed tamen ex sequenti expositione potest innui istam esse romanum imperium cuius initium, progressum & terminum designauit. Illud enim imperium proprie comparatur aquilę, tum quia rapaciter vixit, & per suam rapacem violentiam altius cæteris volauit, & cunctis mundi auibus idest cunctis hominibus imperauit, ita quod omnes venti cœli ad eam insufflabant, hoc est quod omnes iurisdictiones sęculi ab hoc imperio dependebant. Psalmist. 71. Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum: ista igitur habuit capita pessima;

E ma alas horribiles,subalaria maligna, vnges etiam acutos. Et re vera imperium Romanum habuit quosdam imperatores monarchas, qui fuerunt sicut capita, quosdam habuit minores ad currendam per mundum, & acquirendum terras,& ad populos subiugandum agiles & feroces, qui fuerunt sicut alæ,habuit etiam inferiores principes,subalis,id est sub imperatoribus militantes, qui dici poterant merito subalares.Et forte,qui bene vellet deducere, inueniret tria capita idest tres solos monarchas fuisse duodecim alas, idest duodecim magnos imperatores successisse, sicut etiam Suetonius fecit librum de duodecim cesaribus, nunc vero subalaria idest modicæ virtutis imperantes restare.Sed quicquid fuerit de numero, cõstat,quod omnes terribiles & horribiles fuerunt vngues rapacitatis & violentiæ acutissimos habuerunt, quapropter populus, super quem regnauerunt, tempore suo defecerunt, & vt communiter gladio perierunt,& vnum caput reliquum deuorauit, inquantum inter se quandoque prælium habuerunt, sicut patet de Iulio contra Caium,& de Pompeio contra Antonium. Vox enim idest lis & controuersia de corpore ipsius imperij sæpe prodijt, sicut in bellis ciuilibus apparuit, propter quod ipsa aquila semper in deterius procedendo successit,& sua potentia semper decrescendo defecit, sicut patet, quia de capitibus ad alis,de alis vero subalares tansiuit.Vnde Daniel.7.Habebat alas aquilæ super se, & respiciebam donec auulsæ sunt alæ eius. Sed pro certo leo de tribu iuda Dei filius de sylua inculta,i.de virgine Maria prouenient, istam fortem aquilam romanum, scilicet imperium redarguit & reprehẽdit, & eius potentiam violentam, quæ totum orbem turbauerat & oppresserat, à tẽpore aduentus sui reprehendit, & terram de suis manibus liberauit, ita quod iam sicut videmus,totum corpus eius tribulationibus incenditur & ipsa quasi pœnitus euanescens, vix inter imperia hodie computatur.Vnde Daniel.2.Lapis.n.de monte cadens,statuam babylonis destruxit,quia Christus de cœlo veniens,huius imperij potentiam eneruauit,& ideo de illo leone bene dicit,
F Apoc.5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. ¶Vel dic quod aquila significat rapaces & superbos principes & tyrannos qui habet capita,i.malos capitaneos & consiliarios, alas,id est superbos iudices & officiales, subalares,i.malos domesticos & familiares.Omnes.n.dicuntur pessimi,terribiles, horribiles & maligni,omnes etiam dicuntur vnguibus & rapinis compunctionibus & crudelitatibus communiti.Sed pro certo isti paruo tempore perseuerant, quia postquam aliquandiu regnauerunt,idest postquam aliquandiu tenuerũt, vel multa commiserunt,omnes successiuę pereunt & spiritualiter immo etiam temporaliter cito deficiunt & succumbũt.Psalmist.54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.Ipsa etiam capita, idest ipsi maiores & capitanei inter se inuicem per ambitionem & inuidiam discordant, & se alternatim aliquotiens destruunt & impugnant. Ipsa etiam rapax aquila idest ipse tyrannus finaliter tribulationibus succenditur,& mediante leone Christo & eius occulta iustitia de medio tollitur, ita quod de ipso capitibus alis subalaribus, i. de ipso & suis rapacibus & iniquis fautoribus, ministris & familiaribus nihil pœnitus reperitur. Psalm.36. Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani,transiui,& ecce non erat, quæsiui eum,& non est inuentus locus eius.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Et factum est post dies septem & somniaui somnium nocte. Moralit. Cap. 10.

Esdras de nocte somnians,vidit quendam hoĩem ascendẽtẽ de mari,& sursum cum cęli nubibus aduolantem, & vidit quod hõ iste conualescebat: & vbicunq; vertebat vultum,tremebant omnia,& vbicunque exibat vox eius exardescebant omnes, qui vocem eius audiebant. Et cum innumerabilis multitudo contra illum conuenisset,sculpsit sine manibus montem vnum, & volauit cõtinuo super istum. Et cum non haberet in manu vas aliquod bellicosum,emisit de ore suo flatum ignis, de labijs suis spiritum flammæ, de lingua sua scintillas & tempestates, & succẽdit hos subito.ita quod solum cinis, puluis & odor fumi de ipsis omnibus appareat, & vocat ad se multitudinem aliã pacificam; & ducebantur ad eam multi alij qui tristes veniebant,alij ligati erant. ¶Recte videtur quod iste homo sic nocte visus est Christus Dei filius nocte natus. Ille enim de mari, idest de Maria Virgine natus,& nubibus cœli idest purissima humanitate velatus,miræ potentiæ per mundum volitans apparuit, ita quod quicquid leueriter respexit,tremore mirabili percussit. Matthæ.21. Sicut apparuit quando in templo vendentes & ementes eijciebat, vbi secundum doctores splendor & maiestas eius vultus alios deterrebat. Ioha.18. Sicut etiam apparuit in eius captione, vbi audita voce eius satellites territi ceciderunt.Vnde Amos 3. Leo rugiet,quis non timebit? Vox etiam, & prædicatio eius auditores per charitatem inflammabat, & eos per desideria bona ardere faciebat. Vnde Luc.24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis & cętera.Post tamen multitudo iudæorum innumerabilis contra eum conuenit,ita quod morte interueniente ipsum ad montem sculptum & politum, scilicet ad paradisum per ascensionem recedere & euolare fecerunt. Vbi cũ viderat multitudinem maximam, idest vniuersos, tam iudæos quam gẽtiles contra se per infidelitatem insistere, legem eius repellere,& eum in suis fidelibus multipliciter impugnare,ignem spiritussancti in die Pentecostes de ore emisit, uirtute cuius inimicos suos infideles conuertens, ipsos in cinerem & puluerem per humilitatem mutauit.Vnde Luc.12. Ignem veni mittere in terram.& quid volo nisi vt ardeat? Et sic finaliter ad eum multi ducti fuerunt sanctorum prædicationem, quidam videlicet gaudentes per spei consolationem,quidam tristes per timorem & cõtritionem,quidam ligati per charitatem & dilectionem:& istorum multitudo pacifica dicitur per vnitatem & concordiam.2.Cor.6. Vnde dicit. Paulus Apostolus. Quasi tristes, semper autem gaudentes.Et Esa.45. Vincti manibus post te current.¶Vel dic,quod talis homo significat bonum prælatum, quia vere ad ipsum pertinet,quod habebat in vultu venustam auctoritatem,quam uidentes præ reuerentia terreantur in uerbis, ore & labijs ardentem,feruentem verbositatem, quam audientes ad bonum inflammentur.Requiritur etiam, quod in facie impugnationum suarum,scilicet tribulationum & temptationum, ascendat in montem paradisi, scilicet contemplando & orando,vt ab ipsis liberetur. Item quod ignẽ seueritatis asperæ correctionis & reprehensionis de ore suo etiam si necesse sit,tempestatem tribulationum mittat in [illegible]libus,ut corrigantur & puniantur, & vsque ad cinerem & puluerem, idest usque ad sui considerationem, & suæ resolutionis meditationem humilientur, & quòd congregationem pacificam.tam gaudentium quam tristium quam etiam ligatorum,idest congregationem bonorum tam desolatorum quam lætantium ad se conuocet, vt secum gaudeant & lætentur. Vnde dicitur. Esai.11.quod spiritu oris sui interficiet impium,& arguet in iustitia pro mansuetis. Vnde Daniel. 7. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Ad quod videtur etiam facere illud quod infra scribitur,ubi Esdræ in persona prælati uel cuiuscunque iusti dicitur sic.4.Esdr.14. Corripe populum tuum, consolare humiles eorum,renuncia iam eorum procellæ, dimitte mortales cogitationes, eijce a te pondera humana, festina transmigrare à temporibus his.¶Hic ponitur unum quòd de decem tribubus Israel, quæ per Salmanasar regem assyriorum [illegible]tea fuerant captiuatæ,dicitur. Hic enim populus in Babylonem & in Mediam translatus, propter suam idolatriam & peccata, dolens & pœnitens disposuit inter gentes non habitare sed in quandam regionem remotissimam, quæ [illegible] cet per iter unius anni & dimidij distabat, & in qua nullus hominum adhuc intrauerat,se transferre,ut separati a gentibus possent sua legitima, quæ in terra sua non seruauerunt,custodire.Isti igitur multis diebus peragrantes regionem obsitam montibus inuenerunt, in qua nullus patebat ingressus, nisi per euphratem fluuium intra angusta montium transeuntem introierunt, sed diuina potentia fluuius stetit seu arescebat, & sic populus interius subintrauit, [illegible]tim vero fluuius ad suum alueum reuersus, populum in[illegible] cum illum montibus obsitum interclusit, populus ibi mansit.In fine tamen temporum (ut ait) iterato uenæ illius fluminis scaturient, & iter eis diuina virtute aperietur & ad filios Dei

A Dei pacifice colligent,regio aũt illa vbi nunc sunt, arzaret nuncupatur. Quamuis ista uidentur pati eclipsim,ex hoc, quod vel ortus fluminis Euphrates non distat à medio vbi populus ille trãslatus fuerat,non solum per annum cum dimidio,immo nec per mensem,cum in montibus caspiis ꝓpe arcam Noe dicatur oriri.Quinimò etiam nec totus mundus per iter anni cum dimidio duraret in longum dum tamen homo posset continue & quotidie diebus competẽtibus peragrare de hoc tamen nihil ad præsens.Iosephus aũt de decem tribubus aliter vr̃ sentire,sicut recitat Comestor in scholastica historia.Dicit.n.ꝙ dum Alexander partes persidis & mediæ peragraret, venerũt ad ipsum populi animo redeundi ad terram Israel,de qua translati erant,licentiam postulantes,qui audita causa trãslationis,& quomodo Deũ suum,qui tot sibi contulerat beneficia, reliquerant indignatus,non solum licentiam non dedit, sed eos inter montes caspios interclusit, & muris ualidissimis de montibus ad montes protensis,ipsos includere attentauit. Verum ut dicit ibidem,labor humanus ad pręmissa nõ sufficiebat:ergo rogabat Deum,quem ipsi dereliquerant, vt implere vellet, quod desiderabat.Sic igitur Dei potẽtia factum est,quod in conspectu principis terremotu facto montes ad montes accesserunt,& ingrati populi sunt inter montes inclusi, & inter gog & magog.i.inter castra sic nominata vsque ad tẽpora iudicii sedes suas acceperunt. De istis autem castris gog & magog,vbi sita sunt,non legi,nisi quia in descriptione sphæræ seu in tractatu de theoria planetarum recolo legisse me,quod hæc sunt ĩ septimo climate in septentrionali sita latere, quod etiam videtur scriptum in descriptione mappæ mũdi. ¶Sed cũ de istis nihil ad sensum moralẽ possit deseruire, & propter hoc si uis moralizare illud primũ, quod hic scribitur, dic pro certo, quod si debet facere pœnitens sicut iste. Videns. n. peccator populus, qui de terra Israel prælatus est in babylonem.i.de statu gratiæ in peccatum,debet dolere & pœnitere,& per pœnitentiam de medio gentium.i.de potestate dæmonum se subtrahere, & regionem remotam.i.desertum pñiæ & religionis quærere,& per fluuium lachrymarum intrare & sine exitu ibi stabiliter
B permanere, & sic qui libet talis potest comparari illi, de quo dr̃, quod homo quidã abiit in regionem longinquam. Luc.19.accipere sibi regnum in fine autem iste fluuius lachrymarum & tribulationum pœnitentium siccabitur, & iter ad altitudinem paradisi parabit & de angusto loco mundi vel corporis pœnitens ad cęlestia deferetur.Vnde.Prou.11. Iustus de angustia liberabitur. ¶Illud autem, quod dicit Iosephus,potest allegari ad hoc,quod isti,qui de beneficijs acceptis ingrati sunt,& benefactores suos siue sit Deus siue sit homo,effugiunt,relaxationem seu gratiam habere non debent,sed potius artius includi & puniri merentur. ¶Vel illud applica ad beneficium orationis,quia.s. Deus ad preces unius pagani mõtes transtulit, & principis crudelis precibus satisfecit,multo fortius fidelium preces exaudit,quando cor deuotum preces huiusmodi sibi fundit.Iõ dicit Mat. 21.Amen dico uobis,quicquid credentes petitis,accipietis &c.Ad illud,quod Rabanus.li.suo de naturis rerum lib. 5.c. 4.& multi alij doctores dicunt de Esdra,quod legem domini & prophetiæ libros,qui per chaldeos succensi fuerãt, reparauit, facit quod hic legitur.c.23. ¶Dr̃ hic ꝙ Esdras quærens qualiter post mortem suam nasciturus populus mandata Dei faceret, cum lex Dei incensa fuisset, propter quod quid faciendum,& quæ fuissent opera Dei,de cetero nullus sciret,rogauit dominum vt sibi Spiritum sanctum immitteret,ita ut leges & libros perditos diuinitus recuperare valeret. Angelus igitur lucernam intellectus sibi dare promittit,& per quadraginta dies à populo se abscondit,una cum scriptoribus sibi dixit.Quo facto calix plenus aqua coloris ignei Esdræ per angelum porrigitur,quo bibito, statim intellectus,sapientia & memoria sibi datur.Sic igitur Esdra dictante,& in spiritu loquente lex prophetæ à quinq; scriptoribus scribitur,& sic infra quadraginta dierum spacium plenarie resortitur.Angelus autem in lege populum iubet edoceri,& quædam iubet palam fieri.Quædam inquit palam facies,quædam sapientibus abscondite trades. Scriptores igitur per diem scribebant, nocte vero comedebant. Esdras aũt ꝑ diẽ loq̃bat̃ & dictabat,nocte ẽt non tacebat. Ista pñt applicari ad hoc,ꝙ necesse est ut intellectum,sapientiã & C
memoriã spũalẽ q; hẽat ad hoc ꝙ legẽ diuinã i. diuinæ legis intelligẽtiã cõsequat̃,q.a.l.hõ se dẽt à cõi tam hoĩum q̃ negociorũ q̃ ẽt cogitationum more secernere,& secretũ solitudinis mentalis intrare.Debet ẽt quadraginta diebus per quos status pñiæ innuitur ibidem,& in statu pñię & abstinẽtiæ perseuerare, quia re uera illi soli diuinas reuelationes percipiunt,qui quadragenã pñię obseruare nouerunt,sicut exemplum de Moyse habemus,qui quadã uice quadraginta dieb.in monte cum dño stetit, & legẽ dominicam accepit.Ascende ad me in montem & esto ibi quadraginta diebus.Alia autem.s.qũo angelus inspiratiue loquitur, & qũo ẽt quædã sunt in lege & in scriptura,quæ publice possunt dici oĩb.alia quæ secrete sunt dicenda solũ sapientib.ꝑ se patent.In capitulis q̃ sequunt̃,multa de futuro iudicio continentur.Sed quia nil ponitur per modum visionis,ideo non inueni,quod ad aliquid applicabile iudicauerim.

Moralitatum libri quarti Esdræ Finis.

MORALITATVM
Liber decimusseptimus super Thobiam.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Thobias ex tribu & ciuitate Neptalim,quæ est in superioribus. Moralitatum Cap. 1.

Thobias de tribu & ciuitate Neptalim cum esset iunior,& oẽs irent ad uitulos aureos adorandos,hic solus fugiebat consortia hoĩum,& pergebat dñm adorare ad templum suũ in Hierusalem. Cum vero factus fuisset vir,accepit vxorem de tribu sua, & genuit ex ea filiũ,quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato,& finaliter in captiuitate positus de cibis gentiliũ non comedit,& cũ contribules & amici eius passim comederent,ipse vxor & filius abstinebãt desolatos confortãs circũibat,monita salutis dando.Cunq; monita salutis suis captiuis daret,esuriẽtes alebat,mortuis sepulturã ꝓbebat,quapropter in cõspectu Salmanazar regis gratiam D
inuenit,qui ipsum plurimum honorauit, à Sennacherib vero crudeli tyranno tribulationes plurimas sustinuit,& occidi etiam iussus fuit.¶Thobias, qui interpretatur conuersus,in omnib.istis typum gerit boni secularis,qui ad uniuersa pietatis opera se conuertit, quia licet iste sit inter idolatras.i.inter malos seculares,qui idola & boues aureos.i.peccata, & aurum & argentum per auaritiam colunt, ipse tñ Deum colit & diligit, templum eius per deuotionem frequentat,& idolatriam contribuliũ. i. uitiorũ cultũ fugit & spernit,& filios suos in timore Dei instruit,cibosq; gentiliũ .i.delitias carnales abhorret,& se immaculatũ custodit, & dato,quod qñq; contingat ipsum captiuitatẽ & tribulationẽ incurrere,non cessat tñ captiuos & turbatos consolari, indigentibus necessaria largiri,mortuis sepulturã dare, & pietatis opera præparare. Quapropter pro certo sæpe ad litteram prouenit, ꝙ regũ & principum Deo faciente gratiam & beneuolentiam acquirit, & econtra qñq; ad maiorem sui probationem,sennacherib,i.tyrannorũ maliuolentiã & tribulationẽ incurrit.Ps.33.Multæ.n. tribulationes iustorũ sunt,sicut & isti dictũ fuit infra ꝑ angelum, Thob.12. qa acceptus eras Deo,necesse fuit ut tentatio probaret te.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Post vero cum esset dies festus domini. Moralitatum Cap. 2.

Cvm quadam die Thobias fatigatus de sepulturis occisorum,quos per plateas Niniue iugulatos inueniens abscondebat,& nocte contra mandatum regis sepeliebat propter quod interfici iussus fuerat,iuxta parietem obdormiuisset,accidit,quod ex nido hirundinum stercora calida super oculos eius caderent, & ipsum penitus excæcarent. Qui plaga cecitatis percussus,non est iracundia motus, sed magis per patientiam ad gratiarum actionem prouectus. ¶Ista allega exemplariter,quòd iustus tribulationibus nec fortuitis seu infortunatis casibus non debet turbari, sed

E potius quicquid sibi accidat, debet in Dei iustitiam reducere, & se iuste pati dicere, & patienter cum gratiarum actione omnia sustinere, exemplo Iob 1. qui dicebat Dominus dedit, dominus abstulit. Non. n. contristabit iustum quicquid ei acciderit. Sæpe etiam accidit, quod iustus vltra uoluntatem tyrannorũ opera misericordiæ exequitur, dicens ipsi sennacherib .i. ipsi tyranno illud Act. 5. Obedire Deo oportet magis ꝙ hominibus. Et tñ talis vt cõiter citius & facilius infortunijs flagellatur. Prou. 3. Quẽ. n. dñs diligit, corripit, & quasi pater in filio, sicut dicit sapiens, in eo delectat. ¶Vel dic ꝙ thobias est hõ, qui quandoq; aduertens ad parietes .i. ad mundi negotia se deflectit, quandoq; in delitijs & prosperitatibus delectatur & dormit. Hirundo vero, diabolus, qui more hirundinis in aere .i. in superbia pascitur, homo hoc videns, stercora diuitiarum in oculis cordis eius p concupiscentiam proijcit, & sic visum spiritualis visionis seu discretionis & sapientiæ, necnon lumen diuinæ gratiæ sibi tollit, & eum per auaritiam excæcat & peruertit, ita qđ in illis, quæ ad Deum & ad salutem pertinent, ipsum totaliter cęcum reddit. Vnde tales, qui iuxta parietem terrenarũ possessionum per auaritiam excæcantur, videntur posse dicere illud Esa. 59. Palpauimus quasi cæci ad parietẽ, & quasi sine oculis attrectauimus. Ille enim, qui fatigatus ad sepulturas dormitionem acceperit. i. ille, qui in bonis operibus difficultatem & lassitudinem delectabilium quærit, & ab huiusmodi bonis & pijs operibus cessat & quiescit talis dico cæcitatem vitiorum incurrit, & lumen gratiæ perdit, quod tñ nullatenus perdidisset, si infatigabiliter in bonis operibus vigilasset. Non oportet igitur in bonis operibus fatigari, nec per malam complacentiam dormire, aut in uitijs & in prosperis delectari. Apostolus. 1. Thess. 5. Non dormiamus sicut cæteri, sed uigilemus & sobrij simus.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Tunc Thobias ingemuit. Moralitatum Cap. 3.

F THobias vt supra inter idolatras dominum quærebat, & bonis operibus Deo insistebat, qui postquam filium habuit, excæcatus est. Filius vero eius associato sibi Raphaele Angelo in rages ciuitatem medorum pro recuperãdis decem argenti talentis descẽdit, vbi Sara illa Raguele q̃ .s. septem viros habuerat, quos tamen dæmonum nomine asmodeus occiderat, in uxorem assumpsit, & eam à dæmonis potestate liberauit, & eam in domum patri cæci cũ magna sub̃a secũ duxit, quẽ canis associans reuertentem præcessit. Ille ẽt piscem, qui eum deuorare voluerat, occidit, & cum felle eius patrem cæcum ad consiliũ Angeli finaliter illuminauit, sicut oĩa illa apparent infra. 6. 11. & 12. c. ¶Et hic beda per Thobiam allegorice populum iudæorum intelligit, qui in principio solus Deum coluit & amauit, & inter gentiles & idolatras solus fide & bonis operibus Deo seruiuit. Amos 3. Tantummodo vos cognoui ex omnibus gentib. domus Israel. ¶Veruntamen iste postquam filium sũ, i. Christum de Israel secundum carnem natum produxit aut genuit, per infidelitatẽ excæcatus est, inquantum .s. fidem Christi recipere recusauit. Sara vero, quæ in rages medorum habitabat .i. gentilitas, quæ in mundo vagabatur, cuius uiros & doctores & magistros per infidelitatem & idolatriã diabolus occiderat, ab ipso iuniore Thobia & angelo secũ iũcto. i. ab illo Christo cũ angelo. i. cũ Dei filio copulato fuit liberata, & in domo Thobiæ cæci .i. in ecclesiam loco excæcati iudaici populi substituta. Can. 8. Apprehendam te, & duc̃ in domũ patris mei, & cubiculũ genitricis meæ .i. synagogæ. Sic igitur factũ est, qđ pisces, i. diabolus, qui i flumine passionis ipsum Thobiam iuuenem. i. Christum deuorare uoluit, ab ipso uict⁹ extitit. Fuit ẽt per ipsum euiscerat⁹ & apertus, inquãtum sui cordis malitias hominibus reuelauit, & fel suæ malitię in scripturis reposuit ad illuminationem legentium & iocauit, & quicquid de corpore eius .i. de mẽbris ipsius .s. de peccatoribus conuertẽdo accepit, igne charitatis assauit, & sale sapientiæ condiuit, & ad usus proprios reseruauit. Finaliter tñ pater eius cæcus. i. populus iudaicus, per ipsum illuminabitur, in fine .s. temporum, quando totus Israel saluus erit. ¶Vel dic, quod septem viri sarę sunt septem sacramenta vel septem dona Spiritus sancti concessa animæ Christianæ, quæ proculdubio diabolus sibi p peccatum subtrahit, & eam uiduam & miseram derelinquit. Veruntamen postquam orationibus & fletibus se vult dare, iolet sibi Thobias iunior. i. Christus ipse perseueranter pegratiam iungere, quem diabolus non poterit superare, matrimonium enim uirtutum cum anima non perseuerat, nisi fletus & oratio præcedant. Tunc vero perseueranter uirtus accipit, cum lachrymis suis stratum suum spargit, & cũ perorationem depositum suum Deo committit.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Tunc respondit Thobias patri suo, & dixit. Omnia quæcunque. Moralitatum Cap. 4.

THobias pater, qui dudum gabelo consanguineo sue egenti decem argenti talenta mutuo dederat, filium suum vna cum angelo, quem ductorem sibi dederat, i regiciuitatem medorum misit, qui in uia desponsauit sibi sarã cuius mariti septem fuerant à diabolo interfecti. Piscem, q ipsum deuorare voluerat, interfecit & exenterauit, & de ventre eius medicinale membrum extraxit, dæmonium, quo maritos vxoris suæ occiderat, angelus in deserto ligauit, triam recuperabit, canem patris secum socium habuit & rediens vxorem in domũ patris duxit. ¶Recte vĩ, quod ille Thobias potest significare Deum patrem, filius autem eius vna cum Angelo Christum Dei filium significat, in quo angelus & hõ, diuinitas & humanitas sociantur. Nec est inconueniens, cum secundum sanctorum doctrinam Christus in quantum ad suas naturas in Isaac & in ariete figuratur. Gabelus consanguineus Thobiæ significat genus humanum, quod de genere Thobiæ. i. de genere patris dicitur, pro eo quod ad similitudinẽ est creatum, quod etiam egenum & inops fuit, propter ade peccatum fuit de paradiso captiuatum, & dono immortalitatis nudatum, gratijs & uirtutib spoliatum, sicut bene apparuit in Adã & Eua, Gen. 3. quãde post peccatũ cognouerunt se esse nudos. Decem talenta significant decem legis mandata isti gabelo .i. humano generi pro subleuanda pauperie mutuata. Sara uero gentilitas signat, cuius viros .i. cuius populos asmodeus .i. idolatria primebat. Piscis significat diabolum, ventes signãt infernum. Fel amarũ & medicinale, quod exinde extractum est, significat sanctorum patrum collegiũ. Igitur ista fuit ueritas, q Thobias Deus pater, qui à principio per Moysen gabelo humano generi indigenti & pauperi tradiderat decem tãta argenti .i. decem legis mandata, Thobiam minorem filium suum cum ductore angelo .i. Christum Deum & hominem lium eius benedictum in rages medorum .i. in mundum denauit, & canem .i. prædicatores eidẽ adiunxit, qui in illo nere saram .i. ecclesiam de gentilitatibus sibi iure hæreditario debitã desponsauit. Piscem diabolũ, qui in torrente sionis deuorare crediderat, & ob hoc mortem & passionem eius procurauerat & prostrauit & superauit & de uẽtre .i. de inferno fel amarum & medicinale .i. sanctos patres, in amaritudine languebant, extraxit, decem talenta .i. decem mandatorum executionem, & opera à gabelo .i. ab humano genere reportauit, & vxorem assumptam .i. ecclesiam in mum patris sui in paradisum produxit, & hoc est, qđ dicit Apostolus. Gal. 4. Quod misit Deus filium suum natũ de mulliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. ¶Hic habemus, quod Thobias uolens dare ductorem filio suo, inuenit quẽdã angelum nomine Raphaelem q̃ sub humana specie latitabat. Inuenit igitur eũ quasi quendam iuuenem splẽdidum & tanquam præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Huic igitur filium suum comisit, qui ipsum in itinere conduxit vxorem sibi accepit, & cum magna sua substantia ipsum ditauit, decem talenta argenti fibi recuperauit, piscẽ, qui ipsum vorare uoluerat, sum superare fecit, & ipsum patrẽ suũ illuminare fecit. re vera super omnia charissimi cura dẽt esse Thobiæ senori, i. plato superiori, ꝙ filio suo .i. subditorũ populo, de ductore .i. de bono curato vel rectore, uideat, & ꝙ boni latum sibi assignet, & præficiat, q̃ in uia huius mundi ipsum custodiat atq; regat, ille ẽt debẽt quærere sibi, & piscem quem angelũ latentem sub homine, vt aliquem virum sanctũ, & angelicum, sanctitatem tñ suam occultantem sub humana benigna, & communi effigie, quia quicunque aliis profuit in prælatum, in uitã angelicus, humanus in conuersatione benigna esse tenetur. Vnde de bono rectore dicitur. Malac. 2. Quid ipse angelus domini est, sicut in Apoc. 1. dicitur. Septem (inquit) stellæ, angeli sunt septem ecclesiarum. Ille igitur debet inueniri iuuenis per fortitudinem vigoroſam, splendidus per munditiam gratiosam, stans per constãtiam virtuosam, præcinctus per diligentiam curiosam, paratus ad ambulandum per obedientiam studiosam, debet dici Raphael .i. medicus per fructuosam sapientiam, vt sic de tali Angelo dicatur illud Apoc. 12. Vidi angelum Dei fortẽ Igitur ille postquam curam, ducatum, prælaturam & officiũ superiorum filium .i. super subditos accepit, ille proculdubio debet eos vna cum cane .i. vna cum bonis prædicatoribus regere, & conducere, decem talenta argenti .i. decem mandata sibi debet recuperare, Saram uxorem .i. diuinam grã debet sibi coniungere, & diuitias uirtutum sibi debet cum ea procurare, piscem .i. carnem docere, apprehendere, confiderare, & sic per consequens faciet ad patrem suum Deũ Ixtanter cum vxore sua, & diuitiis .i. cum diuina gratia, & virtutibus reuenire, ita ꝙ tunc poterit patrem suum superiorem illuminare, i. spirituali lætitia recreare, quia sicut dicitur in Prou. 15. Gloria patris est filius sapiens. Ideo bñ deta li angelo poterit dominus dicere illud Exo. 23. Ecce ego mitto angelum meum, qui præcedet te, & custodiet in uia &c. ¶Vel si uis per Thobiam seniorẽ intellige Deũ, pangelũ prælatũ, & per minorem subditum populum, sicut supra.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Profectus est autem Thobias, & canis secutus est eum. Moralitatum Cap. 5.

CVm angelus Thobiam iuniorem conduceret, cõtigit ꝙ circa tigrim fluuium prima mansione manerẽt. Vo lens igitur iuuenis pedes suos lauare in fluuio, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quo timente inuadit, dixit Angelus ad eum. Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Piscem igitur in siccum traxit, & statim palpitare cepit, & ex mandato angeli piscem exenterauit, fel, cor & iecur reposuit, & seruauit, cætera vero assauit, & saliuit, & prouiatico custodiuit. Angelus vero sibi dixit, ꝙ fumus cordis illius piscis super carbones positi, omnia dæmoniorum genera ab homine fugat, fel uero oculis cęcis, albuginosis impositum, ipsos illuminat. Quãuis uideat satis mirabile, ꝙ res corporalis agat in spiritum, & ꝙ fumus piscis fugeꝛ diabolũ, vel ꝙ sonꝰ citharæ faciat recedere spũm immundum, sicut supra positum est, quia tamen ad moralia tendimus, de disputando super huiusmodi non curemus. Igitur dico ꝙ iste piscis potest peccatũ significare, vel etiam carnẽ fluxibilẽ atq; mollem, quòd .s. sum aqua mundanæ prosperitatis, & uoluptatis absconditur, vbi Thobiæ .i. cuicunque homini insidiatur, vt. s. ipsum per culpam, & pœnam absorbeat, & prædetur. Vnde in Prou. 23. Insidiatur in uiis quasi latro, & quos incautos uiderit, interficiet. Ista est ergo veritas, quòd quando homo accipit mansionẽ suã super tigrim fluuium, qui interpretatur sagitta, pro eo, quia sicut sagitta velociter currit, i. in mundi fluxibilitate, quæ cito deperit, atque fluit, & in aqua voluptatis, & prosperitatis vult recreari, quamquam sibi prima facie speret, & intẽdat ablui, & mandari, statim tamen adest piscis iste .s. peccatum vel tentatio superbiæ, luxuriæ vel auaritiæ, vel ẽt ipsa caro, q̃ sibi insidiatur, ipsumq; attrahere, & deuorare satagit, & molitur, sed re vera ad consilium angeli testamenti, .s. Christi uel boni prædicatoris, ipse debet istum piscem, .s. peccatũ vel carnem vel tentationem per considerationem apprehendere, & ad siccitatem abstinentiæ, & pœnitentiæ trahere, & ipsum dẽt exenterare, i. qualis sit, & quid infra ipsum sit reperiet, vnde contra uitiorum infirmitatem remedia multa sumet. Inueniet enim, quòd in ipso est cor, iecur & fel .i. vanus amor, & falsa delectatio, & finaliter inueniet, ꝙ est ibi fel .i. amara desolatio, & damnatio. Igitur si iecur, id est peccati delectatio cum carbonibus desolatoriis .i. cum compunctionis, & memoriæ exinde proueniens, dæmones, & dæmonum tentationes fugabit. Vnctura vero fellis, consideratio .i. timor amaritudinis albuginẽ carnalitatis de oculo mentis curabit. nihil. n. proficit magis contra uitia, & dæmonia, quã cogitare, quã falsa sunt carnis, & peccati obliectamenta, & quam dura, & fellea subsequuntur tormenta. fel igitur .i. considerationem amaritudinis æternæ debet homo in oculis patris sui .i. intellectus apponere, vt sic possit eum per gratiam illustrare, dicens illud Hier. 23. Ecce potabo eos &c. ¶Vel dic si vis, ꝙ iste piscis est diabolus, qui pro certo illis, qui in flumine religionis, deuotionis uel cõpunctiõis se balneãt, & tigri .i. sagitta diuini timoris & cõtritionis se mundificat, & ibidem affectuum pedes lauant, piscis diabolus insidiatur, & qui per peccatum ipsos si potest, deuorat, & prædatur. Sed re vera homo debet ipsum viriliter per bona opera inuadere, & sibi per considerationem exenterando & aperiendo, quid in uentre, & in corde suo habeat discernere, & pro certo ibi inueniet cor, id est malitiam, iecur, quod amare cogit. i. delectationis fallaciem, vel etiam fel, quod est amarum .i. prauam intentionis nequitiã, & futuræ damnationis amaram angustiam. Quæ pro certo si bene cogitauerit, & carbones ignis æterni, fumiq; lachrymarum, & obscuritatem tenebrarum, quæ in inferno sunt, adhibuerit, sibi ad spiritualem cęcitatem tollendam, & ad dæmonum effugandum, quãm plurimum proficiet & valebit. Allega ut supra. ¶Vel dic ꝙ thobias iste est Christus, piscis uero diabolus, sed de hoc uide supra cap. 5. ¶Vel dic ꝙ iste piscis immanis significat diuitem magnum usurarium & tyrannum, qui in fluuio mundanę prosperitatis versat̃, & ibidem tanquam in proprio domicilio moratur. Ezech. 29. Ecce ego ad te draco, &c. Igitur si contingat, ꝙ Thobias .i. aliquis pauper appropinquet ad istum fluuium .i. ad prosperitatis statũ, vel ad alicuius diuitis domum vel locum, statim cum tales pisces .i. tyranni, vsurarii & diuites ipsum uelleditari, vel se velle iuxta se locari uel ædificari uident, sibi immediate detrahunt, & inuident, & eum deuorare, & rapinis, & exactionibus impugnare festinant, ita ꝙ ipsos compellunt ad Angelum .i. ad dominum clamare, & contra eos auxilium implorare. Dñe inquiunt, inuadit me Iob 14. Animæ vulneratorum clamabunt. Periculosum est igitur talib. appropinquare, & eorum habitationibus, & eorum domibus, & possessionibus vicinare, quia fluuium mundanæ prosperitatis solum sibi volunt appropriare, & ideo solẽt omnes uicinos, & socios impugnare, nec patiũtur aliquẽ, quẽ impedire valent, pedes suos lauare .i. recreationem aliquam obtinere. Videntur. n. dicere illud Ezec. 11. Nobis data est terra in possessionem. Thobias igitur .i. pauper ab angelo .i. à Deo consulitur, ꝙ istum piscem .i. istum diuitem per considerationem apprehendat & ꝙ ipsum de fluuio mundanæ prosperitatis per considerationem extrahat, & ad siccum, id est ad mortis austeritatem, & sterilitatẽ imaginando deducat. Hoc est dictu, ꝙ statum vitæ eius cito defecturum, & statum mortis suæ cito succesurum cogitet & attendat, & sic pro certo ipsum cogitare poterit palmitantem, i. dubiũ, miserum & timentem. Vnde de diuitibus dr Sap. 5. Quod ipsi turbabuntur timore horribili, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Consilium etiam est quòd pauper q̃ uidet gloriam iniquorũ, ipsos per considerationem exenteret, hoc est ꝙ quales sunt interius, consideret, vt .s. nõ gloriam suam exteriorem, sed iniquitatem interiorem cogitet atque spectet, quia .s. tunc uidet ꝙ illi, q̃ sunt terribiles quo ad mundum, sunt abhominabiles quo ad Deum. Iuxta illud. Luc. 16. Quod hominibus altum est, abhominatio est apud Deum. Talem considerationem videtur habere Dauid in Psal. 72. vbi de prosperitate malorum sic dicit. Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias &c. Et dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meũ &c. Donec intrẽ sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. ¶Vel si uis dic ꝙ Thobias iste est Deus, quem ꝙ certo pisces immanis .i. aliquis malus diues in persona pauperum, & religiosorũ deuorat, & eũ in mẽbris suis fatigat, & infestat. Sed pro certo Deus talem de fluuio prosperitatis ad siccitatem mortis extrahit, & eum exenterat, & prostẽrnit, & super carbones inferni assat, & comburit, & de uentre eius .i. de suis intrinsecis, & abditis, medicinas pauperũ .s. diuitias quas diu absconderat, extrahit, & de his cęcos .i.

E inopes quandoque illuminat,inquantum de auarorum substantiis ipsos post mortem talium consolatur, & ditat, canesque.i.temporales substantias,istorumq; officia & beneficia,quæ tenebat,sibi & angelo reseruat,inquantũ.n. persona pauperũ se nutriri prædicat.Esa.28.Refice lassum, & ecce hoc meum refrigerium.Impios,& tyrannos tollit de medio,vt saltem post eorum mortem de eorum diuitiis iustos alat,& vt eorum bona, quæ auare aggregauerat, per plurimos distribuat, vt patet ad litteram de clericis tenentibus plura beneficia, & auaris habentibus plures diuitias, quia .s.post mortem eorum plures ditantur,& beneficiantur, & thobias,& Angelus.i.pauperes & iusti,vel ipse Deus in persona pauperum multipliciter recreãtur,& Thobias,& Angelus.i.pauperes, & iusti,vel ipse Deus in persona pauperũ multipliciter recreantur.Igitur dicitur. Sap.10. Quod iusti tulerunt spolia impiorum.Et alibi dicitur.Prouer.13.Quod reseruatur iusto substantia peccatorum.Ioh.1.Vnde dicitur de malo diuite.Qui confligens nudauit pauperes, domum rapuit,& non ædificauit eam, nec est satiatus venter eius. Educetur egrediens de vagina sua vadent,& uenient super eum horribiles,& deuorabit eũ ignis,qui non succẽdet, & de eodem dr̃ ibidẽ,ꝙ diuitias quas deuorauit, euomet &c.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Postquam vero cenauerunt,introduxerunt iuuenem ad eam. Moralitatum Cap. 6.

HIc dicitur ꝙ cum Sara filia raguelis septem uiros habuisset,& eos diabolus occidisset,Thobias ipsam ducere timuit,tñ ad angeli cõsilium ipsam duxit,nec eum diabolus nocuit seu læsit. Nam ad consilium Angeli iecur piscis mortui super carbones posuit, & odore fumi eius dæmones fugauit.Quem raphael accipiens,in desertum superioris Aegypti relegauit. Tandem vero in timore Dei vxorem instruens,& ad orationem inuitãs cum ipsa tribus diebus orationi vacauit,& sic intrans ad puellam, in Dei benedictione sine nocumento eam suscepit.Sicut.n.Angelus vbi dixerat,dæmoniũ solum super filios potestatem habebat, q. sicut equus,& mulus sine timore Dei cum suis vxoribus ha-
F bitant,& qui in actu coniugali nihil præter delectationem amant.Ista exemplariter ad litteram possunt allegari cõtra libidinosos,qui.s.sicut bruta sine Dei timore solam delectationẽ quærunt,qa pro certo tales per spiritũ fornicationis pereunt,inquantum etiam cum propriis vxoribus fornicationem committunt.Iusti vero cũ Dei timore,& bona intẽtione,& oratione,debent coniugium celebrare, & sic non habent dæmonium.i.spiritum luxuriæ formidare, & potissime si piscis mortui iecur.i.si Christi morientis mortem sup carbones feruentis charitatis per considerationem voluerint adhibere.Dicat igitur bonus coniunx vxori suæ illud, quod iste dixit hic,Filij sanctorum sumus,& non possumus coniungi sicut gentes,quæ ignorant Deũ. ¶Vel dic ꝙ vxor nostra est beneficium uel ecclesia nobis data,quia pro certo quicunque isti vxori brutaliter,& solummodo propter lucrum,& delectationem, & vtilitatem temporalem coniungitur,& eidem per promotionem coniungatur,necesse est ꝙ à diabolo spiritualiter & tẽporaliter perimatur. Ille vero,qui taliter vxorem accipit,non vt præsit, sed ut prosit,nõ vt libidini,& voluptatibus vacet,sed vt cum timore diuino, & orationi diuinæ laudi se applicet, à dæmone non læditur, sed sanus, & incolumis spiritualiter reperitur,& cum uxore huiusmodi prole bonorum operum iocundatur & diuitiis tpalib. & spiritualibus prosperatur, Ps.127.Vxor tua sicut vitis abundans in laterib.domus tuæ.

EX EODEM CAPITVLO VIII TEXTVS.
b.Et factum est circa pullorum cantum accersiri iussit Raguel. Moralitatum Cap. 7.

HIc habetur ꝙ Raguel pater Saræ,postquam thobias filiam suam in vxorem acceperat,& ad eam intrauerat, timuit ne forte sibi sicut aliis occidisset,hoc est, ne forte à dæmone suffocatus fuisset, fecit de nocte in domo sua foueam facere vt ipsum posset terræ commendare,& sicut aliis sepelire disposuerat.sed ipsum sanum reperiens,in laudes Dei properat & exultat,& duas vaccas & quatuor arietes occidens,nuptias præparat,& instaurat. Thobias igitur Angelum ad gabelum mittit,qui pecuniam recuperat,& ipsum ad nuptias adducit. Tandem vero Raguel medietatem bonorum suorum filiæ tradidit,& sic cum magna substantia Thobias coniugem secum duxit.Qui præcedens felle piscis oculos patris illuminauit,& cadẽte albugine quasi membrana oui,visum recuperat,& uidens filium suum, domino benedixit.¶Ista exponunt quidam allegorice.Dicunt enim ꝙ raguel est populus gentilis,cuius filiam.i.ipsam gentilitatem seu gentilium communitatem,Thobias, i. Christus in vxorem duxit,inquantum ipsam ad fidem conuertens, de ecclesiam suam fecit,sed re uera in principio ille raguel.i. gentilis populus dubitauit,& timuit neforte ille esset verus maritus,& ne forte mundum decipiendo fuisset à dæmone mortuus vel oppressus, quapropter ipsum sepelire disposuit, inquantum in persona tyrannorum nomen Christi & eius fidem opprimere,& tollere festinauit,sed finaliter cantu gallorum.i.doctrina prædicatorum instante, ipsum uerum ecclesię maritum,virum sanctum,& legitimum reperit & cognouit,& tunc nuptias veræ & firmæ fidei statuit,& inducit,in quibus proculdubio vaccas,& arietes.i. martyres, & confessores de populo suo præparat,& exponit. Côstat autem,quòd de populo gentili conuerso, multi in primitiua ecclesia more vaccarum agrum dominicum coluerunt, & tandem per martyrium obierunt. multi arietes,& prælati,& duces in ecclesia fuerunt,qui mortem pro domino subierunt.Tunc in nuptijs Thobiæ,& Saræ.i.Christi, & ecclesiæ de seipsis encenium præbuerunt. Vnde Matt.22.Tauri mei,& altilia mea occisa sunt,& omnia parata sunt,venite ad nuptias.i.ad fidem Christi.Gabelus per Angelum adducitur,quia.s.ad fidem Christi quotidie nouus populus per prędicatores angelicos aggregat.Sara enim.i. gentilitas, cum magna substantia Thobię traditur,quia etiam de gentibus cum diuitijs diuersarum scientiarum ad fidem veniens, domino desponsatur.Et finaliter tamen iste Thobias, i. Christus patrem suum cęcum.i.populum iudaicum excęcatum per fidem illuminat,inquantum in fine temporis lumen suę fidei seruat,quia tunc exultando clamabit,& dicet.Ecce uideo Thobiam filium meum,quando albugo infidelitatis de oculis eius ceciderit,& quando se errasse fatebitur, & cognoscet, & quando se media ætate illuminatum aduertet, dicens illud Ioan.9.Cum cęcus essem,modo video. Albugo enim proprie cœcitatem populi iudaici significat, qui sed bum,& iustum credit,& æstimat.Et ista etiam cœcitas,& albugo quasi membrana oui esse dicitur,pro eo quòd adhuc Christum tanquam de ouo nesciturum expectat, sed tunc talis albugo de oculo suæ mentis cadat, quando Christum iam uenisse cognoscens,se errasse percipiet.Vnde Apostolus 2.Cor.3.Velamen est positum super cor eorum.Cum autem auersi fuerint auferetur uelamen. ¶Hic potes subdere exemplariter quomodo Angelus eleemosynam, orationem & ieiunium commendat,& quomodo ex hoc ꝓmeruit Thobias ꝙ à Deo tentaretur,& tentatus consolaretur. Thob.12. Vide c.13.Nihil videtur ĩ aliis capitulis huius libri figurale.

Moralitatum super Thobiam Finis.

MORALITATVM
Liber decimusoctauus super Iudith.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS
Arphaxat itaque rex Medorum subiugauerat multas gentes. Moralitatum Cap. 1.

NAbuchodonosor rex assyriorum contra arphaxat regem medorum uictoriam obtinuisset,eleuatum est cor eius in superbia, & oẽm terrã voluit suo imperio subiugare. Nam nõ sufficit sibi regnum medorum acquisiuisse, quinimò nuncios suos ad libanum, siciliam,syriã & damascum vsque in Hierusalem misit,vt tributa sibi soluerent,& ut eum in regem reciperent,per nuncios imperauit.Et quia omnes vno animo contradixerunt ei,& remisserunt nuncios uacuos,& sine honore abierunt, indignatus ipsos per potentiam opprimere & subiu-
A gare voluit.Ideo holofernem principem militiæ cum exercitu infinito contra regionem occidentis misit,& omnẽ terram sibi subiugari mandauit. Qui mandatis eius obtemperans multas ciuitates,& terras cõfregit,multosq; ipsum voluntarie recipientes in dominum,in deditionẽ recepit.Terras, quæ prius mandata nabuchodonosor contempserant, per violentiam eius imperio subiugauit. ¶Ista possunt applicari contra ambitiosos,& præsumptuosos.Ille.n.Nabuchodonosor,qui interpretatur sedens in angustia,præsumptuosos,& ambitiosos significat, qui per sollicitudinem semper angustiantur,vt ad statum altiorem promoueantur, Tren.1. *Sedet in angustia* domina gentium.i.ambitio contra arphaxat.i.facit aliquod factũ notabile, propter quod regnũ medorum.i.aliquam dignitatem obtinet,& acquirit, non sufficit sibi ꝙ Rex sit assyriorum, & ꝙ efficiatur rex medorum.i. non sufficit sibi dignitas,quam ab antiquo habuit,vel quam de nouo acquisit,quinimmo ad altiora accenditur, & ad altas dignitates,& officia ambire, & ea vsurpare molitur. Qđ potissime fit,quando videt aliquod beneficium vel dignitatem vacare,quia.s.tunc magis solet ad dignitatem aspirare. 3.Reg.1.Adonias autem filius agith eleuabatur dicens. Ego regnabo.Quid igitur fit.Pro certo isti tunc, quando uident electionem instare,solent nuncios prolocutores, & proseuchas suos mittere,& nunc ad vnum,nunc ad aliũ discurrere,multa & magna promittere, vt ad regnandum super ipsos,& ad prælaturam vel officium obtinendum ipsos valeãt inclinare,dicentes cum Absalone illud, quod dr̃.2.Reg.15. Quis me constituat iudicem super terram,vt ad me veniant omnes, vt iuste iudicem? Sed re vera iusto Dei iudicio fit ꝙ oẽs vno animo contradicunt ei,& nuncios prolocutores,& suos secretos repudiant,& contemnunt,& ꝙ in die electionis,vbi se elegi forsan existimabat,omnes electionib.se opponant dicentes illud Lucæ 19.Nolumus hunc regnare sup nos. Quòd videns ille ad holofernem principem militiæ.i. ad principum,& laicorum potentiam se conuertit, totque per eos tribulationes excitat contra istos,quòd ciuitates,& munitiones.i. temporales possessiones istorum impedit, &
B subuertit,dicens illud Lucæ 19.Illos autem, qui noluerunt, me regnare super se,adducite huc & interficite.Et per violẽtiam ad consentiendum in eum ipsos cogit. Ita ꝙ breuiter *isti compelluntur* dicere illud,quod etiam isti dixerũt.Desinat obsecro ira tua contra nos.Sequitur.Veni nobiscum pacificus dominus,& vtere seruitio nostro sicut placuerit tibi. ¶Vel allega ꝙ nabuchodonosor.i.diabolus,qui videns se superasse arphaxat cum exercitu.i. cum malorũ multitudine, non sufficit sibi,nisi in alios.i.per malos principes,& eorum officiales non sibi subiectos.i. in bonos & religiosos manumittat,qui primum nuncios suos.i.tentationes leues ad eos mittens, repulsam patitur, quia.s. statim hoĩes à principio obedire vel subdi diabolo de dignantur.Ideo sæpe fit,quòd principẽ militiæ suę holofernẽ,q interpretaĩ infirmãs vitulũ,saginatũ.i.peccatum luxuriæ, quod inter alia vitia obtinet principatum, & quod impinguatos, deliciosos vitulos, iuuenes & lasciuos infirmat, contra ipsos dirigit, quo mediante multos superat, paucos vero, qui in auxilio sanctæ mulieris viduæ.i.beatæ virginis ipsum vincant, inuenit.Vbi enim alij nuncij,i.alia vitia deficiunt,holofernes,idest luxuria principatur.Vnde dicitur, quod cecidit timor holofernis super omnes habitantes terram.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Tunc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium. Moralitatum Cap. 2.

HIc dicitur, ꝙ cum holofernes omnem terram suo dominio subiugasset,& quosdam virtute armorũ, quosdam voluntariè cum hymnis,& canticis obuiantes eisdem, in ditionem suam sumpsisset,de vniuersis vrbibus viros fortes sibi in auxiliatores accepit, cum quorum adiutorio leuius cęteros superauit.¶Sic vero diabolus, qui quosdam virtute armorum,idest violentia tentationum superat,quosdã vero voluntarie,& quasi ex industria peccantes, de quibus dicitur Iob 34.Quasi ex industria recesserunt à Deo,sibi subiugauit de omnibus urbibus,& de omnibus statibus quosdã fortes auxiliatores idest quosdam hæresiarchas vel aliorum
peccatorum patronos sibi aggregauit,quibus mediantibus C
de alijs facilius victorizat.Isti.n.q alios ad pctm̃ incitãt,diaboli sunt auxiliatores, quorum opere vincit facilius peccatores.¶Hic habes ꝙ Nabuchodonosor præceperat holoferni principi militiæ suæ, ꝙ omnes Deos terræ destrueret, & demoliretur,vt ipse solus Deus ab his nationibus, quæ per holofernem possent subijci,diceretur.Sic igitur factum est, ꝙ Iudith sancta mulier caput holofernis amputauit, & sic Nabuchodonosor potentiam,& superbiã eneruauit. ¶Illud Applica contra præsumptuosos, & inuidus, qui solum volunt dici, domini excellentes, & inclyti reputari, quapropter totis viribus laborant,ꝙ alij.i. magni potentes famosi eradicentur,vt solum ipsi apparere inter homines videantur.Sicut de saturno legitur,ꝙ erictonium filium suum occidit,& hoc quia vidit eum sapientẽ,& timebat famæ suę posse detrahi propter eum,cum solus Deus ab omnibus vellet credi.¶Ista possunt applicari contra imperium romanorũ, qui mediante militia sua Deos terræ idest reges mundi subuertebant,& nomen eorum de medio submouebant,regnaque ipsorum,& prouincias redimebant,& sic cum effusione sanguinis totum mundum suo imperio subiugabant, soliq; dii terrę,imperatores,& domini dici in toto orbe uolebãt, & quod abominabilius videbatur,leges & statuta scribebãt in quibus non debere dici aut esse in orbe regem,pręter cęsarem,dicebant.Hier.31. Ero Deus uniuersis cognationibus Israel &c.Quod utique ualde absurdum extitit, ut reges in diuersis mundi prouinciis ex cõsensu populorum legitimè factos uel à Deo institutos,sola autoritate,& uiolentia submouerent,ipsosque regnis,& dignitatibus spoliarent, sibique totum applicarent,& se solos reges in orbe uocari iuberent,totumque mundum à principio liberum tributis, & seruitutibus subiugarent,dicẽtes illud,quod sequitur infra. Sciat uniuersa terra ꝙ Nabuchodonosor est Deus terrę, & pręter ipsum alius non est. Non est mirum igitur, si illud tã violentum stare non potuit,& si sancta mulier Iudith.i.sancta prouidentia occulta uel ecclesia,istius crudelis principis caput,& potentiam amputauit.Dignum.n.fuit,quòd qui solum dii terræ dici uolebant,proprium caput,i. propriã im- D
peratoriam dignitatem amitterent,qua gaudebant.Sicut & nunc patet,quia imperium ad translationem aliam est trãslatum,& nullus alius habet imperii potestatem,uel principatum.Dignum.n.est,ꝙ qui usurpat aliena,iusto Dei iudicio perdat sua.Ideo isti ciuitati potest hodie dici illud,quod antiquitus dictum est babyloni.Esa.47.Audi derelicta, habitãs in cõfidentia,quę dicis in corde tuo,ego sum, & præter me non est amplius.Non sedebo uidua, & sterilitatem ignorabo.Et sequitur. Venient tibi sterilitas & uiduitas. ¶Hic habes,quòd cum omnes generaliter se holoferni redderẽt,& se potentiæ eius subiicerent,& se & uxores filios, ciuitates & bona sua eius dominio subiugarent, sibique & exercitui suo cum lampadibus,tubis,& tympanis occurrerent, dicitur tamen,ꝙ ista facientes non poterant ferocitatem sui pectoris mitigare. Quapropter cito ignominiose dicitur periisse.¶Quod.s.cõtra tyrannos crudeles potest allegari,quorum tanta est superbia,quòd subditorum obsequiis,beneficiis,blandiciis deliniri non possint, sed ex hoc ad deterius prouocantur, & sępe ad crudelitatis opera fortius inardescunt, quapropter sępe fit,ꝙ isti in sua potentia gloriantes,& desolationibus hominum non parcentes,iusto Dei iudicio succumbunt.¶Vel dic ꝙ iste est diabolus,quia pro certo, qui recipiunt ipsum,& ei consentientes complaudent, fatui sunt,si eius ferocitatem mitigare credunt, quia re vera propter hoc ipsis non parcet, sed contra ipsos in inferno fortius inardescit. Vnde in Proue.5.Zelus, & furor non parcet in die uindictę.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Tunc audientes hæc filii Israel,qui habitabant terram Iuda. Moralitatum Cap. 3.

AVdientes filii Israel potentiam holofernis, timuerunt ualde, ne forte Hierusalem caperet templum destrueret,sancta pollueret,ciuitates eorum frangeret, uxores & filios captiuaret, & ideo omnes se saccis operuerũt, ieiuniis,& orationib.se humiliauerunt,& sacerdotes etiam

E operti cilicijs & cinere, sacrificia obtulerunt, & fortiter ad dominum clamauerunt, & occupauerunt omnes vertices montium, & muris circundederunt vicos suos, & præparauerunt frumentum contra obsidionem pugnæ Sacerdos vero summus Heliachim nomine, p ciuitates circumibat adorandum, & recurrendum ad dominum, & omnes vniuersaliter commouebat, præcepit etiam angustas vias inter montes, per quos iter poterat esse, in Hierusalem custodiri, ne pateret transitus holoferni. Sic igitur finaliter factum est ꝙ holofernes diuino munere fuit victus, & Hierusalem de sua crudeli potentia liberata. ¶Sic vero charissimi moraliter loquendo videmus, ꝙ nos filij Israel.i.christiani, qui Deū per fidem cognoscimus, videmus, & audimus, quòd holofernes diabolus cum exercitu vitiorum, & tentationum, infirmitatem hominum non cessat subiugare, & sua potentia omnia concutit, & conturbat, quia sicut dicitur Iob 41. Non est potestas super terrā, quæ comparetur ei., quodque contra nos præparat. Ideo valde debemus à facie eius timere, & illius malitias præcauere, & hoc ne forte Hierusalem, i. animam p peccatum capiat, & tēplum deuotionis destruat, sancta nostra.i. sanctam viam polluat, ciuitates, hoc est ciuium vnitates, ac per hoc concordiam nostram dirumpat, & vxorē & filios.i. charitatem, & bona opera nobis tollant, & ideo ad obuiandum malitijs eius quilibet debet occurrere, verticē montium, i. celsitudinem contemplationis occupare, ieiunijs se affligere, sanctum cilicium, i. asperitatem pœnitētiæ induere, & cinere mortis.s. memoria se aspergere, Deo p bona opera sacrificare, ad Deum per orationem clamare, & frumentum, idest eucharistiæ sacramentum contra obsidionem, i. contra tentamenta diaboli præparare. Sacerdos etiā noster, idest sacer dux, bonus & discretus, debet per circunspectionem discurrere, & omnes potentias animæ visitare, & ꝙ angusta loca sensuum corporalium, quæ tamen iter potest esse ad Hierusalem.i. ad animam capiendam, discrete custodiant, debent se sollicite præmunire, vt sic holofernes, vt idest diabolus, qui bene dicitur holofernes.i. infirmans vitulum saginatum, pro eo ꝙ leues, carnales, pingues, & opulentos inficiat, possint machinationibus obuiare. Qui.n. taliter
F contra ipsum se præparauerit, nunquam spiritualiter ab eo victus erit. Bene igitur dicitur. Eccl.2. Filij accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & animam tuam ad tentationem. ¶Vel si vis, dic ꝙ Hierusalē est ecclesia, de qua viri Israel.i. viri ecclesiastici, valde debent timere, ꝙ ab holoferne diabolo per vitia destruatur, & ideo Eliachim sacerdos, idest quilibet bonus prælatus debet discurrere, & fideles ad orandum, & resistendum periculo, & tot passus, & transitus, per quos habent ingredi hostes.i. ad vota religionis, mandata legis, articulos fidei, sacramenta ecclesiæ, quæ quidē sunt principales ingressus ecclesiæ custodiendum, & principaliter occupandum monere, nec non vt ad muros regularis disciplinæ reædificandæ intendere velint, & orationi vacare, montes contemplationis occupare, frumenta meritorum, & virtutum præparare, ipsos debet docere, dicens illud. 1. Reg.7. Præparate corda vestra domino &c.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Nunciatumque est holoferni principi militiæ assyriorum. Moralitatum Cap. 4.

Achior princeps filiorum Amon, holoferni petenti de filijs Israel, qui se præparabant contra eum defendere, quidam esset incepit interrogare. Qui Dei Israel mirabilia cępit prædicare, & legem populi Israel commēdare, & inter alia dicere, ꝙ si Deus eorum ipsos iuuare decreuerit, nunquam holofernes, vel quicunque alius possit preualere. Indignatus holofernes ipsum ad filios Israel duci fecit, & cum ipsis extunc esse voluit, & hoc cum capti essent filij Israel, quorum Deum cōmendauerat, id se cum eis gladio assyriorum verberaretur, & sic nullum alium Deum esse dominum terræ q̄ Nabuchodonosor experiretur. Ducitur igitur achrior in bethuliam, sed occurrētibus balisteriis de Israel, ipsum ducere ad ciuitatem non potuerunt, quapropter ipsum ad arborem ligantes, & recedentes, ab exercitu dimiserunt, quem tandem filii Israel soluentes, & in ciuitatem suā ducentes, omnia, quę contigerant, audierunt, & post fletus, & orationes ciuitate saluata ipsum circundederūt, & in su[...] consortium receperunt sicut scriptum est &c. ¶Ista possunt applicari ad quemlibet sanctum pro Christi nomine crucifixum sicut ad Andream, Petrum. Achior enim interpretatur frater meus montanus, significans illos, s. qui fratres p charitatem fuerunt, & montani per mentis sublimitatem, & contemplationem, vel per vitæ eminentiam dici poterant. Constat enim, ꝙ isti coram holoferne principe, idest coram Nerone, vel contra alios tyrannos potentiam Dei Israel, scilicet Christi prædicabant, & fidem ipsius commendabant, factum est, ꝙ per eum in bethuliam, quæ interpretatur domum parturiens dominum, i. Paradisum, qui nobis dominum parturiuit, & misit, morte intercedente sunt missi, hoc est per istos ad arborem, scilicet ad crucem fuerunt ligati, in cruceque morte damnati, & à cruce per filios Israel, idest pa[...] gelos quantum ad animam sunt soluti, in bethuliam, i. in paradisum deducit, & à carne sua, idest à corpore circuncisi, p mortem in ipsorum Israelitarum, idest in ipsorum angelorum consortium sunt assumpti. Ipse vero holofernes, i. tyrani finaliter morte turpissima sunt consumpti. Lucæ 19. Ascendit in arborem sycomornm vt videret Iesum.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Holofernes autem altera die præcepit exercitibus suis. Moralitatum Cap. 5.

Holofernes volens capere ciuitatem bethuliæ & alias ciuitates, & filios Israel subiugare, primo studuit fontes & aquas eis auferre, & ideo conductum, per quem aqua fluebat in ciuitatem, confregit, fontesque, quæ circa ciuitatem erant, custodiri fecit, & sic populum ciuitatis horrēdo sitis ardore confecit. Iudith 11. Vnde etiam, sicut infra dicitur, sanguinē pecorum suorum bibere proponebant, & ad olei & frumenta, q̄ domino Deo suo consecrata fuerant, contra fas & iustitiam manus suas volebant extendere, q̄ tñ cōtingere non debebant. ¶Sic vere dico, ꝙ holofernes diabolus, qui continuo ciuitatem ecclesiæ vel animæ per tentationes obsidet, & summe studet aquā gratiæ, & deuotionis subtrahere, & fontem lachrymarum & compūctionis, necnō fontem miæ & cōpassionis siccare. Quo facto, statim sitis & ardor malorū desideriorum, s. auaritiæ, & carnalis cōcupiscentiæ in illa ciuitate consurgit, quæ habitatores eius afficit, & affligit, intantum, ꝙ iam omnes ad sitim auaritiæ temperandam, sanguinem pecorum.i. temporalem substantiam simplicium vel subditorum suorum bibunt, rapinis & exactionib. illum sugunt, quod potissime patet de illis, qui in mundo hñt iuridicam potestatem, qui.s. sanguinem alienū.i. [...] & substantiam temporalem bibere delectantur. Vnde in libro Num.23. Non accubabit leo donec rapuerit prædam, & occisorum sanguinem bibat. Isti etiam non sufficit sanguinē pecorum, i. subditorum suorum bibere, quinimmo ad olei & frumentum dño consecrata atque dedicata, manū mittere, & ipsa fradulenter vel violēter ab ipsis ecclesiasticis subtrahere vel auferre student, sicut ad litteram patet de malis principibus, & malis iudicibus & malis prælatis, & officialibus, de malis balliuis & lictoribus patet, qui omnes sanguinem subditorum bibunt, & quando possunt, bona Deo & eius seruitoribus dedicata, quæ ipsis non licet tangere, deuorant, & consumunt. Vnde sequitur infra. Iudith 11. Q[...] hoc faciunt, certum est, ꝙ in perditionem dabuntur.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Quibus ascendentibus, Iudith ingressa est oratorium suum. Moralitatum Cap. 6.

Volens Iudith placere principi holoferni, primo orationi se dedit, cilicio se induit, & cinerem super caput suū posuit, & oratoriū intrauit. Tādem vero de loco surgens in quo coram dño prostrata iacuerat, uestimenta viduitatis exuit, corpus suum lauit, myrrha optima se unxit, crines capitis sui discriminauit, & iocunditatis vestimētis se vestiuit, myrrhā capiti suo īposuit, sandalia pedib. suis circūciauit, assumpsitq; dextralia, in aures anulos & lilia, & ornamentis oīb. se parauit. Ista igitur sic ornata, à principe cōcupiscitur, & in tabernaculo eius introducit̄, & à cunctis seruis ipsius honoratur.

A noratur. ¶Si vis, dic de Iudith in bono, quę interpretat̄ glorificans ꝙ significat animam christianam, quæ Deum glorificare tenetur. Igitur si illa vult placere principi nostro Christo, debet intrare oratorium secretæ meditationis, accipere cilicium.i. asperitatem pœnitentiæ, & macerationis emittere ad Deum vocem, & gemitum orationis, tandem debet de terra.i. de terrenis per affectionem cœlestium surgere, vestimenta viduitatis.i. couuersationem peccati seu veterem hominem exuere, per lachrymosam compunctionem se lauare, & crines capitis.i. affectus, & cogitatus cordis per confessionem pectinare & expādere, & discriminare, miro odore deuotionis se vngere, vestibus iocunditatis.i. cōuersatione honesta se induere, myrrham altæ & eleuatæ contemplationis capiti siue cordi suo debet imponere, sandalia diuini timoris pedibus affectionum suarum componere, & dextralia bonorū operum suis brachijs applicare. Debet etiam accipere inaures, qui aures ornant, virtutem patientiæ, qua.s. patienter audiat, anulos, qui faciliter voluuntur.i. virtutem obedientiæ, lilia, quæ colorem candidum sortiuntur, i. cādorem castitatis, & continentiæ. His igitur si aīa sic ornata fuerit, proculdubio principi militię nostræ Christo mirabiliter complacebit, & vsque ad tabernaculū eius.s. ad Paradisum veniet, & in æternæ quietis cubiculum subintrabit. Ps.44. Audi filia & vide & inclina aurem tuam &c. Dr̄ ēt Chr̄o de aīa beata. Astitit reginæ à dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Ipsi vero animæ subditur illud immediate positum. ¶Vel si vis dic ꝙ holofernes, quem Iudith volēs occidere taliter (vt præmissum est) se ornauit, est diabolus, quē pro certo Iudith.s. sancta aīa uel sancta ecclesia spiritualiter vincit, & superat, quando prædictis ornamentis, & virtutib. se ornat. ¶Vel dic ꝙ Iudith est beata virgo, q̄ pro certo principem militiæ superborum seu reproborum.s. diabolum, q̄ populum israeliticum.i. populum fidelium tentationib. oppugnat, aquam deuotionis ipsius subtrahit, & ciuitatem ecclesiæ capere & destruere tentat, destruxit & superauit, & potentiam eius eneruauit, & Dei populum de ipsius manibus liberauit, ipsum etiam nunc quotidie superat, & deuotos suos ab ipso liberat & defendit. Vnde propriè dicitur
B Iudith 14. Vna mulier hebrea fecit confusionem in domo Nabuchodonosor.

CAPITVLVM X TEXTVS.
Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum, Moralitatum Cap. 7.

Cum holofernes princeps militię regis assyriorū esset in obsidione bethuliæ, factum est ꝙ q̄dā mulier Iudith nomine varijs apparata ornatib. se suo cōspectui p̄sentauit. Qui statim specie & pulchritudine eius raptus in concupiscētiā carnis exarsit, & ipsius concubitum exquisiuit. Ille igitur multo vino inebriatus, & sopitus cubiculū intrat, se mulier illa videns ipsum ebriū, & sopitū, euaginato ipsius holofernis gladio, caput eius amputauit, & ipsum ancillę suę tradidit, & euoluto corpore conopeum eius abstulit & recessit. Mane autem facto, cum cubicularius ipsius ipsum in solo mortuū reperisset, & caput à corpore videret abesse, incepit dicere, & clamare. Ecce holofernes (inquit) iacet in terra, & caput eius non est in eo. Quo audito, exercitus dilabit̄, & proijcientes arma, relictis copijs fugere compellunt̄. Hostes vero sui à ciuitate exeuntes, & ipsos viriliter p̄sequētes, tentoria & supellectilia oīa depredant̄, & de diuitijs fugitiui holofernis exercitus vniuersaliter locupletantur, & cū festis, & conuiuiis iocundātur. ¶Holofernes iste potest significare mūdi, & ecclesiæ principes, & rectores in gloria exercitus & subditorū multitudine gloriātes, isti aūt Iudith pōt malā, & ornatā mulierē vel ēt pc̄m̄ luxuriæ designare. Quia proculdubio ista est veritas, ꝙ princeps nostræ militię christianę tā seculares q̄ ecclesiastici, multo vino & potu delicijsq;, & vitiis hodie inebriati, p somnolentiā, negligētiā, malarumq; mulierū pulchritudinē decepti, & allecti, carnis cōcubitus apprehēdūt, ita ꝙ hr̄e secū in suis cubiculis hm̄ōi mulieres delectant̄. Iō istæ sunt, q̄ caput, i. capitale suū & tēporalē eius substantiā tollūt, & ipsos p̄strato & pauperes in suo sanguine.i. in luxuria voluptatis diffamatos deserūt, & recedunt, caput suū, i. capitale & diuitias secum tollunt.

Non curant.n. mulieres de luxurioso, postquam caput suum C hr̄e pn̄t, q̄a statim postquam diuitias suas exhauserunt, de ipsis amplius non curantes recedūt. Vnde illud Iudic.16. Rasis crinib. Sansonis, cępit dalila eum abiicere. Sic igit̄ fit ꝙ principe vel prælato carnaliter per luxuriā mortuo, uel oppresso exercitus eius.i. subditorū populus per diuersa vitia dilabitur, & p p defectum correctionis virtutum, & morū vnitas dissipat̄. Facile est.n. ꝙ subditi deuient, & coram hostib. suis.i. dęmonib. & tentationib. succūbant, vnitatē & charitatem amittant, qn̄ principem, p̄latū vel superiorē à mulierib. captū, & p luxuriam infamē & spūaliter esse mortuū vident. Vnde dr̄. Zac.14. Percute pastorē, & dispergent̄ oues gregis. ¶Vel si vis, dic ꝙ ista deceptrix mulier malos principū cōsiliarios, & adulatores designat, q cū specie amicitię ipsi⁹ magnatib. adulant̄, & tāta sciūt dicere & facere, ꝙ vsq; ad cubiculū.i. vsq; ad secreta cōsilia admittant̄. Vbi cū se introductos viderint, & eos in amore suo bene raptos cognouerint eos ebrios & dormientes.i. ignaros, & negligētes inuenerint statim ad auferēdū eis caput.i. debitā intentionē, & cōsciētiā cōuertunt̄ inquātū.i. ipsorū malo cōsilio mediante, & eorū adulatione falsa suffragante, viæ, & consilia reperiūtur, q.b. isti principes, & dñi ad exactiones & rapinas contra Deū, & iustitiā cōcitant̄, inquantū capite cōscientiæ perdito, in sanguine crudelitatis volutant̄, & in terra terrenorum amore iacent totaliter & versant̄, & inde fit ꝙ exercitus subditorū dilabt̄, & grauat̄. Vn̄ de talib. malis cōsiliariis & adulatorib. pōt dici illud, qđ de Isboseth dr̄ 2. Reg.4. Quod duo latrones ingressi inuenerunt regem dormientē super lectū in conclaui, & eū interficiētes, sublato capite abierūt. Duo .n. latrones, sunt duo genera personarū.s. mali cōsiliarii seu detractores, & adulatores, qui pro eo latrones dn̄r, q a principib. caput, & consciam, aliis vero famā, & temporalē substantiā furant̄. ¶Vel dic ꝙ ista mulier significat falsos amicos q omnino student diuitū amicitias, & familiaritates contrahere, ad hoc ut possint capita, i. capitale, & diuitias eorū subtrahere, & lucrum tēporale inde recipere & acquirere. Qđ cū fecerint, & ipsos pauperes mortuos & depressos viderint, statim solent eos dimittere, & de ipsis amplius nō cura D re. Sufficit.n. eis, ꝙ possint caput taliū secū ferre. Vn̄ illud Eccl.13. Si nihil habueris derelinquet te, si habueris aliquid tecū, cōuiuet. ¶Vel dic ꝙ ista mulier significat auaritiā, symoniā seu carnalē affectionē, q̄ re uera multis modernis principib. taliter hodie intimat̄, & multos taliter infatuat, ꝙ caput rectæ intentionis & debitæ cōscientiæ ipsis subtrahūt uel furant̄. Quòd patet de multis, q tantum in proprio sanguine volutati, i. in proprio amore cōsanguineorū suorū implicati sunt ꝙ iā in terra.i. in terrenorū amore iacere, & de cœlestib. nihil curare penitus cōprobant̄. Et hoc est quod hic dr̄. Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in eo. Ideo reprehenduntur tales in libro Iosuæ 7. cui in p̄sona prelati dr̄. Surge cur iaces pronus in terra? ¶Moralizationem allegoricam, & etiam mysticam, quam ponunt doctores, & glossæ, s. ꝙ per Iudith intelligatur ecclesia, p Nabuchodonosor diabolus, per holofernem antichristus intelligatur, omitto causa breuitatis Diabolus.n. principem exercitus reproborum, s. antichristum mittet, cui se mundus partim sponte, partim coacte subiiciet, quæ tñ sancta mulier ecclesia in fide perseuerando finaliter vincet. Vnde dicitur. Ioh.4. Hæc est.n. victoria quæ vincit mundum, fides nostra.

Moralitatum libri Iudith Finis.

MORALITATVM
Liber Decimusnonus Super libro Hester.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
In diebus Asueris, qui regnauit ab india usque Aethiopiam. Moralitatum Cap. 1.

Asuerus assyriorum rex, qui regnabat ab india usque in Aethiopiam super centum & uiginti septē prouincias, anno tertio regni sui fecit grande cōuiuiū principib. & pueris suis fortissimis p̄sarū, & medo-

E medorum inclitis perfectis prouinciarum longo tempore, & hoc in illa domo mirabili,de qua legitur in historia Alexandri,ꝙ columnæ erant argenteæ,tectum sicut firmamētū gemmis lucentibus,instar stellarum,& signorum distinctum, septem autem diebus fiebat præparatio,postea autem præparatum est conuiuium in vestibulo horti nemoris,quod regio cultu,& manu erat consitum,erant autem ex vtraq; parte tentoria mira contexta varietate,& in pauimēto lecti aurei (vt dicit Comestor) vineam habebat mirabilem,hortus eius.i.vites erant argenteæ, palmites aurei, botri diuersarū gemmarum varietate distincti,populum aūt vniuersum,qui inuentus est in Susis,ad conuiuium inuitauit.¶Asuerus iste,q interpretatur beatitudo,atrium vel ostium,significat Christum,qui est Rex magnus super omnes Deos,& qui est beatitudo ad glorificandum,atrium ad recipiendum,ostiū ad nos in Paradisum introducendum. Vnde Iob 10. Ecce ego sum ostiū. Ille igitur tertio anno regni sui.i.tertio tempore mūdi.s.in tempore gratię,cunctis suis fidelib.in horto regio ecclesiæ sanctæ matris mirabile conuiuiū præparauit,in quo .s.corpus proprium comedendum dedit, & in quo sanguinem suum loco vni effudit.Vnde Lucæ.14.Homo quidam fecit cœnam magnam,& conuocauit multos.Conuiuium autem dicitur à con & viuo viuis, quia ibi simul viuitur, & sic propriè fidem ecclesiæ designat, vbi & in qua diuersæ nationes & populi viuere comprobantur.Et quia nobilitatē conuiuij fecit hospitis seu domi conditio,loci dispositio, ciborum appositio,conuiuarum propinatio,igitur si de rege q̃ritur,dico ꝙ ille Asuerus est Christus &c. Sed supra si quærit de loco,dico ꝙ illud conuiuium fit in domo,& in horto.i.in ecclesia,quæ dicitur domus ratione securitatis,dicitur hortus ratione fructuosæ amenitatis.Dicitur domus,vbi columnæ argenteæ,i.prædicatores eloquentes,& argentei debent esse, tectum vero superius.i. prælatorum superiorum status quasi firmamentum per constātiam debet eminere, & in eis debet stellarum,& signorum.i.virtutum copia splēdere. Vñ Gen.1.Stellas posuit in firmamento cœli . Hortus etiam ille vineam sacræ scripturæ continet,quæ uites argenteas per eloquentiam,palmites aureos per sapientiam,vuas de lapi-

F dibus preciosis per virtutem & documentorum omniū luculentiam possidet.Habet etiam iuxta ortum istum vestibulum reigionis,quod ex omni parte habet tentoria.i. personas ad Deum per affectionem extensas,quæ.s. miræ fuerunt sanctitatis,& pulchritudinis,& honestatis. Habet etiam lectos aureos charitatis,& pauimentum spaciosissimæ humilitatis.Vnde in Cant.4.Hortus conclusus &c.Item si quærit,q fuerunt conuiuæ,dico generaliter ꝙ omnes principes,& ꝑfecti.i.omnes boni superiores ꝑlati,omnes pueri regis fortissimi.i.viri simplices, & innocentes & mundi & contra vitia fortes & robusti,& vt breuiter concludatur, omnes populi,qui sunt in insulis.i.omnes, qui sunt in mundo ad fidei conuiuium inuitati,alijs atque alijs una omnibus dř.Luc.14. Omnia parata sunt,venite ad nuptias,dicit dominus. ¶Hic dicitur ꝙ cibi in vasis alijs atq; alijs inserebantur,& poculis aureis bibantur in conuiuio Asueri,eratque vinum abundātissimum,quod etiam regali magnificentia erat dignum, sic tamen fiebat,ꝙ nullus erat,qui volentes ad bibendum cogeret,& sic ordinatum erat à rege,ꝙ vnusquisque sumeret ꝙ placeret.¶Sic vere dico ꝙ vinum sacræ doctrinæ,& feruor sanctæ fidei abundanter in ecclesiæ conuiuio propinatur,& cibi spirituales.s.bona exempla , & documenta vasis aliis idest personis.s.per personas virtutibus,& meritis differentes, quasdam.s. bonas & sanctas , quasdam vero fictas & hypocritas ministrantur.In illo.n.cōuiuio sunt vasa alia, & alia,quia sicut dicit Apostolus.2.ad Timo.2.In domo magna non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiā lignea & fictilia.Et tamen in omnibus vasis ministrantur sacramentorum cibi,quæ.s.per bonos & malos ecclesiæ ministros ministrantur,& fides prædicatur,& bona plurima efficiuntur. Vnde Phil.1.Quid.n.dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur , & in hoc gaudio. Item si quęritur,qualis fuerit in comedendo modus,& regula, respondetur,ꝙ in illo fidei ecclesiasticæ conuiuio nullus est,qui nolentes ad bibendum cogat,sed quilibet accipit,ꝙ delectat,quia.s.nullus est,qui uinum fidei libere compella- [...] uenire cogatur,sed unusquisque pro libito uoluntatis suæ ad sacramenta fidei admittitur & leuatur. Non uult ei seruos habere dominus,sed liberos,nō coactos sed voluntarios,quia vinum fidei non datur nisi volenti,datur tamen pro libito quicunque petenti,cum dicitur.Omnis qui petit,accipit.Quantum.n. vult,de illo potest accipere, quia.s.quantum placet homini,tantum potest à Deo de fide de moribus,de gratia & virtutibus impetrare.Vnde dicitur, ꝙ Christi conuiuæ comederunt de piscibus quantum volebant.Vnde Iob 7.Qui sitit,veniat ad me,& bibat &c.¶Vel si vis,applica omnia ista ad cōuiuium Paradisi,quod in domo securitatis & in horto amenitatis,& qđ ab Asuero.i.à Deo, qui est omnium beatitudo,parabitur,& in quo vinum æternæ cōsolationis,& ebrietas torrētis ꝑpetuæ voluptatis cuilibet ꝓ libito cōcedet,ibi erunt lecti aurei.i.qes,& tranquillitas inconcussa,ibi erunt vasa aurea alia,& alia.i.sanctorum differentia secundum sua merita subdistincta.Vnde dicit Apostolus.1.Cor.15.Stella differt à stella in claritate.¶Vel si vis dic,ꝙ vasa ista alia,& alia sunt prædicatores,vinum vero cœlestem doctrinam significat,quā.s.nullus debet cōpelli audire,quia.s.prædicator non debet auditoribus importunus esse,nec plus quàm placeat,offerre,quia alias posset faciliter displicere. Cum Rex Asuerus suum solenne conuiuium iam septem diebus continuis celebrasset,contigit ꝙ uino calefactus,reginam uasti,quæ in palatio regis fecerat magnum conuiuium fœminarum,mandauit,ꝙ ad se veniret,ut imposito diademate super caput eius,pulchritudinem ipsius vniuersis populis,qui in cōuiuio interfuerat,demonstraret.Erat enim,sicut hic dř,pulchra valde.Vasti uero uocata ad regem,venire contempsit,propter quod quia regem offenderat,& quia cęteris mulieribus de contemnēdis maritis malum exemplum dederat,de consilio mamucha,q erat unus de septem ducibus,qui faciem regis uidebāt,fuit regno deposita & priuata,Hester loco ipsius substituta,facta est etiam lex,ne de cętero mulieres maritos contemnere præsumant,& ut uiri uxores pręemineant,& in suis domibus principales existant,& maiores.¶Ista possunt exponi mysticè & allegoricè.Per Asuerum intelligitur Christus Rex regum,qui.s.uasti reginam.i.animam Christianam sibi per fidem desponsauit,& regni Paradisi reginam, beatitudinis capacem effecit.Igitur cum ista sit pulchra ualde in naturalibus,constat ꝙ rex ille Christus,uino charitatis calefactus, ipsum continuè ad se uocat,& inuitat,ut.s.diadema regalis gratiam,& gloriam super caput eius ponat,& eius naturalem & moralem pulchritudinem conuiuis suis,idest angelis Paradisi ostendat,dicens illud Cant.7.Veni delecta mea de libano ueni,coronaberis.Et illud.Veni electa mea,ponam in te thronum meum.Sed proculdubio sæpe fit,quòd ista palatio eminentiarum temporalium constituta,& in conuiuio corporalium occupata,uocationē regis despicit,& ad eum uenire per pœnitentiam contemnit, sed in exterioribus residens,uiri imperiū uilipendit,& ideo pro certo Christus indignatus grauiter ipsam punit, & de regno Paradisi quod obtinuisset si uellet,detrahit,& deponit; dicens illud Prouerb.1.Vocaui,& renuistis,expandi manus, & non fuit qui respiceret.Ego autem in interitu uestro ridebo.Aliam uero sanctam,& humilem sibi quærit,quàm ad gloriam eligit & extollit. ¶Vel dic moraliter, quòd uir ille est intellectus uel superior portio rationis: sponsa est uoluntas, quę pro certo temporalibus oblectata cōuiuijs, idest honoribus & delicijs,uirum contemnere uidetur, nec eius monitis salubribus obedit sed circa conuiuia fęminarum idest circa illos actus & delicias uocat solertius. Quo uiso uir eius debet eam de gradu libertatis per pœnitentiam deponere,& proteruiam suam atrocius castigare,& uirum debere donari vxori,spiritum carni,rationem uoluntati,debet ostendere dicens illud Apostoli.1. Timot.2. Mulieri docere non permitto,nec dominari in uirum,sed esse in silentio. Sic dic, quòd rex iste significat de numero omnium prælatorum superiorem , regina ista designat curatum uel prelatum inferiorem , uel etiam quemcunque malum iudicem principem uel rectorem , quia sicut uidemus quotidie, uasti mali principes,& prælati, molles , fœminei & imperfecti qui tamen sunt per rapinas,& uastationes subditorum proprie uasti dicti,in conuiuiis circa fœminas ad litteram occupati,ad illum,qui ipsos in tali statu posuit,sed ad Asuerū regem

A regem Christum, per bona opera venire contemnunt , sed in proprio palatio.s. in ecclesia vel dignitatis statu lasciuiūt vel excedunt,& sic etiā contemnendo viros suos.s.superiores & prælatos, alijs inferioribus exemplum sunt,quapropter pro certo sæpe fit,ꝙ iste rex Asuerus Christus ,istos de regnis,officiis,& dignitatibus per mortem vel per infortunium deponit,& loco eorum alios substituit & reponit.Occulta.n. prouidentia Dei iniquos superiores sibi contrarios & rebelles,& maxime quādo videt eos effęminatos,& molles,solet deponere, & locum suum aliis melioribus subrogare.Vnde Iob 34. Perdidit multos &c. Vel dic quòd iste est Papa vel superior prælatus vel princeps , qui in palatio suo idest in aliquo ecclesiæ vel curiæ suæ gradu, officio vel beneficio.videt dominari aliquam malam, & superbam reginam idest aliquam mulierem, & eneruant personam , circa conuiuia,& fœminas occupatam , & nihilominus sibi, & mandatis canonicis contumacem & rebellem,ipsum pro certo debet deponere, & aliam bonam personam loco eius subrogare , diademate iurisdictionis caput ipsius insignire dicens illud Matth.21. Auferetur à vobis regnum &c.Facto.n. & verbo debent doceri non contemnere superiores, & seipsos etiam cognoscere debere esse subditos , & minores. Vnde Apostolus.Ephesio. 5. Mulieres viris suis subditæ sint. ¶Vel dic allegorice, sicut communiter exponunt doctores, ꝙ prima regis primi Christi, & Dei vxor fuit synagoga iudæorū, quæ.s.vasti, quæ interpretatur finis signatus, proprie dicitur, pro eo ꝙ ista certo,ꝙ signato fine terminari debeat. Igitur ista est veritas, quòd quando rex noster Christus fidelibus suis magnum conuiuium fecit, & vtique fuit quia personaliter veniens seipsum sacramento altaris ad comedendum dedit,tunc proculdubio vxor sua synagoga, qui.s.palatio regio,s.in scripturis,vel in Hierusalem, & iudæa conuiuium fœminis & sanctis animab.hactenus fecerat,ipsasque pabulo fidei , & doctrinę pauerat, a rege Christo vocata, & ad fidem inuitata venire renuit, & mariti sui Christi amplexus fugiens, & vitam ipsius vilipendens , in proterua rebellione, & infidelitate permansit.Cum.n. ipsa propter diuinas reuelationes patrum, & prophetarum scripturas & satisfa-

B ctiones esset pulcherrima,voluit rex Christus ipsam primitus ad conuiuium fidei vocare, & diademate.i.religionis cultu insignire, & pulchritudinem virtutum suarum in exēplū fidelium conuersorū voluit omnibus demonstrare, volens, s.ꝙ impleret illud Ps.44.Astitit regina à dextris tuis in vestitū deaurato circundata varietate. Sed pro certo vocationē Christi, & apostolorum contemnens, ad conuiuium noluit venire,nec regis iussionibus obedire.Ideo de consilio septē ducum.i.de consensu omniū apostolorum , prædicatorum, ista deponenda & relinquenda condemnatur, & alia substituenda.s.ecclesia de gentibus loco ipsius indicaĩ.Quod vtique tunc factum est,quando relicta iudæa, Apostoli ad gentiles se transtulerunt, & ecclesiam ex gentilib. sicut nouam puellam Hester,regis Christi quęsierunt & synagoga deposita,regio honore propter suam infidelitatem priuata, diadema regis Hester,quæ interpretatur abscondita.i. ipsi gentilitati conuersæ,quæ diu in peccatis abscondita fuerat,contulerūt,ista autem synagogæ repudiatio, & gentilium electio, tunc est perfecta & sententia super hoc per vltimum sapientum , scilicet Paulum minimum apostolorum promulgata, quando ipse iudæis intulit ista verba.Act.13. quia indignos vos iudicastis,ecce conuertimur ad gentes.

CAPITVLVM II TEXTVS.

His itaque gestis postquam regis Asueri indignatio deferbuerat. Morali. Cap. 2.

HIc dř ꝙ repudiata vasti,multæ pulcherrimæ, & speciosæ puellæ de cunctis partibus regni quæruntur, & omnibus ipsis de his,quæ ad mundū.i.ad cultum muliebrem , & ad ornatum earum pertinebāt,copiosissime prouideĩ. Quæsitæ ergo ad Egeum eunuchū,qui custos erat regaliū fœminarū,in custodiam adducuntur, & quicunq; ipsarū regi placeret amplius,loco vasti regina efficereĩ. Inter cæteras aūt adducta est Hester neptis Mardochei, de genere iudæorum, quam idem Mardocheus, in filiā adoptauerat & nutrierat, q̃ formosa valde,in oculis oīum gratiosa gloriosa , & amabilis apparebat.Eunuchus ēt custos eiꝰ, ipsam summe dilexit, C & septem puellas formosissimas sibi tradidit ancillas, & ornatus eius præ cæteris festinauit.Igiĩ cum puellæ successiuæ per ordinem ad regis cubiculum ducerēĩur, factū est ꝙ Hester suo ordine duceretur, qui ipsam super oēs alias diligēs in reginam sibi elegit, & ipsam diademate coronauit, & sibi pro Vasti in coniugem copulauit ,nuptias & conuiuium magnum præparauit.Mardocheus autem auunculus eius de tribu Iemini curam illius habebat , & super salute, & honore ipsius attentius vigilabat, qui. s.sibi præceperat,ꝙ populum suum nemini diceret, & ꝙ genus suum nemini reuelaret.Vna igitur inter multas vocata fuit, & electa, & repudiata vasti,ad imperium sublimata.¶Sic vere dico, quòd cū multæ & infinitæ puellæ. s. multæ christianæ animæ de vniuersis mundi partibus quotidie regi Christo quærantur, & sub manu & custodia regalium fœminarum, i. sub custodia prælatorū in domo ecclesiæ per fidem constituantur, & vnicuique de his, quæ ad ornatū spiritualem pertinent, scilicet de documentis & scientiis prouideatur , sic tamen sæpe fit, ꝙ inter multas eligitur vna sola, quæ regi placet, & quæ ad regnum gloriæ debet sublimari, & diademate perpetui honoris coronari, & in conuiuio sempiterno perpetue copulari . Multi.n.sunt vocati, pauci vero electi. Si autem quæritur quæ sit ista. Dico ꝙ ista Hester est, quæ interpretatur abscondita vel eleuata, quæ erat neptis Mardochei, qui interpretatur amara contritio impudentiæ, & erat pulchra , ornata & gratiosa , & à dicto Mardocheo tanquam filia enutrita , quia ista sola anima Christi regis coniunx efficitur, & ad regnum paradisi promouetur , quæ per humilitatem est abscondita , per amorem cœlestium à terrestribus eleuata, per considerationem amaræ contritionis neptis, & filia, & nutritia, & alumna, quæ scilicet per honestatem formosa, ꝑ pudicitiam est gratiosa . Talis enim à rege meretur eligi , & in cœli palatio diademate coronari, & propter eius conubium gaudium celebrare , & maximè si genus , & populum taceat idest nobilitatem generis contemnat, vel si mundum de quo natus est vilipendat.Ideo tali videtur dicere proprie illud Psal.44.Audi filia & vide, & inclina aurem tuā, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.Et cōcupiscet D rex decorem tuum, & breuiter illam, quam humilitas abscōdit, contemplatio erigit, & contritio adoptat, & nutrit , & quam mundi & amicorum carnalium affectio non impedit, ad gratiam regis & gloriam regni faciliter peruenire. Psal. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato , circundata varietate. ¶ Vel dic ꝙ illæ puellæ, quæ regi in oībus prouincijs sunt quæ sitæ, significant diuersas Christianitatis sectas, quæ oēs regi Christo aliqualiter famulantur, omnes fidem eius saltem pro parte recipiunt , & sic omnes ad istius cubiculum admitti quodammodo videntur, omnesque sub custodibus, idest sub prælatis, & pastoribus cōstituuntur, & quælibet earum regi Christo placere, & regnum paradisi in futurum obtinere sperantes, aliis se ꝑferre noscūtur. Sed revera sic erit, ꝙ vnica puella, idest vnica secta ecclesia catholica, & etiam romana ab illo est electa.Ista vero sola aliis est prælata, & tanquam vnica sponsa sibi per veram, & rectam fidem est matrimonialiter copulata, omnes enim alię concubinæ possunt dici, Ista autem sola, & vnica coniunx meruit nuncupari. Vnde in persona Dei dicitur sic Canti.6. Vna est columba mea perfecta mea, electa genetricis meæ. Viderūt eam filiæ Syon, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ, & concubinæ laudauerūt eam.Et si vis dic, ꝙ ista est Hester abscondita eleuata &c. Ista aūt Egeo eunucho custodi regaliū fęminarum, i. summo pontifici , quia est custos, & prælatus omnium animarum, in custodia traditur , à quo sibi mundus muliebris.i.virtutum ornatus comparatur, à quo septē puellæ.i.septem principales virtutes sibi in obsequium assignantur, vel à quo septem puellæ. i. vniuersæ mundi ecclesiæ eidem subiugantur, & sibi in obsequium deputantur, & sic honor eius, & gloria in melius augmentatur . Vnde in Exod.2. Sacerdoti Madian erant septem filiæ.¶Vel dic ꝙ septē puellæ regi quæsitæ, sunt particulares & inferiores ecclesiæ. Hester vero est romana ecclesia, quæ licet oēs custodiæ eunuchi nostri.i. summi pontificis comitantur , ista tñ præfertur cæteris, & regi Christo intimius coniugatur.Ista ergo diademate coronata imperat, & aliæ famulantur &c. sicut supra.

¶Vel

E ¶Vel expone ſicut exponũt doctores, ꝙ repudiata vaſti. i. ſy nagoga, Heſter quæ erat de gñe captiuorũ, i. eccleſia de gen tib. Chriſto eligitur, cui ſeptem puellæ. i. vniuerſæ animæ fi delium in obſequiũ conceduntur. Iſtam vero Mardocheus .i. Paulus apoſtolus, qui impudicitiam conterit, qui ad litte ram de ſtirpe Iemini. i. Beniamin prædicando eam nutriuit, & de ſalute ipſius curam ſollicitã ſemper egit, & eam tãquã filiam erudiuit. ¶Hic habes ꝙ vnaquæq; concubinarũ Aſue ri, poſtquam mane à rege exierat, ſtatim in cuſtodiam eunu chi qui concubinis præerat, pertranſibat, ad regem tñ am plius redire non poterat, nec audebat, niſi qñ rex ipſam pro prio nomine repetebat. ¶Sic vere nulla peccatrix aĩa, poſt quã à rege Chriſto per peccatum receſſerit, & ad cuſtodiã eunuchi. i. diaboli ſterilis & concupiſcentiarũ, & malarum aĩarum principis tranſierit, ad Chriſtũ regem per ſe redire non pot, niſi per ſpecialem gratiam vocetur, & niſi per gra tiam adiuuetur. Iſta. n. per ſe pot cadere, ſed non reſurgere, quia ſm Senec. virtutes magiſtris indigent, ſine magiſtro vi tia diſcuntur. Hic habet, ꝙ Heſter non quæſiuit à cuſtode ſuo ſpecialẽ ornatum, ſed quicquid ſibi dare voluit eunuchus, accepit, & tamen illa magis placet ſeu placuit regi, quã re liquæ, quæ ex induſtria ſe ornauerunt. In quo notatur ꝙ mu lieres, quæ ornatu naturali contentæ adulterina ornamen ta non adhibent, plus quàm cæteræ vt communiter placẽt. ¶Vel dic ꝙ iſta perſona, quæ à cuſtode, & prælato ſuo orna menta diuitiarum, & beneficiorum per ambitionẽ non exi git, ſed illis, quæ à prælato ſibi conceduntur, contenta nil aliud petit, regi Chriſto amplius placere conſueuit, habẽ tes alimenta, & quibus tegamur, contenti ſumus.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Poſt hæc rex Aſuerus exaltauit Aman filium Ama dathi. Moralitatum Cap. 3.

A Suerus exaltauit Aman filiũ Amadathi de ſtirpe Agag, & ſuper omnes principes regni ſui exaltauit ſolium eius, præcepitq́ue quòd omnes coram eo genu flecterent, F & quòd Aman genibus flexis adorarent. Mardocheus autẽ, qui ad portam regii palatii morabatur, huiuſmodi ſuper biam abominans, eidem genu non flectebãt, & cunctis ado rantibus ipſum adorare non volebat. Quod tunc videns ira tus Aman contra ipſum ſolum non fuit indignatus ſæuire, ſed potius ordinauit, totam genus iudæorum per totum im perium vna die occidere, & delere. Miſit igitur litteras re gis per vniuerſas prouincias, quòd iudæi à maiori vſque ad minimum decimatertia die interficerentur, & quòd bona eorum à volentibus raperẽtur. Quod vtique factum fuiſſet, niſi Mardochei luctus ieiunium, cinis & pœnitentia, & he ſter Reginæ oratio, & diligentia edictum imperii immutaſ ſet. Dominus autem mediante Heſter negocium taliter im mutauit, quòd iudæis liberatis, Aman proprio patibulo, qđ iniuſte aliis parauerat, punitus periit. ¶ Sic vere dico, quòd in curia Aſueri ideſt curiis principum & magnatum, ſæpe fit quòd aliquis Aman. i. aliquis ſuperbus de genere Agag, qui interpretatur feſtina, & filius Amadathi, qui interpretatur populus ſeruiens peccato. i. de plebe ſua humili, & paupe re natus, & ſeruitute populi. i. peccato nihilominus ſubiu gatus, ad aliquem magnum ſtatum prouehitur & altius ſo lium. i. ad excellens officium pluſquam alii ſublimatur. Qui proculdubio ſtatim ſui prioris ſtatus obliuiſcitur, & in ſu perbiam erectus ſi quis Mardocheus. i. ſi quis ſanctus homo ipſius indignans ſuperbiam, ſibi nõ obedierit, vel ipſum iux ta votum non honorauerit, ſtatim contra eum machinatur, & non ſolum ipſum, imo ẽt totum genus ſuum, amicos, & familiares ſubuertere, & grauare per domini ſui potẽtiam ſatagit & molitur. Crudeles enim & impii quotidie illud fa ciunt, qui contra aliquem iuſte vel iniuſte fuerint irati, ami cos & conſanguineos ſuos, quamuis in nullo ſibi nocuerũt, grauant atque lædunt, cum dicat ſcriptura. Quod vnus non debet puniri pro alio, ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo mo rietur. Sæpe tamen fit, ꝙ Heſter Regina, quæ interpretatur abſcondita. i. occulta prouidentia Dei aliter ordinat, & ſuis malitiis obuians, innocentes de manu eius in morte, & gra uiſſimis infortuniis ipſum damnat. Vnde dr Iob. 5. Quod do minus diſſipat conſilia malignorum, ne poſſint implere.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Quæ cum audiſſet Mardocheus, ſcidit veſtimen ta ſua. Moralitatum Cap. 4.

CVm totum genus iudæorum morti eſſet per Aman mi litiam ab Aſuero rege adiudicatum, Mardocheus ci alijs iudæis, necnon & Heſter Regina ieiuniis, & lachrymis ſe dederunt, & ſaccis ſe induerunt, & ſuper capita cinerem aſperſerunt, & orationibus feruidis ad dominum clamau runt. Igitur quamquam edictũ eſſet ꝙ nullus ſub pœna mor tis non vocatus intraret ad regem, niſi forte rex in ſignum clementię ſceptrum ſuum aureum ſibi extenderet ad tangẽ dum, Heſter tamen fiduciam habens in domino ſumptis re galibus ornamentis, pro liberatione populi ſui duabus con comitata puellis, vna. ſ. cui innitebatur, & altera, quæ defluen tia in terram veſtimenta portabat, ad regem quamquam fe rocem intrauit, cuius aſpectus cor domini ſtatim in manſue tudine conuertit, & in ſignum clementiæ virgam aureã ſibi tangendam extendit. Quæ accedens & virgam tangens, re gem ad prandium inuitauit, & liberationem populi, ſuſpen ſionem Aman, reuocationem epiſtolarum ipſius Aman, qꝫ ſuper nece iudæorum miſſæ fuerant, per nouas regis epiſto las, & ſublimationem Mardochei ſui auunculi impetrauit. Sicut. n. dicitur hic & infra, cum vidiſſet rex Heſter regi ſtantem, placuit oculis ſuis, & extendit virgam auream, & acceſſit & oſculata eſt ſummitatem virgæ. Cui ſtatim rex in tulit in hoc verba. Quid vis Heſter Regina, quæ eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiam partem Regni mei petieris, dabiti bi. ¶Iſta oĩa poſſunt ad myſterium noſtræ redẽptionis appli cari. Conſtat. n. ꝙ à principio totum genus iudæorum. i. ho minum per malitiam, & inuidiam Aman. i. diaboli, ab Aſue ro rege, i. à Deo per peccatum adæ morti fuit adiudicatũ, & per epiſtolas regis. i. ipſius Dei ſnïam cõdemnatum. Gen. 2. Quacunque die comederitis, morte moriemini. Ita ꝙ Mar docheus & alii iudæi. i. ſancti patres, qui edictum illud in fu turis, quæ interpretatur gaudium viri. i. in ſacra ſcriptura, qꝫ ſpirituale gaudium eſt virorum, pendere cognouerant, an tiquitus flebant ſaccis humilitatis, ieiunio abſtinentiæ, & ci nere mortis memoriæ ſe domabant, & pro liberatione, & redemptione ſua dominum exorabant, dicentes illud Pſal. 79. Veni ad liberandum nos domine Deus virtutum. Nullus enim ad regem tunc intrabat, nullus cęlum occupabat, nul lus morituris, & damnãdis veniam impetrabat. Vnde hic dicitur Heſter 4. Quod non erat licitum ſacco indutum ad intrare regis, necdum enim illuc aliquem vocauerat, nec adhuc virtutis ſuæ virgam, ſcilicet filium, per incarnationẽ oſtenderat, redemptionis humanæ negocium deſolatũ ma nebat. Quapropter Mardocheus, & iudæorũ populus ideſt ſanctorum patrũ cętus triſtabatur, & flebiliter lugebat. Vn de de humana natura pot dici pro illo tempore illud Treñ. Plorans plorauit in nocte, & ſequitur. Non eſt qui conſo letur eam. Sed quid? proculdubio Heſter Regina ideſt bea ta virgo, aſſumptis ornamentis virtutum, & adiunctis ſibi duabus puellis, ideſt duabus virtutibus ſibi familiaribus co ligatis, vna ſcilicet cui innitebatur, hæc eſt virginalis caſti tas, & integritas, altera quæ portans caudam veſtium, qꝫ ſequebatur, hæc eſt humilitas, iſti regi ſe dignam, & ido neam præſentauit, quàm vt ſtatim conſtantem, & ornatam & ſan ctificatam vidit, oculis eius placuit, & ideo virgam virtu tis ſuæ auream, & præcioſam, ideſt filium benedictum emitti ex Syon ipſum ſibi per beatam incarnationem extendit, & ſic in ſignum clementiæ ſibi, & toti generi humano ſuum benedictum filium declinauit. Ad quem, ſcilicet iſta humi ter accedens, per fidem credens, & conſentiens, virgam illi tetigit, & concepit, & ſic Aman ſuperbum, & iudæorum, & fidelium inimicum ſuperauit, & potentiam eius ſtrauit, po umque populum à morte liberauit, & veteres litteras, ideſt vetus teſtamentum nouis litteris noui teſtamenti tempo uit. Vnde iam congaudendo poſſumus dicere illud Apoſto li Rom. 7. Nunc ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinẽ mur, vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate lit teræ. Iſta igitur eſt veritas, quòd cum Regnum Aſueri, ideſt Dei in duobus cõſtet, ſcilicet in iuſtitia & miſericordia, ſit Reginæ paradiſi dimidiam Regni ſui partem ſcilicet miſe ricordiæ diſtributionem, ſibi contulit Deus. Igitur iſta Regi na

A na dicitur miſericordiæ. Alteram vero partem. ſ. iuſtitiæ ſibi retinuit, & ideo ſol iuſtitiæ nuncupatur. Quotiens igit pro aliquo ſupplicat, rex ille nihil prorſus ſibi denegat, ſed peti tionem illius exauditam iudicat, & poteſtatem in media par re Regni ſuper facienda miſericordia ſibi donat. Quid vis (inquit) Heſter Regina &c. Vnde dicitur. 3. Reg. 2. Mater mi nefas eſt, vt auertam faciem tuam. ¶Vel ſi vis dic, quòd illud prædictum, ſ. quòd nullus intret ad regem niſi vocatus, vide tur adhuc durare. Conſtat enim quòd nullus ad regem, ideſt ad Chriſti palatium introducitur, niſi prius per fidem, & gra tiam vocetur. Vocatio enim ingreſſum præcedit, quia gra tia gloriam antecedit. Apoſtolus. Hebr. 7. Nullus aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur &c. ¶Vel dic quòd nullus ingreſ ſus ad regem Chriſtum ſcilicet fide & gratia dignus effici tur, niſi qui per ſpecialem inſpirationem, & gratiam à Deo eligitur, & vocatur, quia ſcilicet nullus ex propria virtute ſaluus efficitur, imò neceſſe eſt quòd à Deo ſpecialiter vocẽ tur. Non enim eſt volentis, neque currentis ſed Dei miſe rentis. Quia. ſ. ſicut idem ſaluator dicit. Ioh. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. Et alibi dicitur. Ioh. Ro. Quod proprias oues nominatim vocat, & ipſum ſe quuntur, & vocẽ eius audiunt. ¶Vel dic quòd altero de duo bus modis impune intrabatur ad regem. ſ. quando præuo cabatur vel quando virga aurea in ſignum clementiæ tan genda extendebatur. ¶Sic vere dico quòd ad regem Chriſtũ nullus intrat, nec in Paradiſo ſuæ præſentiæ ſe præſentat ni ſi ipſum vel miſericordiæ vocatio, vel iuſtitiæ virga ſeu cor rectio introducat. Iſtis. n. duobus modis Deus vtitur, vt aliqs ad ipſum per fidem, & pœnitentiam introducatur, quia ſci licet alios inſpirando vocat, & ipſos ſine violentia trahit, & appellat. Alios vero virga aurea correctionis, & tribulatio nis tangit, & mediante virga huiuſmodi cõ præſentiales ef ficit, & cum virga ſignum magnæ clementiæ eiſdem oſten dit. Nunquam. n. maius clementiæ ſignum peccatori oſten ditur, quam quando virga correctionis ad eum extenditur, vt ſine periculo Dei præſentia perfruatur. Vnde dr. 2. Mac. 6 Quod non ſinere diu peccatoribus ex ſententia agere ma B gni beneficii eſt iudicium. ¶Vel iſtud allega de parentibus & prælatis & prædicatorib. qui quandoque vocatione. i. dulci monitione, qñque virga aurea. i. aſpera correctione debent vti, vt audiores, & ſubditi poſſint ad ſtatum gratiæ introduci. Vñ dr. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberas. Signum. n. clementiæ in virga oſtenditur, quia, ꝙ par cit virgæ, odire filium prædicatur. ¶Hic legitur quòd Heſter inuitauit Aman ad prandium, vt veniret cum rege, erat. n. ſe cundus poſt regem, de qua quidem inuitatione ſumme gau ſus ſe iactabat, & ſumme beatum ſe reputabat. Regina tamẽ hoc pro bono ſuo non fecerat, quia mediante tali cõuiuio ipſum occidere proponebat. Quod factum eſt, quia. ſ. in ipſo conuiuio tractatus eſt eius interius, ita ꝙ de conuiuio ad ſuſpendium eſt ductus, & cõuiuio & gloria ſpoliatus, & inimicus eius Mardocheus ſibi in gloria & officio eſt ſubſtitu tus. ¶Regina Heſter, quæ interpretatur abſconſa, poteſt ſi gnificare fortunam abſconſe, & occulte mundi negocia di uerſimode procurantem. Iſta eſt enim mundi Regina, & do mina, à qua vniuerſaliter proueniunt tam bona, quam ma la, quapropter ab antiquis fuit credita quædam dea. Fortu nam autem proprie loquendo occultam Dei prouidẽtiam vel ſaltem effectus iſtius prouidentiæ occultẽ, ſed alias plu ries dixi. Ecce credo quia. ſ. ab iſta ex cauſis nobis ignotis di uerſa ꝓueniunt, quæ prima facie irrationabiliter facta eſſe videntur. Igit iſta eſt veritas, ꝙ iſta Regina noſtra Heſter ab ſconſa fortuna. ſ. quandoque Aman. i. aliquam malam perſo nam ad conuiuium ſuum. i. ad gaudia mũdanæ proſperitatis vocat, vbi quamquam indignum cum rege. i. iuxta reges, & principes in ſublimibus officiis ipſum locat. Pſal. 36. Vidi im pium ſuperexaltatum, ita ꝙ ex hoc lętatur quàm plurimum & exultat, & ſe beatum vocat, & reputat, ignorans quæ ſibi occulte iſta Regina procurat, & feruat, ſed re vera illud pro bono ſuo fortuna non facit, ſed potius, quia cum ſic electũ grauius damnare, & contemnere ipſum cupit. Vnde Seneca de ſententiis oratorum dicit, ꝙ omnis blandientis fortunæ ſponſus cum periculo nititur, & inde eſt ꝙ ſubito dum non aduertit talis de conuiuio mundanæ proſperitatis eiicitur, gloria, & honore, ſtatu, gradu, & officio exuitur & quando

que corporaliter ſuſpẽditur, morti temporali, & perpetuæ C manciparus, & alius ſuus forſitan inimicus, eidem in officio ſubrogatur. Ideo pulchrè loquitur Seneca in libro de tran quillitate animi ideſt de fortuna. Lætiores (inquit) requires quos fortuna nunquam reſpexit, quàm quos deſeruit, noli huic tranquillitati confidere, in momento mare euertitur, & eadem die, qua nauigia luxuriant, ſorbẽt. ¶Vel dic, ꝙ Re gina iſta eſt occulta Dei iuſtitia, quæ apud Deum regem pro curat talibus, dum auertunt aliquotiens malum ſuum.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Die autem tertia induta eſt Heſter regalibus veſti mentis. Moralitatum Cap. 5.

HIc habemus quòd impio Aman non ſufficiebat, quòd generaliter omnes iudæos morti tradendos procu uerat, niſi & contra Mardocheum ſpecialiter, & in ſpeciali ſæuiret, pro eo ꝙ coram ipſo genua non flectebat, & ideo de conſilio vxoris trabem excelſam in domo ſua parari fe cerat, & vt ad regem pro Mardocheo ſuſpendendo licen tiam requireret, præparauit. Quod tamen mirabili commer cio Deus in contrarium immutat. Noctem enim illam rex in ſomnẽ duxerat, & hiſtorias antiquas per legi fecerat, & de Mardocheo inuenerunt ſcriptum, quòd inſidias duorum eu nuchorum, qui regem occidere voluerant, reuelauerat, & tamen exinde nullum precium reportauerat atq; præmiũ, quapropter rex volens Mardocheum pro fidelitate exhibi ta honorare, Aman, qui pro ſuſpenſione ipſius impetranda venerat, vocauit, & qualiter ab eo honorandus eſſet, quem rex honorare decreuerat, in genere requiſiuit. Aman vero propter ſeipſum petitionem huiuſmodi factam credens, ad hucamplius ſperans honorari ſic ait. Homo inquit, quẽ rex honorare cupit, debet indui veſtibus regis, & imponi ſuper equum, qui eſt in ſella regis, & habere ſuper caput ſuum re gium diadema, & primus de regis principibus, & tyrannis teneat equum eius, & per plateas ciuitatis incedens clamat, & dicat. Hic eſt homo quem rex voluit ſic honorari. Quo audito præcepit rex, quòd ille Amã, qui primus principum D erat, omnia quæ dixerat, Mardocheo iudæo faceret, & quòd ipſum prædicto modo protinus per ciuitatem perambulãs honoraret. Quod. ſ. licet inuitus Aman ſtatim executus eſt. Et ſic factum eſt, quòd tempore, quo venerat ſicut credebat pro eo ſuſpendendo, venit pro eo honorando. In craſtino vero in eodem patibulo, quod Mardocheo parauerat, fuit ſuſpenſus, & ipſe Mardocheus in dignitate eius ſubroga tus, ſicut infra ponitur cap. 7. & 8. ¶Iſta poſſunt exemplari ter allegari ad multa, & primo quidem contra vindices, & crudeles, quibus non ſufficit vna crudelitas, niſi adhibeant duas vel multas ſicut patet in iſto, cui non ſufficiebat, quòd iudæos vniuerſaliter occideret niſi etiam Mardocheum in domo ſua ſpeciali ſuſpẽdio iugularet, quia ſcilicet ſæpe fit quòd Deus aliud diſponit, & quòd crudelitatem illam, quã in alium exercere voluerat, in caput eius introducit, & pro prio tormento, quod aliis parauerat, ipſum fecit, ſicut appa ret de illo, qui bouem ęneum reperit, qui tamen primus in eo mortem ſeu mortis ſupplicium tolerauit. Sicut. n. parri ſius ille regis theſaurarius patibulum regium, quod cum ma gna diligentia pro ſceleratis ſuſpendendis parauerat, ipſe in propria perſona enceniauit. Eccl. 3. Qui amat periculũ, in illo peribit. Quia ſicut dr Eccl. 27. Qui fodit foueam, in il lam decidet, & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo, & qui laqueũ alteri ponit, peribit in illo. ¶ Vel allega iſtud, ꝙ ſæpe fit, ꝙ eodem actu, quo quis alicui nocere credit, illi potius proficit, & nocumentum, quod ſibi parare crediderat, ad vtilitatem ipſius Deus vertit, ſicut patet de illo Amã, qui pro ſuſpenſione Mardochei venerat, & tamen contra ſpem, & voluntatem ſuam ipſum honorauit, & honoratio nem, quã pro ſe dictaſſe crediderat, Deus alteri ordinauit, & ecõuerſo, mortem, quam alteri cogitauerat, ipſe Dei iu dicio reportauit. Mirabilis. n. eſt permutatio occultæ Dei ꝓ uidentiæ quando vult operari, ꝙ. ſ. bonum ꝙ mali pro ſe ha bere credunt, ad bonos quandoque deriuat. Prou. 13. Refer natur iuſto ſubſtantia peccatorum, & malum ꝙ illi mali bo nis parauerãt, in caput ipſorum parat. Vnde Prou. 11. Iuſtus de anguſtia liberabitur, & tradetur impius pro eo. ¶ Vel il-

E lud allega, ꝙ præmium iustorũ quandoque differt.ita quòd quasi in obliuionem tradi vř,sicut de illo Mardocheo patet, qui insidias Regi reuelauerat, & tñ sibi nullum præmium datum erat,veruntamen rex noster Christus, qui continuè vigilans,noctem insomnem duxit,finaliter qñ historias præteritas,& sanctorum merita in libro indelebili suæ mentis relegit, ipsosque nondum præmiatos reperiens, honore tam temporali,quàm æterno honorandos decreuit. Illos igitur finaliter vestibus regis.i.corporum dotibus induit, illos sup equos in sella regis.i. super cœli celsitudinem constituit.Illos regio diademate, i.dignitate æternæ gloriæ honorauit, illos per principes suos.i.per angelos suos conduci,& deduci præcepit atque mandat,& sic quicquid tardat, ipsos pro meritis suis remunerat & honorat, hoc.n.honore dign⁹ est, quemcunque rex honorare decreuerit. Vnde Psal.8.Gloria & honore coronasti eum domine.¶Vel dic moraliter,ꝙ vestes regis fuerũt illę virtutes,quas Christus habuit circa corpus,s.carnis mũditia seu puritas, quæ fuit tanquam camisia interior,pœnitentiæ asperitas, q̃ fuit sicut tunica superior, & rerũ mundialium paupertas, q̃ fuit sicut clauus exterior. Equus illius regis fuit crux,in qua fuit portatus.Diadema ei⁹ fuit corona spinea,qua extitit coronatus. Dico igit ꝙ Mardocheus,qui interpretatur amara cõtritio impudicitię,pòt Petrum & Andream significare, & quoslibet viros sanctos, qui re vera in hoc fuerunt à rege summe honorati, q a vestibus,equo & diademate.i. ad suæ passionis similitudinem fuerunt cruciati,& per Aman. i. per Neronẽ & Egeam honore huiusmodi isigniti. ¶ Etiã moraliter ista possunt dici de quolibet sancto,qui vestibus regis.i.humilitate,charitate,& paupertate tegitur,diademate regis.i. spina diuini timoris coronatus pungitur,equorum sella regis. i. à Beata Virgine vel à cruce per diuotionem,& fiduciam vehitur & portatur,atq; ab Aman inimico suo.i.à mundi principibus, & tyrãnis circunducitur & vexatur.Illo.n.modo rex noster Christus suos in hoc mundo honorauit,inquantum illa,quæ ipse habuit, insignia eis donauit, & istis mediantibus cœleste præmium eis parat.Eccl. 45. Corona aurea super caput eius expressa
F signo sanctitatis gloriæ, honoris & ope fortitudinis.

CAPITVLVM X TEXTVS.

Rex vero Asuerus omnem terram & cunctas maris insulas. Moralitatum Cap. 6.

HIc in c.10.& 11.ponitur somnium Mardochei,scilicet quòd fiebant voces,tumultus & tonitrua, terremotus & conturbatio super terram.Videbat etiam quòd dracones maxime inuicem confligebant,ad quorum clamorem cunctæ communitæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentẽ iustorum,quæ timore,tribulatione,& angustia,seipsam præparabant ad mortem,quibus scilicet iustis ad dominum clamantibus, ecce fons paruus creuit in fluuium magnum, & in aquas plurimas redundauit,& in lucem,solemque cõuersus est. ¶Vel secundũ aliã litteram,lux & sol ortus est,& humiles tunc exaltati sunt,& deuorauerunt inclytos. ¶Sic vere cum à mundi principio post terremotum & tonitruũ tentationis luciferi continuè fuerit bellũ inter duos dracones .i.inter rationales creaturas,diabolum.s. & hominem,sic factum est quòd commotæ sunt nationes dæmonum,& iniquorum contra populum iustorum & fidelium,& præualebant. ita ꝙ tunc oẽs iusti mortem & infernum necessario expectabant,tribulationes & angustias sustinebant, quapropter ad dominum clamãtes, liberationem deuotionis implorabãt, dicentes illud Ps.79.Veni ad liberandum nos.Et ideo Dei nutu fons paruus.i.Beata Virgo & parua & humilis,in fluuium magnum creuit,inquantum Deum, qui est infinitus,continere potuit,& in aquas redundauit, ẽt plurimas,inquantum.s. humano generi multa beneficia propinauit, & lux & sol.i. Christus Dei filius sol iustitiæ in mundo ortus & natus extitit, & sic pax tranquillitatis & bonæ voluntatis hominibus nata fuit.Tunc.n.humiles.i.captiui,qui erant in limbo, iusti, qui sunt in mundo,exaltari fuerunt, contra inclytos.i.contra dęmones & tyrannos pręualuerunt,& virtute illius solis fontisq; mortis æternæ periculum euaserũt. Vnde Malac. 4. Orietur vobis sol iustitiæ timentibus nomen meum. ¶ Vel dic ꝙ qñ in aliqua ecclesia vel conuentu veniunt terremotus & turbatio, vtpote quia quando moritur prælatus, statim est in electione lis,& contentio.Fit enim tunc qñque, ꝙ duo magni dracones.i.duo magni canonici vel priores malitiosi & ambitiosi inter se pro habẽda dignitate confligũt. Quo facto,statim nationes & partes se diuidunt, & mali cõtra iustos ꝑualere cõtendũt.Sed pro certo sæpe fit ꝙ neuter duorum draconum obtinet,quinimò sæpe fit ꝙ aliquis fons paruus.i.aliquis homo humilis,pauper & nullius reputationis eligiť,& influuium magnum.i. in prælatũ conuertitur,& sic tandem in lucem & solem per sanctã.& exẽplarem vitã mutatur,& sic per ipsum boni & humiles promouent & extolluntur, mali vero & superbi mediante iustitia deuorant, quia pro certo sæpe fit quando Dominus suscitat de terra inopem,vt sedeat cum principibus, & soliũ gloriæ teneat, tunc deponuntur potentes de sede, & exaltantur humiles.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.

Rex magnus Artaxerxes ab India vsque æthiopiam. Moralitatum Cap. 7.

HIc capi. 16.dicitur,quod populus iudaicus in captiuitate positus iustis legibus vtebatur. Circa quòd nota, quòd Iudæi in terra sua vbi erant liberi, leges Dei nõ seruabant,sed potius idolis seruiebant.quarto Esdræ.13. In captiuitate tamen,& tribulatione, & seruitute dominum coluerunt,sicut ponitur quarto libro Esdrę capit. 13.¶Illud potest allegari,quod vexatio dat intellectum, sicut dicitur Esaia. 28.Et quòd plus proficit homini aduersitas quàm prosperitas,quia scilicet in prosperitate positi,& Deum & eius legẽ obliuiscuntur, idolis & vitijs famulantur, in tribulatione vero ad seipsos reuertuntur, & se propter sua peccata puniri intelligentes, seruire domino, & mandata eius facere compelluntur.Psal.77. Cum occideret eos,quærebant eum. Vel expone si vis,quòd vt communiter homo est melior in terra aliena, quam in propria.

Moralitatum super Hester finis.

MORALITATVM Liber vigesimus Super Iob.

CAPTIVLVM PRIMVM TEXTVS

Vir erat in terra hus nomine Iob. Moralitatum Capitulum 1.

DE Iob cum totus sit moralis, & moralizabilis, nihil intendo ponere, nisi aliqua, quæ narratiue ponuntur. Dico ergo quòd vir erat in terra hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus, timens Deum, & recedens à malo, & nati sunt ei septem filii, & tres filiæ, possessioque erat ei septem milia ouium, tria melia camelorum,quingenta iuga boum, & quingentæ asinę & familia multa nimis. ¶Re vera talis vir debet esse qlibet vir perfectus,quia pro certo iste debet esse vir. i.vigorosus,& virtuosus in terra hus,quę interpretatur festinans & consiliator diligens & studiosus, & aliorum consiliator pacificus,& dulcorosus. Simplex debet esse humilis & modestus,rectus & iustus.Debet esse timens Deum, & malorum omnium fugitiuus,qui etiam debet dici Iob, qui interpretatur dolens, quia scilicet ipse debet esse pro culpis & miseriis huius vitæ dolens, tristis & gemebundus, & sic iste erit inter orientales.i. inter iustos magnus in virtutib. & fæcundus.Vnde dicitur.Eccl.Magnus effectus sum,& præcessi omnes,qui ante me erant,in sapientia.Ideo possessio virtutum suarum debet esse multiplex, quia re vera ipsa debet habere septem filios.i.septem spiritussancti dona,tres filias.i.tres theologicas virtutes,septem milia ouium,idest septem misericordiæ opera, tria milia chamelorum, idest trium partium pęnitentiæ,scilicet contritionis,confessionis, & satisfactionis onera.fuit etiam pssessio eius quingenta iuga boũ, idest quinque sensuum carnalium cohibitio, & quingentæ asinæ,ldest quinque librorum legis, & diuinorum mandatorum humilis recordatio, & familia multa nimis,idest ceterarum virtutum abundans cumulatio. Vnde infra capitulo isto dicitur. Iob 3. Operibus manuum eius benedixisti,&

A sti,& possessio eius creuit in terra. ¶Vel dic quòd iste vir est bonus prælatus,q scilicet debet esse vir sine imbecillitate, rectus sine acceptione personarum vel iustitię toruitate,simplex sine plica,i.sine malitia,& duplicitate, timens Deum,sine seruilitate, recedens à malo, non timore, sed charitate, Iob dictus idest dolens ex compassione, & pietate, in terra hus,i.consilians, & concordans alios, cum festina sedulitate,magnus inter orientales, virtutis, & famæ multiplicitate,ita quòd iam de ipso potest dici illud,quod sequitur.Non considerasti seruum meum Iob,quod nõ sit eis similis in terra,vir simplex,& rectus,& timens Deum.Igitur iste habet in possessione sua filios,i.subditos charitatiuos.Filias,idest simplices,& imperfectos.Chamelos,idest viros patiẽtia,& humilitate oneribus tribulationum subiectos. Boues idest viros bonorum operum laboribus deditos.Asinas,& oues,idest viros misericordes lacte eleemosynarum irriguos,& fœcundos.prælatus enim non solum filios habebit,immo & filias,non solum boues, immo & oues, non solum Chamelos,immo,& asinas,quia scilicet sub prælato.in domo ecclesiæ non solum sunt perfecti,immo etiam imperfecti,non solum sapientes,sed etiam simplices,non solum laboriosi,immo debiles. Apostolus. 2. Tim.2. In magna enim domo non solum sunt vasa aurea,immo & argentea, lignea & fictilia. Vnde etiam inter istos subditos aliqui numerantur septenario numero propter septem opera misericordię. Aliqui ternario,ꝑ trinitatis simplicem fidem.Aliqui quinario,propter quinque sensuum custodiam.¶Vel dic quòd in spirituali possessione viri iusti debent esse filij idest opera charitatiua,filiæ idest opera pia Chameli, qui oneri se inclinant,idest humilitas & obedientia Oues idest simplicitas, & innocentia.Boues idest fortitudo,& temperantia. Asinæ.i. tranquillitas & patientia.Familia multa nimis idest aliarum virtutum bonorumque actuum,& effectuum fertilitas & opulentia.Apostolus.Phi.4.Habeo autem omnia & abundo.¶Septem filij Iob vicissim conuiuia faciebant nunc penes vnũ, nunc penes alium comedebant, & tres sorores suas vocantes ipsas vt secum comederent, & vinum biberent, inuita-
B bant. Iob vero de salute liberorum sollicitus erat, & ideo completis conuiuijs pro singulis sacrificium offerebat. Iob significat bonum prælatum, filij eius significant viros scientificos & perfectos. filiæ vero suæ designant inferiores simplices & ignaros.Ista ergo est veritas, quòd filij Iob idest clerici scientificique viri,qui sunt in ecclesia, debent vicissim conuiuium spirituale facere,vbi scilicet docendo & prædicãdo possint auditores,& etiam alter alterum recreare.Debent etiam filias sorores idest simplices,& laicos ad istud cõuiuium vocare, & vino suæ doctrinæ ipsos reficere & potare, sicut ad litteram videmus de religiosis, & mendicantibus,qui alternatim sibi & alijs prędicant, & ad prædicationes suas simplices seculares & maxime sorores suas benignas & filias inuitant & inuocant,dicentes illud Cantico.3. Egredimini filiæ Syon. Iob etiam pater istorum idest prælatus summã curam,& sollicitudinem debet de salute istorum liberorum.i.subditorum habere, & ideo ipse debet sacrificium laudis, & orationis singulis domino facere & offerre. ¶Vel dic ꝙ per filios intelliguntur diuites,per filias vero intelliguntur pauperes,& infirmi.Isti ergo filij.i.diuites qñque solent alternatim conuiuia facere,veruntamẽ debent semper sorores suas.i.pauperes aduocare. Vnde dicitur. Lucæ. 14.Cum facies conuiuium,voca pauperes.Vel tempore caristiæ debent alternatim conuiuium eleemosynarum impẽdere pauperibus & egenis, sicut ad litteram faciunt boni, & misericordes diuites in istis ciuitatibus,qui inter se solẽt conuenire,& vnus post alium conuiuium eleemosynarum, & subuentionum pauperib. præparare. ¶Hic dicitur ꝙ cum filij Dei assisterent coram domino, affuit inter eos etiam sathan,cui cum diceret dominus, vnde venis? respondit,circumiui terram & perambulaui eam. Igitur iste satham non legitur à domino aliquid petijsse, nisi ꝙ solum Iob posset affligere,& primo eum temporali substantia spoliare,tandem eũ in corpore percutere & grauare. ¶Sic pro certo dico, ꝙ hodie vbicunque conueniunt filij Dei coram dño.i.in quacunque bona societate siue religiosorum siue laicorum, sp est dare aliquem sathã, qui interpretatur contrarius vel aduersarius, transgressor vel præuaricator.i. aliquos rebelles malos & contrarios, & omnium bonorum aduersarios, diuinæ legis transgressores, & suæ perfectionis præuaricatores,qui pro certo non faciunt nisi terram,& patriam explorando perambulare,& circumire,& hoc non vt possint proficere,sed vt possint inuenire quem affligant,& cui noceat, & occasionem alios lædendi reperire, sicut ad litteram videmus de detractoribus inter religiosos, de inuidis inter clericos,& de balliuis inter laicos.Vnde dicitur. 1. Petr.5. Aduersarius vester tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.Et breuiter isti nihil aliud quærunt nisi quod possit Iob, qui interpretatur dolens,i.pauperes & dolentes affligere,& eos in rebus, & corporibus, rapinis, & molestijs impugnare, commissiones.n. talia faciendi libẽter accipiunt, & ipsas citissime executioni tradunt, nihilque in hoc mundo,quàm nocendi potestatem,appetunt. Apoca.9. Aculei erant in caudis eorum &cæ. ¶Vel dic ꝙ diabolus sp est inter bonos, vel ꝙ diabolus non potest nocere homini, nisi à Deo acceperit potestatem. ¶Hic habemus, ꝙ laxata manu diuinæ potestatis & protectionis,est data licentia diabolo ꝙ possit affligere Iob, statimq; ipso cooperante tribulationes quatuor ei per ordinem euenerunt, quarum.s.prima fuit.Quod cum boues eius ararent,& asinæ iuxta eos pascerentur, irruerunt sabei, tuleruntq; omnia,necnon pueros occiderunt gladio,vnusque solus euasit, qui cladem ad Iob fugiens nunciauit. Ignis etiam de cœlo tunc cecidit, qui oues eius,& earum custodes, pueros vno solo euadente consumpsit. Chaldei etiam tres turmas fecerunt, & irruentes chamelos rapuerunt, pueros vero custodes præter vnum,gladio occiderunt.Filijs autem, & filiabus suis in domo fratris sui primogeniti vescentibus,& vinum bibentibus,ventus à regione deserti vehementer irruens, quatuor angulos domus concussit, & liberos omnes oppressit, ita quòd vnus solus de famulis,qui hoc nunciaret, remansit flebilis atque nudus. Et ait Iob 1. Nudus egressus sum ex vtero matris meæ,nudus reuertar illuc. Re vera videtur quòd in domo Iob.i.in ecclesia sancta Dei, hoc est dictu in cætu fidelium sathan aduersarius noster diabolus huiusmodi tribulationes diuersimode suscitat,& inducit. Constat enim D quòd ibi hodie inueniuntur boues arantes, idest auari, qui circa terram laborant, & asinæ iuxta eos pascentes, idest carnales,qui comessationibus vacant,ibi sunt oues idest simplices,qui illa, quæ ad salutem sunt necessaria,ignorant.Ibi etiam sunt chameli,idest alij principes,& superbi, qui gibbum,& tumorem superbiæ, & præsumptionis habent. Ibi sunt filij,& filiæ.i.religiosi, & religiosæ, qui comestionibus & vini potationibus, & ebrietatibus inhiant, & anhelant. Ibi sunt pueri istorum custodes, idest mali prælati, qui pueriliter alios gubernant. Istos ergo diuersimode perdit, & alios alijs culpis, nam quosdam spiritualiter ĩterficit per sabeos, qui eloquentes interpretantur idest per eloquentiã propriam,& suggestionem, quosdam per chaldeos, qui interpretantur quasi feræ vel quasi mammillæ,idest per mundi prosperitatem,& lactationem, quosdam per ignem auaritiæ & cupiditatis,quosdam per ventum superbiæ,& vanitatis. Istis enim quatruor plagis diabolus Iob .i. Christum depauperauit, & possessionem bonarum personarum tam ecclesiasticarum quàm secularium denudauit multipliciter.Vnde de Christo videtur posse dici illud.March.14. Relicta sindone nudus profugit.Et Amos 2. Robustus inter fortes nudus effugiet.¶Vel si vis dic,quòd omnia ista, quæ habemus hic, scilicet quòd omnia bruta animalia Iob perierunt, & ab hostibus rapta fuerunt, & seruitores perempti,veruntamen paucissimi sunt,qui euaserunt, quinimmo liberi eius mortui fuerunt. De seruis vero Iob seu pueris aliqui pauci superfuerunt.¶Potest adhuc allegari,ꝙ cum Iob.i. Christus sub se habeat homines & bestias.i. fideles,& infideles,Christianos,& gentiles,ista tamẽ est veritas, quòd omnes bestiæ .i.gentiles & filij infideles moriuntur & damnantur, de hominibus vero.i.fidelibus sunt paucissimi qui saluentur. Vnde dicitur Matt.20.Multi sunt vocati pauci vero electi. Quinimo etiam de hominibus istis.i.de personis rationabilibus & de Christi fidelibus illi, qui sunt filiæ idest illi qui sunt spirituales filij Dei idest clerici & religiosi,magis pereunt,& vẽto superbiæ,& epulatione gastrimargiæ damnationi succũbãt,quàm illi qui pueri & serui idest subditi, & simplices & ignari,

ignari, quia scilicet de illis aliqui remanent. & saluantur, isti vero quasi omnes ad vitia prolabuntur. Secundum enim. Augustinum simplices & idiotæ rapiunt cœlos, & nos, cum litteris nostris mergimur in profundum inferni. ¶Vel dic quòd fabei, qui interpretantur eloquentes, sunt adulatores vel etiam aduocati, qui re vera pueros custodes ideſt prælatos, & superiores gladio linguæ suæ percutiunt, ita ꝙ boues, & asinas. i. lucra & vtilitates ab ipsis præ alijs reportant & rapiunt. ¶Vel dic quòd in domo Dei boues ideſt viri scientifici & perfecti debent in agro sacræ scripturæ arare ideſt studere, legere, & prædicare. Asinæ vero, ideſt simplices iuxta eos debent pasci ideſt eorum doctrinis, & prædicationibus informari, à pueris vero ideſt à puris, & innocentibus prælatis debent communiter custodiri. Sabei tamen, qui interpretantur clamantes, & detractores litigiosi, istos molestant, & tam maiores quàm inferiores infestant. Vnde dicitur. 1. Reg. 26. Quid clamans, & inquietas regem? Vel dic quòd chaldei generaliter significant humani generis inimicos, scilicet mundum, diabolum & carnem, chaldei enim interpretãtur quasi feræ, & iste est mundus cum auaris, qui more ferarum deuorant aliena. Interpretantur etiam quasi dæmones, iste est diabolus cum tyrannis. Interpretantur insuper quasi mãmillæ, ista est caro cum illecebris, quæ scilicet delectationibus suis lactat, & decipit. Isti igitur chaldei ideſt isti hostes humani generis, inter turmas prædictas se diuidunt, & sic chameleos seu pueros, ideſt malos, & bonos rapiunt spiritualiter, & occidunt, & molestant temporaliter & affligunt. ¶Vel dic ꝙ chameli, & alti, & gibbosi significant altos principes, & prælatos, quos pro certo tres turmæ chaldeorum, qui interpretantur mammillæ ideſt tria genera personarum lactando in amorem suum rapiunt, & Iob domino suo ideſt Deo, ipsos subtrahunt atque tollunt. Primi sunt nepotuli & amici carnales. Secũdi sunt verbosi adulatores. Tertij sunt donorum, & munerum oblatores. Ab istis enim tribus generibus chaldeorum, quæ quasi mammillæ dicuntur, nostri superiores, & maxime prælati, lactantur & recreantur. Ideo ab ipsis taliter rapiuntur, quòd nulli alij emolimentum de eis consequuntur, ita quòd ipsi prælati videntur dicere illud. Ecclesi. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo & cætera. ¶Vel si vis, dic quòd domus primogeniti, in qua filij, & filiꝙ comedentes vento irruente sternuntur, domos, & curias principum vel prælatorum designat, qui pro eo primogeniti fratris dicuntur, quia alijs ditiores & potentiores esse noscuntur. Deuteronom. 21. Dabit pater primogenito suo de his quæ habet cuncta duplicia. Ista igitur est veritas, quòd illi, ꝙ in domo primogenitorum suorum. i. curijs, & hospitis diuitum & magnatum morantur, & qui panem, & vinum eorum comedunt, & apud eos officijs, & obsequijs deputãtur, diuersis periclitantur vitijs, & casibus, & periculis supponuntur. Ventus enim & flatus diabolicæ tentationis ibi præcipuè solet flare, quæ totam domum istam solet ad malum concutere & mouere, & sic illos, qui sunt ibi, per vitia opprimere & dãnare. Constat autem quòd illi, qui curias sectãtur diuitum, sunt vt communiter adulatores, raptores, inuidi, & superbi, & sic euidens est vitiorum turbine opprimi & inuolui. Vnde Seneca dicit de istis. Si quis cum magnatibus habitat, aut veritas aut eorum amicitia perdenda est. Vnde illud. Matth. 11. Ecce qui in domibus regum sunt, mollibus vestiuntur. ¶Vel dic quòd in talibus domibus, officijs & statibus homo statim periculum patitur, & hoc quia ventus inuidiæ, qui vt communiter à regione deserti ideſt à malis, desertis & insufficientibus personis solet procedere, ibi flat, qui totam domum quandoque concutit, & conturbat, & illos, qui ibi habitant, aliquotiens opprimit atque damnat. Vnde Ezech. 1. Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. ¶Vel dic quòd frater noster primogenitus fuit lucifer, ꝙ dicitur frater noster, quia fuit ab eodem patre Deo genitus & creatus. Psalm. 109. Ante luciferum genui te. Et Iob 40. Ecce behemoth, quem fecit tecum. Primogenitus vero, ꝙ prima creatura Dei est. Et alibi. Ipse est principium viarũ Dei. Conuiuium vero eius est prosperitas, cuius scilicet dominum vendicat ipse sibi. Vnde Luc. 4. Ostendens Christo omnia regna & gloriam, dixit. Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me, quia mihi tradita sunt, & cui voluero do ea. Ista igitur est veritas, quòd quandoque filij Iob, & filiæ Dei ideſt christiani & christianæ, seu etiam generaliter tam mari quàm mulieres, tam ecclesiastici quàm seculares, in simo fratris sui primogeniti, diaboli, scilicet in mundo, & conuiuio eius, scilicet in mundi prosperitate comedunt & bibunt, & de cibis huius conuiuij ideſt de mundi bonis & diuitijs laute summunt. Vinum etiam mundi scientiarum hauriunt atque summunt, subito fit quòd vento tribulationis è regione deserti ideſt ab occulta Dei prouidentia incongente, & quattuor angulos huius domus ideſt quattuor partes prosperitatis mundanæ, scilicet diuitias, delitias, honores & scientias, concutientes & destruente, ipsi tales conuiuæ ideſt ipsi in mundi prosperis conuiuãtes, subito aliquotiens opprimũtur, & per infortunium ideſt per mortem casum flebilem deducuntur. Ventus enim deserti ideſt furia latio mortis istam concutit, & subuertit, & conuiuas eius damnationem, & tribulationem temporalem opprimit atque perdit. Vnde Ezechiel. 27. Ventus austri contriuit te corde maris, diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Factum est aũt, cũ quadam die venissent filij Dei. Moralitatum Cap. 2.

IOb percussus in corpore, ita quòd à planta pedis vsque ad verticem non esset in eo sanitas, bonis omnib, a diabolo denudatus, in sterquilinio sedebat, saniemque vlceris testa radebat, & tribulationes sibi immissas in patientia sustinebat. Vxor vero eius cum seruis ipsum atrociter deridebat, & fœtorem ipsius abhorrebat sicut hic vbi dicit. Benedic Deo & morere, & infra, vbi ipse Iob 19. dicit sic. Halitũ meum abhorruit vx or mea. Amici vero eius ipsum arguebant & irritabant, & peccatorem volebant probare, seruum vero eius sibi obedire nolebant. Seruum meum vocaui, & non respondit mihi. Sed finaliter visa eius pœnitentia & patientia, dominus ipsum sanauit, septem filios, & tres filias sibi dedit Iob vlt. Amici & noti eius ad eum conuenerunt, ipsumque consolati sunt. Et qui prius eum contempserunt sibi bona propria diuiserunt. ¶Moraliter loquẽdo Iob significat peccatorem, qui scilicet à diabolo per peccatum percussus, bonis suis scilicet virtutibus & gratijs spoliatur, & vlceribus malarum cõditionum & consuetudinum plenus, in sterquilinio .i. in immunditia voluptatis vel in fœtore incontinentiæ seu infamiæ moratur. Vbi vxor eius. i. conscientia sua ipsum remordet, & abhorret, vbi serui sui. i. interiores affectus & exteriores sensus, qui sibi seruire debuerant sibi non famulantur, sed contrariant, & vbi amici sui. i. facti ipsum contemnunt & arguunt, & vilitatem eius detegitur. Statim. n. quando qui bonis sui spiritualibus per diabolum fuerit spoliatus, restat ꝙ de sanctis suis amicis spiritualibus sit contemptus. Vnde Treno. 1. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Et ideo ponit consequenter quia. s. manum tuam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Sed quid? Pro certo qñque fit ꝙ iste Iob, qui interpretatur dolens. i. peccator de peccato contritus, saniem vitiorum testa. i. mortis memoria mediãte per confessionem educit, & ad pœnitentiam & patientiam se conuertit, dicens. Iob vlt. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiã. Et tunc Deus bona deperdita. i. virtutes, & gratias, & hoc qñque in duplo maiores quam habuerat, sibi restituit, septem filios, septem dona spiritussancti, tres filias. i. tres virtutes theologicas sibi concedit. Et sic quilibet amicorum suorum. i. sanctorum, ad amorem suum redit, ipsumque spiritualiter consolatur, & bona sua. i. spirituales gratias sibi distribuit & concedit. Vnde dicitur Danie. 4. Figura mea restituta est mihi. optimates me requisierũt. ¶Vel si vis dic exemplariter, quòd mundi amici, vxor, & serui quamdiu homo est in tribulatione & paupertate de ipso non curant, immo quandoque gaudia improperia cõtra eum iactant, si vero ad prosperitatem redierit, tunc eum consolantur, & amant. ¶Vel dic ꝙ tres amici Iob sunt fides, spes & charitas, vel contritio confessio & satisfactio, eleemosyna, ieiunium, & oratio, quæ ad ipsum consolandum veniunt, & finaliter bona spiritualia sibi distribuunt, & concedunt.

Moralitatum super Iob Finis.

Liber vigesimusprimus super Esaiam.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Visio Esaiæ filij amos. Moralitatum Cap. 1.

ESaias de genere regali secundum hebreos. Tantæ autem sanctitatis extitit, vt ponit Comestor, quod cum exercitus Sẽnacherib Hierusalem obsideret, & iuxta aquas syloæ fixisset tentoria, ita quòd pisci na & hostibus & ciuibus communis esset, Esaias à domino impetrauit orando, & obtinuit, quod cum hostes ad piscinam veniebant mea sine aqua reperiebant, cum vero ciues ad piscinam descendebant, aquas in abundantia inueniebant, ita quod hostes mirabantur; vnde aquas in ciuitate habebant. In cuius memoria aquæ syloæ adhuc non continuè, sed certis horis, ac interpolatis ebulliunt, sicut ait Epiphanius. ¶Talis fons, videtur esse gloriæ Paradisi, quia ista est, ꝙ ex oratione Esaiæ, ideſt ex ordinatione Dei solis ciuib. ideſt solis bonis, & iustis se exhibet, hostibus vero, & impijs, & peccatoribus se subtrahit atque latet. Ista enim est secundum Augus. quę nulli negabitur digno. ¶Vel dic quòd ista est diuina gratia, & deuotio, quæ solis ciuibus & sanctis hominibus conceditur, hostibus vero ideſt peccatoribus ꝙ sunt de exercitu Sennacherib ideſt diaboli, qui Hierusalem ideſt ecclesiam quotidie obsidet, denegatur. Mali enim istum fontem inuenerunt, valde siccum, boni inuenerunt ipsum opulentum & plenum, quia fons compũctionis, & deuotionis à malis inuenitur aridus, à bonis vero inuenitur dulcis, & sapidus & amenus, quod est etiam verum de fonte & gratia compassionis, vel de fonte diuinæ scripturæ, vel cuiuslibet spiritualis recreationis. Vnde Zacha. 13. Erit fons patẽs domui Iacob. Iste etiam fons non continuè, sed certis horis erupit, quia diuina gratia secundum Dei occultam ordinationem, quando vult se subtrahit atque venit, compunctio etiam & deuotio non solet continuè fluere, sed interpolatim certis horis & diuersis à Deo ordinatis, solet erumpere, & manere. Vnde dicitur. Ioh. 3. Spiritus enim vbi vult, spirat. Quia sicut dicit Apostolus. Rom. 9. Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. ¶Vel dic quòd talis fons debet esse prælatus, quia scilicet iste debet se quantum ad malos, exhibere siccum, sterilem, & austerum, quantum ad bonos autem effluentem & plenum, siccum enim & durum & rigidum debent eum hostes Hierusalem ideſt tyranni ecclesiæ sentire, boni vero, qui Hierusalem ideſt ecclesiæ sunt cines & amici, ipsum debent affluentem & pium, liberalem & fluidum inuenire. Vnde Eccle. 12. Benefac iusto, & non dederis impio, quod tamen est contra multos ecclesiasticos & prælatos, qui scilicet liberaliores sunt ad histriones, & tyrannos nobiles, qui ecclesiæ sunt hostes, quàm ad bonos & pauperes, qui sunt cines, magisque & affluentius malos promouent, bonis vero subditis, & pauperibus siccos, auaros & impios se demonstrant. Vnde Dicitur. Iob 3. Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. ¶Vel dic quòd talis fons est iudex vel prælatus, personarum acceptor, qui. s. solis ciuibus, ideſt solis nepotibus, notis, & familiaribus se liberalem exhiber, hostibus vero, ideſt extraneis quibusdam siccus, sterilis & auarus apparet, quia scilicet aquas beneficiorum suorum temporalium solis illis communicat, his vero generaliter negat, cum tamẽ ad fontem pertineat quòd sit patens & communis omnibus.

CAPITVLVM QVINTVM TEXTVS.
Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Moralit. Cap. 2.

QVidam pater familias plantauit vineam electam, & sepe circũdedit eam, & lapides elegit ex ea & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit, quòd faceret vuas, & facit labruscas. Iste ergo indignatus contra eam, incepit toraliter comminari. Quid enim inquit debui facere vineæ meæ, & non feci? Et nunc ostendam vobis quid faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius & erit in conculcationem, non putabitur, & non fodietur, & ascendent spine, & vepres super eam & nubibus mandabo desuper, ne super eam pluãt imbrem. ¶Charissimi sicut hic ibidem exponitur, vinea domini sabaoth domus Israel est scilicet ecclesia vel religio, quam scilicet in agro huius mundi plantauit, sanguine suo rigauit, & sepem angelicæ protectionis ei circũdedit, turrem contẽplationis in ea cõstruxit, & torcular passionis propriæ in ea fabricauit, lapidesq; ideſt offendicula, & errores in ea sustulit, & amouit. Vnde Matth. 21. Homo ꝙdam plantauit vineam, & circundedit ei sæpem, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, quapropter à principio expectauit ꝙ hæc vinea religionis vel ecclesiæ, vuas ideſt virtutes, & opus bonorum operum faret, & quòd vino consolationis ipsum dominum recrearet, sed re vera ista non videtur facere vuas sed labruscas, non opera bona, sed, vana, non actus virtuosos, sed potius inutiles, & defectiuos. Hier. 2. Quomodo conuersa es in praua vinea aliena? Et ideo indignatus dominus, beneficia sua ab ea subtraxit, sepem, & maceriam diuinæ protectionis submouit, & dæmonibus & tyrannis eam indereptionem & conculcationem exponit. Iam. n. sicut apparet sensui, ista vinea per examinationem, & discussionem non foditur, per correctiones a suis superfluitatibus non putatur aut scinditur, quinimo spinis temporalium sollicitudinum pungitur, & uepribus, quarum spinæ sunt acutæ, & curuæ, & tenaces. i. multæ prælatorum, & ecclesiasticorum rapina, & auara tenacitate repletur, & sic à Deo maledicta & condemnata est. Et ideo de ea videtur posse dici illud Prou. 24. Per agrum pigri hominis transiui, ꝙ per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum dirupta erat. Et breuiter videtur ꝙ Deus mandauit nubibus desuper ideſt sanctis & angelis suis, ne super istam pluãt, & imbrem spiritualium bonorum, & beneficiorum infundat, quia. ſiã videtur dominus ipsam dereliquisse, & in suis manibus dimisisse, & de eius regimine non curasse. Vnde dicit Psalm. 105. Abominatus est hæreditatem suam, & possessionem suam spreuit. ¶Vel dic moraliter de vinea animæ &cę. Expone & dic quod turris est contemplatio, torcular &cæ.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
In anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi dñm sedentem. Moralitatum Cap. 3.

ESaias vidit dominum super solium excelsum & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant replebant templum Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabꝰ velabant pedes eius, & duabus volabant & clamabant alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus, & commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & impleta est domus fumo. ¶Per istos seraphin, qui interpretãtur incendiũ, intelligo viros sanctos, qui scilicet per charitatem ardent, & alios in Deum eleuantur & inflammant, quia isti pro certo solent alis contemplationis de mundo in Paradisum volare, solium dñi & maiestatem circumire, & templum Paradisi mentaliter visitare necnon sanctus, sanctus, sanctus, in honore trinitatis Deo decantare, coramque domum ecclesiæ fumo orationis & sanctarum affectionum implere, & clamore diuinæ laudis, & prædicationis alter ad alterum proclamare, & cardines ecclesiæ ideſt alios fideles ad contritionem & deuotionem concutere, & mouere. Vnde Amos. 9. Percutite cardinem & moueantur superliminaria. Esa. 40. Clama, quid clamabo omnis caro fenum. Sed quid? procul dubio istæ alæ contemplationis istorum debent esse sextuplices ideſt sex partes cõtemplationis, quas debent habere fideles, quæ sunt amor feruens, spes erigens, deuotio ynigens, oratio supplicans, consideratio Christi operum eidem gratias agẽs, humilitas in proprijs meritis ideſt de proprijs meritis non præsumens. Istarum enim alarum seu virtutum duæ sunt, quæ cordis faciem ideſt intellectum concernunt scilicet humilitas, & consideratio Christi. Ista enim duo magis pertinent ad intellectum scilicet proprios defectus cognoscere, & inde humiliari, & cõsiderare Christi bñficia, & inde regratiari. Item duæ concernũt pedes, i. affectum, quia secundum August. pes meus, affectus meus, scilicet amor, & deuotio. Affectio enim amat, & considerat, affectio se

MORALITATVM
Liber vigesimussecundus Super Hieremiam.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Hæc dicit dominus ad me. Vade & possidetibi lumbare. Moralitatum Cap. 1.

Hieremię præceptum fuit, quòd lumbare suum acciperet, & in eufratem absconderet infra petram. Qui post multum tempus ad eufratem rediit, & illud lumbare putre factum inuenit ita quòd nulli vsui apti esset. Dixit autem sibi dominus, quòd lumbare domus Israel erat, quæ sibi Deo adhæserat, quam cum vitijs putrefactam intendebat proijcere, & de terra propria captiuare. ¶ Illud allega, quòd nullus est ita adhærens Deo per charitatem & sanctitatem, si in euphrate quod interpretatur frugifer ideſt fructibus diuitiarum, & in aquis delitiarum mergatur, quin per vitia putrefiat & ab hæsione, qua hærebat Deo, prorsus cadat. Esaia 14. Quasi cadauer putridum non habebis consortium. cap. 18. ¶ Illud, quod supra dicitur de figulo qui sedens super rotam faciebat uas, quod cum dissipatum fuisset, de eodē luto fecit aliud uas prout placuit sibi. ¶ Cui quidem figulo assimilatur Deus, qui filios Israel, quos destruebat, & quos finaliter reædificare & construere iterum intendebat, potest ad occultam Dei prædestinationem adduci, quæ scilicet alios ædificat, saluat & plantat, alios destruit, & damnat, & quando illum, quem ante destruit, per peccatum promiserat, iterum per pœnitentiam reparat, & reformat, quod etiam temporaliter quandoque facit, quando illum, quem antea depresserat, aliquando iterum ad prosperitatem reseruat, & restaurat. Vnde ibidem dicitur, q̄ sicut lutū in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israel. Ideo bene dicit Apostolus. Quod figulus de eadē massa facit nunc aliud in honorem &c.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS.
Ostendit mihi dominus & ecce duo calathi. Moralitatum Cap. 2.

Hic c. 24. dicitur q̄ Hieremias vidit ante templum duos calathos plenos ficubus, vnum, qui habebat ficus bonas, alius vero habebat valde malas, ita quòd non poterant manducari, & dictum est, quod primæ ficus primam capacitatem filiorum iuda designabant, qui sub ieconia se tradiderant uoluntariè, secundę uero malæ, ultimam captiuitatem illorum, qui cum sedechia per violentiam fuerant capti. Primi enim pro magna parte redierunt, ultimi uero in captiuitate perierunt. ¶ Illud allega quòd isti peccatores qui pacter & uoluntarie sustinent captiuitatem & aduersitatem quam meruerunt, & patienter expectant domini voluntatem, dicentes illud supra, Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, domino sunt accepti. Et sicut ficus bonæ in eadem

A tho diuinæ comprobationis constituti faciliter etiam consequuntur misericordiam, & ad prosperitatem & gloriam reducuntur. Econtra uero illi peccatores pessimi sunt, qui pœnas habent immissas à Deo, non uoluntarie, sed coacte non patienter, sed uiolenter ferunt, quia. s. tales in suo captiuitate & aduersitate obstinati pereunt, & ad Dei misericordiam non accedunt.

CAPITVLVM XXV TEXTVS.
Verbum, quod factum est ad Hieremiam à domino. Moralitatum Cap. 3.

Rechabitæ fuerunt quædam familiæ iudæorum, q̄ quodam arctiori ritu uiuentes, quasdā de mandato patrū cerimonias mirabiles obseruabant. Quidā. n. dictus Rechab de cuius stirpē processerant, hoc ipsis dederat in mandatis, q̄ ipsi uxores, & filij uinum in æternū non biberent domos, non ædificarent, sementem non sererent, vineas non plantarent, sed in tabernaculis, quamdiu uiuerent, habitarent, vt sic multis diebus super terram viuerent, & manerent. Isti igitur, qui in tabernaculis extra ciuitatem manebant, timētes chaldeos ad Hierusalem refugerunt, vinum oblatum à Hieremia refutauerunt, & ideo mandatum patris sui seruauerūt, rueriq; à Nabuchodonosor & à mortis periculo meruerunt. In istis igitur rechabitis uidetur habuisse exordiū status, & conditio æremitarum, & primorum monachorū, & sic vī dictū illud, quod scribitur in historia tripertita videlicet, lib. 1. c. 11. secundum opinionem aliquorum, q̄ monachi habuerunt originem ab eis. Vel dic mystice, q̄ rechabitæ, qui interpretatur ascendentes vel excelsi, sed teneri patribus, vel delitiæ patrum, significant viros religiosos, & quoscunque perfectos, qui. s. ascendunt per cœlestium affectionem, excelsi sunt per uitæ eminentiam & perfectionē, & teneri sunt patribus per parentum honorem, & subuentionem, delitiæ sunt patrum. i. superiorum, & prælatorum Dei & angelorum, per placentem & sanctam conuersationem. Vñ in Prou. 8. Delitiæ meæ esse cum filijs hominū &c.

B Tales igitur patrum suorum, i. Dei prælatorum, & seniorum mādata seruare, & à vino. s. in quo est luxuria, i. à carnis delitijs abstinere, à sementis satione. i. à diuitiarum acquisitione supersedere, & à domorum ædificatione abstinere. Vineas etiam, q̄ inebriant homines. i. carnales affectiones, & adulationes debent euellere, non plantare, & habitare debent in tabernaculis, hoc est q̄ peregrinos, & hospites se debent in hoc seculo reputare dicentes cum Apostolo. Heb. 13. Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Sic enim diu per gratiam poterunt uiuere in sanctitate, & iustitia persistere, Hierusalem, i. paradisum finaliter intrare, & chaldeorum, i. dominorum seuitiam non timere. Tales, qui terrena contēnunt, à dęmonibus tutiores sunt, & mundi tribulationes, & tentationes cauent facilius, & euadunt. Ps. 90. Non timebis à timore nocturno.

CAPITVLVM XXXIIII TEXTVS.
Verbum, quod factum est ad Hieremiam à domino, quando Nabuchodonosor. Moral. Cap. 4.

Hic c. 34. dī, q̄ cum Hieremias contra Hierusalem prędicaret, & captiuitas imminere, & tribulatio totum populum conturbaret, factum est q̄ populus Iuda in Hierusalem fœdus cum domino perigit, & in pacto quilibet seruos hebræos dimisit, & ad maiorem firmitatem pacti uitulū occiderunt, & per medium diuiserunt, & inter diuisiones vituli transierunt, veruntamen populus cito post à pacto recessit, & seruos, quos liberos dimiserant, quilibet in serui tutem traxit. Quapropter ira Dei fortius contra ipsos insurrexit, & ipsos cito post chaldæis suis hostibus subiugauit. Vitulus occisus est Christus, in duas partes in passione per separationem corporis ab anima diuisus, per cuius. s. mediū pertransitur, quando sua occisio vel passio ad memoriam reuocatur, & tunc pactum transeundo firmatur, quādo Deo ad honorē & memoriam passionis aliquid promittitur, & proponitur. Ista est igitur ueritas, quòd quandoque multi sunt qui tempore tribulationis imminente, & officio prædicationis sonitu commouente, & in firmitatis impetu purgante, quandoque de peccatis suis timore concussi penitent, & pactum de non peccando cum Deo faciētes, lectionis vituli, ideſt passionis Christi memoriam adhibent, & seruos quos iniuste possederant, s. peccata propria vel bona aliena, quæ non iuste occupauerant, dimittunt, & restituūt, & relaxant. Vnde Esa. 58. Dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe, Veruntamen sæpe fit quòd in hoc non solent perseuerare, sed recidiuando, & peccando à pacto iā facto recedere, seruos dimissos. i. bona restituta pauperibus, vel seruos dimissos. i. peccata confessa sacerdotibus resumere, propter qđ iram Dei contra se prouocāt, ita q̄ finaliter necesse est eos temporaliter, & æternaliter deperire. Chaldæi enim. i. dæmones, contra eos finaliter, qui eos in babylonem. i. in infernum captiuant & detrahūt & deducunt. Vnde dicitur. Thren. 1. Ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

CAPITVLVM XXXVIII TEXTVS.
Audiuit autem Sephaeias filius Madian & Hiedelias filius Phassur. Moralitatum Cap. 5.

Qvia Hieremias vera prædicabat, & regem principes & populum Hierusalem captiuandos à Nabuchodonosor publice dicebat, & ipsos de suis criminib. arguebat, principes à rege impetrauerunt quòd in lacum mitteretur, & sic in domum alchie in lacu in quo non erat aqua sed lutum, missus est, & vsque ad os in luto sepultus, vt ibi quam cito moreretur. Abdemalech tamen quidam Aethiops, relationem eius impetrauit, & ipsum subductis funibus, & pannis veteribus, & putridis, quos de domo regis sumpserat, de lacu, & luto leuauit, propter quod salutem animę, & vitæ suę Deus dicto Aethiopi repromisit. ¶ Allega ista, q̄ hodie in curijs principum, & potentum non est qui audeat verum dicere, vitia redarguere, infortunia promulgare, quia principes statim indignantur, & tales veridicos in cacere vel alias grauare continuo moliuntur. Vnde dī Amos quinto. Oderunt in porta corripientem, & loquentem &c. Apostolus. Galat. quarto. Inimicus factus sum vobis vera dicens. D ¶ Vel allega, quod quandoque inueniuntur seculares magis misericordes quam ecclesiastici. Aethiops vero gentilis pauperem innocentem de carcere liberat, ubi principū, & sacerdotum malitia ipsum damnat. Vel dic q̄ Hieremias significat Christum, quem quia vera prædicabat, principes sacerdotum morti adiudicabant, & in lacum, i. sepulchrum occasionaliter posuerunt, & sic nomen eius delere ex hominum memoria crediderunt. Threnor. 3. Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me. Aethiops tamen, ideſt gentilitas ipsum credendo leuauit, & fidem eius recipiens, & eum funibus charitatis amplexans, pannos veteres, & putridos. i. memoriam proprię fragilitatis ministrans, ipsum & ipsius fidem de luto miseriæ, & de lacu incredulitatis saluauit. ¶ Vel dic, q̄ Hieremias est peccator, quem Aethiops. i. pauper Christus, & à lacu peccati & auaritiæ liberauit, quādo pannos putridos. i. mortis & putrefactionis suæ memoriam sibi donat, & charitatis funibus ipsum ligat Ozeæ 11. In funiculis Adam traham eos &c. ¶ Vel illud allegāt fratres minores pro se. Dicunt enim q̄ Hieremias. i. homo de lacu mundi & luto auaritiæ & periculo mortis æternæ extrahitur, quando ab Aethiope. i. à beato Francisco pannis putridis. i. humili habitu induitur, & quando funibus. i. chordis ipsorum cingitur & ligatur. Allega vt suprā.

CAPITVLVM XXXXI TEXTVS.
Et factum est in mense septimo venit Hismael filius Nathanie. Moralitatum. Cap. 6.

Cvm Godolias fuisset præfectus reliquis Israel, & cum Hismael ad ipsum sub specie boni ueniens, ipsum occidisset, factum est, quod octoginta viri rasi barbam, scissis vestibus & squalentes in Hierusalem veniebant, & in manibus munera & thura habebant, vt scilicet Godoliæ munera offerrent & thura in domo domini incenderent, & orarent. Istis igitur prædictus Hismael proditor seu traditor obuiam uenit, & incedens & plorans, ipsos sub specie boni recepit, & statim eos interfecit, & cadauera eorum in

E lacum proiecit. Dicitur tamen ibi, quod inter eos decem uiri fuerunt, qui dicerent se in agro thesaurum hordei frumenti & olei & melius & habere, quod se sibi ꝓmisere daturos, si suis parceret animabus. Quod factum est. Istis enim solis pepercit alios vero occidit, & etiam omnes reliquias capti uauit. ¶Dic, quòd Hismael iste est diabolus, qui pro certo sub specie fletus. i. sub specie boni & pietatis, ad homines intrat & eos per diuersa peccata interficit atque necat, maxime autem quando inuenit homines, qui sunt rasi barba. i. imbecilles & effeminati, squalentes vultu. i. conuersatione difformes & denigrati, scissis vestibus. i. cunctis virtutibus exuti & denudati, videlicet, quia isti Godoliæ. i. mundi principibus studeant placere & munera portare, & thura, i. adulationes deferre. Tales prorsus spiritualiter interficit & eorum cadauera. i. eorum ferentes animas in lacum inferni proijcit & immittit. Esa. 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcerem, & post multos dies visitabuntur. Et erobescet luna, & confundetur sol cum regnauerit dominus &c. Veruntamē qñque inter ipsos peccatores inueniuntur decem homines. i. aliq uiri decem legis mandata seruantes, qui. s. in agro cordis sui, hunc thesaurum virtutum & meritorū absconsum. s. frumentum, de quo fit panis. i. diuinæ scientiæ utilitas, hordeū, palea, tectum, hoc est seipsum abscōdens humilitas, oleum quod est lenitiuum, hoc est cōpassionis benignitas, vel mel quod est gustui sapidum, hoc est deuotionis suauitas. Ista. n. si quis habuerit, ab Hismael diabolo non lædetur, sed de manib. eius præseruabitur & tolletur. Vnde Apoc. 6. Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum non læseris. ¶Vel dic qđ iste Hismael significat malos balliuos & iudices, qui pro certo squalentes & pauperes rapinis & vexationib. interficiunt, illis vero, q̄ habent thesaurum in agro. i. diuitibus & munera promittentibus parcunt. Vnde dr. 1. Reg. 15. Pepercerunt pinguioribus amal. ch, quicquid vero vile & reprobum fuit, demoliti sūt.

¶Vel allega contra ꝓditores & latrones & homicidas, q̄

F fingunt se flere vt possint hominem decipere & lædere.

CAPITVLVM XXXXII TEXTVS.

Et accesserunt omnes principes bellatorum & iohannan filius careæ. Moralitatum Cap. 7.

CVm reliquiæ Israel idolatriæ se dedissent cōtra voluntatē atq; consilium Hieremiæ & Chri, statim incepit eos Hieremias redarguere, & aduentū Nabuchodonosor, Aegyptiq; destructionem & eorum captionem & occisionem prædicere, & contra eos seueriter prophetare ꝓp qđ, vt dicit Comestor, contra ipsum commoti fuerunt, & eum lapidibus obruerunt, Aegyptij uero ipsum prophetam honorantes, eum in sepulchris regum sepelierunt. ¶Istud allega ad duo exemplariter. Primo quod non amat pestilēs eū, qui se corripit, quinimò si quis contra impios ueritatem loquitur, Prou. 15. & ab ipsis protinus impugnatur. Vnde in Pro. 9. Qui arguit deriſorem, sibi iniuriam facit. Secundo illud allega, quod quandoque extranei magis compatiuntur homini quam propinqui, seculares quam religiosi, quia. s. ipsum Aegyptij sepelierunt, & sui eum occiderunt. Mat. 10. Inimici hominis domestici eius. Epiphanius dicit, quod cū Hieremias esset in Aegypto, oratione sua aspides crocodilos fugauit, à quibus antea Aegyptus infestabatur, quinimò ēt secundum quod tradunt hebræi, de puluere eiusdem loci adhuc crocodili fugātur, & aspidum percussura sanatur. Et dicit idem Epiphanius se audisse à uiris senioribus, qui ex seruorum antigoni & ptolomei stirpe descenderant, quod Alexander macedo ad tumulum prophetæ veniens, & loci mysterium cognoscens ipsum in Alexandriam transtulit, & glorioſe eum sepeliuit, & ex tunc aspidum & crocodilorū, qui prius ciuitatem infestabant, rabies aufugit & cessauit. ¶Istud allega, quod cum ita sit, quòd Hieremias, qui interpretatur excelsus domino, i. viri sancti ad Deum eleuati, vel ēt Christus dudū à iudæis occisus, venenosa animalia, i. dæmones & uitia sua oratione fugauerunt, & superauerunt dum viuebant, vtile est quòd puluerem sepulturæ suæ. i. memoriam mortis ipsorum sumamus, & eorum auxilio cōtra serpentes hmōi triumphemus. Alexander enim. i. homo, qui

Moralitatum Super Hieremiam Finis.

MORALITATVM Liber vigesimustertius Super Ezechielem.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.

Et factum est in trigesimo anno, ideſt quarto in quinta mensis. Moralitatum Cap. 1.

EZechiel vidit quatuor animalia mirabilis cōditionis, sicut ponitur Ezechielis primo, & quodlibet istorum habebat quatuor facies, i quatuor partes protensas. s. faciem hominis à parte priori, faciem

B aquilæ à parte superiori, faciem leonis à dextris, faciem bouis à sinistris, habebant ēt quatuor alas, quarum duæ inuicem iungebantē, & corpora eorum duabus alis tegebantur, & pinnæ vnius ad pennas alterius erant iunctæ, & sub pennis minus hois ponebantur, pedes autem ad similitudinem vituli habebant, & pedes eorum recti erant, aspectus eorum ad similitudinem carbonum ignis ardentium rutilabant, scintillæ & fulgura de medio animalium prorumpebant, & sic patet ꝓ ista aīalia habebant facies, alas, manus & pedes, & omnia quadruplicia, quia habebant quatuor facies, quatuor alas, quatuor manus, quatuor pedes. ¶Istam uisionem exponit Gregorius de quatuor euangelistis, sed ad præsens non eam exponamus de omnib. iustis. Dico igitur, qđ uiri iusti ecclesiastici, q̄ in quatuor partibus mūdi sunt positi, in his quatuor aīalibus designari pñt, qui pro tanto animalia dr, quia uita gratiæ animātur. Isti quatuor facies. i. quatuor virtutes cardinales per quas cognoscuntur, à Deo habebant, inquantum, s. temperantiam quæ est facies hois; iustitiam, quæ est facies leonis; fortitudinem, quæ est facie bouis; prudentiam, quæ est facies aquilæ, virtualiter habebant. Homo enim qui refrenat & temperat appetitum, significat temperantiam. Leo, qui est rex aīalium, & discernit inter læsum & nocentes, ipsosq; ēm quod magis & minus leserūt. punit, significat iustitiam. Bos vero, qui est animal forte & patiens laborum, significat fortitudinem & constantiam. Aquila vero, quæ visum habet clarissimum, significat prudentiā. Virtus quantum ad se habet faciem leonis. i. iustitiā ad dextrā quantū ad statū prosperitatis, faciem leonis. i. temperantiam, faciem bouis ad sinistram. i. fortitudinē quantū ad statum aduersitatis, faciem aquilæ. i. prudentiā desuper quia ad statum superioritatis. Ezec. 10. Intellexi quod Cherubin esset & quatuor uult⁹ vni. Itē isti dñt hre quatuor alas, ideſt quatuor bonas affectiones, quib. pñt ad superiora & furtiue volare. Ala. n. gaudij volat ad merita. Ala doloris volat ad peccata. Ala timoris volat ad infernum. Ala spei ad volat ad paradisum, qa gaudium de bono, dolor de malo timor de supplicio, spes de ꝓmio, sunt quatuor alæ iustorum, quib volant

Super Ezechielem. 179

ad salutem. Vnde dicitur Dan. 7. Alas habebat quasi auis quatuor super se. De istis autem malis verum est, quod vna cum faciebus desuper extenditur, inquantum scilicet iustorum virtutes & affectiones bonæ sursum in Deum referuntur, & ipsas desuper datas fatētur, dicentes illud Iac. 1. Omne datum optimum, & omne domum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Alterius autem ad alterum dicuntur ductæ, quantum. s. ipsæ affectiones iustorū inter se charitate ligantur, intantum quod dolor, gaudium, spes, timor vnius. gaudium & dolorem alterius congaudendo, & spem & timorem condolēdo tangere uideatur. Exo. 25. Vnde de Cherubin dr, ꝙ extensæ erant alæ eorum alterius ad alterum. Aduerte etiā, quod de istis affectionib. duæ sunt de præsenti. s. gaudium & dolor, & duæ sunt de futuro. s. spes & timor, & ideo bene dr, quod duæ alæ extendebantur, iuppleo ad futurorum considerationem, s. spes ad paradisum, timor ad infernū. Duæ uero alæ corpus tegebāt, s. gaudium & dolor, quantum ad præsentium & propinquorum meditationem. Corpus. n. tegere respicit præsens tempus, alas vero extendere ad futurum. Esa. 6. Duabus alis tegebāt corpora sua &c. Si autem vis dilatare, ostēde qūo q̄libet ala ideſt quælibet affectio ex pluribus cōstat pennis &c. Sed ꝓculdubio manus humanæ sub alis esse dicūtur, quia opera rationalia, quæ per manus hominis notantur alas affectionum iustorum semper concomitare debent. Non. n. sufficit velle, nisi assit & perficere, & parum ualet affectio, nisi cum possibile est, assit manualis operatio Apostolus. Phil. 2. Operatur in nobis velle & perficere. Ista enim manus seu operatio debet esse quadruplex, quia quantū ad se exercere operā pœnitentiæ debet, quantum ad bonos, opera beneficentiæ; quantum ad malos, opera iustitiæ; quantum ad Deum, opera honoris & reuerentiæ. Eze. 1. Manus hominis sub pēnis eorum. Item pedes ipsorum animalium erant recti, ad denotandum quod intentio finis iustorum, qui per pedes, q̄ sunt fines corporum intelligitur, vitulina. i. simplex & recta esse tenetur. Pedes etiam isti sunt quadruplices inquantū. s. intentio debet habere quatuor conditiones, vt. s. sit sancta sine iniquitate, simplex sine duplicitate, recta sine varietate, continua, sine diffidētiæ instabilitate. Eze. 1. Per quatuor partes euntes ibant. Aspectus etiam eorum, i. conuersatio debet more carbonum per charitatem ardere, & per doctrinā proximi scintillare, & per bona exempla in aliorū oculis fulgurare, & sic scintillæ & fulgura videbunt de medio istorū aīaliū emanare. Apoc. 4. De throno exibant fulgura, voces & tonitrua. ¶Vel dic ꝙ facies, q̄ continet oēs sensus, significat discretionem; alæ, quæ uolant, significant contemplationem: manus, quæ laborant, significant operationem; pedes, qui corpus portant, significant affectionē; aspectus. i. habitus, quem omnes considerant, significat conuersationem. Dico igitur, qđ facies discretionis viri iusti debet esse quadruplex, quia qñque debet esse humana, dulciter aliis indulgendo, & beniguiter se habendo, qñque leonina, seueriter malos puniendo, & iustitiam faciendo, qñque bouina, tarde & mature procedendo, solide & fortiter in uno proposito bono permanendo, qñque aquilina, clare, & subtiliter considerando, & sursum ad Deū per affectionem volando. Dan. 7. Capita quatuor erāt i bestia. Similiter alæ suæ cōtemplationis debent esse quatuor, quia debet contemplari & considerare primo se quantum ad vilem natiuitatem, vitam miseram, mortem asperrimam. Secundo mundū quā sit fallax, quam transitorius, quam laboriosus. Tertio infernum, quam. s. durus, durabilis & periculosus. Quarto paradisum, quod sit amenus, perpetuus & gaudiosus. Allega ut supra. ¶Itē dico quod istī dēnt hre quatuor manus, i. quatuor partes bonæ operationis, scilicet pœnitentiam, beneficiū iustitiam & prudentiam &c. vt supra. Item quatuor pedes bonæ affectionis, scilicet gaudium de bono facto, dolorem de malo commisso, tumorem de supplicio inferni, spem de gaudio paradisi. Item pedes debent esse uitulini & recti p̄ simplicitatem & rectitudinem intentionis. Debent ista animalia habere aspectum splendentis conuersationis, q̄ emittit scintillas charitatis & dilectionis etiam si sit necesse, fulgura asperæ correctionis. Ps. 143. Fulgura coruscationē &c. Et si vis dilata, quod iste aspectus erat ad similitudinem lampadarum, & dic de lampade sicut supra li. 13. c. 26. & 54.

¶Vel dic quod tale animal fuit Christus, qui habuit faciem C humanam qñ fuit incarnatus: bouinam qñ per mortem fuit immolatus, leoninam, qñ resurrexit, aquilinam qñ ascēdit, qui etiam habet quatuor alas, ideſt quatuor glorificati corporis dotes habuit, & scintillas bonæ doctrinæ, & fulgura bonorum exemplorum emisit. Et tunc more carbonum p iustitiæ rigorem ardebit, quando seculum iudicabit, qa tūc secundum. Ps. 119. erunt sagittę potentis acutę. Vel si uis dic in malo, quod animal quatuor facierum, significat homines varios & peruersos &c. vide supra de pardo, ubi inuenies moralizatum contra auaros. ¶Vel dic, quod mali, qui habēt quatuor facies in quantum facies suæ exterioris apparētię, in conditiones quatuor variantur, quia aliquando est humana per fictam benignitatem, aliquando leonina per apertā crudelitatem, aliquando bouina per simulatam ruditatem, aliquando aquilina per elatam pompositatem. Ezec. 1. Apparuit rota vna super terram, habens quatuor facies. Item isti habent quatuor alas superbię, inquantum isti videntur superbire de quatuor, s. de diuitiis, scientijs, eminentiis, & corporalibus gratiis. Daniel. 7. Alas habebat quatuor super se. Zac. 1. Vidi, & ecce quatuor cornua. Item quatuor habēt manus, inquantum ipsi habent quadruplicem malam operationem, s. opera superba contra Deum, luxuria quantum ad se, ingrata quantū ad amicos, crudelia & iniuriosa quantum ad inimicos. Zach. 1. Ostendit mihi dominus quatuor fabros, ideſt quatuor malos operarios, scilicet superbos, luxuriosos, ingratos, & iniuriosos. Item isti habent quatuor pedes, ideſt quatuor malas affectiones, scilicet gaudium & inanem lętitiam, dolorem & inuidiam, tristitiam, timorem desperationis & spem fatuę prę sumptionis. Habent igitur gaudium de mundi prosperis, dolorem de mundi asperis, spē de maiori eminentia consequenda. Dr ꝙ isti quatuor pedes affectionis sunt recti, quia flecti nequeunt ad pietatem, sunt vitulini, quia semper habent admixtam aliquam lasciuiam & carnalitatem. Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius. ¶Vel dic quod pedes istorum significant quatuor istorū malas occupationes. s. auaritiā, qua currunt ad diuitias, carnis concupiscentiam, qua currunt ad delitias, ambitionē, qua D currunt ad eminentias, iracundiam qua currunt ad vindictas vel feuitias. Eze. 1 Per quatuor partes euntes ibāt. Aspectus enim istorum. i. conuersatio scintillat per exempla mala, & coruscat p superflua ornamēta. Ps. 96. Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę &c. ¶Vel dic, quod tale animal est mulier, quæ circa fatuos iuuenes quadruplici facie solet uti. Cin principio humana attrahendo, tandem leonina fortiter contradicendo, tandem bouina se dissimulando, se pūgi & rogari se permittendo, tandem aquilina ad cuncta eorum beneplacita uolando. ¶Vel dic, quod tale animal significat ecclesiam, quę quātum ad sui progressionem quatuor habuit facies seu partes. Prima fuit humana, i. simplex, pauper & nuda in Apostolis. Secunda fuit leonina, ferox & audax, & firma in martyrib. Tertia fuit bouina. i. labori pœnitentiæ assueta in confessoribus. Quarta nunc est aquilina clare videns per scientiam & fidem instructa in doctorib. ¶Vel dic exponendo, de quatuor euangelistis, sicut exponit Gregorius in homelia prima super Ezechielem. Quia. s. quatuor animalia ante thronum filii hominis quatuor euangelistas designant. Facies hominis Matthęum, qui prę cęteris loquitur de Christi humana generatione. Facies leonis Marcum, qui loquitur de Christi resurrectione, quia scilicet leo suscitat catulum mortuum rugiendo. Facies bouis Lucam, qui prę cæteris loquitur de morte Christi & immolatione. Facies aquilę Iohannem, qui prę cęteris loquitur de Christi alta deitate, & ascensione &c. Per omnia uide Gregorium vbi supra. ¶Vel dic, quod homo est rex animaliū, leo ferarum, bos iumentorum, aquila auium. Ista etiam quatuor animalia circa thronum Christi fuisse describuntur, ut per hoc ipse rex regūm & dominus dominantium fuisse intelligat. Habebat in femore suo scriptum, rex regum. Apoca. 19. Illud quod exponitur supra in principio. Ecce ventus. turbinis veniebat ab aquilone, nubes magna & ignis inuoluens, pōt exponi cōtra diuites malos, qui. s. sunt ventus ꝓp vanitatem, turbo ꝓp violentam rapacitatem, ab aquilone veniētes, ꝓp operis frigus & tepiditatem, nubes propter ignorantiæ obscuritatem, magna propter prosperitatem & re-

rum facultatem,ignis propter crudelitatem, inuoluens pp acquirendi insatiabilitatẽ &c.¶Vel expone de Spiritussancto,qui est ignis, nubes & ventus &c. Animalia sancta sicut ponitur.Ezech.1.Ibant & vbi erat spũs impetus, illuc gradiebantur,& vnum quodq; ante faciem suam ambulabant, & non reuertebantur cum ambularent,& hæc erat similitudo animalium,& aspectus eorum quasi carbonum, & quasi aspectus lampadarum, & hæc erat visio in medio aĩalium, splẽdor ignis & de igne fulgur egrediẽs.Sic vere faciẽt sancti viri:quia vbicunque impetus & motus & inspiratio Spiritussancti ipsos mouerit,continuo ibunt:& illud qđ suggesserit,debet sine contradictione complere.Cuius tñ contrarium faciunt illi,qui bonis spiritus cogitationibus & inspirationibus non obediunt,sed resistunt.Vnde dr̃ Act.7.Dura ceruice & incircuncisi cordibus, vos semper Spirituisancto restitistis.Vnusquisq; istorum ante faciem suã ambulat, inquantum de bonis æternis,quæ ante nos sunt cogitat, ad ipsa per opera bona, affectus & desideria gradit̃ & aspirat: tẽporalia,quæ post nos remanent,nec respicit,nec affectat. Apostolus.Phil.3.Quę retro sunt obliuiscens,ad ea vero, q̃ ante sunt,extendens meipsum destinatũ persequor ad brauium.Item cum ambulant,non reuerti dñr,quia. s. quilibet vir iustus.i.in uia morum,quam incepit,& in bono proposito nunquam per recidiuationẽ vel apostasiam vel negligentiam desistit à bono opere siue cessat.Vnde Iob 16.Semitã p quam reuertar, ambulo.Itẽ similitudo & aspectus istorum idest conuersatio,debet esse quasi aspectus carbonum ardẽtium,ignis per feruidam charitatem & quasi aspectus lãpadarum per lucidam honestatem, & de medio talium debet egredi ignis boni amoris,a quo etiam exire debet fulgur iusti rigoris.¶Vel si uis per animalia intellige malos,vt supra expositum est capitulo præcedenti,qui non secundũ rõnẽ, sed secundum impetum spiritus sui & uoluntatis suæ gradiuntur ante faciem suam,s.ad mũdi bona quæ habent ante se per desideria deferuntur,nunquam autem per pœnitentiam à suo malo itinere reuertũtur, sed more carbonum & lampadarum per auaritiam inflammantur,& ideo in medio talium,ignis.i.auari,balliui & famuli conuersantur, à quibus proculdubio fulgur rapinæ contra subditos egreditur
F & grassatur.¶Postquam Ezechiel fecit mentionem de quatuor sanctis animalibus,ipse dicit,quod iuxta animalia apparuit rota vna super terram,habẽs quatuor facies,hoc est dictu,quod quatuor erãt rotæ simul iunctæ,& ecce rota vna in medio rotæ,& totum corpus rotarum erat plenũ oculis, & erat vna similitudo oĩm quatuor,& facies & aspectus rotarũ,& opus erat visio maris,statura quorũ & altitudo erat in rotis, & aspectus horribilis:per quatuor partes ibãt euntes,& non reuertebantur cũ incederent,& ad quencunque locũ declinabant,q̃ prima erãt,sequebãtur &c.Cumq; ambulabant animalia,ambulabant pariter & rotæ iuxta ea,cũ euntibus ibant,cum stantibus stabant,& cum eleuatis à terra pariter eleuabantur,spiritus autẽ vitæ erat in rotis.Quocunque ibat spiritus, illuc & rotæ eleuabantur sequentes eum.¶Per rotas istas possumus intelligere bonos subditos, & maxime religiosos vel clericos,sicut per animalia intelligimus prælatos. Boni.n.subditi rotæ dicuntur pro eo qđ volubiles & mobiles per obedientiam esse dinoscunt̃.Ezec.10.Rotas ipsas pręsente me uocauit uolubiles.Iste igitur debent esse quatuor vel hr̃e quatuor facies, propter uirtutũ cardinalium quaternitatem.Quilibet enim quatuor esse dr̃, qui quatuor virtutibus insignitur,vtpote:quia dicitur temperatus,iustus,fortis & prudens.Vnius etiam dicitur in medio alterius per intimam charitatem, quia quilibet dẽt hr̃e alium in medio sui cordis per memoriam,compassionem, charitatem & unitatem.Rota enim in medio rotæ ponit̃, quando per memoriam & amorem alter in medio.i.in corde alterius stabilitur, sicut dicitur in Prouer. 18. Frater,qui adiuuatur à fratre,tanquam ciuitas firma.Et Apostolus.Gal. 6.Alter alterius onera portare &c.Ac si dicat sic.Alter ĩ medio alterius.Rota tamen ista superterram apparere dicit̃, quia quilibet vir iustus superterram,idest super terrena per ipsorum contemptum esse tenetur.Eccl.5.Tu superterram. Dico igitur,quod istæ rotæ.s.boni religiosi vel subditi dẽnt apparere super terram, contemnendo & spernendo terre- ... iuxta sancta animalia scili

cet frequentando societatem.Debent esse quatuor facies G continendo quadruplicem uirtutum cardinalium quaternitatem.Debet esse vnus in medio alterius per mutuam dilectionem & charitatem.Debet etiam esse in eis una similitudo per communem victus & habitus paritatem,& perpetuam morum conformitatem,vt sic alter posset dicere alteri illud Esa. 14. Nostri similis es effectus. Aspectus eorum debet esse quasi uisio maris per contritionis amaritudinem, & per pœnitentiæ asperitatem.Debet etiam in eis esse statura per constantiæ firmitatem,altitudo per mentis sublimitatem,& aspectus horribilis per squaloris abstinentiæ hispidam difformitatem.Psal.75.Terribilis es, & qui resistet tibi. Iob 4.Inhorruerunt pili carnis meæ. Item isti debent ire in quatuor bonas affectiones:vt.s.per gaudium de bono,& dolorem de malo,timorem de supplicio,spem de præmio ... bona opera ambulent & incedant.Reuerti etiam non debent cum ambulauerint, quia nunquam debent desistere vel retrocedere à bono qđ inceperunt,quia dicitur Luc.6.Nemo mittens manum suã ad aratrum & retrospiciens, aptus est regno Dei.Item tales pleni oculis esse dicuntur, quia uinisti oculis discretionis & circunspectionis illuminat esse ... nentur, vt sic videant & considerent quicquid ad salutem pertinere videant.Apoc.4.Plena erant oculis ante & retro. Vnde Ezech.10.dicitur quod rotarum corpus,colla, manus & pennæ & circuli plena erant oculis,ad similitudinẽ caudæ pauonis,ad denotandum,quod isti boni religiosi & subditi debent habere pennas contemplationis,manus bonæ operationis,collum gustatiuæ deuotionis,& oculos discretionis,& similitudinem caũdæ pauonis.i.picturam bonæ conuersationis.Et quocunque declinabat quæ prima erat, sequebantur,q.a.s.inter bonos religiosos & subditos debet esse tanta humilitas,obedientia, & talis morum conformitas,quod vbicunque vidẽt declinare & inclinari illos,qui primi & superiores sunt inter eos,scilicet bonos prælatos & honestiores & seniores personas pro certo alii debent sequi per imitationem & obedientiam inclinari.Matt.8.Magister se quarte quocunque ieris.Ille igitur rotæ,s.boni subditi,debent sequi animalia sancta. i.bonos prælatos & viros doctos,s.obediendo,& se eis conformando.Eze.10.Gradientib.illis rotæ quocũque subsecutæ sunt. Ita cũ eis debent ire bene operãdo, cũ eis stare fortiter perseuerando,cum eis eleuari à terra terrena despiciendo,& cęlestia affectando.Eleuata sunt de terra corã me,& rõ est,quia spũs vitę debet esse in eis,i.Spiritussanctus,qui debet eis uirtutẽ & gratiam dare,ipsi vero debent eum sequi,& inspirationi & uoluntati ipsius obedire.Eze.1.Vbi erat impetus spiritus,ibi gradiebant̃.¶Consequenter vidit Ezechiel firmamentum super capita aĩalium sanctorum,quod erat de specie crystalli,& in firmamento erat sedes de lapide sapphiri,& in throno stabat similitudo filij hominis,qui in se gerebat per circuitum speciem ignis & electri,& circa se habebat quasi similitudinem arcus cœli,acsi fuerit in die pluuiæ & in nube. Sed pro certo quando supra firmamentum cœli, quod erat super caput eorum,fiebat uox, statim animalia pennas suas submittebant,& sic uocem,quæ facta fuerat,audiebant. ¶De ... quod firmamentum significat ecclesiam,quæ bene fundata est supra firmam petrã,quæ crystallina dr̃,quia in ea splendor ueritatis fidei,& etiam stabilitas perpetuæ permanentiæ reperitur.Sub isto etiam firmamento dñr animalia sancta habitare,quia nullus est bonus aut sanctus,nisi illi, qui firmamento ecclesiæ per fidem & gratiam dinoscuntur manere Gen. 1. Stellas posuit in firmamento cœli.In isto autem ecclesię firmamento est thronus ecclesiasticę,& maxime apostolicæ prælaturæ,q.a.s.de sapphiro cuius est color cœlestis,dr̃ esse, pro eo quod ecclesiastica iurisdictio cœlestis & spũalis totaliter debet esse.Esa.54.Fundabo te in sapphiris, & dabo iaspidem.i.iustitiã propugnacula tua.In isto ẽt throno.i. dignitate ecclesiastica, debet sedere filius hominis.i.psona rõnalis,p honestatem,ad modum electri ... fulgere,per charitatem more ignis debet feruere,p ... tiã debet splendere.arcum ẽt cęlestẽ. i. iustitiã dẽt circa possidere,qui tñ in die pluuiæ & in nube esse dr̃, p eo quod iustitia semper debet esse cum misericordia, & cum dulcedinis profluuio.Vnde Genes.9.Arcum meũ ponam in nubibus. Quid igitur proculdubio si contingat quod de firmamento

A mento ecclesiæ,& quod de throno & iudiciarię potestatis, & filio hominis.i.à prælato exeat aliqua vox.i. à domino p̄ceptum vel statutum,statim animalia sancta,quę sunt subtus .i.subditi boni debẽt statim alas pompæ & superbiæ deponere & illud,quod mandatur,reuerenter audire. Nunquam enim debet esse aliquod tam grossum animal, nec ita alta, nec sancta aut solennis persona, quin mandata Dei & prælatorum verba documentaq; maiorum & seniorum debeat reuerenter audire,& omnem pompam submittere, & pennas cuiuslibet nobilitatis vel sufficientiæ suę postponere,& quod dr̃ vel prædicatur, humiliter auscultare, dicens illud Aba.3.Domine,audiui auditum tuum.¶Vel dic, quod thronus sapphireus est beata virgo,& si quæratur quare dr̃ sapphirea,tractatum est supra de lapidib.c.de sapphiro. Filius autem hominis est Christus,qui.s.in isto throno per incarnationem erit,& ibi sicut splendidus & feruidus apparuit. Qñ igitur vocem istius audiuimus,statim alas superbiæ deponere debemus cum reuerentia exequi quod nobis mandatum sentimus.Psalmist.94. Hodie si vocem eius audieritis. Arcũ etiam prædicationis & iustitiæ habuit, quo peccatores sagittauit.In pluuia fuit,pro eo quod spe veniæ ipsos dulciter consolatus refrigerauit. Prædicatio enim arcus dicitur, q.a debet pungere in die pluuiæ,quia debet vrgere.Apoc.6.Sedens super equum habebat arcum.¶Vel dic, quod ille filius hominis.s.Dei filius in throno sedebit in iudicio, vbi p magnum rigorem,quem prætendit,igneus apparebit & ibi arcum iustitiæ tendet, quem tamen pluuia misericordię quãtum ad bonos temperabit,malos autem sagittabit,ita quod omnes submittant alas suas, inquãtum,vocem suam omnis creatura timebit.Genesi.3.Vocem tuam domine audiui & timui eo,qđ nudus essem. Et tunc dicet peccatori, quando se nudum & sine indumento charitatis & grãæ sentit, & qñ nude quicquid fecit omnibus notum fiet.Hier.13. Nudaui fœmora tua ante faciem tuam, & apparuit ignominia tua &c.

B CAPITVLVM II TEXTVS.

Hæc visio similitudinis gloriæ domini. Et vidi.

Moralitatum Cap. 2.

COnsequenter postquam Ezechiel animalia mirabilia & Dei gloriam conspexerat,ad terram cecidit,præ timore, sed ingressus in eum spiritus domini statuit eũ supra pedes suos præcipiens quod quicquid sibi daret, comederet & voraret,& ecce quasi manus de cœlo mittitur, in qua q.dam liber clausus & inuolutus continebatur,qui coram eo expãditur,& ante eius oculos explicatur.Hic liber scriptus intus & foris erat,scripturarumque mirabilem continebat, scilicet lamentationes,carmen,& ve,scripturæ series possidebat.Isto igitur libro Ezechiel fuit orbatus, & in ore eius ad modum mellis extitit dulce factus. ¶Ezechiel in isto loco significat humanum genus, quod per Adæ peccatum primitus cecidit,sed tandem per spiritussancti mysterium resurrexit, qui.s.ipsum supra pedes,i.ad statum gratiæ statuit & erexit,manus enim diuinæ munificentię de cęlo homini missa fuit,vel manus,idest beata virgo, quæ librum salutis nostræ,idest Christum attulit, qui quamuis ab æterno fuisset p secreta diuinæ prouidentię à nobis inuolutus & clausus vtpote,quia nondum fuerat hominibus reuelatus, ipsum tamen finaliter Deus pater per natiuitatem & crucẽ & mortem coram nobis expandit. Apocalyp.20.Alius liber apertus est,qui est vitæ.Iste enim scriptus erat intus per deitatẽ, & foris p humanitatem. Et pro certo ista scriptura in se habuit sacramentorum fidei corporalem ueritatem,q.a in ista apparuerunt lamentationes pœnitentium, carmina contẽplantium, & gratias Deo agentium,& fœliciter in patria viuentium,& ve damnatorum & pereuntium.In isto enim libro & in verbis eius potes si vis legere lamenta pœnitẽtię. Vnde dicitur Luc.15. Quod gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Item ibi sunt carmina spei & misericordiæ & futuro gloriæ Matth.2.Venite benedicti patris mei, percipite Paradisum.Item ibi est ve damnationis perpetuæ,& hoc cum dicitur Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum &c.Hic autem liber quando per deuotionem comeditur,dulcis & sapidus inuenitur. Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis eloqa tua, super meliori meo.

¶Vel dic,quod iste liber est liber sacræ scripturę, qui intus C est scriptus per sensum spiritalem, & foris per litteram historialem,qui.s.est inuolutus per figurarum consignationẽ, expanditur tamen coram nobis per doctorum expositionem.Iste liber continet lamentationes mundanę miserię & incolatus,sicut est illud Psalm.119. Heu mihi quia incolatus meus prolungatus est.Et alia similia carmina laudis & spiritualis cõsolationis,sicut illud.Laudate dominum omnes gẽtes,cum similibus.Ps.116.Et ve æternæ damnationis & excõmunicationis:sicut illud Eze.Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.Eccl.18.Sed ille liber in ore hominis fit suauis, qñ per os prædicatorum & doctorum de scriptura prorumpit aliquis sermo dulcis.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Et tu fili hominis sume tibi laterem & panes.

Moralitatum Cap. 3.

PRæceptum fuit in visu Ezechieli,quod ciuitatem Hierusalem oppugnaret & quod inter se & ciuitatem sartaginem collocaret.Pręceptum etiam fuit sibi quod durãte obsidione ipse dormiret super latus suum sinistrum pro iniquitate domus Israel, & quod dormiret super latus dextrũ pro iniquitate domus Iuda.Pręceptum etiam fuit sibi,quod panem faceret, quem sub stercoribus cooperiret, & quod ipsum manducaret in pondere, & aquam suam biberet in mẽsura.¶Charissimi, per ciuitatem Hierusalem intelligitur ciuitas pacifica Paradisi,quem quilibet debet velle acquirere, & ideo vt ipsam habeat,non debet cessare cum machinis bonorum operum eam impugnare.Veruntamen sartaginem mortis vel ignis infernalis, videlicet vbi peccatores frixantur,debet inter se & ciuitatem Paradisi per considerationem ponere,& quod istam magis quam Paradisi gloriam meruerit,debet cum formidine cogitare,ibique cor suum debet per timorem frigere, vel versare.Dum durat autẽ ista D obsidio,idest ista bonorum operum pro acquirenda superna Hierusalem executio,homini pręcipitur tria facere, scilicet de latere in latus dormire,panem suum stercoribus tegere,& panem & aquam in pondere & mensura comedere; quę sunt tria,quę homo spiritualiter debet facere,si uult ciuitatem Paradisi acquirere. Et primo debet per contemplationem dormire super latus sinistrum infernalis aduersitatis,deinde super latus dextrum ęternæ fœlicitatis,q.a homo debet per considerationem iacere & dormire, nunc in latere sinistro cogitando de inferno, nunc in latere dextro cogitando de paradiso.Apostolus.2.Corint.6.A dextris & sinistris per arma iustitię &c.Secundo debet panem suum,i. mundi prosperitatem stercoribus cooperire, vt cogitare non cesset sperma fœtidum,saccum stercorum,& cibũ vermium se esse, secundum Bernardum & Innocentium. Debet cogitare quod omnia ista sunt vilia,& viliora, quã stercora reputanda. Apostolus.Philip.3.Omnia arbitratus sum sicut stercora.Tertio debet panem & aquam,idest mũdi delitias & diuitias in pondere & mensura comedere & bibere,vt scilicet superflue non appetat diuitias habere,nec delitias frequentare,sed usum eorum in mensura studeat tẽperare.In vsu.n.diuitiarũ & delitiarum debet esse põdus, q.a.s. homo debet ponderare quam difficile acquirunt̃, quam timide conseruantur,quam dolorose perduntur. Item ibi debet esse mensura,vt.s.nulla sit superfluitas,immo cum Salomone dicat illud Prou.30.Diuitias nec paupertatem mihi deris domine,tribue tantum victui meo necessaria. Et iuxta illud.Sapient.11. Sapiens debet facere quicquid facit, in numero pondere & mensura.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.

Et factum est in anno sexto,in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea. Moralitatum Cap. 4.

CVm ciuitas Hierusalem & seniores templi dominum reliquissent,& idolatriæ dediti essent ita quod diuersa idola in templi parietibus depinxissent,factum est quod similitudo manus apprehendit Ezechielem, qui erat captiuus in babylone, & adduxit eum in Hierusalem in visione Dei,

E Dei,cui dixit dominus, ut uideret abominationes magnas quas faciebant filij Israel, vt procul recederet à sanctuario suo. Vidit igitur Ezechiel in templo primo in porta aquilonis idolum zeli,quod erat ibi factum ad prouocandū emulationem,qui tandem fodiens parietem,uidit similitudines reptilium animalium,idola domus Israel. Vidit etiam seniores Israel, qui in conspectu istorum reptilium adolebant incensum. Item conuersus ad aliam partem, vidit mulieres quæ plangebant adonidem. Item conuersus ad alios parietes, vidit quosdam viros in templo, qui scilicet dorsum ad altare vertebant,& ad orientem adorabant. Alios vidit, qui ramos ad nares suas applicabant. Istæ igitur erant abominationes idolatrarum, quas filij Israel faciebant in templo & in secretis cubilium suorum, propter quę Deum à suo sanctuario recedere faciebant, propter quod dominus terram dereliquerat,& eorum scelera non videbat. Aduerte autē, quod adonis fuit quidam gratissimus iuuenis filius martis, quem dea venus intantum dilexit, quod de eo amicum sūum fecit. Hunc igitur ab apro, quem venabatur occisum, cœperunt mulieres plangere,& rediuiuum credere,& inde apud gentiles mulieres consueuit mos plangendi mortem adonidis inolere, sicut Ouidius metamor. lib. 14. dicit. Reuera per istas abominationes, quæ fiebant in templo à filijs Israel, possunt intelligi quædam vitia, quę hodie fiunt in ecclesia quibusdam fidelibus Christianis. Isti enim à proposito videntur delinquere, vt Deum à sanctuario suo ideſt ab amore ecclesiæ faciant fugere & recedere, ipsamque necel se habebant in tyrannorum manibus dimittere,& de ea nō curare. Vnde dicit Iob 34. Quasi de industria recesserunt à Deo. Si enim parietem foderimus,& si de babylone, ideſt de mundo considerationem Hierusalē, ideſt ecclesiæ ducti fuerimus, proculdubio multa abominabilia & enormia videre poterimus. Vnde Hiere. 13. In agro vidi abominationes. Sunt igitur ista quinque per ordinem detestāda scilicet idolum, reptilia,& eos adorantes, plorantes adonidem, dorsū ad altare vertentes,& ramos ad nares applicantes. Per idolum igitur zeli, intelliguntur immundi detractores, qui zeli & inuidiæ sunt idola & repræsentatores, quia scilicet illi sunt qui verbis detractorijs emulationem & inuidiam prouocant,& rixas & odia sępe mouent. Vnde dicit Psalm. 77. In sculptilibus tuis ad emulationem eum sępe prouocauerunt. Per reptilia depicta intelligo mundi malos diuites & potentes, qui dicuntur reptilia, quia reptant per auaritiam circa temporalia. Isti enim ornatu superfluo depinguntur & à senioribus, ideſt à malis aduocatis & consiliarijs, & ab alijs adulatoribus coluntur,& malis consilijs & adulationibus, aliorumque accusationibus incensantur. Vnde dicitur Act. 25. quod seniores iudæorum postulabant aduersus paulum damnationem. Isti autem principes & diuites bene vuiuersa reptilia dicuntur, quia quidam bufoni inflato per superbiam, alij lacerto caudato per malitiam, alij limaci viscoso per luxuriam assimilantur,& sic de alijs. Psalm. 103. Hoc mare magnum & spaciosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus. Per plorantem adonidem, intelligo iuuenes & iuuenculas & curiosas, qui de aliis personis iuuenibus plorare videntur, inquantum pro eorum malo amore suspirare videntur, dicentes illud Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Peruertentes dorsum ad altare intelligo malos religiosos & ecclesiasticos, qui oculos mentis ad ortum solis ideſt ad claritatem mundanæ prosperitatis vertunt, ab altari vero ideſt à Dei seruitio ipsos diuertunt, & magis quærunt secularia quam regularia,& temporalia quam spiritualia. Hieremia 2. Verterunt ad me dorsum, & non faciem. Per illos autem, qui applicant ramos ad nares intelligo delicioſos, qui scilicet in ramis & rebus odoriferis delectantur, & in hoc excedere comprobantur. Hæc enim omnia abominabilia sunt ad Deum, & detestabilia apud mundum. Vnde dicitur Malac. 2. Abominatio facta est in Israel & in Hierusalem ideſt in ecclesia & religione, quia contaminauit Iudas sanctificationem domini, quoniam dilexit filiam alieni Dei, ideſt prosperitatem mundi, quare autem ista faciant apparet, quia ipsi videntur credere, quod dereliquit dominus terram,& quod non videat Psalm. 72. Dixerunt, quomodo sit Deus?

CAPITVLVM IX TEXTVS.

Et clamauit in auribus meis voce magna, dicens. Appropinquauerunt. Moralitatum Cap. 5.

Ezechiel vidit viros sex, ideſt sex angelos, qui habebant vnusquisq; vas interfectionis ideſt gladium, erat autem in medio vir vnus indutus lineis, habens atramentarium scriptoris in manu sua. Isti igitur præceptum est à voce domini de gloria exeunte, quod signaret thau super frontem virorum dolentium & gementium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio Hierusalem. Alius autem qui portare gladios, dictum est, vt per medium ciuitatis tranſirent, & quod homines vtriusque sexus occiderent, & quod à sanctuario dñi inciperent, & quod nulli penitus parcerent, nisi super illis in fronte signum thau viderent. Sic igitur factum est, quod contaminauerunt domum, & impleuerunt atria interfectis, & ratio redditur ibidem, quod iniquitas domus Israel magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus. ¶Moraliter per signum thau, quod factum est ad modum crucis, significatur crux vel commemoratio diuinæ passionis, per illum, qui indutus est lineis, intelligitur prædicator, qui verbis & exemplis imprimit in frontibus, ideſt in mentibus hominum signum illud, qui.s. per castitatem est lineis indutus, & per scientiam debet esse scriptoris attramentario munitus. Iste enim est angelus, qui portat signum vitæ vel Dei viui. Apoca. 7. Per angelos autem cum gladiis intelliguntur angeli iudices, qui.s. ad executionem iudiciorum parati sunt. Vnde in Cant. 3. Vniusquiusque ensis super femur suū. Quid igitur? Pro certo finaliter quando viderit dominus, quod domus iuda, ideſt ecclesia, quæ per fidem trinitatis confitet quia per iudam interpretatur confitens, & domus Israel, ideſt religio, quæ per contemplationem debet eum videre, & terra, ideſt mundas bene fuerint pleni sanguinibus carnalitatis, & eorum iniquitatibus bene increuerint, sine fine mīdi, tunc mittet angelos suos vel gladios iustitiæ vindictam æternę damnationis exerceant in eisdē, & sic fiet quod nulli penitus parcent, immo senes & iuuenes & virgines quę male fecerunt interficient, & super omnia à sanctuario domini, i. à statu ecclesiasticorum incipient, & eos prę cūctis punient atque lædent, qa quanto quis propinquior est Deo statu & gradu & scientia, tanto si delinquit, acrius est puniendus, quia dī. Luc. 21. Seruus sciens voluntatem domini & non faciens vapulabit plagis multis. Breuiter igitur illud est verum, quod solum viri gementes & dolentes super peccatis suis & aliorum, signum thau, i. crucis Christi memoriam in cordis frontibus deferentes, tunc temporis saluabuntur, & ab angelis percutientibus & peccatores morti & damnationi tradentibus, non lædentur, sed ab ipsis angelis diuino munere defendentur. Vnde Apocap. 7. Nolite nocere terræ neque mari, neque arboribus, quousque signemus seruos Dei nostri frontibus eorum.

CAPITVLVM XII TEXTVS.

Et factus sermo domini ad me dicens. Fili hominis vaticinare. Moralitatum Cap. 6.

Præceptum est Ezechieli, quod uasa aurea more translmigrationis & se mutare volentium præpararet, sibique dictum est. Fili hominis fode parietem, in humeris portabis, in caligine effereris, faciem tuam uelabis, non uidebis terram, & dictum est sibi, quod hoc significabat, quod præceps iuda, scilicet zedechias esset captiuandus excęcandusque, & in babylonem captiuus ducendus: & tamen eam non uisurus, & ibi moriturus. ¶Illud potest dici de homine mortuo. Iste enim de hoc seculo ad aliud transmigrat: partes, ideſt sepulchrum foditur, & in humeris portatur: in caligine mortis effertur, & sibi facies sudario operitur. ¶Vel dic de homine peccatore, qui per spem futurę pœnitentiæ in infernum defertur, facies mentis sudario, ideſt amore mundanæ gloriæ inuoluitur, in caligine ignorantiæ & peccati portatur, & per obstinationem penitus excæcatur, ita quod terra, ideſt mundum & terrena bona, per quæ vehitur in babylonem, ideſt in infernum, ad quem captiuus ducitur, videre per considerationem non ducitur, quia peccator dum est in mundi prosperitatis, nunquam in talibus meditatur. Tren. 1. Vnde de anima peccatrice dicitur. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.

Et factus est sermo domini ad me dicens Fili hominis notas fac. Moralitatum Cap. 7.

Describit enim Ezechiel ciuitatem Hierusalem, vel synagogam à Deo prius dilectam, sed tandem idolatria damnatam, sub figura puellæ dicens, quod erat quædā puella, cuius radix & generatio fuerat de terra chananea, pater *suus Amorreus*, mater sua cethea. Ista à principio quādo nata est, non fuit à suo sanguine munda, nec aqua lota, nec sale salita, nec præcisus vmbilicus eius, nec pannis inuoluta. Quidam tamen dominus videns eam super faciem terræ proiectam sanguine infectam & nudam, atque cōfusione repletam misertus est eius,& quia iam ad mundum muliebrē venerat,& vbera eius intumuerant, pilusque eius germinauerat, ita quod iam amari poterat, expandit pallium sup istā, & operuit eius nuditatem, & iurato pacto ipsam accepit vxorem. Istam igitur aqua lauit, sanguine mundauit, oleo vnxit, discoloribus vestiuit, hyacintho calciauit, byſſo tinxit, subtilibus coloribus induit, ornamento ornauit, armillas in manibus dedit, torquem collo circundedit in aurem super os eius posuit, circulos eius auribus inseruit, & coronā decoris in capite eius posuit, similam, mel & oleum ad comedendum dedit,& sic pulcherrima facta fuit, ita quod nomē & fama ipsius ad gentes pertransiuit. Ipsam etiam vir suus auro & argēto ditauit,& bonis omnibus ampliauit. Sed ista fiduciam habens in decore suo, ingrata viro, qui tanta sibi dederat,& non recordata dierum adolescentiæ suę, cū pluribus fornicata fuit, quos etiam de bonis, quæ sibi maritus dederat, ditauit,& quicqd pro ornatu suo acceperat, ad cōplacendum lenonibus conuertit, qui tandem publica meretrix facta est, nec tamen taliter satiata, sed indifferenter exposuit oīb. Quæ oīa videns vir suus, vestibus & bonis cōcessis expoliauit, ipsamq; tanquā adulteram nudā & confusam dimittens damnauit. Hæc igit in manib. inimicorū suorū tradit, à quibus lapidatur, trucidatur & comburitur, & eius *lupanar q sibi ædificauerat* destruit,& sic suus vir de ea vindicatur. ¶Ista puella potest significare humanam naturā, cuius primus ortus & generatio fuit de terra chananea, in quā tum in campo damasceno, qui est in Syria, quæ dudum fuit terra chananea, fuit Adam secundum sanctos creatus,& natura humana sibi constituta. Pater suus adam fuit amorreus ideſt amarus, mater eius eua fuit cethea, ideſt confracta, qa *pater & mater*, ideſt adam & eua confracti sunt tentatione & amaricati sunt tribulatione. Ista igitur à principio nata est cum vmbilico peccati originalis, cum sanguine carnalis libidinis & delectationis, sine sale debitæ discretionis, & sine pannis honestæ conuersationis, sed pius dominus, i. Dei filius vidēs istam puellam, s. humanam naturam super faciē terræ iacentem, & à terrestri Paradiso proiectam, & in terrenis per auaritiam implicatam sanguine carnalitatis infectam, nudam virtutibus, & vitiorum confusione plenam, ad amādum tamen habilem, vberibus naturalis compassionis *tumidam, & pilis* cuiusdam naturalis affectionis bonæ fęcūdam, ipsam dilexit, & eam per incarnationem & gratiā matrimonialiter sibi iunxit, aqua baptismi eam lauit, sanguine originalis peccati purgauit, & sub pallio fidei suæ ipsam operuit & inuoluit. Vnde dicitur Ruth 3. extende pallium tuum, quia propinquus es &c. Istam etiam vnxit oleo pietatis, vestiuit discoloribus honestatis, calciauit etiam eam hyacintho, i. amore cęlestis ciuitatis, tinxit byſſo castitatis, & induit eam subtilibus innocentiæ & intimioris puritatis & ornauit eam ornamento totius sanctitatis. Vnde Ps. 44. Astitit regina à dextris tuis i uestitu deaurato circūdata varietate. Iste igitur animæ seu etiam naturæ tali modo Deo per gratiam adiūctæ vel copulatæ, & à statu peccati misericorditer releuationis suæ torque, ideſt vinculo diuinorum mandatorum cingitur, os locutionis suæ naturæ temperantiæ ornat: auris sua circulo prompte obediētiæ inseritur, & caput suū .i. cor, corona, i. vitiorum victoria insignitur. Vnde dicitur. Eccl. 45. Corona aurea super caput eius &c. Ista igit tādē nu trit similia sanctæ doctrinæ & eruditionis, melle grāe & deuotionis, oleo charitatis & dilectionis, ditatur auro sapientiæ & argento eloquētis p̄dicationis, & sic efficit decora & pulchra, & pulchritudine totius moralis perfectionis, famosa & vulgata, per diffusionem suæ bonæ opinionis. Vñ in Can. Pulchra es & decora filia Hierusalē. Sed pro certo sępe accidit, quod ista puella. s. anima de sua pulchritudine & sua morali & naturali perfectione superbit: & sic lenonib. i. dęmonibus, mūdo & carni, per diuersa peccata se tradit, & cū eis fornicans suum virum Christum deserit, & beneficiorū eius oblita, cunctis indifferenter uitijs se exponit, quinimmo donaria gratiarum naturalium q̄ à viro suo Deo acceperat, in vsum peccatorū suorū. i. mundi carnis & diaboli, & sic ipsā vilem & abominabilem Deo facit. Quod videns dñs, ipsam bonis temporalib. & naturalib. spoliat, & tortorib. infernalib. tradens, igni & gladio mortis perpetuę uelut adulteram eā damnat, quia pro certo illud est verū, q̄ natura humana seu peccatrix aia ad ipsum Deum per incarnationem assumpta, vel per pnām resumpta & ad morum pulchritudinē & perfectionem reducta, qñ gratijs sibi factis male vtit, ad ęternū suppliciū iudicat, & in inferno concremanda damnatur. Vñ Ezec. 23. Viri igit isti iusti sunt: & iudicabunt eas iudicio. ¶Vel dic q̄ ista puella est ecclasia, quæ in principio fuit nuda per paupertatem, & per diuitiarum tenuitatem, & p credentium paucitatem, fuit sanguine plena per martyrū pœnalitatem, ad terram proiecta per contemptum & aduersitatem, à fęcib. errorum non bene lota, nec salæ perfectæ sapiētiæ salita, per fidei sanctitatem, per hęresum absterſionem & puritatem, veruntamen dñs misertus eius, ipsam ab errorib. lauit & purgauit, reddita pace sanguinem martyrum iam ab ea absterſit & eam prius delectam, iam mirabiliter dilatauit & prędictis virtutib. adornauit, auroq; & argēto ditauit, gratijs & scientijs, honore & regimine ampliauit. Sed quid? Ista videns se decoram & pro speritate floridam, iam non cessat virum suum Christum & eius seruitiū cōtemnere, quinimmo iā vī tempus adolescentię suę, & paupertatem illā, quā habuit in principio, obliuioni tradidit,& non cessat cū leonib. i. cum mūdo, carne & diabolo per vitia fornicari,& diuitijs à Deo receptis ipsos oblectare, bonaque ecclesiastica in vsus deputare dęmonum, quia propter hoc videmus quod Christus istam tanquam adulteram iam respuit, vestimentisque bonorum terrenorum exuit eam,& in manibus tyranorum eam tradidit, quę. s. ipsam lacerant tribulationibus,& diuersis afflictionibus eam cremant. Nam quia ecclesia bonis sibi à Deo cōcessis male utitur, iusto Dei iudicio fit, vt à principibus affligat, vt sic ista, quę primitiui sui status oblita, Deo tantis bonis ingrata extitit cogatur de tribulationibus ad eum reuerti, quem dereliquit. ¶Vel si uis, applica cōtra quasdam mulieres, quæ quamuis de vili plebe quandoque assumantur,& ornamentis, diuitijs & delicijs impleantur, iste tamen aliquotiens fornicantur,& istę comburi merent. ¶Vel die contra ingratos, qui de nihilo eleuati, benefactorē suū deserunt,& alijs se committunt, tempus pristinę paupertatis suæ obliuiscuntur,& bona sibi concessa ab homine vel à Deo in vsus superbiæ, & in offendiculum creatoris sui vel benefactoris expendunt, sicut ad litteram patet de multis, q̄ de vili statu ad diuitias peruenerunt.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

Et factum est verbum domini ad me, dicens. Fili hominis, propone. Moralitatum Cap. 8.

Sicut ponit Ezechiel in pręsenti c. quędam aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis & varietate uenit ad libanum, tulit medullam cedri & summitatem frondium eius auulsit, & transportauit eam in urbem chanaam in urbem negociatorum. ¶Aquila ista est filius Dei, qui propter immensitatem essentię fuit magnus,& plumis uirtutum omnium fuit plenus. Ista enim venit ad libanum huius mundi, qui in cedro ideſt in altissima virgine tulit nostræ humanitatis medullam, cuius frondes ideſt defectus auulsit & abstulit, & eandem ipsam in vrbem negociatorum ideſt in Paradisum, quæ est urbs sanctorum in ascensione portauit. ¶Postquam aquila dicta

E medullam cedri in vrbem negociatorum transtulit, plantauit vineam super aquas multas in terra bona, vt faciant fructum, & sic creuit in vineam grandem, ita tamen quod rami vineæ aquilam, quæ ipsam plantauit, respicere teneãtur. Facta est igitur vinea & fructificauit & emisit propagines, sed quædam alia aquila erat magnarum alarum ad quam ista vinea incepit respicere, & auxilium ab ea petere, propter qđ aquila prima, quæ ipsam plantauerat, eam euulsit, & ventus vrens ipsam arefecit, omnemq; prosperitatem amisit. ¶Sic vero hodie & quotidie loquendo allegorice constat, quod vera aquila, ideſt Dei filius, postquam medullam cedri, ideſt humanitatem nostram acceperat, & in vrbem negociatorũ, ideſt in Paradisum vbi sancti negociatores & mercatores, q̃ scilicet æterna pro terrenis mercari sciuerunt, commorantur, eam ascendendo detulit, vineam ecclesiæ suæ plantare voluit, & eam in terra bona, ideſt in fide christiana super aquas, ideſt super fluuium gratiarum, & scientiarum fundauit. Ista igitur creuit in vineam latam, & iam quasi per totũ seculum se diffudit, propagines, ideſt fideles euulsit, & iam fructus diuitiarum multarum acquisiuit. Vnde dicitur. Gene. 2. Plãtauit dominus Deus Paradisum voluptatis à principio. Istud tamẽ verum est, quod rami huius vineæ, ideſt filij ecclesiæ, semper ad istam aquilam scilicet ad Deum tenebãtur respicere, & per fidem, spem & deuotionem in ipsum oculos mentis figere, & ad eam totis affectibus anhelare. Vnde Psal mist. 120. Ad te leuaui oculos meos. Sed ista vinea cum ramis suis iam videtur Deum plantatorem suum Christum despicere, & aliam aquilam huic inimicam, s. ad mundum vel ad mundi principes & raptores, oculos mentis flectere, & ab ipsis auxilium & fauorem implorare, quapropter fit, quod prima aquila, ideſt Christus, istam vineam cum ramis, ideſt ecclesiam cum filijs suis despicit, & ipsam tyrannis & hæreticis mediante vento tribulationum comburit, quia dum ecclesiam & ecclesiastici sperare in domino obmiserunt, & ad auxilium secularium principum confugerunt, ipse dominus suum retraxit auxilium, & contra eos venti tribulationum increuerunt, ita quod prosperitatem & gloriam perdiderunt. Igitur respiciamus primam aquilam, non secundam & speremus in domino, non in mundo. Psalmist. 36. Spera in domino & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius. Ideo de tali vinea dicitur. Psalmist. 79. Vineam de Aegypto, ideſt de gentilitate & paupertate trãstulisti, eiecisti gentes & plãtasti eam. Extendit palmites suos vsque ad mare. Etiam sequitur. Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eã omnes prætergredientes viam? Exterminauit eam aper de sylua & cætera. ¶Vel dic quòd talis vineas significat sortilegos, quos prima aquila, ideſt Deus in ecclesia & fide plantauit, & quandoque in ecclesiæ beneficijs, qui tamen postea cum altera aquila, ideſt cum diabolo se confœderant, & ab ipsa auxilium & responsa postulant, qui scilicet in fine comburuntur & damnantur. ¶Consequenter dominus promisit se plãtare aliquem ramum cedri super montem excelsum, & qđ faciet fructum & fiet in cedrum magnam, ita quod volucres sub eo habitabunt, & humiliabitur lignum sublime, & exaltabitur lignum humile, siccabitur lignum viride, & frõdescet lignum aridũ. ¶Illud applica, quod Deus de vno modico ramo facit quandoque magnam cedrum, ideſt magnã & honorabilem personam, & in monte excelso alicuius dignitatis constituit eum, ita quod volucres, ideſt nobiles sub ipso commemorãtur, & sic fit, quod Deus quotidie facit siccare sublimes & virides, ideſt superbos & carnales, exaltari vero & frondescere facit per prosperitatis gloriam humiles & pauperes. Vnde dicitur Lucæ 5. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.

F

CAPITVLVM XIX TEXTVS.

Et tu fili hominis assume planctum super principes Israel. Moralitatum Cap. 9.

QVædam leæna tulit vnum de leõculis, & leo factus est, & didicit capere prædam, & hominis deuorare, viduas facere, & ciuitates in desertũ ducere, ita quod desolata est terra à facie rugitus eius, & audierunt gentes & non absq; vulneribus cęperunt eum miseruntque eum in carcerẽ, ne audiretur amplius vox ipsius super montes &c. ¶Talis leo significat quosdam malos officiales & peruersos, qui in principio sunt leunculi, ideſt parui balliui vel aduocati, vt quandoque mater ipsorum. i. ecclesia vel religio, ciuitates uel prælatos, ipsos ad aliquod officium assumit, qui tandem lapsu temporis leones. i. magis crudeles tyranni efficiuntur, ita quod ab eis per rapinas homines deuorantur, & ciuitates etiam desertæ & pauperes efficiuntur, ita quod rugitu suorum pauperes totius patriæ deterrentur. Vnde dicitur. 1 Pet. 5. Tanquam leo rapiens & rugiens circumit quærens quem deuoret &c. Sed finaliter querela gentium, q̃ contra tales solet insurgere & post multa tribulationum vulnera quandoq; procurãtur, quod ipse in carcerem vel in mortem, vel in depositionem traditur, ita q̃ ex tunc vox minarum & iniuriarũ suarum super mõtes, i. in altis dignitatib. & officijs amplius non auditur. Ita quotidie videmus ad sensum in curijs dominorum, vbi leones consiliarij seu officiales crudeles finaliter destruuntur, & iusto Dei iudicio eadem mensura qua alios mensi fuerant, metiuntur. ¶Consequenter dr ibi. Mater tua quasi vinea plantata in sanguine, cuius fructus & frondes eius creuerunt ex aquis multis, & factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium & exaltata est statura sua inter frondes, sed tandem euulsa est in iram, in terramque proiecta est & vẽtus uiens siccauit eam, arefactę sunt uirgæ roboris eius & ignis comedit eam, ita quod non fuit amplius in eis uirga. i. sceptrum dominantium. ¶Talis uinea dicitur esse progenies tyrannorum, ipsorumque domus imperium & maiestas, quę scilicet in sanguine & violentia est fundata, & cum effusione sanguinis introducta Dato enim, quod ista possint prosperari, & quod eorum domus uideatur exaltari, & maxime reputari, uirgæq; solidæ. i. homines fortes quandoque solent exinde generari, qui etiam aliis habebãt sceptro & imperio dominari, finaliter tamen domus à Deo euellitur, & ita igne tribulationis arcescit & consumitur, quod nulla uirga fortis. i. nulla persona nobilis, nullum sceptrum dominãtium, ideſt nullus, qui habeat dominium, inueniturin eis, quia breuiter istud est uerum, quod uinea, ideſt domus uel ciuitas uel iurisdictio, seu quæcunq; respublica, quæ à sanguine crudelitatis, & rapina sumpsit ortum, non solet diu stare, sed finaliter arescere & perire, sicut patet de iperiis gothorum, uuandalorum, persarum, græcarum, & romanorum, & sicut potissime patet de domibus italiæ tyrannorum, quas sicut dicitur Esa. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem &c. ¶Vel dic, quod uinea plãtata in sanguine est persona ecclesiastica, uel una cognatio uel congregatio, in affectu sanguinis & cõsanguinitatis promouetur, quę quamuis aliquandiu prosperentur, ita quod exinde uirgæ solidæ. i. personæ notabiles producantur, finaliter tamen deficiunt, arescunt & siccãtur, ita quod nulla uirga fortis. i. nullus notabilis in eis reperitur. Ideo bene dicitur Mic. 3. Ve qui ædificatis syon in sanguinibus.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.

Et factus est sermo dominiad me, dicens. Fili hominis, pone faciem tuam. Moralitatum Capit. 10.

DOminus minatur ciuitati Hierusalem, quod ipse educeret gladium suum de uagina sua ad omnem carnem. Gladium dico suum limatum & exactum, & irreuocabilem. Gladius (inquit) meus ut splendeat, limatur est, ut occidat uictimas, exactus est, præcepit dominus quòd duplicetur gladius, aut triplicetur. Hic est (inquit) gladius occisionis magnæ. Sequitur. Mucro euaginare ad occidendum. Et dicit quod præ timore istius gladii tabescet omne cor, dissoluentur uniuersæ manus, infirmabitur omnis spiritus: & per cuncta genua fluent aquæ. ¶Talis gladius uidetur esse mors. Iste est gladius, qui est acutus ad penetrandũ & est limatus & splendidus ad terrendum, & etiam gladius qui quandoque est duplex, inquantum occidit corpus & animam, quandoque triplex, inquantum occidit animam, corpus & famam. Iste etiam irreuocabilis dicitur, quia postquam de uagina dispositionis suæ ipsum dominus immiserit irreuocabiliter illum, quem uult percutere, numerat. Et ideo iste ad omnem carnem mittitur, quia omnis caro cum gladio isto trucidatur, & propter hoc iste gladius

A dius dicitur magnæ occisionis, quia iste est causa generalis omnis hominis interfectionis. Vnde in Deu. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Qui igitur istum gladium bene videt & considerat, necesse est quod cor eius præ timore tabescat, & quod omnis spiritus superbiæ refrenetur & quod aquę lachrymosæ compunctionis per genua humilitatis fluere censeantur. ¶Vel dic qđ tales gladii sunt tyranni, qui sunt exacuti ad pungitiue rapiendum & ad occidendum per crudelitatem, splendidi ad pompatice incedendum per prosperitatem. Sunt irreuocabiles per obstinationis & mali sui propositi firmitatem, q̃ scilicet isti per sæuitiam sunt acuti, per inanem gloriã sunt splendidi, per præcipitationem & fatuitatem irreuocabiles possunt dici. Nullo enim timore Dei, vel nullo amore p̃ximi vel nullo consilio alicuius boni viri a sua malitia reuocari possunt. Istos igitur diabolus de vagina suæ iniquitatis euaginat, & cum eis iustos dilacerat & detruncat, & diuersis tribulationibus eos turbat, quapropter omne cor & omnis spiritus merito metuit & formidat. ¶Vel dic, quod gladius est lingua detractionis. Psal. 56. Lingua eorum est gladius acutus. Quæ limat ornate loquendo, splẽdet adulatoria inferendo, sed tandem pungit aspere insciẽdo & detrahendo, & est irreuocabilis, vix aut nunquam famam, quam abstulit, restituendo, & ideo iste gladius dicitur duplicatus, inquantum detractor plures simul interficit obloquẽdo, quia ipse lædit se & illum, quem diffamat & eum, quem auscultat. Vnde Hugo lib. 2. de anima. volens ostendere, qđ dicitur lingua a lædendo, a lingendo, vel ligando & a labendo, dicit sic, quod lingua dicitur quia lingit adulando, mordet detrahendo, occidit incidẽdo, ligat & ligari nõ p̃t, labitur & teneri nequit, labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias & multos interficit vno ictu, blanda est, subdola & lata, & parata ad miscenda mala, & extrahenda bona. Vnde in Prouer. 21. Qui custodit os suum, custodit animam suã. Prouerb. 18. ibidem. Quoniam mors & vita in manu linguæ. Bernardus etiam in quodam sermone dicit. Quod verbum

B leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur.

CAPITVLVM XXIII TEXTVS.

Et factus est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis, duæ mulieres. Moral. Cap. 11.

OOla & ooliba fuerunt duę mulieres filię matris vnius, sicut figurat hic propheta de ciuitatibus Hierusalem & Iamariæ, & fuerunt impudicissimæ meretrices, ita quod prima oola primo insaniuit libidine in assyrios amatores suos, vestitos hyacintho, principes & ascensores equorum & iuuenes cupidinis, sed finaliter isti amatores sui occiderunt eam, & discooperuerunt ignominiam eius. Quod cum vidisset soror eius ooliba, magis ad hæc insaniuit libidine, quia videns imagines chaldeorũ depictas in parietibus, expressas coloribus, accinctas balteis, renes, & tiaras in capitibus ad similitudinem filiorum babylonis insaniuit libidine, & misit pro eis in patriam suam vt dormirent cum eadem, quapropter factum est quod ipsi sui amatores, ipsam nudã spoliauerunt & vestimenta eius tulerunt, nasum eius & aures præscinderunt, & quæ reliqua fuerant, gladio concideruntt. ¶Illud potest allegari contra malas mulieres, quia dato q̃ aliqua videat, q̃ soror ipsius, vel vicina fuerit ex hoc diffamata, depauperata, & spiritualiter interfecta, ipsa tamen fieri libidinosa propter hoc non omittit, immo compros & etiam pictos iuuenes diligit, quapropter nuda, & pauper remanet, & vitam famæ, & gloriæ inde perdit. ¶Vel dic, quòd tales malæ mulieres sunt animæ peccatrices, quæ ab ista matre videntur conceptæ, & ab isto patre primogenitæ, vel creatæ. Iste enim cum assyriis, ideſt cum aduersarijs suis, ideſt mundo, carne vel diabolo fornicari videnť, inquãtum in eorũ suggestionibus, pompis & prosperitatibus delectantur, ita quòd cum ipsis per diuersa vitia fornicantur. Ita enim amatores sui, mundus, caro & dæmonia, qui ipsum nunc amare se simulant, istas vestibus virtutum spoliant, naso deuotionis, & auribus, i. auditu verbi Dei das priuãtur, & sic damnationis gladio eas finaliter truncant. Et dato q̃ ista prima pereat in oculis aliorũ, alię tñ priores se propter hoc non castigant, immo ad idem vna exemplo alterius magis perambulat, & declinat supplicium. ¶Vel dic, quòd tales sunt malæ religiosæ personę, quę dato q̃ gloriam mundanorum appetentes, cum ipsis quandoque per apostasiam forni cantur, ita q̃ inde etiam ad periculum, & carcerem deducũtur, alii tamen nequaquam propter hoc castigantur, immo ad eundem casum currere quotidie comprobantur.

C

CAPITVLVM XXVII TEXTVS.

Et factus est verbum domini ad me, dicens. Tu ergo fili hominis assume. Moralitatum Cap. 12.

MIrabilem figuram vnius nauis videtur hic describere propheta, comparãs ciuitatem Tyri naui, pro eo qđ in mari sedebat, & multa nauigia possidebat. Isti igitur naui seu ciuitati sic loquitur. O Tyre tu dicis, p̃fecti decoris ego sum, & in corde maris sita, finitimi tui, qui ædificauerunt te, impleuerunt decorem tuum, abietibus de Sanir extruxerũt te, cedrum de libano tulerunt, vt facerent tibi malum, quercus de Basan dolauerunt ad remos tuos, transtra tua fecerunt tibi de Ebore indico: Prætoriola tua de insulis Italiæ, Byssus varia de Egypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo. Hiacynthus & purpura de insulis eliza facta sunt operimentum tuum ¶Per istam ciuitatem, quæ naui compa ratur, intelligitur ecclesia militans, quæ dicitur Tyrus q̃ interpretatur angustia, propterea quod semper ista in tribulationibus & angustiis viuit, & more nauis in fluctibus amaricationum semper sistit. Vnde in Prouerb. 31. Facta est quasi nauis institoris. Abietes, q̃ sunt arbores leuissimæ, sunt pauperes, qui fuerunt primitiuę Ecclesiæ fundatores, qui de Sanir (quod interpretatur Deus luminis) esse dicuntur, pro eo q̃ ipsi fundatores ecclesiæ a patre luminũ constituti noscuntur, qui ẽt fuisse luminosi & scientifici esse comprobantur. Vnde dr Iac. 1. De sursum est, descendens a patre luminũ. Cedrus arbor altissima significat prælatum, qui in dignitate & statu cæteris esse altior, & in cõtemplationis celsitudine debet alijs esse maior, qui ẽt de libano (quæ interpretatur candor) esse dr, pro eo q̃ prælatus candidatus per castitatem esse tenetur. Vnde in Canti. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Iste igitur malus in naui ecclesiæ erecta, quando ad prælationis dignitatem assumitur, quia pro certo de cedris, i. de altis cõtemplatiuis, & perfectis personis dẽt malus nauis, i. prælatus ecclesiæ fieri, & ad prælaturæ officium eleuari. Psal. 91. Iustus vt palma florebit. Quercus arbor duríssima & fortissima significat martyres, qui fortes & solidi extiterunt, qui. s. de Basan (quod interpretatur siccitas) fuerunt dicti pro eo quod fuerunt pœnis & abstinentiis desiccati. Zacha. 11. Vlulate quercus Basan. Igitur isti remi ecclesiæ facti sunt, inquantum ipsam ad portam paradisi ducunt. Verumtamen isti per martyria fuerũt dolati, & a cunctis superfluitatibus gladiis detruncati. Trãstra istius nauis significant cõfessores, qui de ebore indico dr esse, pro eo q̃ isti castitatis candore præ cũctis visi sunt floruisse. Prætoriola vero, i. apotecæ doctores significant, qui aromata scientiarum in se reponunt, & de insulis Italia (q̃ interpretatur mens excedens) dr esse, pro eo q̃ per profunditatem scientiæ humanam in daginem excedũt. Byssus igitur, quę est linum candidissimũ, puritatem designat conscientię. Hyacinthus, cuius color est cęlestis, significat conuersationem spiritualis & cęlestis apparentiæ, purpura vero designat ruborem & ardorem charitatis, & amicitiæ, quia. s. velum ideſt cõscientiæ secretum de Byſſo. i. purissimum & mundissimum esse debet, operimẽtum vero exterioris conuersationis debet esse per charitatem purpureum, & per cęlestem vitam, & apparentiam hyacinthinum. Hierem. 10. Hyacinthus, & purpura indumentũ eorum. Dico igitur, q̃ nauis vel ciuitas ecclesiæ facta est de abietibus de Sanir. i. de pauperibus luminosis, & a patre luminum per gratiam illuminatis. Mali etiam, ideſt prælati ipsius, facti sunt de cedris libani. i. personis in Deum eleuatis, & velo byssino ideſt puritate cõscientiæ decoratis. Quercus ẽt de Basan ideſt personæ fortes & constantes siccæ, & abstinentes. s. martyres, transtra eborea ideſt casti confessores mente alios excedẽtes, decorem ipsius compleuerunt, hyacinthusque cęlestis apparentiæ, purpura vero patientiæ sibi operimentum charitatis dederunt. Sic igitur potuit antiquitus

D

E quitus dicere nauis ista. Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita, i. in plenitudine oium bonorum spiritualium collocata. Isti igitur tunc tēporis poterat dici illud Hierem. 16. Similiam, mel & oleū comedisti, & decora facta es. ¶ Postquam Ezechiel descripsit ciuitatem in similitudinē nauis, incepit dicere de diuitiis, & gloria istius ciuitatis. Et ponit, quo ad nundinas eius diuersæ gentes de diuersis mundi partibus ducunt diuersa mirabilia, & mercimonia, quæ repleta est, & glorificata nimis in corde maris, sed istius finis fuit interitus. Vnde sibi dr. In aquis multis adduxerunt te remiges tui, ventus austri cōtriuit te in corde maris, diuitiæ tuæ, thesauri tui, instrumentum tuum, nauræ tui, & gubernatores, q tenebant supellectilem tuā, & populi tui præerant viri bellatores tui cum vniuersa multitudine tua cadent in corde maris, in medio maris opes tui sibi alienerunt super te negociatores populorum. Ad nihilum deducta es, & non eris in perpetuum. ¶ Illud pōt applicari contra mundanam religionem vel ecclesiam, quæ. s. in principio fuit nauis salutifera, modo, quo supra dictum est, fabricata. Ista. n. antiquitus habebat nundinas spirituales, in quibus spiritualia pro terrenis dabat, & sic sanctos negociatores bonis cœlestibus ditabat. Et ideo antiquitus populi seculares ad istā per deuotionem confluxerunt, mercimonia sua. s. redditus, & possessiones attulerunt, & eam summis opibus ditauerunt, nunc etiā ad alias nouas nundinas, s. vbi dantur spiritualia pro terrenis, beneficia pro pecuniis, alta officia pro carnalibus amicitiis, iam quasi totus mundus incepit confluere, mercimonia munerum, precum & adulationum offerre, ita q iā constat ecclesia diuitiis, opulētiis plenam esse, pompis, & superbijs lasciuire. Sed pro certo timendum est, ne ventus austri, idest prosperitas sua ipsam conterat, & in mare tribulationum, & amaricationum subuertat. Iam enim videmus q diuitiæ, thesauri, & multiplex instrumentum incipiunt ab ecclesia deficere, nauræ & gubernatores, qui præsunt suo populo, idest prælati bellatores (scilicet prędicatores & viri iusti iam incipiunt cadere. Sicut ceciderunt a virtute morali, ita etiam videmus eos a prosperitate tēporali, ita continue

F declinare, quia iusto Dei iudicio fit, q qui propter temporalia Deum voluerunt deserere, etiam ipsam gloriam temporalem compellātur amittere. Quapropter iam cernimus q opes temporales iam cessant, q quæ ista nauis ecclesiæ ad nihilum deducitur, negociatoresque, idest sæculares iam eā contemnendo super ipsam sibilant & insultant. Vnde Esa. 2. Repleta est terra eius idolis. Et sequitur Quod dies domini exercituum super oēm superbum & excelsum & arrogantem humiliabitur &c. Quia breuiter, postquam terra. i. ecclesia, incepit repleri auro, argento & diuitiis, statim repleta est equis, idest viris luxuriosis, & superbis & idolis, idest viris ignorantibus & pigris, quapropter iam incipit dominus super superbos & arrogantes clericos visitare, & ipsorum superbiam humiliare. Vnde illud Esa. 32. Humilitate, humiliabitur ciuitas. ¶ Vel si vis dic contra mundi magnos status, & contra magna mundi imperia, quale fuit imperium, græcorum, persarum, caldæorum, pœnorum, romanorū, & contra superbas sæculi ciuitates, qualis babylon, niniue, carthago, troia, & similes, vel contra ipsos mundi superbos dominos & tyrannos, qualis fuit Nabuchodonosor, Tyrus, Alexāder, Iulius Cæsar, & alii, qui mundum per violentiā oppresserunt, & qui summa prosperitate floruerunt, nautas, naues & bellatores ad subiugandos populos habuerant, ita quòd a cunctis mundi partibus populi mercimonia, idest tributa & munera detulerint, quos tamen cum regnis & imperiis suis per violentiam acquisitis ventus auster, idest flatus fortunæ subuertit in mare, idest in paupertatē submersit, & ad nihilum compulit & redegit. Psa. 36. Vidi impium superexaltatum sicut cędros libani.

CAPITVLVM XXVIII TEXTVS.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili
Moralitatum Capitulum. 13.

IN persona & figura primi Angeli prophera pulchre reprehendit principem Tyri, qui de sua sapientia superbiebat, dicens, sic eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & non homo, & in cathedra Dei sedi, in corde maris cum sis homo, & nō Deus, & posuisti cor tuū quasi cor Dei. Ecce sapientiores tu Daniele & omne secretum non est absconditū a te, in sapientia tua & potentia tua fecisti tibi fortitudinem & acquisisti aurum & argentū in thesauris tuis, in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, propter rea eleuatum est cor tuū quasi Dei. Ecce ego adducos super te alienos robustissimos gentium, & nudabūt gladios super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum, & interficient te in medio incircuncisorum, morieris in corde maris &c. ¶ Ista possunt applicari cōtra mundi sapientes & aduocatos, qui præcæteris habent cor altum & eleuatū. Videntur. n. dicere se Deos esse & non homines, inquantum aliquid vltra alios homines sapiunt, & inquantum omne secretum diuersarum quæstionum dissoluere prætendunt, & quòd Danieli, idest cuicunque sancto viro, vel theologo in sapientia se præponunt, & in cathedra Dei sedisse, idest in studiis docuisse, vel in iudiciis vel in officiis pro tribunalium reddidisse se dicunt. Igitur isti cor suum quasi cor Dei videntur ponere, in quantum se aliis noscuntur præferre, & de scientia superbire. A postolus. 1. Corint. 8. Scientia inflat, charitas vero ædificat. Quid igitur? Pro certo isti in sua sapientia, idest in consiliis, iudiciis, aduocationibus, & sectionibus acquirunt fortitudinem temporalem, multiplicant thesauros & diuitias infinitas, & in negociatione vsurarū & mercimoniarum, quas alii aliquando exercent, dilatant, multiplicant bona sua, & acquirunt fortitudinem potentiæ secularis. Ita quòd sicut videmus, pauci sunt, qui talium resistunt hodie potestati. Hier. 4. Sapientes enim sunt vt faciant mala, bene autem facere. nescierunt. Sed Deus tradet tales finaliter in manu robustissimarum gentium, scilicet dæmonum, qui gladiis infirmitatum & tribulationum, qui ipsos acuit, pulchritudinem suæ sapientiæ polluunt, decoremque suæ temporalis gloriæ destruunt, & per mortem temporalem eos quandoque subito interficiunt, & in corde maris, idest in inferno per æternam damnationem occidunt. Iffis igitur dicitur illud Ela. 47 Sapiētia tua & scientia tua hæc decepit te, & dixisti. Ego sum, & præter me non est altera, & veniet supra te malum, & non scies ortum eius, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiari. ¶ Propheta loquitur ibidem de primo Angelo, dicens. Tu signaculum plenitudinis, plenus sapientia ac perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti, omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, topasius, iaspis, crysolytus, onyx & beryllus, saphirus, carbunculus & smaragdus, aurum opus decoris tui. Tu Cherub extentus & protegens, posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, & es perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ. ¶ Ista possunt exponi de quolibet viro iusto, & maxime ecclesiastico vel prælato, quitalis debet esse signaculum similitudinis per Dei & sanctorum imitationem. Plenus sapiētia per spirualem discretionem. Perfectus decore per honestam conuersationem. In deliciis paradisi esse per affectionem & per contemplationem. Omnium lapidum preciosorum operimentum habere per omnium virtutum adeptionem, quia in operimento perfectionis suæ debet relucere sardius, qui timorem pellit, & facit audacem, i. spei virtus & soliditas. Topasius qui lunam sequitur, i. obedientiæ & imitationis bonorū conformitas. Iaspis, qui oculos clarificat, idest fidei splendor & luciditas. Crysolitus, qui dæmones terret, idest humilitas. Onyx, qui oculos facit tremulos, idest Dei timor, & sua considerata feueritas. Beryllus, qui litibus præest, idest patientia & benignitas. Saphirus qui discordes recōciliat, idest perfectus amor & charitas. Carbunculus, qui fumme emicat, idest discretio, sapientia & sagacitas. Smaragdus, qui visum recreat, idest bona conuersatio & honestas. Aurum etiam, quod summe ponderat, debet esse opus decoris suis, idest morum granitas & maturitas. Ista enim omnia debent esse operimentum boni prælati, vestis & regimen cuiuslibet ecclesiastici, vel etiam virtutes, vt sic dicatur illud Ecclesiast. 50. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Iste insuper debet esse Cherub. idest vir Angelicus, qui interpretatur plenus scientia propter scripturæ, fidei & scientiæ eruditionem. Debet esse extentus ad alios per liberalitatem & compositionem. Debet esse protegens per pauperum adiutorium & defensionem. In monte etiam sancto Dei vbi impositus est, idest in eo offi-

A cio, dignitate & beneficio. Debet esse in medio lapidum ignitorum, idest in medio bonorum consiliatorū charitate ardentium per bonæ societatis frequentationem, & sic a die conditionis suæ idest a die iuuentutis vel promotionis debet esse perfectus in viis suis per sanctitatis professionem, quia pro certo qui præmissa omnia habuerit, perfectus non in immerito dici poterit. Itē q de illo dici poterit illud Ecclesia. 31 Probatus in illo & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna. Consequēter loquitur ibidem propheta, quòd Cherub, qui fuerat in monte sancto Dei & delitijs Paradisi perfectus scientia, & decore, quòd propter negociationes etiam quibus se immiscuerat, perdidit omnia sua. Dicit igitur sibi sic, In multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, eiecit te de monte sancto meo, & perdidit te o Cherub, & prodiēs de medio lapidum ignotorum, eleuatum est cor tuū in decore tuo, perdidisti sapiētiam tuam in multitudine iniquitatum tuarum, perdidisti sanctificationem tuam. Producam igitur ignē de medio tui, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium videntium te, nihil factus es, & non eris in perpetuum. ¶ Ista possunt applicari contra religiosos, & ecclesiasticos negociatores, vel negociatorū seculi tractatores, vel curiarum principū sectatores, quia proculdubio multi sunt hodie in monte sancto Dei. i. in Ecclesia, & delitiis Paradisi, idest in religione, qui licet sint pleni sapiētia, & perfecti de core idest honestæ conuersationis decentia, in mundi tamē negociis se immergunt, & in rebus sæcularibus se delectāt, quapropter sępe fit, quòd interiora mentis suę iniquitate replent. Isti igitur sunt, qui in decore suo idest in gratijs sibi a Deo collatis cor suum eleuant, & superbiunt, sed sic relaxāte domino manum suam, sanctificationem gratiæ suæ vbicunque discretionem, & sapientiam perdunt. Tales igitur de monte sancto, idest de statu sanctitatis eiiciuntur, per diuersa peccata perduntur, & igne diuersarum concupiscentiarum vruntur, & finaliter nihil reputantur. Psal. 57. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. Quod potissime de clericis mercatoribus, vsurariis & simoniacis potest dici, qui (scilicet malis & inhonestis contractibus, & vsurariis

B & simoniacis pactionibus in religione, & ecclesia indecenter vruntur, non aduertentes quòd vendentes, & emētes dominus de templo eiecit. Vnde in euange. Ioh. 2. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Vtinā ergo tales negociatores de monte sancto Dei fuissent eiecti & a statu ecclesiastico destituti.

CAPITVLVM XXIX TEXTVS.
In anno decimo, & duodecimo mense vna die
mensis. Moralitatum Cap. 14.

LOquit dominus pharaoni regi ægypti sub figura vnius draconis in fluminibus quiescentis dicens sic Ecce ego ante o pharao rex ęgypti draco magne, qui cubas i medio fluuiorū & dicis. Meus est fluuius, & ego feci memet ipsum, & ponam frenum in maxillis tuis, adhærere faciam pisces fluuiorum squamis tuis, & extraham te de fluminibus tuis, & proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui super faciem terræ cadent, bestiis terræ & volatilibus cęli dedite ad deuorandum. ¶ Tales dracones videntur esse multi ecclesiastici mali vel mundi diuites & auari, vel mali principes & prælati, qui dracones dīr, eo q per auaritiam, rapinā, vel seuitiam inflammantur. Hi sunt igitur qui cubant in fluminibus deliciarum. Hi sunt, quibus adhærent multi pisces, idest multitudo malarum familiarum, nepotum, consanguineorum & compatriotarū. Hi sunt qui bonum, qđ habent, non attribuūr Deo, immo seipsos se fecisse, & sua industria statum suo acquisiuisse dicunt, ad laudem virtutum propria rum, quia pro certo tales solet dns freno mortis infrenare, & eos in desertum, i. in infernū projcere, & pisces suos sibi adhærentes, i. malam suam sequelam & parentelam cum ipso perdere, & à statu prosperitatis eiicere, & bestiis, idest tyrannis, qui bona ipsius mortui diripiūt, & volatilibus, idest dęmonibus, qui animam rapiunt, finaliter ipsos dare. Cōstat enim, q tales maligni iusto Dei iudicio de fluminibus deliciarum, & a statu prosperitatis cadunt, pisces sibi adhærentes, i. ipsorum consanguinei, & familiares, qui scilicet propter eos in honorem fuerant, pariter corruunt, & pereunt. C Zach. 13. Percusso enim pastore dispergunturoues gregis. Dracones etiam, idest sitibundi diuites, postquam diu fuerunt in fluminibus deliciarum, iustum est, q extrahantur ad desertum miseriarum, & maxime illi, qui dicunt, q ipsi fecerunt semetipsos, idest illi, qui bona sua nō Deo, sed propriæ industriæ attribuūt, ipsum Deum quam plurimum offendūt, quapropter de fluminibus deuotionis quātum ad animam, vel de fluminibus deliciarum, quantum ad corpus merentē extrahi, & in desertum peccati vel miseriæ relegari. Vere. n. illi, qui bona sua spiritualia sibi attribuunt, merito labi in diuersa vitia permittuntur. Illi vero, qui bona sua temporalia ad Dei gratiam non referunt, ad desertum paupertatis merito deuoluuntur. Gen. 29. Vnde Gregorius dicit. Quod conditoris dispensatione agitur, q de se confidens anima tēcationis iaculo feriatur, vt infirma quid sit, inueniatur, & fastum superbiæ prætermittat. Hic ēr fit mentio de baculo arundineo ægypti, de quo ēt habetur in lib 4 Reg. 18. & Esa. 36. Aegyptus enim baculo arundineo comparatur, qui nullam soliditatem habens, cū se ei inniti homo voluerit, protinus frangitur & cassatur. Apparet enim esse fortis & solidus. Veruntamen, si desuper innixus fueris onus impositū, non sustinet, cum sit intus vacuus & inanis. Tales sunt falsi amici, qui exterius videntur splendidi, & per promissam fidelitatem solidi, quos tū si quis probauerit vel in aliquo necessitatis articulo eis inniti, & in eis confidere voluerit, vel onus alicuius laboris sustinendi ipsis imposuerit, statim ipsum per impatientiam, & infidelitatem fractum videbit. Ita q illud, quod promittere videbatur, s. fidelitatem, nō faciet nec tenebit. Soliditatem enim, & stabilitatem habet solum modo exterius in apparentia, vacuus autem est & insolidus interius in cō scientia, quia scilicet iste fidelitatem habet in ore, nunquā in opere vel in corde. Esa. 36. Ecce confidis super baculum istum arundineum confractum ægyptum, cui si innixus fuerit homo, confringetur, & perforabit manum eius, Sic & Pharao omnibus confidentibus in eum. Vel sic, quòd iste baculus significat prosperitatem mundanam, mūdum, corpus, vel etiam temporalē vel diabolum. Ista enim omnia licet videantur solida, sunt tamen fragilia atque fluida, quia vbi quis diutius sperat niti, vel in prosperitate D gaudere, ibi baculus iste sibi per mortem, vel infortunium citius frangitur, & eum magis percipit variari.

CAPITVLVM XXXI TEXTVS.
Et factum est in anno vndecimo tertio mense,
vna mensis. Morahr. Cap. 15.

ASsur regem superbissimum Ezechiel cōparat cedro, dicens sic. Ecce assur (inquit,) quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, frondibus nemorosus, excelsus q; altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius atq; nutrierunt illum, abyssus exaltauit eum, flumina eius manabant in circuitu radicū eius, riuos suos emisit ad vniuersa ligna nemoris, propterea eleuata est altitudo eius, multiplicata sunt arbusta eius & eleuati sunt rami eius p aquis multis. In ramis eius fecerunt nidos volatilia cęli, sub frōdibus eius habitabant oēs bestiæ saltuum, & sub vmbra habitabāt cetus gentium plurimarum, cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes vero non fuerunt æquarę frōdibus eius. Omne lignū paradisi non erat assimilatū ei & pulchritudini eius, quapropter emulata sunt eū oīa ligna voluptatis, quæ sunt in Paradiso. Sed quid? Pro certo dns dicit. Pro eo q eleuatum est cor eius in altitudine sua, traditus est in manibus fortissimi gentium, & succident eum crudelissimi nationum. Cōfringentur arbusta eius & fugient de sub vmbra eius populi terræ. Et sic dr, q deductus est cum lignis voluptatis ad terram vltimam, cum descendentibus ad infernum & ad interfectos gladio, & cō solata sunt sup eum oīa ligna. ¶ Per talem cedrum intelligo mundi diuites, & superbos, in dignitatibus & officijs constitutos, vt sunt ad litterā aliqui mali sæculares, vel clerici in prælatorum vel principū officijs eleuati. Psal. 36. Vidi impium supereleuatum, & exaltatum sicut cedros libani &c. Quia isti hodie in libano huius mundi per prosperitatem sunt pulchri, frondibus, i. diuersis possessionibus sunt nemorosi, dignitatibus, & officijs

cijs sunt eleuati & excelsi, & etiam inter frondes, & inter altos & magnates & diuites præ alijs sunt exaltati, ita q̃ in Paradiso & in ecclesia vel Patria pauca sunt ligna, q̃ eis in gloria assimilẽtur, ita q̃ ipsi abietes & platani, i. ipsi diuites, antiqui, nobiles, excelsi, milites principes vel p̃lati ipsorum mundanæ prosperitati & gloriæ nullatenus adæquant. Sicut ad litterã videmus de multis aduocatis & officialibus regiis, & similibus, qui in mundana gloria magnos nobiles antecedunt, quia hodie quasi totus honor & prosperitas sæculi ad istos est deuoluta. Esa. 60. Gloria libani ad te veniet, decor carmeli & Saron, & breuiter altitudo sui status super alios eleuatur, arbusta etiam eorum, i. familiares & compatriotę, propter eos ad officia vel benẽficia eleuantur, volucres cœli, i. nobiles non dedignantur nidificare, i. moram contrahere apud ipsos. Dan 4. Erant subtus eam habitantes bestiæ terræ & in ramis eius commorantes aues cœli, & ex ea vescebatur omnis caro. Ratio autem istorum est, quia aquę diuitiarum nutrierũt istos, & abyssus, idest diabolus exaltauit eos, & flumina diuersarum pensionum, & lucorum irrigauerunt istos, quapropter non mirum, si contingit ipsos esse magnificatos & excelsos. Sed q̃a isti de tanta tua altitudine & sublimitate se erigunt in superbiam, & cor eorum per inanem gloriam exaltatur, ideo finaliter in manus crudelium, idest dæmonum traduntur, ita q̃ quandoq; fit q̃ temporaliter per infortunia succiduntur, ita q̃ arbusta eorum, idest improbi familiares & filii, qui per eos exaltati & promoti fuerant, temporaliter confringuntur, & bestiæ, idest simplices subditi de vmbra sui dominij liberantur, ipsiq; obedire amplius non dignantur. Isti etiam ad locum inferni vel terram infimam paupertatis deducuntur, ita quòd ligna terræ infima, idest pauperes, quos depresserant, de casu ipsorum non modicum consolantur, dicentes illud Esa. 14. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes & tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis factus est. ¶ Vel dic quòd ista arbor est ecclesia, quæ propter flumina donorum spiritus sancti, quæ eam vegetauerunt, & propter abyssum æternæ ordinationis, & aquas diuinæ gratiæ & deuotionis, quæ eam nutrierunt, ita est hodie exaltata diuitiis & potentiis dilatata, quòd cedri, abietes & F platani, idest mũdi alti principes, diuites & domini, sibi nullatenus adæquantur, alia etiam ligna paradisi, idest aliæ sectæ, quæ fuerunt, scilicet lex naturæ & secta etiam legis scriptæ sibi nullatenus comparantur, vnde iam factum est quòd in ramis suorum officiorum, volucres cœli idest mundi nobiles gaudent nidificare, bestiæ vero & populi, idest inferiores simplices subditi sub vmbra fidei suæ lætantur habitare, quia ista arbor de tanta sui sublimitate & prosperitate est in superbiam erecta, & cor eius quam plurimum eleuatum, iam paulatim in manus crudelissimorum, idest principũ & tyrannorum traditur, arbusta eius, idest persona ecclesiasticæ franguntur & suppeditantur. Aues, idest nobiles subesse ecclesiæ maxime in temporalibus dedignantur. Ideo de sub ipsis, idest iurisdictione eius effugere probantur. populi ẽt, idest fideles ad alienas sectas quotidie fugiunt, & per schismata vmbram ecclesiæ derelinquunt, ita quòd iam gladiis, i. tribulationibus tyrannorum taliter est truncata, quòd iam ad terram vltimam, idest ad miseriam est deducta. Vnde dicitur Tren. 1. Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. ¶ Vel dic q̃ talis cedrus est vir contemplatiuus & altus, qui aquis deuotionis nutritur, fluminibus spiritus sancti rigatur, & sic ad perfectionis altitudinem exaltatur, ita quòd abietum & platanorũ, idest mundanorum sapientum nulla sibi sublimitas adæquatur, ligna etiam Paradisi, idest alii fideles sibi nullatenus comparantur. In ramis enim suarum affectionum nidificant aues, idest Angeli per delectationem, sub vmbra suorum exẽplorum habitant bestiæ & populi, idest homines simplices & ignari per imitationem. Veruntamen quando ex tali sanctitate cor eorum per præsumptionem & inanem gloriã eleuatur, sæpe fit quòd relaxante domino manum suam, in manibus crudelium, idest dæmonum per peccata cadere permittuntur, & finaliter ad infernum & ad terram vltimam deducuntur. Esa. 14. Detracta est vsque ad inferos superbia tua. Bene igitur cõsulitur ab Apostolo. 1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Prætermitto figuram de morte & de destructione illarum nationum, quæ ponuntur. Ezec. 32. vbi dicitur [illegible] 34. Isti mosoch, ibi tubal, ibi elam, & sic de aliis, quia ipse alibi recolo me dixisse. De conditionibus etiam boni pastoris & mali pastoris, quæ ponuntur hic, nihil hic pono, quia omnia ista non videntur posita narratiue, sed potius litteraliter & ordinatiue.

CAPITVLVM XXXVII TEXTVS.

Facta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu. Moralitatum Cap. 16.

VIdit Ezechias vnum campum plenũ ossibus, quæ erant multa valde super faciem campi sicca vehementer. Accidit ex voluntate Dei, quòd Ezechiele prophetante facta est commotio, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iuncturam suam, & ecce super eos nerui & carnes, & extensa est super eos curis, & spiritum non habebant, & prophetauit ad spiritum dicens de quattuor ventis. Veni spiritus & suffla super interfectos istos & reuiuiscant. Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, & steterunt super pedes suos exercitus grandis valde nimis. ¶ Ista ossa possunt significare congeriem seu congregationem omnium peccatorum, qui sunt in campo huius mundi, vel in campo ecclesiæ militantis, qui sunt nudi, idest sine conuersationis decore, & sicci, idest sine compassionis humore, ab inuicem distincti, idest sine dilectionis amore, spiritu carentes, idest sine gratia & deuotionis vigore, sine neruis, idest sine cõcordiæ ligamento vel fortitudinis fulcimẽto, & sine carnibus, idest sine pietatis mollicie vel lenimento. Vnde dicitur Eza. 37. in persona peccatorum. Arruerũt ossa nostra, abscissi sumus. Sed propheta prophetante, idest prædicatore prædicante, vel prælato redarguente, in istis ossibus fit quandoque commotio contritionis, & accedunt ossa ad ossa perfectum spiritualis deuotionis, & applicatur vnumquodq; ad iuncturam suam per ligamentum concordis vnionis, & pro eo etiam quòd quilibet efficitur contentus propriis gradus, & promotionis. In istis igitur statim crescere incipiunt nerui, idest fortitudo, carnes, idest pietatis fundamentum, cutis idest honestatis exterior graticudo, & quattuor ventis, idest in quattuor bonis affectibus, venientes spiritus idest diuinæ gratiæ sanctitudo. Vnde dominus dicit talibus pœnitentibus illud, quod ibidem dicitur. Dabo super vos nervos, & super crescere faciam in vobis carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum & viuetis. Sic igitur fit, quòd insufflante spiritu sancto in per ossa arida, idest super indeuotos peccatores, & eos intrante, statim incipiunt per gratiam viuere, a terra, idest ab effectu terrenorum surgere, & ea contemnere, & erecti per spem & contemplationem & rectitudinem mentis ire. Ezech. 2. Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos. ¶ Vel dic quòd quattuor partes, a quibus venit spiritus in mentem aridam & indeuotam, sunt quattuor considerationes, quibus pœnitens debet vti, scilicet mortalitatis vilitas, mortis necessitas, inferni asperitas & Paradisi felicitas, quia peccator, qui ad istas partes bene considerat, & attendit, Spiritum sanctum in se faciliter rapit, sicut supra. ¶ Vel dic quòd talia ossa arida sunt hypocritæ, quamuis habeant nervos confederatiuæ collisionis, cutem non fictæ compassionis, cutem honestæ conuersationis, spiritum tamen (vt dicitur,) non habebant, in quantum carent spiritu gratiæ & deuotionis. Vnde dicitur. Sap. 1. Spiritus disciplinæ effugiet fictum &c.

CAPITVLVM XXXVIII TEXTVS.

Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis. Moralitatum Cap. 17.

MInatur dñs cuidam principi futuro, qui dicetur Gog, qui cum magnis exercitibus ascensurus est, & in nouissimo annorum ad terram Israel ad spolia populi Dei trahenda, & dicit sic. In igne zœli mei locutus sum, dicit dominus, quia in die illa erit magna commotio super terram, commouebuntur a facie mea pisces maris, volucres cœli, bestiæ terræ, & omne reptile, qd̃ mouetur super humum, omnesq; homines, qui sunt super faciem terræ, & subuertentur montes,

A montes, & cadent sæpes, & omnis murus corruet in terram, & gladius vniuscuiusque ad proximum suum, ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius. ¶ Illud potest exponi contra diabolum, qui cum exercitibus suis, idest congerie malorum non cessat contra populum domini, i. contra beatos quotidie militare, & eos bonis suis spiritualibus spoliare, quia pro certo in nouissimo annorum, f. in die iudicij, iste cum toto exercitu reproborum peribit. Tũc. n. fiet commotio, & mirabilis eorum mutatio, quia. f. in igne furoris, i. iustitiæ & rigoris ipsius Dei, commouebuntur a statu suæ mundanæ prosperitatis pisces maris, idest voluptuosi, volucres cœli, idest superbi & ambitiosi, qui nõ quæruntur nisi alta; bestiæ terræ, idest auari atque diuites; reptilia, idest infirmi; mali, pauperes homines qui sunt super faciem terræ, scilicet ecclesiæ, hoc est dictu, mali clerici & seculares. Tales igitur sunt de exercitu istius regis Gog, idest diaboli, & ideo dominus finaliter ignẽ & sulphur, idest ardorem & ferorem æternæ damnationis super eos pluet, gladium suæ diræ sententiæ in eos mittet; montes, idest ipsorum altos status destruet; sæpes & muros eorum, idest ipsorum malos fautores & protectores subuertet, & eos omnes ad infernum damnabit, ferficiet & occidet, quia pro certo Gog cũ suis exercitibus, idest diabolus cum suis puersis hominibus in iudicio destruetur, & malorum status & prosperitas subuertetur. Psalm. 10. Ignis sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

CAPITVLVM XXXXI TEXTVS.

Et introduxit me in templum, & mensus est fron-tes. Moralitatum Cap. 18.

TEmplum, quod vidit Ezechiel cum sua mirabili dispositione & fabrica, nõ faciliter exponitur, sed qui significationem suam desiderat, videat Gregorium, in homelia super Ezechielem. Non enim est meum tam difficillima exponere, qui non quæro nisi aliquid de segete scripturarum B excerpere, vt post messores possim aliquem manipulum colligere. Dicit igitur quòd Ezechiel in descriptione templi vidit quandam picturam in pariete, quam Cherubin nominabat. Erat. n. pictura talis, quod duas facies habebat, scilicet ab vna parte faciem hominis, & ab alia parte faciem leonis, & iuxta quamlibet faciem palmæ species pingebatur, ad quam ipsa facies Cherubin vertabatur. ¶ Ista pictura potest significare viros ecclesiasticos, & maxime prælatos, qui in templo ecclesiæ sunt locati, quia pro certo isti debent dici Cherub, qui interpretatur plenitudo scientiæ, quia isti debent esse viri scientifici & discreti. Ezech. 28. Tu Cherub extentus & protegens, plenus sapientia & perfectus decore. Debent etiam habere duas facies, in quantum in facie apparentiæ exterioris conuersationis & moris, ipsi esse debent diuersimode duplicati, quia secundum diuersitatem locorum, temporum & personarum, ipsi debent esse in conditionibus variati, quia in ipsis debet esse facies hominis & facies leonis, in quantum debent esse aliquotiẽs humani & benigni, quandoque vero seueri & leonini, vt sint sicut homines quantum ad misericordiam & benignitatem, leones vero quantum ad iustitiam & seueritatem, vt sic facies humana respiciat bonos ad promouendum, leonina vero respiciat malos ad puniendum. Ezechiel. 1. Facies hominis & facies leonis. Veruntamen quælibet facies debet palmam respicere, quia misericordia & iustitia se debent ad palmam æternæ gloriæ, & ad vitiorum victoriam ordinare, siue sit homo misericors siue iustus, semper debet intentionem rectam habere, & ad hoc, quòd palmam gloriæ post modum capiat, anhelare dicens illud. Cantico. 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius. ¶ Hic fit mentio, quòd sacerdos quando ministrabat in templo, induebat vestimenta sua sancta, quando vero redibat ad populum, vestimenta sua exuebat, & sua communia induebat. ¶ Sic vero quilibet sacerdos, idest quilibet sacer ac sanctus dux, idest q̃libet iustus, quando in sanctuario Paradisi vel in templo ecclesiæ pro seruitij diuini executionem ministrat, vestimenta sancta, i. sanctam & fidelem conuersationem debet induere, & continentia morum spiritualium se ornare. Vnde dicitur Leuit. 21. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Veruntamen quando redit ad populum, idest quando ad vitam actiuam reuertitur, & ad mundi negocia, conuersationemque secularium applicatur, tunc debet illas sanctas vestes exuere, vestesque communes induere idest conuersationem magis, affabilem accipere & communem vt sic illis, cum quibus habitat, se studeat (sine peccato tamen) pro viribus conformare. Leuit. 6. Vestiet vestimẽtis alijs &c. ¶ Vel dic, quòd secundum locũ & personas, gradum, statum & officium, quod habemus, necesse est assumere sanctas vestes, moresque induere magis graues. Quando tamen prædicta cessant, tunc homo ꝓprias debet vestes resumere, & sicut ante consueuerat se habere. Apostolus. 2. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum. ¶ Vel dic, q̃ loca quandoque nocent seu proficiunt ad virtutes, quia scilicet si in loco sancto manseris, vestem sanctæ conuersationis habebis, si vero ad populum vel ad seculari negocia exieris, mores seculares & laicos reportabis. Vnde Seneca epistola. 9. Nihil tam damnosum bonis moribus, quã in spectaculo residere.

CAPITVLVM XXXXIIII TEXTVS.

Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respicit ad orientem. Moralitatum Cap. 19.

VIdit Ezechiel portam in sanctuario, & erat clausa, & dictum est sibi, quòd porta hæc clausa erit & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per illam, eritque clausa principi, princeps iste sedebit in ea. ¶ Dic quòd ista porta est beata virgo, quę in sanctuario castitatis & sanctitatis posita, semper per virginitatis sigillum mente & corpore fuit clausa. Vir enim per istam portã non transibit, in quantum ipsam homo per copulam carnis non cognouit. Esa. 52. Non transibit per te incircumcisus & immundus. Dñs. n. solus ingressus est per eam per carnis assumptionem. Nam ipsi principi Christo fuit clausa per virginitatis dedicationem, & ipse solus in ea sedit per corporalem habitationem. Psalm. 117. Hæc porta domini, iustus intrabit per eam. Vnde dicitur Cantic. 4. Hortus conclusus, D soror mea, hortus cõclusus fons signatus. ¶ Ibidem ordinat dominus, quòd leuitæ, qui recesserant ab eo, & errauerunt in idolis suis, quòd non debebant ad eum accedere, nec sanctuarium intrare, nec in sacerdotio ministrare. Solis enim filij Sadoch, qui custodierunt cerimonias sanctuarij mei, cum peccarent filij Israel, ipsi stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipem, & sanguinem, ipsi ingredientur ad sanctuarium, & accedent ad mensam meam vt ministrent mihi. Aduerte tamen, quòd isti sacerdotes debebant indui vestibus lineis, nec debebat super ipsos accedere quicquam laneum, vittæ lineæ erant in capitibus eorum, fœminalia linea in lumbis eorum, & non accingentur. In sudore caput suum non radent, comam suam non nutrient, sed capita sua tondent, vinum cum ingressuri sunt atrium, non bibent. Viduam aũt repudiatam non accipient, ad mortuum generaliter non intrabunt, populum, quid sit inter sanctum & pollutum, docebunt, legem teneri & iusta iudicia iudicabunt. ¶ Sic vero charissimi, illi sacerdotes & leuitæ, i. ecclesiastici, qui à domino per vitia recesserunt, & idolis suis. i. diuitijs p auaritiã, malis mulieribus per luxuriam vel malis superioribus, per Simoniam seruierunt, non sunt digni domino ministrare, nec ad sanctuarium sacrificij altaris accedere, nec sacerdotio gaudere. Sol enim filij Sadoch, qui interpretatur iustus, scilicet soli filij iustitiæ, qui legis diuinæ cerimonias custodire consueuerunt, digni sunt, ad mensamque altaris accedunt, & quòd sacerdotio fungantur, & quòd adipem. i. Christi carnem & sanguinem offerant & ministrent. Leuiti. 22. Omnis alienigena non accedat. Item omnia vestimenta ideſt omnes mores & conditiones istarum linearum & pura & sancta debent esse, & nihil laneũ ideſt nihil carnale vel indecens debet in eo apparere. Lignum enim, quod est candidum, puritatem significat; lana vero, quæ de carne nascitur, carnis voluptatem designat, & ideo in capite cordis & mentis debet esse vitta linea. i. puritas innocẽtiæ interioris, & in lumbis debent carnis fœminalia linea restringi. i. continentia castitatis exterioris teneri. Leuit. 16. Tunica linea vestietur, & fœminalibus lineis verecunda celabit. Isti igitur quandoque

doque sudant in confessione vitia emittendo, nullo modo debẽt accingere seipsos per vitia restringendo, sed potius laxare omnia integre confitendo. Illi etiam, qui in templo ecclesiæ ministrant, non debent vinum, supple in quo est luxuria, bibere, voluptati superflue intendendo. Apostolus. Ephesi. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Isti etiam debẽt comam idest diuiriarum superfluitatem nutrire & tamen ex toto ipsi non debent caput mentis à capillis diuitiarum radere vel nudare, tondere tamen debet istos capillos ipsis pauperibus erogando, & plus debito crescere non sinendo, superfluitatem omnimodam tonsuram temperantię resecando. Rasura enim omnimodam abdicationem diuitiarum designat. Tonsio vero, quæ partem aufert, & partem dimittit, temperatam resecationem insinuat, ad denotandum quòd ecclesiasticus debet superflua expendere, & retinere necessaria, vnde viuat. Vnde in Prouerb. 30. Diuitias nec paupertates dederis mihi Domine, sed tribue tãtum victui meo necessaria. Item isti non debent viduam aut repudiatam idest retroactam malam vitam ab eis dimissam per recedium assumere. Quia dicitur. Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum &cæ. Ad mortuos etiam idest ad infames & malas personas non debet accedere, nec societatem cum ipsis cõtrahere sed populũ ad litteram debent docere, & ad discernendum inter sanctum & pollutum, bonum & malum, debent instruere, & inter virum & proximum suum iuste iudicare. Psalm. 57. Iuste iudicate filij hominum. ¶Dicit ibidem dominus, quòd illi, qui dereliquerant eum, & idola adorauerant, ianitores in domo domini futuri erant. ¶Sic vero hodie sunt illi in domo ecclesiæ ianitores, idest prælati & introductores, qui dominum & Deum derelinquunt, & idola idest mundi bona diligunt atque colunt. Bona enim mundi idola sunt, quia ad similitudinem, non veritatem prætendunt. Vel etiam idola sunt maiores & superiores, quia, qui istos adulationibus coluerit atque muneribus, ianitor in ecclesiæ, idest officialis, prælatus vel introductor faciliter erit.

F CAPITVLVM XXXXVI TEXTVS.
Hęc dicit dominus. Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem. Moralitatum Cap. 20.

IN vestibulo domus domini, quam vidit Ezechiel, erant duæ portæ, scilicet aquilonaris & meridionalis, per quas populus intrabat in uestibulum. Veruntamẽ sic fiebat, quòd ille, qui illuc intrabat, nunquam per eandem portam redibat, immo semper per portam oppositam exibat & econtra, excepto principe, qui eadem porta, qua intrabat egredi poterat si volebat. ¶Pars aquilonis sterilis & frigida, in scriptura significat in mundo statum aduersitatis & paupertatis. Pars uero meridionalis luminosa & calida designat statum prosperitatis. Vestibulum designat statum huius vitæ, vel cuiuscunque mundanæ vel ecclesiasticæ dignitatis. Istud igitur est verum moraliter loquendo, quòd nullus est, qui eadem porta egrediatur per quam intrat, quinimmo (vt communiter) per contrariam portam, idest per contrarium statum & motum de mundo uel ecclesia egrediũtur. Illi enim, qui intrant per viam aquilonarem, idest per mundi tribulationem & paupertatem, solet per uiam oppositum, s. per uiã meridionalem, idest per statum prosperitatis exire. Econtra vero, qui per meridionalem intrauerit, per aquilonarem ad uersitatis exibit, quia re vera illi, qui in isto mundo sunt in aduersitate, erunt cum exierint in cœli prosperitate. Econtra vero illi, qui hic intrant per seculi consolationes, finaliter exibunt per inferni tribulationes. Non est enim decens, immo vt communiter & impossibile, q̃ de aquilone ad aquilonem, i. de paupertate ad paupertatem venias. Nec quòd de meridie ad meridiem, i. de mundi gloria ad cœli gloriam post accedas, quinimmo vt communiter de aquilonari ad meridiem & econuerso graditur, & de mundi tribulationibus ad prospera, necnon de mundi prosperis ad aduersa peruenitur. Illud tamen potest falliin principe, i. in aliquibus viris principibus & spiritualibus, qui à Deo priuilegiati per portam, quam intrant, exeunt: qui de prosperitate mundi adcœli prosperitatem transeunt, & econtra quando-

scurrunt. Vnde dicitur tertio Regum 13. Non reuerteris per viam, qua venisti.

CAPITVLVM XXXXVII TEXTVS.
Et conuertit me ad portam domus, & ecce aquę egrediebantur. Moralit. Cap. 21.

DIcit Ezechiel, quòd ipse vidit aquas redundantes à latere dextro templi, & ecce vir habens funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & transduxit me per aquam vsque ad talos, & reuersus mensus est mille cubitos, & transduxit me vsque ad genua, tandem mensus est mille cubitos, & transduxit me per aquas vsque ad renes. Et finaliter mensus est alios mille cubitos, torrentem magnum, quem non potui pertrãsire, quoniam intrauerunt aquæ torrentis profundi, qui non potest transnatari. ¶Aquæ quæ exeunt latere dextro templi, idest ad ipso pectore, & ab ipsa influentia & inspiratione Christi, significant aquas diuinarum scripturarum, in quibus proculdubio sunt diuersę partes in profunditate & difficultate ab inuicem differẽtes. Si secundum quòd vir, q̃ portat calamum mensuræ, idest Christus, qui secundum Apostolum. Rom. 12. vnicuique distribuit sicut vult mensuram fidei, hominem diuersimode per istum fluuium scripturarum deducit, & nunc vsque ad talos idest parum difficiliter ad historiam, nunc ad genua, idest magis difficiliter quantum ad allegoriam, nunc vsque ad renes, idest magis difficiliter quantum ad tropologiam, nunc autem summe inexplicabiliter quantum ad moralitatem, vel quantum ad anagogiam intellectum nostrum in isto flumine circũducit. Quia re vera quamuis per multos passus ẽm magis vel minus exponẽdo vel intelligendo facilitertranseamus, aliquando tamen istum torrentẽ ita impernauigabilem inuenimus, q̃ pro libito non transimus, ita q̃ pro defectu ingenij nostri nobis potest dici illud Iohan. 4. Domine, neque cum quo haurias habes, & puteus altus est. Et sicut ibidem dicitur, iste fluuius habebat super ripas, & ex vtraque parte torrentis omne liguum fructiferum, non defluet folium eo, & non, deficiet fructus eius, per singulos menses afferet primitiua sua, & erit fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam, & omnis anima viuet, ad quam peruenerit torrens iste, quia aquæ eius de sanctuario egrediuntur, & ibidem super fluuium piscatores. ¶Sic vere diuina scriptura ex vtraque parte sui. s. quãtum ad sensum literalem & spiritualem habet lignum fructiferum. i. vitalem & fructuosam scientiam & doctrinam, quæ. s. fructus sententiarum non cessat proferre, & folia verborum pro ferre, quæ tñ folia seu verba quam contingit cedere vel perire, iuxta illud Matthę. 5. vnum non præteribit à lege. Fructus iste sententiarum vitæ ad cibũ meritorum habendum, folia vero illius, s. sacræ scripturæ verba valent ad medicinam malorum, animæ aut. i. persona, quas torrens scripturæ irrigat per gratiam vincantur, piscatores vero. i. prædicatores & doctores istos sedere in isto fluuio comprobantur. Isti. n. sunt aquæ, quæ sanctuario domini. i. de paradiso p reuelationẽ fluxerunt, ideo non mirum si de ipsis tanti fructus. i. tantę commoditates descẽderunt, & sic p singulos menses. i. cõtinue fructus & vtilitates nobis impedunt. Psal. 1. Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarũ. ¶Vel dic q̃ lignum fructifera significant viros iustos, qui ex vtraq; parte fluminis. i. ecclesiæ sunt plantati. Et enim fluuius à fluendo dicitur pro eo q̃ fluctuare dinoscitur. Duas ẽt habet partes, s. clericorum & laicorum, inter quos cõstat esse multitudo bonorum lignorum fructiferum. i. hoium vtilium & iustorum, qui fructum bonorum operum proferunt, & folia bonorum verborum producunt, per menses singulos, i. continue primitias deuotionis & reuerentiæ Deo reddunt, q̃ pro certo folia verborum suorum non defluunt per mẽdacij uanitatem, immo stabiliter permanent per ueritatis certitudinis firmitatem, & ideo fructus suorum operum, i. cibum bonorum exemplorum alijs p̃ferunt, folia vero verborum & medicinã bonæ doctrinæ alijs circumferunt. Psal. 1. Et folium eius non defluet &c. Folium autem viri iusti non dẽt fluere, immo semper debet permanere firmum esse, & sine varietate & mẽdacio stabiliter permanere. Moralitatum super Ezechielem Finis.

MORA-

Super AMOR ALITATVM Liber Vicesimusquartus Super Danielem.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Anno tertio regni Ioachim rex Iuda. Moralitatum Capitulum 1.

NAbuchodonosor rex babylonis cũ subiugasset Hierusalem, & in babylonem populũ duxisset voluit quòd pueri, qui fuerant de semine regio, in quibus nulla esset macula, decori forma, docti scientia, ve scerent cibis mẽsæ suę, & erudirent & scientijs & linguis q̃ uinciæ, vt sic fierent digni stare in conspectu regis. ¶Rex iste est diabolus, qui in Babyloniam, quæ interpretatur confusio idest in mundo, vbi perpetua confusio, dominatur. Mensa istius regis est mundi prosperitas, qua diabolus cibat & reficit peccatores. Pueri isti sunt sancti viri & religiosi & perfecti, qui de semine regio idest de semine Christi per electionem & adoptionem filiorum nati. Vnde dicitur Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quid igitur? Pro certo quando nabuchodonosor. i. diabolus potest prævalere contra ecclesiam vel religionem, & ipsam per peccatum suo dominio subiugare, & populum eius in babylonem idest in amorem huius mundi deducere, ipse summe nititur quòd pueri de semine regio idest viri ecclesiastici & religiosi, qui sunt sequaces & semen regium idest personarum sanctarum idest quicunque sunt immaculati & sancti, & in scientia spirituali & theologica eruditi, & morali pulchritudine insigniti vtantur cibis mensæ suæ, mũdi delitijs & prosperis, & instruantur in litteris scientiæ Babylonis, idest mundi scientijs, malitijs & cautelis, & hoc totum vt ipsos possit habere stantes ante se inferius in inferno, quia extrema gaudij luctus occupat. Prouerb. 14. Et hinc est quòd multi ecclesiastici non curant hodie nisi de delitijs & scientijs mundi scilicet legibus & medicinis, & ideo boni debent facere sicut fecerunt tres de illis, scilicet Ananias, Azarias & Misael, & Daniel, qui mensam regis spreuerunt, abstinentes que fuerunt, & non fuerunt cõcremati vel contaminati, sed domino placuerunt & pluribus scientijs effulserunt. ¶Sic vere debent cauere de mensa ista idest de mundi prosperis, & in abstinentia de paupertate voluntaria viuere, & ita domino complacere, & sicut isti pueri in igne non fuerunt combusti, sic nec viri abstinentes igne luxuriæ comburuntur. Et ideo bene dicitur Eccles. 37. Propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinens est, adijciet vitam. Et sicut isti pueri abstinentes fuerunt inuenti pulchriores & sapientiores & regi præ cæteris amplius placuerunt, sic vere, qui sunt abstinentes, coram rege Christo plus placent, & plus pollent pulchritudine morali & scientia spirituali, & minus possunt igne vri, i. concupiscentia carnali.

CAPITVLVM II TEXTVS.
In anno secundo regni nabuchodonosor, vidit nabuchodonosor somnium. Moralitatum Cap. 2.

VIdit nabuchodonosor somnium scilicet statuam grandem & sublimem, ac terribilem ad videndum, caput & collum ex auro optimo, pectus & brachia ex argento, venter & femora ex ære, tibiæ autem ferræ, pedis vero pars quædam ferrea, quædam fictilis & testea. Nam quanto statua ad pedes approquinquabat, tanto metallum eius deterius erat. Tandem vero de quodam mõte abscisus est vnus lapis paruus sine manibus, qui percussit pedes, & factus est mons magnus in terra. ¶Statua hæc est ecclesiæ vel religio, quæ q̃ certo per progressum temporis, multipliciter mutat statũ. Primus igitur status ecclesiæ significatur in capite, quia caput scilicet principium eius pro certo fuit aureum, per ruborem feruentis charitatis & per vigorem constantissimæ firmitatis, sicut patuit in martyrib, & Apostolus, qui fuerunt Primi. Secũdus significatur per secundam partem statuæ, scilicet per pectus & brachia, & hi fuerunt eremitæ & confessores, & hi pro certo fuerunt argentei idest candidi per nitidã castitatem. Tertij fuerũt doctores, & hi intelliguntur per æs, quod summę resonat, quia fuerunt sonori per eloquentiæ honestatem & venustatem, & sic patent, tres status & tres ætates ecclesiæ primitiuæ Sed vere pedes & tibiæ finis ecclesiæ vel religionis, scilicet nos alij, quia nos sumus partim ferrei per crudelitatis & seuitiæ duram ferocitatem, & indeuotionis fragilitatem, partim autem testei per auaritiæ crudelitatem, & per carnalem infectionem, vt patet de modernis ecclesiasticis, qui sunt crudeles & duri, quia omnes alios volunt suppediare. Sunt etiam lutum & teste idest auari, terrei & luxuriosi, & ideo talibus accidit, quod sequitur. Quia dicitur ibidem. Præcisus est lapis de monte, qui to tam statuam cassauit. ¶Sic vero diabolus lucifer, qui de monte Paradisi cecidit, totam ecclesiam hodie concutit & frangit. ¶Vel dic quòd statua est religio, eiusque caput est eius fundator; pectus & brachia fuerunt eius primi confessores & sancti qui ibidem fuerunt. Venter autem claustrum est, cuius intestina sunt subditi, qui sunt ibi. Pedes autem & tibiæ sunt eius sequaces, famuli aut officiales, qui sunt circa religiosos, & maxime laici conuersi. Est igitur religio grandis & sublimis meritis & virtutibus, terribilis inimicis. Caput igitur eius idest fundator, fuit aureum per charitatis ruborem. Pectus & brachia, idest sancti patres fuerunt argentum per charitatis candorem, Veter autem & femora idest claustrales & conuentus, alij fuerunt ærei idest sonori per predicationis & confessionis laudem & orationis & gratiarum actionis clamorem. Pedes autem, qui statuam sustinent idest boni laici actiui, debent esse ferrei per fortitudinis vigorẽ, terrei per humiliratis pœnitentis squalorem. ¶Vel dic quòd statua significat ecclesiam, in qua caput. i. capitanei & prælati respectu aliorum dẽnt esse aurei, &c. partes & personę, quanto sunt capiti, i. prælato propinquiores, & in statu gradu & officio superiores, tanto debent esse inferioribus meliores. Vnde Vegetius Tunc respublica bene regebatur, qñ non poterat esse maior, nisi qui melior. Et nota q̃ ecclesia bene dicitur statua a stando, quia in stabilitate fidei est fundata. Psalm. 118. Fundauit terram super stabilitatem suam & ecclesia in æternum stat. ¶Vel dic q̃ statua est homo dives, potens, grandis & sublimis, quem omnes timent. Iste igitur quandoque habuit caput, idest originem auream, quia ex nobili plebe traxit originem. Brachia eius, i. vxor amici, & collaterales sunt argentei, i. pleni pecunia & argento idest fulgentes gloria temporali. Venter eius & femora eius, & filij eius, & filiæ, qui de suo ventre & femoribus exierunt, sunt ærei & sonori per iactantias, pompas, gaudia & cantilenas, per rixas & discordias. Vnde Iob 21. Pueri eorum exultant lusibus. Pedes & tibiæ. i. eorum famuli officiales partim sunt ferrei per crudelitatem, qui alios feriunt per rapinas & iniurias, partim sunt terrei. i. cupidi & auari, quia sicut uidemus, balliui diuitum & potentum sunt crudeles & rapaces, & sunt etiam cupidi & tenaces Vnde Ezech. 22. Omnes isti ferrum, plumbum & stãnum. Sed pro certo de monte. i. de paradiso venit quandoque lapis, idest occulta Dei sententia, percutiẽs statuam, idest istũ diuitem cum istis suis membris collateralibus & sequacibus destruit atque rumpit, & hic quandoque temporaliter, & post mortem æternaliter, quia scilicet collaterales & consiliatores sequaces, executores & adulatores diuitum, & cæteri in suis criminibus uel rebus acquisitis participantes, cum eo perpetuæ damnabuntur. Vnde dicit Esa. 14. Præparate filios eius occisioni. ¶Vel dic q̃ statua est dives causidicus vel mundanus, qui tenet aurum & argentum, lapides preciosos, terras & possessiones, qui est terribilis & sublimis. Sed quid? Pro certo sæpe uenit quidam lapis paruulus, i. quidam nouus iuuenis & astutus, qui incipit regnare, causare vel mercari, quitandem frangit illum magnum, & possessiones eius acquirit, & ipsum prosternit, & inter omnes sit magnus idest in tota terra & patria nominatus, sicut ad litteram videmus de diuitibus, quorum quidam pereunt alij loco eorum surgunt. Vnde dicitur. Eccles. 11. Multi potentes oppressi sunt &c. ¶Vel dic q̃ statua ista est homo, qui quandoque in capite, idest in principio & iuuentute est aureus idest Perfectus & bonus, & tandem in pectore, idest in ampliori ætate fit argenteus, idest minus valens & tepescens, à feruore tandem fit æreus idest sonoro,

sus

E sus,quærulosus.In fine.i.in senectute fit terreus,i.cupidus & auarus,ferreus.i.impius,frigidus & indeuotus,quia acres in principio frangũtur in fine,& ideo per lapidem diuinę sententiæ perpetuo confringuntur. ¶Vel dic ꝙ statua est mundus,qui habet quattuor partes.i.quattuor imperia,s.assyriorum aureum,persarum argenteum,grecorum æreum,romanorum ferreum.Lapis vero paruus est Christus,de monte,i. de virgine,sine manibus.i.sine virili opere scissus,q. istã statuam idest mundi regna cum suis sectis,i.idolatris conquassauit,& per fidem ecclesia mons magnus factus est quia iam totum mundum impleuit.

CAPITVLVM TERTIVM TEXTVS.

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream. Moralitatum Cap. 3.

NAbuchodonosor fecit erigi quandam magnam statuã auream maximæ quãtitatis in quodam campo,& fecit coram ipsa citharizare melodissime omnibus generibus instrumentorum,& dato ꝙ statua non haberet vitam nec se posset mouere,tñ voluit ꝙ omnes adorarent eam, alioquin mitterentur in fornacem ignis , sicut patet in tribus pueris sanctis,qui noluerunt ipsam adorare,& missi sunt in ignem. ¶Rex iste significat istos, qui regunt mundum vel ecclesiã, maiores.s.& principales. Statua significat aliquos ministros imperitos ad modum statuæ, ab eis per affectionem vel per dona creatos, vel aliquos consiliarios,qui quamuis sunt statuales & ignari , ipsos tñ colunt & credunt tanquam Deos, & ab alijs volunt coli, sicut ad litteram videmus , ꝙ vix est dare aliquem iudicem vel prælatum,quin secum habeat aliquam statuam,i.aliquem cõsiliarium statualem,cui.s.principaliter credit,& eum adorat,& ab alij eum honorari facit, & quam in domo & in curia sua super omnes erigit & extollit,& isti tales dicuntur aurei, quia satis habent de auro, ad dandum suis maioribus munera.Isti etiam secum habent citharistas,hoc est dictu,adulatores,qui non cessant in eorum F auribus citharizare,adulando,laudando, & alios impie accusando,& eis in suis nequitijs fauendo. Quia dicit Prouer. 28.Qui delinquunt legem,laudant impium.Quid igitur?Pro certo Nabuchodonosor aliquis princeps mundi vel ecclesiæ,constituit in campo vino.i.in vna patria,ciuitate, ecclesia vel religione,vnam statuam.i. vnum ignorãtem iudicem per affectionem vel per ꝑsonarum acceptionem erectum, in cuius auribus illi de familia sua non cessant resonare,& ipsam tanquam Deum adorare,& si quis non velit eam adorare, verbis adulatorijs commendare, ipse vero mittitur in fornacem ignis,quia.s.statim igne rixę,irę & auaritię depredatur,& ideo pueri,sancti,i.bonæ personæ, quæ huiusmodi superbias abhorrent , ab eorum promotione comburunt, & in igne rapinæ ponuntur Vnde Esa.59. Qui recessit à malo,prædę patuit.¶Pueri sancti & abstinentes pręcepto regis in ignem missi sunt , vt ibi comburerentur , sed statim fecit dñs fornacem quasi ventum roris flantem , & filius hominis cum eis visus.Ministri aũt,qui fornacem incenderunt,combusti sunt,ipsis nihil patentibus in fornace,& hoc in babylonia.¶Babylonia,quæ interpretatur confusio, est mundus, fornax eius est ardor tentationum & tribulationum, Rex autem eius est diabolus,qui dicitur princeps mundi. Vnde dicitur.Iob 12.Quando igitur diabolus Rex Babylonis, idest mũdi,inuenit aliquos viros perfectos,qui suis suggestionibus nolũt obedire,qui sunt abstinẽtes à vitijs,statim vult ꝙ ponantur in ignem aduersitatum & tribulationum,vt ibi timore vel amore comburantur,& ad hoc plures ministros habet sibi suffragantes. Habet enim gulosos & luxuriosos, qui trahunt ad ignem voluptatis. Habet mundi principes & vsurarios , qui trahunt ad ignem aduersitatis . Sed quid? Statim vero quod isti sunt in tali igne,pro certo Deus adhibet ventum spiritus sancti,& rorem suæ misericordiæ & cõsolationis & adiutorium suæ protectionis, iuxta illud Apostoli.1.Corint.10 Non patietur vos Deus tentari supra illud quod potestis & cætera.Et si isti à tali ignę non lęduntur,sed potius si constanter in eo perseuerant, eorum vincula,scilicet peccata & vitia consumuntur & purgantur , quia Deus nunquam deest homini tribulato , dum tamen velit eum requirere.Vnde Esa.43.Dum ambulaueris in igne , non combureris,& odor ignis non erit in te,quia ego dominus Deus Israel . Sed pro certo sæpe accidit ꝙ illi , qui erant ministri fornacis,qui scilicet gaudebant de tormentis aliorum,& eos tribulabant,vt sunt mali balliui,ipsi ab ea fornace comburuntur , & alij exeunt illæsi , quia sæpe Dei iudicio [illegible] ignis crudelitatis,qui de fornace Babylonis idest curia mali principis prorupit, iste ministros suos officiales & balliuos inuoluit, vt tales ad tribulationes & paupertates deueniant, quas ipsi alijs intentabant.Prouerb.47. Quia vt scribitur,qui in ruina alterius lætatur &cæ.24. Et ꝙ etiam victi ipsi boni,laudes & gratias in ipsa fornace tribulationis referunt creatori dicentes. Dan.3.Benedictus es, &c. quando istos malos vident comburi.Psalm.57.Lætabitur iustus cum viderit vindictam.&c.¶Fornax babylonis fuit incensa stuppa & applicata pice & malleolis vt sic filios Israel deuoraret.¶Fornax est peccatum luxuriæ. Stupæ sunt aliqua dona quæ offeruntur, quæ parum valent. Pix quæ ligat, & inficit sunt solatia corporũ,tactus & gestus.Malleus est vetula seu quærella,quę mentẽ iuuenculę malleat verbis suis.Napta secũdum Plinium est bitumen cognatum ignibus , & ꝙ ignem [illegible] rapit eum,signa t oscula & affatus. Ministri igitur Nabuchodonosor.i.dæmunes, accẽdunt hodie fornacem luxuriæ stuppa.i.cum donis & muneribus,cum pice.i. cum corporalibus gestibus & affectibus,cum mallei.i cum verbis verum fallacibus,cum napta.i.osculis & tactibus,& hoc vt filij regis Israel.i.christiani,igne luxurię comburantur, ipsi nihil timent si fuerint abstinentes,& in Deo confidentes & vt in præcedenti capitulo.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. Moralitatum Cap. 4.

NAbuchodonosor vidit somnium.Videbam (inquit) & ecce arbor in medio terræ & erat magna & fortis, altitudo eius nimia , & ꝓceritas eius cõtingens cœlum, aspectus eius in omnẽ terram,folia eius pulcherrima,& fructus eius nimius,& esca vniuersorũ in ea, sub ea habitabant animalia & bestiæ terræ, in ramis eius uolitabant volucres cœli,& ex ea vescebatur omnis caro.Tunc(inquit)ecce vigil de cęlo,& clamauit fortiter.Succidite arborem,præcidite ramos eius,excutite folia eius, & dispergite fructus eius & fugiant bestiæ,quæ subtus eam sunt, & volucres de ramis eius alligentur vinculo ferreo,& cum feris fortis sit pars eius in herbam terræ, cor eius ab humano immutetur, & cor feræ detur ei.Rore cœli tingatur, ueruntamen germen radicum eius in terrã sinite.¶ Arbor ista significat mundi principes & diuites,qui in medio terræ,i. in planicie huius mundi morantur. Isti enim sunt magni quo ad facultates , fortes quo ad potestates,& maximè contra pauperes, qui vix aut nunquam possunt habere ius suum de eisdem,& sunt alti quo ad generis nobilitatem , ita ꝙ quasi cœlum tangere per elationem videntur,& potestas eorum, fama & prosperitas per terræ latitudinem dilatatur.Isti habent plures ramos,i.plura prædia, castra,villas uel homagia.Etiam isti hñt folia,i. exteriora vestimenta & ornamenta pulchriora , qui bene volunt pulchre ornari,& ipsi & vxores & filij hñt fructus nimios .i. diuitias infinitas,ita ꝙ esca uniuersorum est in eis, quia multi homines viuunt de bonis suis,& iõ volucres cœli.i.mundi nobiles & diuites ac balliui versant in eorũ ramis ,i. in eorum officijs, uillis & homagijs.¶Vel uolucres.i.clerici & prælati,qui hodie gaudẽt volare & discurrere per officia principũ & magnatum.Psal.103.Super ea uolucres cœli habitabunt.Bestiæ aĩalia.i.multi simplices sunt eis subditi, & sub eorum vmbra cõmorant,& bř oĩs caro ei subijcit in hac uita.Sed quia accidit ꝙ dum tali ꝓsperitate fruũtur,nec ea debito modo vtuntur,uenit uigil de cœlo,i.occulta Dei sententia,quæ super humanis uigilat incessanter, & ꝑcipit,ꝙ arbor hæc per mortem succidatur,& de uita præsenti euellat,& ꝙ non maneant nec folia uestimentorum, quia totus nudus recedit,nec fructus diuitiarum,nec rami prediorũ,nec uolucres nec bestiæ.i.aliqui assistentes,& subditi familiares uel [illegible] manent. Quia breuiter sicut dicitur.Iob 27. Diues cum mortuus fuerit,nihil secum affert.1.Corin.15.Tunc enim [illegible]

A hit Deus omnem principatũ,quia nullus quãtũcunque magnus in hac uita habebit ibi famulum vel subiectum,sed quilibet pro capite solus erit,dicens illud.Hiere.15.Solus sedebã quia amaritudine repleui me. Sed aliquãdo accidit illud ꝙ sequitur,ꝙ ipse vigil.i.Dei sententia præcepit, ꝙ iste alligetur foris in inferno extra ecclesiam seu extra mundũ saltẽ in purgatorio vinculis ferreis,i.uinculis pœnalibus & purgantibus,iuxta decretũ diuinæ scientiæ & ordinationis ac punitionis,& ꝙ cum feris.i.cum dæmonib.conuersetur , & ꝙ vlterius ꝑ desperationẽ & tormentorũ acerbitatẽ cor ipsius immutetur,& ꝙ cor feræ.s.infectum & desperatum detur.ꝙ maxime verum est de damnatis,qui odiunt Deum, & quorum ratio absorpta.Sed tamen quicquid sit, radix semper intacta permanet & seruatur,i.spes resurrectionis,quia boni & mali resurgent.1.Cor.15.Quoniam omnes resurgemus, sed non oẽs immutabimur. Et ideo quia de quolibet est dubium,utrum sit in purgatorio,præcipit vigil.i.Dei sententia & ordinatio,ꝙ rore cœli contingatur.i.gratijs & suffragijs ecclesiæ, quia.s.pro amicis nostris mortuis semper debemus rorem bñficiorũ cęlestium,s.eleemosynarum , & orationum instillare super eos,dicentes illud Gen.27.In cęli rore erit benedictio tua . ¶Vel dic ꝙ arbor est ecclesia vel religio,quæ est magna,fortis,indeficiens,& ad cœlum contemplatione erecta , & folijs.i.scientijs suis, & eloquentijs sacræ scripturæ est plena,fructib.i. diuitijs & facultalib. fecũda,ramos habet pulcherrimos,idest dignitates, officia & beneficia,& ideo uolucres,i.uiri nobiles,& contemplatiui, bestiæ,idest simplices & subditi in ramis huiusmodi commorantur.Et bř omnis caro inuenit sibi suum cibum spiritualem,s.fidem gratiam corporalem,& temporalem subiectionẽ Nobiles.n.& rustici & diuites & pauperes contemplatiui & actiui ecclesiæ sunt subditi , & in ea inueniunt tã temporaliter quam spiritualiter sufficiens nutrimentũ. Inquit enim,Esca vniuersorum erat in ea.Sed vere hodie ista arbor religio vel ecclesia , quasi succiditur per peccatum, quia nullus facit debitum suum , & ideo iam cessant in ecclesia folia scientiarum,fructus diuitiarum , rami prouentuum,& beneficiorum hodie deperduntur , volucres cœli, B .i.mundi nobiles,& bestiæ.i.rustici aufugiunt,eã contemnẽdo & persequendo,& contra eam armando se . Et breuiter ista arbor,i.ecclesia est hodie ligata vinculis ferreis,statutis principum secularium,intantum ꝙ non possunt se mouere, & cum feris. i. cum crudelibus mundi principibus , ipsam mordentibus,& deuorantibus,habitant & morantur . Thr. 1. Quia omnes amici eius spreuerunt eam , & facti sunt ei inimici.Et breuiter nihil est ibi solatij vel vigoris,nisi radix .i.fides,quæ semper remanet intacta.Luc.22.Quia ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.Nisi etiam ros cœli.i.gratia & deuotio , quæ semper occulte à Deo super ecclesiam distillatur. ¶Vel dic ꝙ uolucres sunt contemplatiui , bestiæ sunt actiui,qui hodie deficiunt in ecclesia.¶Vel dic ꝙ uolucres nobiles sunt vasalli,bestiæ sunt tyranni,qui hodie non dedignantur ecclesiæ subesse.Ezec.31.In ramis eius habitauerunt volatilia cœli , & in ramis fuerunt vniuersæ bestiæ regionis.¶Vel dic ꝙ arbor est paradisus,vbi sunt folia , & fructus.i.æterna prosperitas indeficiens. ¶Vel fructus.i. deitas.Folia quæ sunt exterius,i.Christi humanitas.Ibi sunt rami idest diuersæ mansiones , ordines & distinctiones . Ibi sunt uolucres.i.Angeli Dei.Bestię.i.homines.Et breuiter omnia inueniunt ibi suum cibum . ¶Vel dic ꝙ uolucres cœli sunt beati,qui sunt sursum in ramis.i.in mansionibus ecclesiæ triumphantis. Bestiæ sunt viatores huius mundi , & de fructibus arboris.i.de gratijs sanctorum, & suffragijs hic viuunt,& spe istius arboris.i.æternæ gloriæ recreantur . Ibidẽ secundum Apostolum,2.Corint.5. Per fidem ambulamus & non per spem.¶Vel dic,quòd ista arbor est vir perfectus, & maxime Christus. Hic enim magnus est per meritorum facultatem, fortis per constantiæ firmitatem , altus per contemplationis sublimitatem,quia dato , quòd sit in terra tamen debet sursum vsque ad cœlestia subleuari per contemplationem,& desiderium & affectum. Vnde dicitur Sap. 18. Vsque ad cœlos attingebat stans in terra.Illud præcipue uerum fuit de Christo,qui erat in terrra, quantum ad humanitatem,& tamen ad cœlos attingebat quantum ad diuinitatem . Vnde in Gen. 28. Vidit Iacob scalam.Item hic est pul- C cher in foliis conuersationis & locutionis,plenus in fructibus bonæ operationis,& habet pulchros ramos bonæ affectionis,& ideo esca vniuersorum est in eo,quia pauperes ab eo temporaliter nutriuntur,& diuites spiritualiter , ita ꝙ cibus spiritualis eruditionis exemplorum prædicationis,cibus temporalis subuentionis in eo reperitur, & ideo angeli,qui sunt uolucres cœlestes.i.uiri sapientes,& discreti,bestiæ,idest simplices,& ignari circa eum conuersantur . Illi enim associando & congaudendo,isti doctrinam ipsius hauriendo iocundantur.Et breuiter omnis caro participat bona sua,sicut scriptum est. Vel dic , quòd rami eius sunt officia & beneficia & præbendæ,& pro certo ibi sunt uolucres idest boni viri iusti & spirituales,quia perfecti uiri non ponunt in officijs nisi personas bonas & iustas & talibus conferent bona sua,& maximè bona ecclesiæ,curas & præbendas, bestiæ autem debent esse subtus,quia pro certo viri bestiales in ecclesia debent inferius esse in statu depressionis & subiectionis,& non prælationis. ¶Cum Nabuchodonosor deambulat in aula babylonis,incepit efferri magna superbia in seipso.Cumque Deum quamplurime offendisset, & nec peccata sua ad Danielis consilium redimere vellet, sed potius dixit:Nonne ista est babylon ciuitas magna , quã ædificaui in domum regis, & in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei? statim subita affuit Dei sententia cõtra ipsum,quæ ipsum in bestiam commutauit & eum ꝓpria gloria spoliauit,figuram , sensum & rationem sibi abstulit, & cor sicut feræ sibi dedit,& quasi bos fœnum comedit,& eum de regno proprio proiecit.¶Ecce sic est ꝙ quandoque homo gloriat in ciuitatib.prædijs,& possessionib.quas ædificauit,& acquisiuit,& in aliis bonis suis non ipsa diuinę gratiæ & uirtuti , sed magis proprijs virtutibus ascribit nec curat eleemosynam porrigere indigenti iuxta consilium ꝓdicatorum,& tunc subito uenit sententia contra ipsum , q̃ eum ad statum paupertatis & miseriæ deijcit,& temporaliter in hac vita,& æternaliter in altera , & eum quandoque cum regno mundanæ glorię deponit , & ipsum cum feris infernalib.ponit , sensum & rationem præ acerbitate tormentorum ab eo tollit,ꝙ gloriam eius per mortem corporalem subuertit , & de homine in bestiam ipsum vertit in- D quantum figuram sui pristini status ac prosperitatis cõfundit.¶Vel alio modo talis peccator bestia fit, inquantum in fine in saniendo sensum & rationem perdit,sicut de multis videmus,qui phrenetici moriuntur.Ps. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. ¶Vel dic ista contra malos nobiles & fatuos & alios,qui quandoque à statu prosperitatis cadunt, dignitates,hæreditates & officia perdunt,à societate hominum eijciuntur , quasi bos fœnum comedere,& quasi rustici in labore uiuere,& pristinas delitias dimittere, & cũ feris,i.cum pauperibus conuersari coguntur. Sed quid? Pro certo ipsi uidentes seipsos depositos,desperationem incurrunt.Bestiæ quasi vastiæ,quæ secundum Isidorum dicuntur à vastando.i.crudeles & prędones fiunt,cor humanum.i.conscientiam piam perdunt,& cor feræ.i.impiam mortem acquirunt in utrisq; malos se conuertunt.Vnde dicitur.1.Re. 10.Mutatus est in virum alterum . Hiere. A malo in malum egressi sunt.Postquam Nabuchodonosor occulto Dei iudicio bestia factus est,de regno eiectus , & ad statum tribulationis deuenit , principes eius negauerunt eum quamdiu fuit bestia,sed statim quando recepit pristinum sensum,figuram, & statum , principes eius cognouerunt eum sicut prius & receperunt eum. Tales vero sunt amici mundi ad statum tribulationis & infirmitatis quia statim quando occulta Dei prouidentia aufert sibi omnem prosperitatem, regnum , sensum & statum vere principes sui.i. amici, cognati & parẽtes eius despiciunt eum , nec volunt eum amplius videre,nec regem nec dominum amplius appellare. Quem si acciderit ad statum redire,& principes ipsum recipiunt,& ei sicut primitus obsequuntur,& quem prius sicut bestiam contemnebant,tunc tanquam regem & dominum reuerentur. Vnde dicitur.Eccle.13. Si habueris conuiuet tecum.¶Nabuchodonosor rex babylonis factus bestia sine sensu fęnum comedit, sicut bos inter bestias habitans, & in syluis societatem hominum contemnebat,& ideo tũc à principibus est contemptus.¶Rex iste Babylonis.i.confusionis significat malos prælatos, impios & crudeles . Na-

E buchodonosor interpretatur sedens in angustia, quorum vi
tiis ecclesia potest dici babylon.i.confusio. Isti enim hodie
sunt mutati in bestias, quia sunt multi bestiales, & luxuriosi,
fo societatem hominum.i.personarum rationabilium contē-
nentes. Et ideo de istis dicitur. Dan. 4. Cor eius ab humano
immutetur, & cor fere detur ei, & ideo verè reges & princi
pes & laici solent tales contemnere, & eorum statum & cō
fortium abhorrere. ¶Vel dic ꝙ principes, qui sunt maiores
prælati ecclesiæ vel religionis, uidentes eos tales sic uiuen-
tes bestialiter, debent eos statim regno.i. suscepto regimine
priuare. Ezec. 21. Prophane impie dux, tolle cidarim, depo-
ne coronam. Si autem pœnitentia ducti, fiant iterum homi-
nes.i.uiri boni perfecti sensum & mores recuperantes, tunc
secundum quod eis videbitur, possunt ipsos pristinæ gloriæ
restituere, & in eodem loco vel alibi iterum prælaturam eis
reddere. Quamuis Dan. 5. diceret Nabuchodonosor malam
interpretationem de arbore, & balthasar de manu in pari
te, vt patet infra, ita ꝙ vnum diceret de regno eiicien-
dum, & alterum occidendum, ex hoc tamen nunquam fue-
runt moti contra ipsum sed donis & honoribus ditauerūt.
Sic vere quamuis Daniel.i. prædicator nos aspere corrigat
futura pericula nobis dicat, ex hoc tamen non debemus in-
dignari, sed ei corde humili regratiari, quia qui corrigit sa-
pientem, gratiam apud eum inuenit. Prou. 28. ¶Quamuis Na
buchonosor & balthasar correctionem & increpationem
Danielis gratiose reciperent, & eum honorarent, nunquā
tñ pp hoc se emendauerunt, & ideo perierunt. Sic vere sūt
aliqui libenter correctionem audiunt, sed nunquam pro-
pter hoc emendantur. Ezech. 33. Audiūt sermones meos, &
in cantica oris sui vertunt illos. Cap. 6 ¶Quamuis Darius
summe dil.geret Danielem, tamen propter consuetudinem
& decretum factum tradidit eum iuxta promissa leonibus
deuorandum cōtra propriam uoluntatem, sicut dicitur in-
fra capitulo sexto. ¶Sic uere reges & uiri perfecti summe
debent cauere quid promittunt, quia turpe est regredi ver
bum suum, Iuxta illud Prou. 12. Labium veritatis firmū erit.
¶Euilmerodach (teste historia scholastica) pro Nabuchodo
F nosor patre suo regnum rexit, dum à regno exularet, & ibi
plura iniqua commisit, & ideo quando pater ad regnum re
diit, filiū, qui deliquerat, carceri mancipauit, & ei plura tor
menta inflixit. Tandem pater mortuus est, & filius eius, qui
erat in carcere, ad regnum iterum sublimatur. Iste autem, q
uiderat patrem suum prius in bestiam mutatum, & iterum
in hominem figuratum, timuit, ꝙ de morte ad uitam reueni
ret, & ideo fecit capi trecentos uultures, partem suum diui
dens, vnicuique vulturi partem dedit, & eos auolare per-
misit, dicens. Quia nisi omnes in simul conuenirent, impossi
bile erat patrem suum quem comederant resumere uitam.
¶Sic vero charissimi, quandoque accidit ꝙ Euilmerodach
ideſt aliquis iniquus ad regnum ideſt ad aliquod officium su
blimatur, vbi quandoque multa iniqua committuntur, sub-
ditos grauando & spoliādo, & ideo sæpe accidit ꝙ propter
nequitiam eius superior magister, qui ipsum habere corri-
gere, ipsum percutit, incarcerat atque affligit, vel pœnam
ei tribuit competentem, illi ex tunc accidit mori patrem
suum. Ideo si iste pater vel corrector moritur.i.si aliquod in-
fortunium ei uenerit, ipse statim consurgit versus ipsum, &
eum per detractionem & falsam accusationem laniat, &
vulturibus.i.suis inimicis porrigit eum deuorandum & dif
famandum, & hoc vt perpetuo ad statū prosperū nō resur
gat. Prou. 9. Quia qui arguit derisore, ipse sibi iniuriam fa-
cit. Mat. 10. Tradet.n. frater fratrem, & filius patrem, & insur
gēt filii ī parentes, & morte eos afficient, & eritis odio om-
nibus hominibus pp nomen meum. Luc. 11. Qui autem per-
seuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et alibi, Et inimi
ci hominis domestici eius, sicut dicit Matthæi 10.

CAPITVLVM V TEXTVS.

Balthasar rex fecit grande conuiuium optimati-
bus mille. Moralitatum Cap. 5.

BAlthasar rex babylonis, cum semel esset obsessus à Da-
rio rege persarū vilipendens obsidionem, fecit, gran-
de conuiuium familiarib. suis, & fecit apportari uasa aurea
& argentea, quæ de Hierusalem & templo attulerat pater
suus, & tunc in ipso conuiuio biberunt in ipsis ipse
mates sui, vxor & concubinæ suæ, & laudauerūt Deos
sed hoc abhorrens Deus fecit uenire in ipso conuiuio in
riete unam manum, quæ scripsit per ordinem istatria ver
ba. Mane, thecel, phares, quod significat, numerus, pon
diuisio. Significat autem Deus ꝙ ipsum numerabat, & pe
derabat opera sua quantum valebant, & quia deficiebat
numero & pondere, tunc diuidebat regnum eius & sibi
nitus auferebat, & sic factū est ꝙ in ipsa nocte rex, qui
debat ciuitatem, cepit eum & occidit, & regnū eius &
substantiam deuorauit. ¶Balthasar, qui interpretatur des
rans diuitias, significat mundi diuites & potentes, qui
cessant diuitias deuorare & accumulare, nec tamen
satiantur, quia uenter impiorum insatiabilis. Vnde dicit
Prouerb. 31. Isti sunt reges Babylonis, quia regunt mo
dum, vbi non est nisi confusio. Ozeæ 8. Ipsi regnauerunt,
non ex me &c. Iob 41. Isti quotidiæ obsidētur à rege Per
rum ideſt à diabolo, qui est rex super omnes filios superbi
Sed vere isti non curant de ista obsidione, scilicet de diabo
lo, qui continue per tentationem & tribulationem, & ar
tis temporalis & æternæ tentationem ipsos obsidet &
stat, immo pro certo ipsis uacant conuiuijs, ludis, potibus
& cibis, & cum vxoribus suis & familiaribus & dijs suis
est illis de parentela sua, de quibus magis sperāt & exulta
in uasis aureis & argenteis bibere delectantur. Sed pro ve
to Deo sæpe displicet huiusmodi uanitas & prosperitas, &
ideo dum sunt in aula Babylonis ideſt prosperitatis mundi
næ, quādo nō cogitant de futuris, Deus mittit manum suam
ideſt potestatem & uirtutē, & in pariete corporum sententiam
tiam scribit, & dicit. Mane, thecel, phares. Quia ipse numera-
rat tempus & uitam eorum, & ipsam præsumit & ipse etiā
ponderat quantum de virtutibus & uitiis habeant, & tan-
dem diuidit eos, scilicet animam à corpore separando per
mortem, vel diuidit eos, scilicet à societate fidelium & pre
tem eorum ponit cū in fidelibus in inferno, & ideo rex Pe
sarum, ideſt diabolus, audita Dei uoluntate & sententia ip
sos corporaliter & æternaliter occidit, qui ipsos tandiu
federat in hoc mundo. Vnde Luc. 12. Stulte ac nocte repe
tent animam tuam à te, quæ autem congregasti, cuius erunt
&c. Vel ista dic contra executores testamentorū, qui sine
tuo diuite, & lecta testamenti scriptura, optime numera
& ponderant bona sua, ipsasq; inter se diuidunt & dispe
sant. Iō bene dicitur. Diuisum est regnū tuum, & datum
Persis & medis. i. tuis executoribus & alijs. Si vis dicere
pretationem de medis & Persis &c. Vñ tales sic morientes
possunt de suis executoribus dicere illud Ps. 21. Diuiserūt
sibi vestimenta mea &c. Cap. 6. ¶Cum Daniel esset honoratissimus in palacio regis Darij, inuiderunt ei aliqui prin
pes, & ideo ipsum mitti in lacum leonum propter hoc
Deum colebat, procurauerunt. Sed statim affuit Dei pru
dentia, qui Danielem inter leones illæsum seruauit. Quo
dens rex in crastinum ipsum liberauit, & eius accusatores
cum uxoribus & filijs in lacum intromisit, & statim corā
ipso fuerunt à leonibus deuorati. ¶Rex iste est Deus, cuius
regnum (teste Gregorio) est ecclesia. Lacus est purgatorium
vel infernus, vbi sunt leones ideſt dæmones rugientes. Ac
cidit etiam quòd in regno Christi ideſt ecclesia est quan
que Daniel, i. aliquis homo clericus, qui propter scientia
& bonitatem, ab hominibus honoratur, & ideo uere habe
statim inimicos inuidos. Quia secundum Senecam in libro
de moribus. Et si nullos inimicos facit iniuria, multos tamē
facit inuidia. Vnde sæpe accidit, quòd propter prosperita
tem, quæ fulgent inter cæteros, mors eis ab inimicis in
tentatur. Et ideo dato quòd displiceat regi mors innocen
tum, tamē propter decretum Medorum immutabile, ideſt
propter decretum, quo statutum est hominibus semel mor
secundum Apostolum, Heb. 9. ipse dissimulat & permitte
Igitur Daniel, ideſt iustus mortuus, ī lacum ideſt in foueam
vel in purgatorium mittitur, & lapis tunc superponitur
sepulchro, vbi scilicet ab Abacuch .i. à bonis amicis pe
mento piorum suffragiorum spiritualiter sustentatur. Sed
pro certo leones, ideſt dęmones ei non possunt nocere, im
mo ab ipso lacu, ideſt à purgatorio, à rege, ideſt à Deo li
rātur, & ad aliam gloriam sublimatur, s. ad gloriam pardi
si. Alij autem in lacum, i. in infernum ponuntur cum vxo
bus & filiis, ideſt cum fautoribus & imitatoribus suis, vbi à
leonibus, ideſt à dæmonibus deuorantur perpetuo, & super
eum rugierunt leones. Et sic inuidi & homicidæ aliis cre-
dunt, subijpsis noceas, & aliis proficiunt & ualent. ¶Vel dic
spiritualiter per modum exempli, quando quis per inuidiā
curat alteri malitiā, transit super ipsum & idē præiudiciū
pe incurrit, qđ alijs intentabat, sicut patet de aman & Mar
docheo. Vñ dr Prou. 26. Qui fodit foueam, incidit in eam.

CAPITVLVM VII TEXTVS.

Anno primo Balthasar regis babylonis, Daniel som-
nium uidit. Moralitatum Cap. 6.

DAniel vidit in medio maris quatuor uentos pugnare,
& statim bestiæ grādes de mari pariter & ascenderūt
inter se dissimiles & feroces &c. ¶Mare quod est inscrutabi
le, est cor hominis. Hier. 17. Quatuor uenti sunt quatuor affe
ctiones, s. spes, timor, gaudium, & dolor, & istæ inter se pu-
gnāt, quia in corde hominis semper est pugna inter istas af
fectiones & passiones. Ideo bene dicitur in prosa. Confusa
sunt hæc omnia, spes, timor, gaudium, & dolor. Et ideo sæ-
pe accidit ꝙ post istos ventos, ideſt post huius mundi con-
flictum sequuntur quatuor bestiæ fortes & diuersæ, i. qua-
tuor peccata mortalia. Nam ex spe sequitur præsumptio,
ex timore desperatio, ex dolore obstinatio, & ex gaudio lu
xuriæ corruptio & sic cor humanum ex istis quatuor uen-
tis, i. bestiis dissipatur. Vnde in Prou. 19. Cogitationes variæ
versantur ī corde viri. Ideo dicit Eccl. 37. A corde quatuor
ortuntur. ¶Vel dic quòd quatuor venti sunt superbi nobi-
les. Bestiæ sunt crudeles inferiores, qui ideo quatuor dicun
tur, pro eo ꝙ in quatuor mundi partibus collocantur. Isti
igitur inter se pugnant, & per rixas ac discordias iugiter
secum certant. Vnde dicitur Prouerb. 13. Inter superbos
semper sunt iurgia. ¶Daniel vidit quandam bestiam leenæ
similem, & habebat alas sicut aquilæ, & sublatæ sunt alæ eius
& ipsa sublata est de terra, & super pedes quasi homo ste-
tit, & cor eius datum est ei. ¶Bestia significat superbum, &
ideo dicitur similis leenæ, quæ est bestia superbissima, quia
superbi huius mundi sunt crudeles more leonis, pauperes
deuorando, sicut patet de militibus, officialibus & balliuis.
Isti quandoque habent alas aquilæ, per quas in altum ue-
huntur, i. altas personas & nobiles, per quas frequenter su-
blimantur, promouentur & honorātur sicut videmus, quia
non est ita modicus balliuus vel vsurarius, quin habeat ma-
iorem in curia vel patria, qui ipsum subleuet ac supportet.
Isti autem aquilæ dicuntur similes, quia tales mali malorum
fautores ad modum aquilæ per rapinas uiuunt de sangui-
ne alieno. Hiere. 2. In alis tuis inuentus est sanguis pauperū
& innocentum. Alios enim malos non sustinerent, nisi in-
de sanguinem emungerent, & de eorum rapinis emolimen
tum haberent. Iob 39. Pulli aquilæ lambunt sanguinem. Sed
quid? Sæpe accidit, quod alæ istæ à talibus euelluntur, quā-
do homini per mortem subtrahuntur. Isti etiam sui amici
vel fautores sibi per aliquod infortunium auferunt de terre
na dignitate & prosperitate, quam super alios obtinebant.
Et super pedes quasi homo stant, hoc est dictu, ꝙ ipsi cadunt
à statu suo ad terram.i.ad pauperem statum, ita ꝙ si erant e-
quites, fiant pedites. Ideo dr, ꝙ cor eius datum est ei, quia
tunc temporis redeunt ad cor suum, & cognoscunt quid
sunt, & vnde sunt, & quid est mundi prosperitas, quam sic
perdunt. Esa. 46. Redite prævaricatores ad cor, recordamini
prioris seculi. Sicut enim uidemus quando inferiores per-
dunt alas suas.i. fautores suos, qui eos in prelatorum curijs
sustinebant, ipsi solent similiter de terra tolli, & à statu uel
officio, vel saltem reputatione tolli atq; deponi. Zacha. 13.
Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. ¶Vel dic
ꝙ post mortem amicorum suorum & alarum suarum euul
sionem, ipsi similiter de terra per mortem tolluntur, & ad
infernum pedes ire compelluntur, vbi cor eorum.i. tristitia
& desperatio sibi datur, & pœna de male actis si possent. Hie.
8. Dolor meus super dolorem, in me cor meum merēs. ¶Vel
dic ꝙ leena, q̄ est bestia ita luxuriosa, ꝙ cū pardo fornicat,
quod est animal pictū, significat mulierem adulteram quæ
cum pictis & pulchris iuuenibus fornicatur, & leoni.i. mari
to proprio fraudē facit. Alæ igitur istius sunt grā, per quas
eleuatur, & superbit. s. pulchritudo, nobilitas, potentia, & C
voluptas. Sed quid? Veræ istæ alæ primo subtrahuntur ei,
quia. s. sua pulchritudo per senectutem deficit, ipsa tandem
de terra uiuentium transit, & super pedes suos tota nuda in
suis naturalibus relicta, in inferno cogitur stare, & cor eius
datur ei perpetua tristitia lamentari. ¶Secunda bestia, quā
vidit Daniel, erat similis vrso. Ecce (inquit) alia bestia stetit
similis vrso in parte, & in ore eius tres dentium ordines, &
in dentibus suis erant tres principes, qui dicebant ei, surge,
comede carnes plurimas. ¶Bestia potest significare prin ci-
pes malos & prelatos, qui re vera urso (qui mel summe dili
git) sunt similes, quia. s. mel.i. dulcorem voluptatum & deli
tiarum diligunt, & vellus hirsutum diuitiarum gerunt. Nam
sicut vrsus apes inquietat, tales inimicos pauperes per ra-
pinas vt mel.i. ipsorum bona rapiunt & euellunt. Isti habēt
os magnum.i. magnam curiam & hospitium seu claustrum
& monasterium, vbi sunt plures dentes.i. plures personæ in
tribus ordinibus.i. pluribus officiis, distinctionib. statib. gra-
dibus ordinatæ, quidam superiores, quidā mediocres, alij
inferiores, sed in istis dentibus & ordinibus sunt tres princi
pales dentes. i. aliqui magni in officijs superiorum gratijs
excellentes, quia principes in suis curijs & officijs, prælati
in suis hospitijs semper habent aliquos fautores, per quos
reguntur & ordinantur. Sed quid dicunt istæ bestiæ, isti con
filiarij, fautores & magistri? Pro certo non dicūt eis ꝙ regāt
bene terram suam, vel ꝙ faciant iustitiam vel ꝙ ab iniquita
te caueant, sed ipsi dicunt eis, surge, comede carnes plури-
mas, hoc est dictu. Deuora subditos, excoria, rape, come-
de carnes.i. substantias aliorum. ¶Vel dic ꝙ ista bestia est in-
fernus, q̄ est similis vrso, quo ad uoracem insatiabilitatem,
habet tres ordines dentium. i. tres differentias mordacium
tormentorum. s. limbum, purgatorium & baratrum. Isti. n.
dentes dicunt inferno ꝙ deuoret carnes plurimas, q̄a ista
tria loca deuorant hodie quasi omnes personas, quia bara-
trum deuorat dānatos, limbus pueros non baptizatos, pur
gatorium pœnitentiā acturos. Vnde Prou. 30 Tria sunt in-
satiabilia. ¶Vel dic ꝙ ferox vrsa, quę nulli parcit, & q̄ duas D
alas hr dr, est mors, cuius alæ sūt duę. s. infirmitates & ca
sus, q̄ mortē faciūt vndiq; euolare, & ad loca uaria se trās-
ferre. Ista enim tres hēt ordines dentium, statuum & loco-
rū, paradisum, purgatorij & infernū, & forte ibi sunt prin-
cipes tres. s. minores angelorū ordines, qui mortis casibus,
infirmitatib. & actib. hoium præficiuntur secundum aliquos
sanctos, & isti pro certo dicunt morti. Surge, comede car-
nes plurimas, quia isti principes Angeli ordinant secundū
occultā Dei prouidentiam de quolibet, quando, quomodo
& quare, & ubi, in quo istorum trium ordinum locandus sit
quilibet cum morietur. Ideo de morte dicit Ps. 64. Ad te om
nis caro ueniet. ¶Vel dic ꝙ bestia est Christus qui fuit simi-
lis vrso. i. peccatoribus in parte, quantum ad naturam, non
quantum ad uitia. Tres ordines, idesttres naturæ in vna
persona. s. diuinitas, corpus & anima. Tres principes sunt
tres status ecclesiæ, qui per Noe Daniel & Iob 14. Intelligun
tur, continentium, coniugatorum & uirginum, qui dicunt
Christo per orationē, quod ipsa comedat, & eos sibi incor-
poret & uniat per fidei sacrm carnes plurimas, s. homines
huius vitę, vt fidelib. adiungant in corpore Chri mistico. Iu
dęi, hęretici, saraceni, & per pniam reprobi Christiani. Ps.
64. Exaudi orationem meam, ad te ois caro ueniet. ¶Vel dic
ꝙ ista bestia vrsina est vaniloquus, habens tres ordines den
tium. i. tria genera verborum in ore. s. detractionem, iactan
tiam & blasphemiam, & isti deuorant carnes plurimas, q̄a
iactantia deuorat carnes proprias, detractio carnes proxi-
mi, blasphemia carnes Chri. Vide supra de manticora li. de
aialib. Tertia bestia quasi pard⁹ habebat quatuor alas auis &
& quatuor capita, & hab bat potestatem magnam. ¶Pardus
colorat⁹ & preceps, est hypocrita, qui quamuis sit colora-
tus in conuersatione picta & ficta, tamen præceps, est ad
sanguinem, ideſt ad luxuriam & peccatum, & iste habet
plures alas & capita, ideſt plures modos decipiendi, & isto
modo aliqui acquirunt potestatem honorem, & reputatio-
nem. ¶Vel dic ꝙ bestia, cujus quatuor alę, sunt quatuor
affectiones, quatuor vero capita sunt quatuor principalia
crimina ex ipsis orientia &c. sicut supra c. 4. ¶Vel dic ꝙ par
dus est vir perfectus, qui habet pellem pictam honestę con

E uerſationis,& iſte habet quatuor capita, i. qaatuor principales virtutes,ſ.iuſtitiam,prudentiam,fortitudinem,& temperantiam.Habet etiam quatuor alas,ideſt quatuor affectiones bene ordinatus,ſ.ſpem,timorem,gaudium & dolorem, cum quibus uolat ſurſum ad cœleſtia contemplando, & ió poteſtas ei datur in cœlo & in terra.In terra dico quantum ad temporalem promotionem, in cœlo uero quantum ad cœli beatificationem.Et debent conuenire capita cum alis quia gaudium debet habere temperantiam, dolor prudentiam,ſpes iuſtitiam,timor fortitudinem.Eze. 1.Quatuor facies vni &c. ¶Quarta beſtia erat terribilis & fortis nimis diſſimilis aliis & habebat dentes ferreos, & comedebat & comminuebat,& reliqua pedibus cõculcabat, & capita habebat decem.¶Iſta ſignificat mundi diuites,& tyrannos,qui propter ſuam malam uitam quam plerıq; ducunt,ſunt terribiles,& alijs diſſimiles Chriſtianis, vt de quolibet dicatur illud Sap. 2.Grauis enim eſt nobis etiam ad uidendum,quoniam diſſimilis eſt nobis uita eius.Decem capita ſunt decem capitalia uitia,quæ opponuntur decem præceptis.Apoc.13. Habebat capita ſeptem & cornua decem. Dentes iſtorum ſunt eorum officiales & balliui,qui dicuntur dentes à demẽdo,quia iſti ſunt rapaces & auaræ naturæ & aliis demũt & ſubtrahunt quicquid poſſunt.Et iſti dicuntur ferrei, pp duracrudelitatem,ſunt magis fortes quo ad diuitias, & quo ad potentiam ſecularem intantum ꝙ nullus põt cõtra eos prævalere,& ita illæ beſtiæ,i.principes potentes, mediantibus ſuis dẽtib.i. ſuis coadiutoribus hodie omnia deuorant & confundunt,& illud,quod non poſſunt conſumere, ſ.illos contra quos non poſſunt prævalere,vilipendunt & deſpiciunt,capita habẽt plura,i.plures dignitates,uillas &ꝛca ſtra.¶Vel dic ꝙ iſta beſtia ſunt cauſidici, & balliui & officiales,& tales dentes,quorum demũt bona aliorum,ſunt principes & prælati,cum quibus ſunt, & per quorum uirtutem faciunt multa mala.Nam habent dentes ſuper eos,ideſt dominos magnos & magiſtros, ſub quorum umbra ipſi deuorant omnes alios circunſtantes, per auaritiam & rapinam, & illud,quod non poſſunt ſuppeditare, cõculcant pedibus .i.contemnunt per ſuperbiam mentis.Iſti habent hodie plura capita.i.dignitates & præbendas.Pſal.72.Ipſi peccatores in ſeculo &c. ¶Apparuit quædam beſtia mirabilis & terribilis, fortis & magna habens capita ſeptem & cornua decem & inter omnia iſta cornua ortum eſt unum cornu modicum,habens oculos quaſi oculos hominis,& hic loquẽs grandia,& à facie eius tria de aliis cornua ſunt euulſa, & iterum creuit illud cornu, cum quo bellum faciebat contra Dei ſanctos & prævalebat,& reges terræ humiliabat.Putauit ꝙ poſſet mutare tempora & reges, ſed tandem antiquus dierum venit,ad iudicium ſedit, & poteſtas iſtius eſt ablata. ¶Si uis expone allegorice,ſicut expoſuit gloſſa de antichriſto,& dic ꝙ beſtia eſt regnum romanum.Decem capita ſunt decem regna, corna ſunt reges, cornu modicum eſt antichriſtus,contra Deum loquens grandia,reges ſubiiciens,oculos clari intellectus habens.Iſte enim contra ſanctos pugnabit,& prævalebit ad tempus,ſed tamen finaliter veniet antiquus dierum Chriſtus ad iudicium, & ceſſabit eius poteſtas,ſed de hoc nihil ad præſens.¶Sed expone moraliter & dic,ꝙ beſtia eſt princeps vel prælatus magnus & fortis,habens plura capita.i.plura loca capitalia,villa & caſtra,cornua ſunt principes,balliui & officiales ſui,mediantibus quibus alijs cornu impetit & deterret,ſed aliquando accidit ꝙ oritur inter eos vnum cornu modicum,ideſt vna modica & parua perſona,quæ primo eſt in paruis officijs quæ tamen oculos ſuæ claræ diſcretionis,cautelarum & cauillationis habet,& propterea laqueo ſuæ eloquentiæ. i.iactantiæ & adulationis,minarum & elationis ipſe prævalet contra alios & maximè contra ſanctos & iuſtos,& ſuppeditat tres vel plures,& alij officiales à facie eius euelluntur & deponuntur de ſuis officijs,& quandoque fauente fortuna intantum creſcit in mundi proſperis,ꝙ Dei ſanctos vel pauperes religioſos,& alios ſe meliores concutit & cõculcat. Deum contemnit,reges terræ ideſt nobiles & potentes humiliat & affligit,vt patet de iſtis, qui ſunt cum regibus & prælatis,de quibus dicit Apoſtolus.1.Theſ.2.Deum non timent, & cunctis hominibus aduerſantur.Sed finaliter uenit Chriſtus antiquus dierum, & uocat eos ad iudicium per mortẽ

ſubitam,& ſic eorũ poteſtas deficit.Ideo de tali cornu dicit Pſ.74.Cornua peccatorum conterentur.Vidit Daniel,quod throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, ueſtimentum eius quaſi nix, capilli eius quaſi lana munda, thronus eius, quaſi flamma ignis, rotæ eius ignis accenſus, flumen igneus,rapidusque egrediebatur à facie eius,& libri aperti ſunt,& iudicium factum eſt,& tũc omnium beſtiarũ occiſa eſt poteſtas, & filio hominis ſibi præſentato dedit regnum, quus dierum poteſtatem,regnum,gloriam & honorem. Per iſtis uerbis deſcribit iudicis vel iudicij ſtatus, quia prius ſedet to in throno,ideſt in prælatione & poteſtate iudiciaria, debet ſedere niſi antiquus,ideſt hõ ſapiens & maturus, debet habere capillos,i.interiorem affectionem,& ueſtimentum,i.exteriorem conuerſationem,albam & mundam, ſtam & puram,caſtam & honeſtam, & immunem ab omni affectione & acceptatione munerũ & perſonarũ quaſi nix & quaſi lana albi capilli eius, dato ꝙ hodie multi ſeſſores & iudices ſunt contrariæ conditionis. Vnde dicitur Eccl. 10.Vidi ſtultum in dignitate ſublimi thronus eius, i.auctoritas rotæ circa eum.Voluentes,ideſt miniſtri ſui uolubiles, apti ad obediendum, debent eſſe igniti,ideſt feruentes in charitatiui,vel ignei, ideſt rigidi ad malos puniendum, iuſtos promouendum & ideo fluuius igneus rapidus,ideſt rigor & ſententia aſpera & rigoroſa à facie eius debent emanare tra ipſos emanare,quia nullum debet timere, quin peccet etiam & rigorem faciat iudicium æquitatis. Apoſtolus Hebr.1.Facit miniſtros ſuos flammam ignis. Hic debet habere plures miniſtros, quia iudicium non debet fieri niſi coram pluribus aſſiſtentibus & conſiliariis.Libri debent eſſe aperti,quia ſecundum quòd in libro legum & canonum inuenitur ſcriptum,debent procedere,& filio hominis, ideſt bonis,notabilibusq; perſonis finaliter debent dare poteſtatem, gloriam & honorem. Beſtiarum autem,ideſt ferocium in quorum ratione carentium debent auferre & reprimere poteſtatem.Deuter.25.Quem iniuſtum uideris, condemnabis, quem uero iuſtum videris, victoriæ palmam dabis. ¶Vel dic econtrario,quod in throno & in dignitatibus culi ſedentes prælati & iudices ſunt hodie in tanta pompa quòd habent milia milium miniſtrantium & aſſiſtentium ſed ipſæ rotæ & miniſtri ſui ſunt ignei,per rapinam & feroriationem,etiam fluuius, ideſt rigor crudelitatis & mali à facie talium egreditur in ſubditos vndequaque. Ioã. 4 Ante faciem eius ignis vorax.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.

Anno tertio regni Balthaſar regis viſio apparuit mihi. Moralitatum Cap. 7.

CVm eſſet Daniel in regione helam, vidit ſe eſſe in porta vlay.Vidi(inquit)& ecce aries unus habẽs cornua,& unum cornu maius alio,qui cornibus ſuis ventilabat per oẽs mundi partes,& nullus poterat ſibi reſiſtere,feciq́ue ſecundum uoluntatem ſuam, & magnificatus eſt. Tunc venit hircus caprarum ab occidente, habens cornu inſigne ante oculos undique ventilans, & efferatus eſt arietem,& comminuit cornua eius,& nullus poteſt liberare arietem de manu eius, tamen in fine cornu illud magnum fractum eſt conſumptumque. ¶Aries iſte ſignificat aliquem religioſum,ſimplicem,& maturum,vel quencunque virum bonum & honeſtum,qui quandoque habet duo cornua, eſt ſcientiam vtriuſque teſtamenti. Vel duo cornua, ſcientiam naturalem,& affluentiam temporalem. Vel cornua,ideſt mitram, quia forte eſt Epiſcopus vel comes tus,vel duo officia,ideſt duplicem iuriſdictionem,ideſt ritualem & temporalem,quia cornua in manu eius. Ar cuch 3. Iſte quandoque fauente fortuna magnificatur creſcit per potentiam ſecularem intantum quòd non nit ſibi reſiſtentem,ſed ſæpe accidit, quòd uenit hircus eſt vilis & inſufficiens perſona, quæ tantummodo vnum cornu,ideſt vnum officium, qui pugnat contra latum,& prævalet contra eum,& frangit cornua eius, & regnat loco eius, ſic quòd nullus poteſt ſibi re re in una poteſtate.Vnde dicitur Abachuch 1.Impius let aduerſus iuſtum &c. Sed tamen in fine frangitur eius, ideſt eius poteſtas,quia ſæpe accidit,quòd qui

runt aliorum poteſtates,poſtquam diu regnauerunt,& mũcum tribulauerunt,ita ꝙ nullus eis poterit obuiare, finaliter conſtituntur,& per mortem ſubitam moriuntur. Eſa. 30 Subito,dum non ſperatur,venit contritio eius &c. ¶Vel dic ꝙ hircus fœtidus eſt aliquis luxuriоſus & immundus, q quandoque habet vnum cornu inſigne,ſ.generis nobilitatẽ vel ſeculi dignitarem & poteſtatem & hoc inter oculos,qa ſcilicet iſte præ oculis ſemper habet præſumptionem & ſuperbiam vel aliquod bonum ſi ipſum habet. Iſte igitur pugnat contra arietes cornutos, ideſt contra prædicatores humiles,& eos conterit,& tamen finaliter ipſe perit. ¶Vel dic quòd aries eſt prædicator,cum cornu duplicis teſtamenti,cui nullus reſiſtit,ſed vndique circuit prædicãdo,ſed qñque venit hircus fetens,i.peccatum luxurię,quod quandoq; ei prævalet,& ſuam deſtruit poteſtatẽ.¶Vel dic, quod aries eſt diues aduocatus cum pluribus cornibus, ideſt officijs & dignitatibus,qui intantum proſperantur in terra,quod per rapinas & exactiones omnes vicinos conturbat, ita quòd nullus poteſt ſuis malitijs obuiare,ſed in occidente mortis venit hircus fœtidus,i.diabolus,qui circa tales effrenatur p mortem temporalem.¶Vel hircus,ideſt mors,quam comitatur fętor & horror,eos confringit per damnationem æternam,ita ꝙ nullus eis amplius ſuffragatur,quia omnes amici eius ſpreuerunt eam inter anguſtias.Tren.1.Et iſte hircus,ſ. diabolus,habet vnum cornu,ſcilicet excellentiam nobilitatis naturalis,qua pollet,quia non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei.Quam habet ſemper per ſuperbiam ante oculos mentis & imaginis ſuæ. Iob.41. ¶Daniel vidit vnũ modicum cornu,quod factum eſt magnum, & tunc videns ſe fortificatum,inſurrexit contra ſtellas,& deijciebat eas in terram contra ſanctuarium Dei,& conculcauit illud & magnificatus eſt in fortitudine cœli, & proſtrata eſt veritas in terra.¶Tales ſunt multi,qui primo ſunt modici quantum ad dignitates,proſperitates & diuitias,vt forte quia ſunt de humili plebe & in paruo ſtatu, tandem tamen fiunt grandes, quia ipſi ditantur & magnificantur,& tunc ipſi inſurgũt cõtra Deum per vitia & peccata,& ſtellas & ſanctuarium ideſt Dei ſanctos perfectos,religioſos,vel ſanctuarium ideſt religionem per rapinas & exactiones deſtruunt & conculcat, ita ꝙ ad litteram per talium fraudes & malitias fortitudo ęcclę.i.eccleſiæ impugnatur,& veritas deprimitur. Vnde,Eſ.59. Corruit in plateis ueritas &c. ¶Daniel ſe aſſerit vidiſſe hircum,qui ventilabat per quatuor partes cœli, & quòd nulla erat beſtia,quæ ſuæ poſſet reſiſtere voluntati, veruntamen cornu eius inſigne,quod habebat, ante oculos fractum eſt, & quatuor loco illius ſurrexerũt.¶Iſtud expone ſicut libro de animalibus,capitulo de angue,vbi agitur de hydra,cuius ablato vno capite duo ſurgebant.

CAPITVLVM X TEXTVS.

Anno tertio regni Ciryregis Perſarum, verbum reuelatum eſt. Moralitatum Cap. 8.

VIdit Daniel,& ecce vir vnus veſtitus lineis,& renes eius accincti auro obriſo,corpus eius quaſi chryſolitus,facies ſicut ſpecies fulguris,oculi vt lampas ardẽs,brachia eius & quæ deorſum erant,quaſi ſpẽs eris candentis,& vox ſermonum eius quaſi vox multitudinis.¶Iſte eſt vir perfectus,qui veſtitus debet eſſe lineis, ideſt candore puritatis in conſcientia. Renes eius,ideſt actus & motus renum debet eſſe cinctus & reſtrictus fulgore caſtitatis in apparẽtia, & conuerſatio debet eſſe aurea & honeſta, & maximè quo ad renes, ideſt quoad actus veneris, corpus eius, ideſt intentio debet eſſe chryſolithus,ideſt preciоſa & ſancta. Facies eius,ideſt affectio debet eſſe ſicut fulgor, per ardorem charitatis. Oculi cordis ſui ſicut lampas, per ſplendorem diſcretionis & ſublimitatis. Brachia eius, ideſt virtus debet eſſe ærea, ideſt ſonora per ſonoram prædicationem, & per meritorum operationem,& candens per colorem ſuæ charitatis. Vnde dicitur Marc.decimoſeptimo. Veſtimẽta eius alba ſicut nix.Sic igitur perfectus eſt lineus quo ad puritatem, aureus quo ad honeſtatem, chryſolithus quo ad ſanctitatem, fulgureus quo ad charitatem, lampadeus quo ad ſcientiæ claritatem, æreus quo ad bonorum operum diuturnitatem, quia æs eſt metallum durabiliſſi-

mum. Vnde de tali viro poteſt dici illud Zacha. 6. Ecce vir Oriens nomen eius.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.

Erat vir habitans in Babylone & nomen eius Ioachim. Moralitatum Cap. 9.

INgreſſa eſt Suſanna pomerium viri, vt illic recrearetur & lauaretur.Emiſit autem puellas,& remanſit ſola & ſtatim affuerunt duo ſeniores iniqui, qui ipſam voluerunt maculare,ſed quia non conſenſit eis,perhibuerunt teſtimoniũ adulterij contra ipſam.Quæ cum duceretur ad mortem,affuit Daniel,qui probauit eos mendaces,& ſic Suſannam liberauit,& ſenes ad ſupplicium condemnauit. ¶Suſanna eſt aĩa.Vir eius eſt Chriſtus. Viridariũ Chriſti eſt religio.Aqua, quæ eſt ibi,eſt fons deuotionis.Vnguentum,quod eſt ibi,eſt dulcedo conſolationis.Ancillæ animæ ſunt gratię & virtutes.Duo ſenes ſunt mundus & diabolus.Daniel eſt prælatus, presbyter uel ſacerdos.Accidit igitur,ꝙ Suſanna, ideſt anima chriſtiana venit ad viridarium viri ſui Chri,i.ſtatum ſuæ religionis,vt ibi recreetur & ſaluetur, & vt ibi aqua deuotionis & lachrymarum à cunctis ſordibus & uitijs abluatur, & vnguento diuinarum gratiarum & conſolationum ſpiritualiter inungatur. Sed quandoq; accidit, ꝙ iſta à ſe emittit Ancillas,ideſt virtutes per aliqua peccata, quæ committit in religione,& ſola ſine uirtutibus vult remanere. Vnde dr. Luc.10.Soror mea reliquit me ſolam miniſtrare.Et nũc vere inſurgunt ſtatim aduerſus eam duo ſenes,ſ.mundus & diabolus,qui tentant eam,& volunt ꝙ miſceatur cum eis p vitia & peccata,ſ.cum mundo per auaritiam & luxuriam, cũ diabolo per ſuperbiam,iram & inuidiam,quia tunc eſt ſola, & non habet adiutorium gratiæ Dei.Sed quandoque Dei auxiliо fit,ꝙ ipſe ſcilicet anima reſiſtit,& non cõſentit, & tũc iſti duo ſenes,ſcilicet diabolus & mundus,imponunt ſibi & procurant quicquid mali poſſunt,tribulationes & labores. Veruntamen Dei iuuamine & opere Danielis ideſt conſilio ſacerdotis,ipſe euadit,nec perit manibus eorundem. Pſal. 119.Ad dominum cũ tribularer clamaui &c. ¶Vel dic ꝙ pomerium eſt mundus, ubi eſt iam vxor Ioachim Dei patris, ꝙ dum credit mundi uoluptatibus vti aqua & vnguento.i.mũdi proſperis,emittit ancillas,ideſt virtutes, & ſic ſenes, ideſt caro & mundus tentant eam,ſcilicet caro de luxuria,de ſuperbia dęmon,& tunc ipſa eſt in periculo mortis æternæ, niſi clamet ad dominum per confeſſionem & orationem,& niſi à Daniel, ideſt à Chriſto per ſuam gratiam liberetur. Pſalm.118.Me expectauerunt peccatores &c. ¶Vel dic ꝙ Suſanna quia erat ſola,fuit in periculo damnationis, & ideo bonum eſt ſemper habere amicos ſecum ſocios bonos,ne propter ſollicitudinem veniant nobis mala. Vnde dicitur. Gen.2.Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. ¶Vel dic quòd ſenes ſunt iuuenes moderni,qui ſi fit aliqua perſona in uiridario ideſt in iuriſdictione ſua, quæ coram eis habet negocia niſi eis fit fauorabilis, & niſi eorum faciat voluntatem eis,applaudendo,vel munera præſentando,uere non timẽt ſententiare cõtra ipſam.Veruntamen Daniel,i.Chriſtus in fine ipſos crudeliter condemnabit Matt.7.In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.Matt. 14. ¶In Babylone erat idolum nomine Bel,quod Rex & populus colebãt,ita ꝙ rex infinitam quantitatem ciborum continue tradebat ſacerdotibus Belis,ut ponerent coram Bele, qui fingebant ꝙ omnes cibos nocte qualibet deuoraret.Illi autem fecerãt meatus ſubtus terram,per quos ipſi,uxores & filii ingrediebantur,qui omnia deuorabant.Daniel autem hoc uolens probare,occulte pauimentum cinere ſuperſparſit,& figillo regis oſtium ſigillauit.De nocte autem per occultos meatus ſacerdotes cum uxoribus & paruulis uenerunt,& quæ poſita fuerant,comederunt,ita ꝙ in cinereo pauimento ueſtigia uirorum,mulierum & paruulorum apparuerunt,& ſic ipſorum malitiæ ſunt repertæ,ita ꝙ eos rex & babylonij puniерũt & idolum deſtruxerunt.¶Babylon,quæ interpretatur cõfuſio, eſt mundus plenus confuſione.Bel eſt Chriſtus, quia bel interpretatur ueteſtas. Iſte autem dicitur Dan.7.antiquus dierum.Iſte autem in templo ſanctę eccleſiæ coronatur,& tam à regib.quam a cæteris populis adoratur. Quid? Pro certo reges,& populi tradunt à principio maximas impenſas,ci-

E bos,redditus,possessiones sacerdotibus Bel,idest Christi sacerdotibus & viris ecclesiasticis,vt ipsi Bel, idest Christum in persona pauperum per eleemosynas & in persona propria per deuotionem nutrirent, ipsi vero fingunt & dicunt, q̄ Bel omnia deuorat & consumit,i.q̄ omnia in diuinis vsibus consumuntur.Sed ipsi habent occultos meatus, p̄ quos transeunt & introeunt,& vxores eorum & filij,qui bona data ecclesiæ deuorant & consumunt.Et ideo sicut Daniel proiecit cinerem in pauim ento,sic in crastino apparuerunt vestigia virorum, vxorum & puerorum, & sic deprehensa est fraus eorum,& sic templum & sacerdotes à rege sunt destructi.¶Sic vero charissimi in templo ecclesiæ apparent tot vestigia istarum concubinarum & filiorum eorum,q̄ iam quasi publicum est,ita q̄ sacerdotes amodo non possunt dicere, q̄ talia bona à bele deuorantur,idest in Dei vsibus expendā tur,qui planum est q̄ in pomparum suarum, idest in virorū filiarum & concubinarum vtilitatibus expēdantur. Et ideo pro certo hodie rex & populus visis huiusmodi fraudibus, subtrahit ei redditus & impēsas,quas antiquitus dederūt & templum ecclesiæ cum suis sacerdotibus quantum possunt, destruunt & subuertunt.Ideo dicitur Mala.2.Vos sacerdotes recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui, propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis & humiles.¶Vel dic q̄ rex est Christus, cuius templum ecclesiæ intrant mulieres,infantes & paruuli,idest personæ ignorantes,per vias occultas,idest occultę & simoniacæ per fauores & dona,& hoc non vt ipsi seruiāt Deo,scilicet vt ipsi comedant & habeant impensas,i. temporales diuitias, quæ sunt ibi,modo autem omnia sunt sigillata sigillo regis, quia quamdiu durat vox huius vitæ, non apparent merita personarum,sed quando transibit vox huius vitæ,tunc apparebunt vestigia talium,tunc videbunt mala,quæ modo faciunt,& modos sui ingressus,& tunc à rege Christo æternis cruciatibus occidentur.Vnde dicitur.Tren. 1.Vidit gentes ingressas sanctuarium ne intrarent &c.

Moralitatum super Danielem Finis.

FMORALITATVM Liber Vigesimusquintus super Ionam.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.

Et factum est verbum domini ad Ionam filium Amathi.Moralitatum Cap. vnicum.

IOnas propheta,cui dominus præceperat,vt iret in niniuem,destructionem vrbis prædicare, voluit à facie domini fugere & inuenta naui disposuit in tharsis nauigare. Veruntamen cum esset in naui, descendit ad profundum nauis,cępit sopore graui dormire,tempestas autem propter ipsum in mari surrexit quia nauem & nautam fere submersit,sed nautis ad sortes recurrentibus,& propter quem tempestas fieret scisciantibus, cecidit sors super Ionam. Qui statim à somno euigilat, & comperta causa in mare proijcitur,& statim tempestas sistitur & sedatur.Dominus autem cetū præparauit, qui Ionam deglutiit,& ipsum triduo in suo ventre viuente,& Deum orantē tenuit,& tādem ad littus maris ipsum portauit,& euomuit. Qui tandem pergens niniuem, mandatum Dei loquitur,& post quadraginta dies submersionem minatur, quæ tamē pę nitentiam faciens liberatur. Ista exposuit Christus allegoricè de seipso dicens Mat.12.Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus,& trib.noctib.sic erit filius hominis in corde terræ.Et ideo possumus dicere,q̄ Ionas,qui interpretatur colūba, Christum pium,simplicem & columbinum significat,q̄ proculdubio pro prædicando in niniuē.i. in mundum à patre mittitur.Et quia tempestas tribulationis & damnationis aliquo modo cessare nequibat,à nautis,i.à iudæis de naui.i. de Hierusalem eijcitur, & in mari.i. in mortis amaritudine damnatur.Dicebant.n.iudei illud Matt.18.Expedit vt suspendatur mola asinaria in collo eius,& submergatur in mare,p populo,vt nō tota gens pereat.Istum igitur cetum piscis immanis,i.terra voratrix per sepulturam absorbuit, & ibi triduo continuit,sed post triduū per resurrectionem eum & tandem ciuitas huius mundi per pœnitentiam salua titit.Vnde illud Gen.40.Tres adhuc dies sunt per quos restituet dabitur Pharao ministerij tui,& restituet te in gradum stinum.¶Vel dic q̄ Ionas significat quosdam discordes,& tigiosos,à facie domini per peccata fugientes,& in tha quod interpretatur explorans gaudium.i.exploratione diorum seculi pro virib.nauigantes.Vnde Iob.34. Qui industria recesserunt à Deo.Qui graui somno peccati ob ti,totam nauem,i.religionē,ecclesiam,ciuitatem vel pa vbi degunt,tribulant,& turbāt,tēpestatē,dissensionē & ctionem excitant & producunt. Sicut ad litteram videm in claustris,de quibusdam discolis,detractoribus, & verbosis,qui non cessant discordiam seminare,& dis sionum & litiū cā esse.Sicut.n.dī.Prou.17. Semper iurg rit malus.Sicut videmus de q̄busdā malis officialib.& fis hoīb.q̄ quādiu viuunt,non pōt esse pax in patria,sed per tribulatio uel tempestas,& iō sp necesse est q̄ sors næ siue super tales finaliter cadat,& q̄ ipsos sua iniquita prehendat,& q̄ nautæ nauis.i.prælati vel rectores patro sos de naui.i.de prosperitate & statu deijciant & depon in mare,i.tribulationum amaritudinē eos ponant, & de randos ceto,i.dæmonib.vel malis hoīb.& austeris com sarijs & balliuis eos tradant, qui.s.eos ad littus aridū,i. paupertatis statum euomant & deducant.Ista quotidie vi mus de istis malis hoīb.mundum tribulantib.& in mundi speritate dormientibus quia finaliter deponunt,& in na tribulationum ponuntur, & ceto, idest duris commissarij examinandi traduntur,à q̄bus ad littus paupertatis pos euomunt.De istis igit dī.Prou.22.Eijce derisorem, & exib cū eo iurgiū, cessabunt q̄; causę & cōtumeliæ.¶Vel dic q̄ dormiens est peccator, delitiis & prosperitate gaudēs & a alios tempestates tribulationum excitās, qui finaliter in re,i.in amaritudinem tribulationum proijcit & mundi pe cula,ibi à ceto,i. à diabolo vel inferno voratur, & in ventr eius iterum remouendus,i.resurrecturus seruat.¶Predica te Iona & subuersionē vrbis minante, venit uerbū ad re Cap.3.Niniue.Qui surgens de solio suo, abiecit uestimen sua,& indutus est sacco,& sedit in cinere,& pcepit q̄ hom & iumenta saccū induerunt,& nō comederent nec biber sed oēs unanimiter ieiunarent,& oēs in fortitudine ad Deu clamarent.Q̄d uidens dñs,ciuitati illi pepercit,& ipsam n subuertit.¶Sic uere nullus est ita magnus rex aut dīs, qui debeat uerba p̄dicatorum timere, & ad eorū uerba sedā humilitatem descendere,saccū pniæ induere,& in cine in mortis meditatione manere,& ad ieiunandum,i. faciendum homines & iumenta in ducere uel monere. si fecerint,à damnationis periculo se potuerunt liberare lias.n.necesse est eis tribulationib. corporis & cordis cere.Vnde Luc.13.Nisi pniam egeritis, oēs simul peri ¶Hic habetis q̄ super caput Ionæ subito orta fuit hedera deficcauit subito uentus urens &c. Mundi prosperita tellige per hederam, q̄ si subito orta fuerit, ut communi necesse est ut recedat.Vnde in Prou.13. Substantia festa minuetur,quæ autem paulatim colligitur manu,multip tur.Vide de hedera capitulo suo libro 12.& exponetib

Moralitatum super Ionam prophetam Finis.

MORALITATVM Liber vigesimussextus, super Zachariam prophetam.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.

In mense octauo in anno secundo Darii regis factum est uerbum domini ad Zachariam. Moralitatum Cap. 1.

ZAcharias uidit quattuor cornua,& dictum est ei quòd illa erant, quæ uentilauerant Iudam, Isra & Hierusalem, & post uidit quatuor fabros, & responsum est sibi quòd illi erant fabri, qui uerant cornua supradicta deterrere.¶Ista signa potes geraliter applicare, quòd non est dare tam durum seu cru

lem tyrannum,quin quan doq; inueniat duriorem.Quatuor enim cornua duros & elatos peccatores significant, qui in quatuor mundi partibus manent,quia re vera Iudam.i. Deū confitentem,Israel,i.Deum contemplantem, Hierusalem,i. pacifice conuersantes, tribulationes feriunt, sed dominus contra tales fabros præparat,quando alios bonos iudices, vel alio fortiores tyrannos ad confringendum istorū elationem & proteruiam procurat.Et pro certo quotidie videmus,q̄ tyranni officiales & vsurarij,postquam bonos diu vē tilauerunt, solent inuenire fabros domini,i. aliquos alios commissarios,qui ipsos & eorum superbum statum confundunt.Vnde dicitur.Eccl.5.Excelso alius excelsior est, & in his quoque ali eminentiores sunt.¶Vel dic q̄ quattuor cornua sunt quattuor male affectiones,s.gaudium inaniter exhilarans,dolor malæ affl gens,timor male humiliās,& spes male præsumens.Ista sunt cornua,quę male in animam uenulant Iudam,i.confessionem,Israel,i.contemplationē,Hierusalem,i.concordiam & pacis vnionem,& ideo quattuor fabri,i.quattuor uirtutes cardinales sunt ad ista cornua conterēda necessariæ,& ad malas affectiones quadruplices moderandas.Vnde Eccl.33.Contra malum bonum est.¶Vel dic q̄ quattuor cornua sunt quatuor spēs elationis & superbię, delatio propter eminentias, propter diuitias,pp proprias virtutes, propter mundi fauores,& famę varias opiniones. Sed quattuor fabri.i. quattuor sensus humilitatis, ista quattuor cornua conterunt, quia quattuor species humilitatis, quæ sunt, spernere nullum, spernere mūdum,spernere se, spernere se semper, ista quattuor superbiam tollunt. Ps. 74.Cornua peccatorum conterentur &c.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Et reuersus est Angelus,qui loquebatur in me,& suscitauit me. Moralitatum Cap. 2.

VIdit Zacharias vnum candelabrum aureum totum, quod habebat lampadem cum septem lucernis, & septem olei infusores. Iuxta quod duas olivas vidit, quarum vna ad sinistram lampadis stabat, ad dexteram alia. ¶Candelabrum in ecclesia est quicunque iustus plenus sapientia, & quicunque alios illuminat doctrina,qui totus debet esse aureus,i.sanctus,non solum intus in cōscientia,immo exterius in apparentia.Vnde.1.Paral.3. Deauravit eā intrinsecus auro mundissimo. Iste igitur debet habere lampadem spiritussancti cum septem lucernis,i.cum septem donis & duas oliuas.i.duas species misericordiæ spiritualis & temporalis,cum suis infusoribus.i. cum suis septem operib. pijs. ¶Vel dic q̄ candelabrum illuminans ecclesiā & Spiritus sanctus,cuius lampas,odor & charitas septēm lucernas.i.septē dona continet,quod septem fusoria.i.septem misericordię opera,oleum eleemosynarum & pietatis infundentiam secum habet,& quod super duas oliuas.i.super duas species virorum misericordium,i.istos,qui temporaliter & spirituali ter pietatem faciunt,visitat,& confortat,quia misericordia temporalis,quæ consistit in alios pascendo,hospitando,sepeliendo, & misericordia spiritualis, quæ consistit in alios corrigendo,docendo & consolando,& eis remittendo, & proeis orando,lampadi.i. Spiritui sancto vel charitati vicinæ sunt,& ab ipsis proueniunt,vt de istis duobus generibus misericordium dicatur illud.Zacha.4. Isti sunt duo filij olei splendoris,qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

CAPITVLVM V TEXTVS.

Et conuersus sum.Et leuaui oculos meos,& vidi,& ecce volumen volans. Moralitatum Cap. 3.

VIdit Zacharias volumen,cuius longitudo erat viginti cubitorum,latitudo decem,in quo maledictio contra fures & periuros continebatur.¶Talis est sacra scriptura,quia ista est volumen inuolutum, à Paradiso volitans & alatum,cuius longitudo est fides,quæ in viginti cubitis,i.in viginti particulis distincta consistit, in quantum septem sacramenta,septem virtutes,& sex opera miæ continet,latitudo decem mandata legis tenet, in quibus fur & periurus maledicitur & ad mortem perpetuam condemnatur.¶Duas vidit Zacharias mulieres quæ habebant alas quasi miluus,& spiritus erat in alis eorum,quæ vnam amphorem inter cęlū & terram leuabant,& eam, vt ædificaretur ei locus in terra Sennaar, deferebāt,in medio amphoræ quasi mulier,quę dicebatur impietas cōtinebatur,& massa plumbea os amphoræ claudebatur.Ipsa vero amphora egrediens,& aliorū oculis vocabatur. Hic est inquit oculus eorum vniuersa terra. ¶Per istam amphoram profundam poterit intelligi vsurarius vel auarus,qui.s.per auaritiam est insatiabilis & capax, per malitiam est profundus,in qua ista mulier,quæ est impietas, continetur,& in ipsius animo massa plumbea,i. cum pondere malæ consuetudinis continetur.Impietas.n.i.crudelitas, in amphora,i.in corde vsurarij vel auari sedet,& ibi sicut in hospitio suo manet,sicut videmus de vsurarijs,quorum voluntas caret pietate & quorum conscientia est plena omnimoda crudelitate.Ma.1.vocabuntur termini impietatis & populus &c.Patet ēt q̄ massa plumbea.i.pondus malæ consuetudinis impietatē in istorum conscientia taliter detinet, q̄ ipsam contrahere verbo vel verbere nullus valet.Saris.n. pōt Deus uel prælatus percutere uel prædicator urgere,q̄ iniquitatem suæ peruersæ conscientiæ nunquam ab istis poterit amouere.Vnde Esa.9.Succensa est quasi ignis impietas. Ista amphora dī egrediens inter cœlum & terram, pondus dī oculus terram dirigens.Dī ad terrā Sennaar, quod interpretatur fœtor finaliter tendens,& sicut usum est,dī impietatem continens, quia proculdubio auarus à Dei gratia & amicitia egreditur inter cœlum & terram.i.inter alta & infima,per statum sui instabilitatem & inconstantiam suspēditur,cæcorum seculariū lux & oculus,rector & director creditur,impietate replebitur & finaliter in terram fœtoris infernidefertur,vbi locus talium finaliter ordinatur.Hier.19. In tophet sepelientur,eo q̄ non sit alius locus ad sepeliendum.Sed istæ duæ mulieres istam amphoram de terra erigūt & eam in terra Sennaar deducunt,quia duę mulieres.i.duo mollia vitia,s.carnalis parentum affectio,& terrenorum ambitio improbantur,quibus.s.annexæ sunt alæ milui.i.quædā pigritia & superbia & elatio,& in istis alis virtutis præsumpti.Istam amphoram,s.auarum & peccatorum per inanem spem erigunt, ita q̄ eum semper velle sursum ad cœlum.i. ad celsitudinem status ascendere faciunt,& tñ conflar q̄ inter cœlum & terram remanet,quia nūquam attingit ad celsitudinem,q̄ optat,quinimmo semper solet in pendulo manere,& nullam status certitudinem obtinere,quia non sufficit istis status inferior quem relinquunt.Cœlum autem.i.ista tum altiorem non possunt attingere,quem expoſcunt,& sic inter cœlum & terram.i.in incertitudine status remanent, quia illud,quod desyderant,attingere nō valent. Vnde Eze. 8.Eleuauit me spiritus,& statuit me inter cœlum & terram, spiritus dico elationis.Istæ igitur mulieres idest affectus carnales & auaritia istam amphoram.i.peccatorē,in terra Sennaar.i.in campum fœtoris,scin infernum portant, vbi locū perpetuæ mansionis sibi præparēt.Eze.23. Filij hominis,duæ mulieres fuerāt filiæ matris unius.¶Vel dic q̄ duæ mulieres, q̄ peccatorē in inferno portant,sunt mundus & caro, vxor & diabolus,vel carnalis voluptas,vel spes pniæ finalis,& timor afflictionis.Ille malę mulieres,quę alas superbiæ possident,& spiritum malæ affectionis habent, & ideo amphoram,idest peccatorem in infernum deferunt.Vide si vis supra de elephante c.vltimo.

CAPITVLVM VI TEXTVS.

Et conuersus sum,& eleuaui oculos meos & vidi. Moralitatum Cap. 4.

ZAcharias vidit quattuor quadrigas egredientes de medio duorum montium ereorum, quarum prima habebat equos rufos,secunda nigros,tertia albos,quarta fortes & varios.¶Dic si uis,q̄ istæ quattuor quadrigę,sunt quattuor virtutes cardinales,s.fortitudo,temperantia, iustitia & prudentia.Istę sunt quadrigę dñi,ad quas debemus esse ligati,& iugo disciplinę & obedientiæ subiugati.¶Isti.n.à duob.montibus ereis,i.à duabus animæ potentijs perpetuis & solidis, scilicet intellectu & affectu oriuntur,& ab ipsis naturaliter producuntur, quę quadrigę quatuor habent species equorum, scilicet hominum sibi famulantium, quia fortitudo habet equos rufos idest martyres proprio sanguine rubricatos.

E bricatos. Temperantia habet nigros, ſ. confeſſores p ſqualo
rẽ pniæ offuſcatos. Prudẽtia habet albos, i. doctores lumine
ſcientiæ de albatos. iuſtitia habet varios. i. bonos platos &
principes, nunc ad promouendum, nunc ad puniendum æ-
quitate ꝓuia variatos. Iſti ſunt igiſ equi dñi, i. viri ſancti, qui
quadrigas virtutum cardinalium traxerunt, i. ipſis mediantibus, merces meritorum portauerunt & in ſeipſis vexerunt.
Vnde Abac. 3. Quis aſcendet ſuper equos tuos? & quadrigæ
tuæ ſaluatio. ¶Vel dic ꝙ quadrigæ quattuor cum equis ſuis,
ſunt quatuor ſtatus, & conditiones, ſ. niger, qualis eſt ſtatus
monachorum nigrorum, Auguſtinorum. Ruſi, qualis eſt minorum, ciſtercienſium. Albi qualis eſt carmelitarum. Varij,
qualis eſt ſecularium clericorum & laicorum, qui determinatum habitum non habent. ¶Vel dic, quod equi ſunt viri
iuſti, quorum quidam ſunt ruſi per charitatem, nigri p humilitatem, alibi per innocentiam & caſtitatem, varij per honeſtatem. Pſ. 44. Circumamicta varietate. ¶Vel dic econtra,
quod equi diaboli ſunt peccatores. Eſa. 31. Equi eorum caro, & non ſpiritus, & iſtorum quidam ſunt ruſi per malitiã,
quidam nigri per infamiam, quidam albi per hypocriſim, q-
dam varij per duplicitatem & inconſtantiam.

Moralitatum ſuper Zachariam prophetam Finis.

MORALITATVM
Liber Vigeſimuſeptimus libri primi Machabeorum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Et factum eſt poſtquam percuſſit Alexander Philippi macedo. Moralitatum Cap. 1.

ALexander eſt macedonum multos reges & principes debellauerat, munitiones eorum cõfregerat, ſpolia multitudinis gentium acceperat & in manu ſorti regnauerat ſuper terram & factum eſt ꝙ mo-
F rereſ & regnauerunt pueri eius, vnuſquiſq; in regno ſuo & impoſuerũt ſibi diademata, & multiplicata ſunt mala in terra. ¶Sic vere dico, quod Alexander, qui interpretatur auferẽs anguſtias tenebrarum, i. bonus prælatus, qui tenebras anguſtiæ & ignorantiæ per ſapientiam ſcit auferre, anguſtias ſubditorum per dulcedinem & clementiam ſcit lenire, qñque regnat in eccleſia vel patria ita fortiter & proſpere, qñ malos tyrannos fortes ſuppeditat, munitiones, i. malas cogitationes eorum diſſipat, ſpolia ſcientiarum & diuitiarum vndequaque augmentat. Sed ſœpe fit, quod ipſo mortuo in regno eius vel eccleſia diuiſiones ſolent fieri, ita quod de pueris ſuis, i. ſubditis quilibet vult regnare & diadema iuriſdictionis capere, ita quod ſine rege & regimine vacantes, quilibet ambitioſe cupit imperare, vel ſaltem ſine iugo ſicut rex viuere & manere. Vñ dr Iud. 18. In diebus illis Rex non erat in Iſrael, ſed vnuſquiſq; hoc, quod volebat, faciebat. Iſta. n. in eccleſijs vel cõuentib. poſt mortem prælati vñr quia q̃libet imponit ſibi diadema, inquantum prælati fieri præſumunt & imaginantur, & quilibet in loco ſuo regnat, inquantũ vagabundi fiunt, & obedire maioribus dedignantur, & ſic mala multiplicant in terra, qa per mortẽ boni plati, & p diſſenſionẽ eligentiũ, per inſolentiam præſumentiũ ſubditorũ fiunt in eccleſia multa mala. Sicut dr. Prou. 11. Vbi nõ eſt gubernator, populus corruet. Factum eſt quod Antiochus radix peccati imponeret ſibi duo diademata, & regnaret ſuper Aſiam & Aegyptum, non ſufficiebat ſibi regnum Aſiæ & greciæ poſſidere niſi etiam ſtuderet alienum regnũ, ſ. Aegypti p violentiam vſurpare. Cum igitur præualuiſſet cõtra Ptolomeum regem Aegypti, & ſpolia quam plurima congregaſſet, appoſuit etiam filios Iſrael impugnare. Intranit igiſ ſanctificationem in ſuperbia & accepit altare aureũ menſam & candelabrum, phialas, mortariola aurea, velum, cortinas, & ornamentum aureum, quod erat in facie tẽpli, & accepit aurũ, argentum, vaſa concupiſcibilia, theſauros occultos de domo domini, & comminuit omnia, & ſublatis omnib. in terrã ſuã redijt & Hieruſalem triſtem & deſolatã dimiſit. Cauſa aũt quare iſta mala filijs Iſrael Deus permiſerit peruenire, redditur ibidem, quia in dieb. illis exierant ex

Iſrael filij iniqui, qui à teſtamento Dei receſſerant, &
mentum cũ gentib. diſpoſuerant, gymnaſium ſm mod
tiliũ in Hieruſalem contraxerunt, præpucia ſibi fecer
nationib. ſe iunxerunt & venũdati ſunt vt facerent mal
accedentes ad regem poteſtatem faciendi iuſtitiam
trauerunt. Quib. Deus indignatus ipſam ciuitatem Hier
lẽ in manu Antiochi reddidit, qui templum & ciuitat
dictum eſt, expoliauit, ¶Exponendo myſtice dico, quod
ruſalem eccleſiã ſignificat, quæ filios Iſrael, i. eccleſiaſ
Deum videntes continet, & ſic fit, quod hic inueniũtur
ti iniqui teſtamentum Dei & cultum religionis & eccl
contemnentes, & ab eo per vitia recedentes teſtamen
gentium, i. ritus & mores ſecularium eligentes, & ſe in
rib. & ritib. & gentium nationib. i. ſecularibus confor
gymnaſia ſecularis ſcientiæ, in Hieruſalem, i. in eccleſi
troducentes, & præpucia carnalis vitæ ſibi facientes, &
ge, i. à principib. ſecularib. poteſtatem faciendi iuſtitia
ſecularia officia, commiſſiones & negocia impetrantes
dens igitur dñs filios Iſrael, i. eccleſiaſticos in ſeculares
uerti, vitam regularem & eccleſiaſticam negligere, &
larem diligere, & amplecti, ſolet eos antiocho, i. mun
rannis & regib. ſubiugare, quia iam non ceſſant Hier
& templum ipſius, i. eccleſiã & religionem bonis ſuis
ralibus ſpoliare. Pſalmiſt. 105. Tradidit eos in manus gen
& dominati ſunt eorum qui oderunt eos. Non. n. ſufficit
principib. quod notabilia regna habeãt, quinimmo ad
regna, poſſeſſiones & terras iugiter aſpirant & anhelãt
eis ſufficit Aegypti, i. mundi ſpolia & diuitias tollere, niſi
contra Hieruſalem, i. contra eccleſiam ſtudeant rapinis
micare, & eam bonis ipſius ſpoliare. Iſti igitur duo diade
ta ſibi imponunt, in quantum in mundo & in eccleſia do
nari quærant. clerum grauant & præmunt. ¶Vel dic com
ambitioſos. Antiochus, qui interpretatur pauper ſiles, ſig
ficat ambitioſos, qui in principio ſe eſſe pauperes præd
ſilentes & pacificos ſe fingunt. Pſalmiſt. 87. Pauper ego ſ
& in laborib. &c. Sic igitur facit, quaſi ſuper duo regn
perat, i. quod duo officia acquirit, regnũ proprium, i. ſ
ſibi proportionatus ſibi non ſufficit, quinimmo regna
neficia aliorum ambit & cupit, & ſic quandoque fit, qd
lomeum regno Aegypti, i. aliquem alium de ſua dign
deponit, & ſic duo diademata, ideſt duas dignitates ſi
cipit. Apocalypſi. 13. Hẽt duo cornua ſimilia agni. Et
Intrauit Ptolomeus antiochiam, & impoſuit ſibi diade
Sed iſti adhuc non ſufficit niſi ad Hieruſalem, i. ad temp
ad maioris ſtatus vel digniratis prælaturam veniat, qua
perbe & ambitioſe intrare procurat. Iſte igiſ mediante
citu ſuo, i. altis principib. ſecularib. intra ſanctificatione
eccleſiæ prelationẽ in ſuperbia, vbi pro certo cum int
rit, ſtatim ſe conuertit ad vaſa aurea & argentea, ornam
ta & ſuppellectilia, i. ad eccleſiæ diuitias depredandum
ſubditos moleſtandum, & templum ſibi commiſſe ecc
ſpoliandum, & quod deterius eſt, quicquid põt in iſta ſ
ſalem, i. in iſto templo rapere in terrã ſuã ad litteram
tat, in domo paterna palatia ædificat, & de bonis eccle
potulos ditat, & ſic templum ſuum depauperare, vt dic
lios, nunquam ceſſat. Illud autem infortunium miſere
ruſalẽ merito ſuperuenit, quia filij, ſ. mali eccleſiaſtici,
ſtamento legis diuinæ recedũt, & per diuerſa peccata
nib. ſecularib. ſimiles atque pares fiunt. Et ſic hr̃e ralem
latum propter peccatum populi merentur cum delin
Vnde Iob 34. Dominus regnare facit hominẽ hypocrit
populi peccata. ¶Vel dic, quod talis Antiochus eſt diab
qui propter peccata chriſtianorum vſque ad Hieruſal
vſque ad chriſtianorum fidem, exercitum vitiorũ deb
ſanctificationem, i. ſtatum religionis cum ſuperbia int
& tamen ornamenta ſpiritualia abſtulit pœnitus. Exind
ſuſtulit altare deuotionis, candelabrum diſcretionis, m
ſam compaſſionis, phialas predicationis, mortariola d
timoris, velum continentiæ & caſti nitoris, coronas
nentiæ & honoris, & ornamentum bonę conuerſation
ſpiritualis honeſtatis & decoris. His enim omnibus
detur eccleſia per diabolum ſpoliata, & ad triſtem deſo
tionem deducta. Aurum enim & argentum & occu
theſauros, ideſt ſapientiam, clementiam & virtutes
lit, & vaſa concupiſcibilia, ideſt bonas & ſanctas
ſonas

A ſonas exinde rapuit & amouit. Vnde dicitur Treno. 1. Manũ
tuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Et hoc p cer-
to, quia filii Iſrael & viri eccleſiaſtici, qui nationibus ſæcu-
laribus ſe conformare nituntur, & teſtamentum Dei, & cul
tum religionis & eccleſiaſticæ diſciplinæ abominantur, ta-
lia incurrere promerentur. Vnde Ezechiel. 23. Scelus tuum
& fornicationes tuæ fecerunt tibi hæc &c. ¶ Vel ſi vis dic,
quod Antiochus eſt malus prælatus, quo intrante & impe-
rante, in Hieruſalem, ideſt in eccleſia vel religione ſtatim
per ſuum malum regimen ibidem deficiunt ſpirituales & tẽ
porales diuitię & ſupradictę, quia dicitur. Prouer. 28. Regnã
tibus impiis ruinæ hominum. Idem autem dic de malo prin-
cipe, quando incipit in patria dominari. ¶Cõſequenter ibi-
dem dicitur, quod ſpoliato templo per Antiochum inge-
muerunt principes, ſeniores & iuuenes, virgines infirmatæ
ſunt, & ſpecioſitas mulierum eſt immutata, & omnis mari-
tus ſumpſit lamenta, & vniuerſa domus Iacob induit confu
ſionem. ¶Sic vero templum eccleſiæ expoliato, principes,
ſeniores, iuuenes, virgines, mariti & mulieres, & omnis ſta-
tus ſæcularium perſonarum ſpiritualiter infirmantur, & de
bono in malum immutantur. Conſtat quod eccleſiaſticis a
diabolo per peccatum ſpoliatis, ſæculares ſolent malo exẽ
plo eorum faciliter deſolari, & a virtutum tramite immuta-
ri. Eſa. 24. Sicut populus ſic ſacerdos. ¶Dicitur conſequenter
ibidem, quod princeps tributorum miſſus a rege, venit Hie-
ruſalem, et locutus eſt eis verba pacifica in dolo, & credidẽ
runt ei. Sed cum infra vrbem receptus fuiſſet, irruit repente
in ciuitatem, & perdidit populum ex Iſrael, & accepit ſpo
lia ciuitatis, & ſuccendit ea igni & deſtruxit domos eius
& muros eius in circuitu, & captiuas duxit mulieres & na
tos, & pecora poſſederunt. Et facta eſt Hieruſalem habitatio
exterorum & facta extera a ſemine ſuo, & nati eius dereli-
querunt eam, fructificatio eius deſolata eſt, dies feſti eius cõ
uerſi ſunt in luctum, ſabbata eius in opprobrium, honores
eius in nihilum ſecũdum gloriam eius multiplicata eſt igno
minia eius. ¶Moraliter Hieruſalem eſt anima, ad quam ini-
quus princeps, ideſt diabolus per tentationes ſe applicat, &
ſibi in dolo ſub ſpecie boni mala ſuggerendo loquitur, ita
B quod quandoque per malas complacentias & conſenſus ſi- B
bi credit, & eum recipit & admittit, ſed ſtatim poſtquam ci-
uitatem mentis per peccatum mortale intrauerit, repentẽ
per vitiorum cumulum ſuper ipſam irruit, & populum ſuũ,
ideſt potentias & conſenſus deſtruit, ſpoliaque virtutum di
rumpit, muros diſciplinæ, ſcilicet regularis, in ea deſtruit,
& igne cupiditatis eum cremat & comburit, ideſt bonas af-
fectiones, natos eius, ideſt viriles operationes ab ipſa capti
uat penitus, pecora vero, ideſt beſtiales motus ibi poſſidet
atque nutrit, & ſic fit, quod iſta a ſuo ſemine, ideſt a bonis vir
tutibus ſit extera alteri populo, ſ. vitijs ſit ſubiecta. Nam ſan-
ctificatio ſuæ deuotionis deſolatur, feſtiuitas ſpiritualis gau
dii contriſtatur, ſabbatũ quietis mentis ſollicitudinibus con
turbatur, & ſic honor ſuæ ſpiritualis & rationalis conditio-
nis in nihilum computatur, & ſic gloria, quam anima habue
rat ante peccatum in ignominiam cõmutatur. Tren. 1. In cir
cumitu eius hoſtes eius, facta eſt Hieruſalem quaſi polluta
menſtruis. Factum eſt igitur talem hoſpitem recipere, & cor-
dis noſtri ianuas per conſenſum tali principi aperire. ¶ Vel
dic myſtice, quod Hieruſalem ſignificat eccleſiam, princeps
ambitioſum. Iſta eſt enim veritas, quod ambitioſus in dolo
verba pacifica loquitur, ſeipſum mitem diſſimulat, vt ingreſ
ſus ſibi pateat, & ad ſtatum prælationis vel promotionis in-
terius intra eccleſiam admittatur. Sed quando ſe videt intro
ductum, & ad prælationis officium ſublimatum in ſtatu &
officio confirmatum, ſtatim ſolet contra ſubditos per rapi-
nas & exactiones irruere, populum ſubditorum perdere,
ſpolia, & diuitias huius ciuitatis cumulare, muros ciuitatis,
ideſt libertates & priuilegia irrumpere, ignem crudelitatis
vbique accendere, mulieres & natos, ideſt inferiores perſo-
nas & ſimplices ſcandalizare, & a ſtatu gratiæ captiuare, pe
cora vero, i. carnales perſonas ſecum accipere. Et ſic iſta ci-
uitas ſiue eccleſia a ſemine ſuo, ideſt ab omnibus filiis ſuis
extera efficitur, inquantum nullus compatriota vel gratiæ
filius in eius beneficiis & officijs promouetur, ſitq; habitatio
exterorum, inquantum iſti prælati ibi introducunt multitu-
dinem conſanguineorum & compatriotarum ſuorum. Tre-
no. 5. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtrę ad C
extraneos. Sub tali igitur principe perit ſanctificatio deuo-
tionis, ſabbatum & feſtum quietis & conſolationis, honor
dignitatis & promotionis, & vt breuiter concludatur, tota
gloria commutatur in ignominiam vilitatis & confuſionis.
Treno. 2. Obliuioni tradidit dominus ſion, feſtiuitatẽ & ſab
batum. Quia pro certo quantum ſub bono prælato vel prin
cipe eccleſia vel patria conſolatur, tantum ſub malo ambi-
tioſo raptore confunditur, temporaliter & ſpiritualiter de
ſolatur. Vnde Apocalyp. 18. Quantum glorificauit ſe in deli
tiis, tãtum date ei tormentum. ¶Sequitur ibidem, quod per
milites regis antiochi, deſolata & vaſtata eſt Hieruſalem, ci
uitatem Dauid, ideſt arcam ſion ceperũt & eam turribus &
muris munierunt, & conſtituerunt ibi gẽtem peccatricem,
viros iniquos, & conualuerunt in ea, & ibi poſuerunt arma
& eſcas, & congregauerunt ſpolia Hieruſalem, & poſuerũt
illic, & facti ſunt eis in laqueum magnum & inſidias & cõ-
taminauerunt ſanctificationem, & fugerunt inhabitatores
Hieruſalem propter eos. ¶Sic vere antiochus, ideſt diabolus
& milites ſui, vaſtata ciuitate Hieruſalem inferiori, & ſubiu
gato prius ſtatu ſæcularium laicorum, & per diuerſa pecca
ta & vitia multipliciter diſſipato, arcem ſion, ideſt ſtatũ bo-
norum & religioſorum, ſibi myſtice & ſpiritualiter dedica-
uerunt, & etiam eam ſibi habitationem fecerunt. Ibique ad
literam poſuerunt gentem peccatricem, quæ præ cæteris
hodie in eccleſia ad litterã conualeſcunt, & in terrena proſ-
peritate proficiunt atque creſcũt, quia ſæpe fit quod in mũ
do, ideſt in eccleſia illi, qui ſunt iniquiores, ſunt diuitijs ple-
niores. Hierem. 12. Quare impii proſperãtur, & bene eſt om
nibus qui Præuaricantur? Ipſamque arcem, ideſt eccleſiæ ſta
tum, ſpoliis Hieruſalem, ideſt diuitiis ſæcularium ditauerũt,
eſcas, ideſt delitias & comeſſationes, arma ideſt pompas &
lites ibidem introduxerunt, & ipſam muris, turribus, caſtris
& domibus, omnibuſque pompis & faſcibus accinxerunt.
Sed re vera iſta proſperitas temporalis ſibi per diabolum
procreata, non cedit ſibi ad virtutum augmentationem, ſed
potius ad iniquitatis accumulationem, quod patet in hoc
quod ſequitur, quia illi qui conſtituti ſunt in arce, ideſt mul
ti moderni eccleſiaſtici, fuerũt hodie in laqueum & inſidias
aliorum, quia ipſi per fraudes & malitias ipſorum aliis inſi- D
diantur, & per malæ vitæ ſuæ ſcandalum alii pereunt & ſcã-
dalizantur. Et quia ſanctificationem eccleſiæ per luxurias
ſuas contaminauerunt, ideo habitatores Hieruſalem, ideſt
ipſi ciues eccleſiæ inferioris, ſcilicet ſæcularis, a ſtatu gratię
per iſtorum malum exemplum vel ab amore eccleſiæ fuge-
re comprobantur. Et breuiter iſta eſt veritas, quod mali ec-
cleſiaſtici ſunt hodie præcipui milites diaboli, & in ſtatu ec
cleſiæ eſt hodie ſua ſpecialis habitatio, & aliorum illaquea-
tio & deceptio. Vnde dicitur. Oz. 5. Audite ſacerdotes do-
mus Iſrael. Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete ex-
panſum ſuper thabor. Antiochus rex ſcripſit & ordinauit p
totum regnum ſuum, quod omnis populus vnus eſſet, & qd
vnuſquiſque legem ſuam & patrum ſuorum dimitteret, &
legem ipſius, ſcilicet idolatriam cuſtodiret. Et quod conti-
nuo occideretur, ſi quis his iuſſionibus contrairet. Multi igi
tur in Hieruſalem legem domini dimiſerunt, & regiis iuſſio
nibus paruerunt. Præcepit igitur rex ædificari aras & tem-
pla & idola, ſacrificari carnes ſuillas & pecora communia,
& relinquere filios ſuos incircunciſos, & coinquinari ani-
mas eorum in immunditiis. Et qui ſacrificare renueret, mo-
reretur. Abominandum etiam idolum ſuper altare domini
ædificauit antiochus, vt ibidem dæmoniis immolaretur, vbi
domino fuerat immolatum & præpoſuit principes populi
qui hoc fieri cogerent, qui filios Iſrael in abditis effugaue-
runt, alii ante ianuas, thura & ſacrificia inceanderunt, libros
legis domini combuſſerunt, & quoſcunq; legem dñi ſeruan
tes, & libros legis habentes inuenire poterant, occiderunt,
& libros continentes leges idolorum, illud de gratia trãſtu
lerunt, & eos, qui circuncidebant pueros ſuos, trucidabant
& ante domos eorum pueros a cernicibus matrum ſuſpen-
debant. ¶ Sic vere diabolus iniquus ſumme cupit, quod lex
ſua ab oibus teneat, & quod vniuerſæ generationes leges
ſuas dimittentes, legi naturę & diuinę gratiæ renunciantes,
vnus populus, ſcilicet reproborum efficiatur, & eidem ab
omnibus famuletur & nititur, quod in ciuitate Hieruſalem,

ideſt

E idest in cõscientia cuiuslibet fidelis & in ecclesia, aras & tẽplum suum faciat, & quod ibi idola diuersorum vitiorum erigat, & quod carnes suillas, idest vitium carnalitatis ibidẽ offerendas inducat, quodque nullus filios suos, idest affectus & operationes a suis superfluis vitijs circũcidat, sed potius seipsum & per luxuriam & auaritiam coinquinet, & in immunditijs vitiorum viuat. Esa. 66. Anima eorum in abominationibus delectata est &c. Igitur iste iam in templo ecclesiæ abominanda idola desolationis, idest malos ecclesiasticos & prælatos super altare dignitatum & officiorum constituit & erigit, qui scilicet abominabilis vitæ sunt, & desolationem suorum locorum faciunt & inducunt. Hierem. 32. Posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum. Iam libros diuinæ legis, idest sciẽtiam theologicam de iuda & Hierusalem, idest de ecclesia destruit, & libros suos, idest lucratiuas scientias immittit. Iam nullos pueros, idest nullos fideles circũcidi à superfluitate vitiorũ permittit, quinimmo illos, qui libros diuinæ scientiæ habent, scilicet viros scientificos, istos etiam, qui pueros circuncidunt, idest illos, qui corrigendo alios carnis voluptate purificãt, impugnat tribulationibus & affligit. Principes suos, idest hæreticos & scelerum patronos ibidem collocat, per quos fideles ad hæc nefanda opera inducit multipliciter & impellit. Sic igitur fit, quod ista Hierusalem nostra ecclesia multipliciter desolatur, & crescentibus vitiis, virtutibus denudatur: & legis diuinæ cultu cessante, ibidem diabolus per vitia colitur. Hierem. 7. In desolatione erit terra &c.

CAPITVLVM II TEXTVS.

In diebus illis surrexit matathias filius Iohannis filij symeonis. Moralitatum Cap. 2.

Cum apparitores antiochi venissent iu ciuitatem modin, & populum ad cultum idolorum cogerẽt, primo ante omnia aggressi sunt Matathiam, pro eo quod sacerdos erat, & inter alios erat solennior persona, sperabant enim, quod isto ad idolatriam inclinato, alii faciliter obedirent. Vnde dicunt illi. Princeps magnus & solennis es, atque clarissimus es in ciuitate hac, ornatus filiis & fratribus. Igitur F accede prior, & fac iussum regis, & eius beneplacitum, & eris tu & filii tui inter amicos regis & magnificatus auro, argento & muneribus. Veruntamen matathias fortiter restitit, & legem domini relinquere noluit, quinimmo zelo Dei accensus, idolum quod fecerant, dissipauit, & quendam iudæum, qui ad immolandum coram omnibus accesserat, ac apparitorem etiã regis, qui alios immolare cogebat, super altare peremit, & tandem collectis secum sociis & amicis, ad montes & ad deserta confugit, & quicquid habebat, in ciuitate reliquit. ¶Sic mystice loquendo quando diabolus rex inferni mittit satellites suos, scilicet inferiores dæmones, vt vndique cultum idolorum, idest vitiorũ suscitent, & ad hoc homines commoueant suis tentationibus & impellant, ante omnia nititur Matathiam, idest bonos prælatos, & sacerdotes, idest clariores & discretiores & superiores personas decipere, & donis & precibus ad peccata allicere, vt sic per malum illorum exemplũ possit alios faciliter superare. Vnde dicitur. 3. Reg. 22. Non pugnabis contra quempiam, sed contra regem Israel. Nam sicut ponit hic Stephanus de lõgothono. Sicut falco primam gruem primo inuadit, sic diabolus ad tentandum prælatos & clericos primo currit. Vnde 1. Reg. 31. Totum pondus prælii versum est in saul regem. Sed iste debet fortiter resistere, legem domini non relinquere, sed potius idola vitiorum pro viribus in ciuitate ecclesię destruere, & iudæos, idest subditos & immolantes punire, & ipsos diaboli satellites superare, & spiritualiter occidere, & relictis illis, quæ in ciuitate mũdi habet, scilicet affectum terrenorum bonorum, debet in montem & solitudinem paradisi per affectionem & cõtemplationem fugere, & ad hoc ipsum alios inuitare. Qui domini est (inquit) sequitur me. Esa. 2. Venite ascendamus ad montem domini. ¶ Hic habes quod cum multi filii Israel ascenderunt in solitudinem & montes, ne sacrificarent idolis, qui iam in valle & ciuitatibus colebantur, se absconderunt in abditis & speluncis. Satellites autem antiochi constituerunt eis prælium sabbato, ad finem quod non se defenderent, cum ipsis arma sumere in sabbato non liceret. Ipsi ergo se nõ defenderunt, ma contra hostes sumpserũt, & sic vsq; ad mille anima ciditati fuerunt. Matathias aũt & sui propoluerunt baco arma sumere, & contra hostes defendere se vi ¶Illud põt allegari contra multos religiosos, qui de te mundi & de valle terrenorum exeunt ad montem ctionis, & gradum ascendunt ecclesiasticum, & in ca religionis nituntur se abscondere, & ab idolatria & vitiorum qui in mundi ciuitate coluntur, immunes & esse se credunt, facientes illud, quod dr̃ Gene. 19. Non omni circa regione sed in monte saluum te fac. Sed re dæmones ipsos ibidem tentationibus insequuntur, & i bus sabbatis, i. in ipsa quiete contemplationis, & in m bus perfectionis, & speluncis religionis contra eos p tur. Qui quia arma bonorum operum non sumunt, nec occulta, s. corda oppilant a malis desideriis nec claudũ contra hostes viriliter se defendũt, ideo ipsi, qui in ipsi do non perierant, in religionis vel perfectionis apice pereunt & succumbunt. Fatuum igitur fuerat illis ad istos fugere, nisi vellent se fortiter armis bonorum ope defensare. Sed re vera non sic Matathias & filii eius. i. boni & prudentes, religiosi & clerici, quia isti in istis tibus & speluncis viriliter bonorum arma sumunt, & sos viriliter resistendo defendunt, & ibi non pereunt linquunt, nec periculum damnationis incurrunt. ¶Ve quod dies sabbati significat festa, in quibus diabolus cra homines fortius insurgit pro eo quod eos v. sos cognoscit, quia tunc arma bonorum operum munt, sed potius ociis, ludis & læticiis intendunt, & ideo tati a diabolo facilius succumbunt. Vnde dr̃ Tren. 1. Vocau quasi ad diem solennem, qui terret me in circuitu. propter sabbatum non cessant arma bonorũ operum mere, & ideo nec hostes eos per tentationes audent re, vel si inuadent, solent contra eos fortiter dimicare tes illud. Marc. 3. Vtiq; licet in sabbatis benefacere. ¶Le de Matathia, quod ipse & filii sui adiunctis sibi illis, qui tarii erant in lege, & fugiebant a malis, magnum exer collegerunt, & viros impios percusserunt, pueros inci cisos circunciderunt, filios superbiæ sunt persecuti, & quas fecerunt idolatræ, destruxerunt, tandem vero mo filios suos instruxit, & eos ad pugnandum pro legibus briter erudiuit. ¶Matathias aũt, qui interpretatur a Deo tus significat bonum prælatum, & superiorem a Deo & promotum & non a carnis affectione ambitione vel nia vel laicorum potentia promotũ. Vnde dicit Apos Hebræ. 5. Nemo assumit sibi honorem, nisi qui a Deo vo sicut Aaron. Talis igitur debet viros deuotos, & in lege voluntarios sibi adiungere & eos in cõsiliis & benefi cum habere. Vnde dr̃. Eccle. 9. Viri iusti sint tibi conuiu Impios viros debent persequi & punire, & de medio re, incircuncisos vero. i. carnales superfluitatibus mon diuitiarum onustos debent corrigendo circuncidere vero idolorum. i. auaros & luxuriosos in quib. i. s. mpe get ignis cupiditatis, & carnes carnalis voluptatis, perbiæ & fumus vanitatis debet destruere. & tandem & subditos suos debet instruere, & ad dimicandum cesse, pro legibus animare, dicendo illud infra. 1. Mac Accingimini, & estote filii potentes &c.

CAPITVLVM III TEXTVS.

Surrexit Iudas Machabeus pro patre suo & iuuabant eum fratres sui. Moralitatum Cap. 3.

Surrexit Iudas Machabeus pro patre suo, & iuuabant fratres sui & dilatauit gloriam populo suo. Induit lo rica sicut gigas, & succinxit se arma bellica, & protege gladio suo castra. Similis factus est leoni in operibus su sicut catulus leonis in venatione rugiens, persecutus est cos, perscrutans eos, perambulauit ciuitates iudæ, & gauit pereuntes, & nominatus est vsq; ad nouissimum & repulsi sunt inimici præ timore eius, & oẽs operarii quitatum conturbati sunt. ¶In istis verbis recte ponitur plar & regula cuiuslibet boni Principis. Iudas enim inter tatur confitens vel glorificans. Machabeus interpretatur geniosus, protegens & percutiens, quia re vera bonus præ

A latus vel princeps debet Deum laudare, prudens & circunspectus, subtilis & ingeniosus esse, innocentes protegere, pestilentes percutere gladio iurisdictionis spiritualis vel tẽporalis, vel gladio feruẽtis orationis cordialis. Debet castra sibi subiecta. i. territorium suum & ecclesias, tam bona quã personas protegere loricam iustitiæ accipere, arma bellica virtutum induere, vt sic possit gloriam & prosperitatem sibi populi subiecti dilatare. Eze. 38. Tu cherub extentus & protegens. Vnde istis dr̃ illud Apostoli. State succincti lumbos vestros, induite loricam iustitiæ. Debet etiam esse similis leoni audacter ardua aggrediendo, & propter nullum quantũcunq; magnum ab executione iustitiæ tepescendo, sicut catulus leonis debet rugire altisone prędicando, & sic iniquos debet persequi ipsos seueriter puniendo, & eos debet perscrutari & inquirere diligentissime examinando, & ciuitates ad literam perambulare, subditos visitando & iustitiam faciendo. Psalmist. 100. Perãbulaui in innocentia cordis mei. Et sic talis iudas poterit dici ille, de quo dr̃. Prou. 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Et re vera si nostri principes tales fuerint, tunc præ timore eorum, inimici sui tam temporales quam spirituales repellũtur, & ab eorum pręsentia & iustitia terrebũtur, operarij iniquitates formidabunt, pereuntes, s. pauperes & tribulati, qui iniuriã patiuntur, ab aliis defendunt & cõgregabunt, & ipsi per famam perpetuam quam acquirunt, vbiq; nominabuntur. Illud est verum quando in vno loco est iustus iudex vel prælatus, prudens & seuerus, omnes mali generaliter timẽt eum. Ozeæ 11. Leo rugiet, & formidabunt filii maris, ipse vero acquirit nomen perpetuum & iocundum. Vnde dr̃. Eccl. 1. Nomine æterno hæreditabit illum dominus. Et alibi. 1. Paralip. 14. Diuulgatum est nomen Dauid in cunctis regionibus. Veruntamen aduerte quod dictum est, quod fratres eius iuuabant eum, quia quilibet bonus frater canonicus vel subditus, debet superiori collaborare, & eum spiritualiter per orationes, & nominatus temporaliter per obsequia & subuentiones benigniter adiuuare, quia d. Pro. 18. Frater q adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Cuius tamen sæpissime fit contrarium, quia confratres & subditi libentius laborant, quandoque ad superiorem confundendum, quam ad eum B adiuuandum. 2. Co. 11. Periculum est in falsis fratrib. ¶Iudas pugnans contra Appollonium, ipsum occidit, & gladium sibi abstulit, & quandiu vixit in ipso gladio semper pugnauit & hostes suos debellauit. Tandem Seron Princeps syrię contra eum applicuit, quem iudas gladio superauit. ¶Illud potest exponi sic. Appollonius, qui interpretat̃ mirabilis, mundum significat, qui in cordibus fatuorum vt pulcher & mirabilis rutilat, gladius eius, cum quo impugnat peccatores, est ipsius prosperitas. Seron, qui interpretatur princeps męroris est diabolus, quia pro certo iudas qui interpretatur cõfitens, debet primo mundum per contemptum vincere, & gladium eius, idest mundi prosperitatem quam sit terribilis, labilis & deceptibilis, per considerationem accipere, & sic isto gladio, idest hac consideratione mediante poterit Seron principem diabolum superare. ¶ Hic dicitur quod populus videns populum, seron & multitudinem sui exercitus, incepit dubitare de victoria, sed iudas dux eorum incepit huiusmodi sermonibus eos confortare, facile enim est multos concludere in manibus paucorum, nec est differentia apud dominũ auxiliari in multis vel in paucis, quia non in multitudine exercitus potestas belli, sed de cœlo fortitudo est. ¶Istud applica contra illos, qui in multitudine exercitus gloriantur, & quod victoria magna dependet ab occulta Dei ordinatione non a militum fortitudine, cuius signũ est, quia plerunque fortiores a debilioribus vincũtur, & plures a fortioribus superantur. ¶Vel si vis dic quomodo si imbecilles & timidi de suis viribus desperantes formidant diabolum & vitiorum exercitũ, qui fortis est & multiplex, inuadere, Iudas, i. bonus dux vel prædicator, debet eos ad sperandum in domino & in Dei auxilio animare, & ad non timendum diaboli potestatem inuitare, dicendo illud. 2. Paralipom. 20. Nolite timere hanc multitudinem, non enim pugna vestra est sed Dei. ¶Aduerte quod filii, qui erant in arce Hierusalem, erant duces eorum, qui veniebant contra eam. ¶Sic vere hodie sæpe fit, quod illi, qui tenent arcem & apicem dignitatis in Hierusalẽ, idest in ecclesia, duces & adiutores tyrannorum & principum, qui militant contra eam, C quia ipsis dant decimas & libertatem nocendi, & populum ecclesiasticum deprimendi. Vnde subditi possunt dicere illud Canti. 1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. quod de proditoribus potest dici, qui in terra in qua habitant, extraneos hostes introducũt. ¶Cum plures duces antiochi scilicet nichanor & gorgias & alii congregassent se ad pręliũ contra iudam in multitudine copiosa, factum est quod idẽ nichanor de victoria futura præsumens, pro negociatorib9 maritimorum ciuitatum mitteret, vt filios iuda ipsis precio venderet, cum victoriam habuisset, promittebat enim septuaginta mancipia iudæorum futura pro talento argenti, de precio & captiuitate futura iudæorũ promittebat se supplere duo milia talentorum, quæ singulis annis antiochus dabat pro tributo Romanis. Veruntamen nutu diuino contrarium factum est, quia duces, reges & eorum exercitus copiosi, a Iuda & suis fuerunt victi, & multi occisi, & alii turpiter fugati. Negociatores vero, qui pro emendis iudæis venerant, fuerunt ab ipsis suis pecuniis, quas protauerant, spoliati. 2. Machabæorum 8. Illud enim ponitur hic. ¶ Illud applica contra præsumptuosos milites, qui paucitatem hostiũ vilipendentes, & in suorum multitudine & fortitudine confidentes, & victoriam sibi promittunt, & iam esse de infortunio certi credunt. Vnde, quandoque fit, quod suos hostes antequam eos vincant aliis vendunt, & quod eorum terras aliis destribuunt, non aduertentes, quod quandoque contrarium Deus ordinat, qui non in multitudine bellatorum, sed in suo beneplacito victoriam administrat. Sic igitur sæpe fit, quod illi, qui pręsumebant vincere, superantur, & qui alios sperant emere, ab eis spoliantur, quod vtique tunc accidit, quando illi pauci ad Dei recurrunt auxilium, & de Deo non de se præsumunt, illi multi in superbia plus confidunt. Non debet quis quantuncunque fortis & potens, sibi victoriam promittere, sed potius hostes suos, quanquã pauperes & humiles, formidare, quia sicut ille dicit. Inimicum quamuis humilem docti est timere. Ideo ad reprimendam præsumptionem talium dicitur. 3. Regum 20 Non glorietur accinctus æque vt discinctus, & hic quia dicitur capitulo p̃cedenti, quia facile est apud Deum multos in manu paucorum concludi. ¶Vel si vis allega contra illos, qui gloriantur de infortuniis aliorum tribulationes æstimant consolationes, D & eorum grauaminibus & damnis sperant ditari mercimoniis atque lucris, quibus sæpe fit, quod in eodem negocio, vnde aliorum præiudicium sperant, vilitatem acquirũt & miseriam, sicut ad literam erat de istis mercatoribus, qui vbi in alienis miseriis, sperauerunt lucrũ, cõsecuti sunt p̃iudiciũ & damnũ. Esa. 59. Expectauimus lucẽ, & ecce tenebræ.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Et assumpsit Gorgias quinque milia virorum, mille equites electos. Moralitatum Cap. 4.

Cum filii Israel vicissent nichanorem & ptolomeũ principes antiochi, quos vna cum gorgia lisias miserat cõtra eos gorgias adhuc ex diuerso stabat, qui ipsos inuadere proponebat. Quod aduertens iudas, dixit filiis Israel. Non concupiscatis spolia, quia bellum adhuc cõtra nos est. Gorgias enim & exercitus eius prope nos est, sed state prope inuicem contra inimicos vestros, & expugnare eos, & post hoc sumetis spolia. Quod & factum est, quia primo gorgiã vicerunt & fugauerunt, demum vero ad diripienda spolia redierunt, inter quę aurum & argentum, hyacinthum & purpuram, & alias opes maximas inuenerunt. ¶ Isti igitur tres hostes, quos lisias, i. diabolus contra nos mittit, mundũ, carnem & diabolum significãt, qui in hac valle miseriæ fideles fatigant. Ptolomeus, qui interpretatur ad mensuram deductus, carnem seu corpus significat, quæ finaliter ad mensurã deducitur, qñ infra sepulchrum deducitur & arctatur. Esa. 34. Extendetur super eum mensura vt redigatur ad nihilum. Nichanor, qui interpretat̃ stans lucerna, significat mũdum, qui fatuis vr̃ stabilis & lucens, & more lucernæ oculos mentis debilitans & offuscans, & tñ istos, quos offuscat alliciẽs. Vnde ista est illa lucerna, de qua dr̃. Luc. 11. Vide igitur ne lumen qđ est in te, tenebræ sint. Gorgias aũt, qui interpretatur præcisio luctantium, significat diabolũ, qui luctatores, idest

mundi

E mundi crudeles & tyrannos, finaliter præscindit & prosternit, de quo potest exponi illud Genesi.32. Ecce vir luctabatur cum eo vsque ad mane, qui tetigit femur eius, & statim emarcuit. Ista est veritas, quod iudas & sui, idest aliqui fideles ecclesiæ in dominum confidentes, quandoque ptolomeum & nichanorem, idest carnem & mundum superant per castitatem & contemptum, & de isto fortiter victorizant, vt quia statum religionis & pœnitentiæ subintrant. Sed quid? Pro certo gorgias diabolus adhuc latet, qui istos filios in castris mundanorum bonorum non inueniens, sed ea reliquisse comperiens, in montibus superbiæ quærere incipit, inquantum quos per luxuriam & auaritiam non potest vincere, per superbiam superare præsumit. Istis igitur debet prædicari, quod spolia illorum, quos occiderunt non concupiscant, sed potius contra gorgiam diabolum, qui contra eos latet, præliaturos se præparent, & contra eum per perseuerantiam stent, & per bona opera dimicent, & postea obtenta victoria, post hanc vitam spolia paradisi tuti inter se diuidant. Illa enim spolia, quæ possunt haberi ante plenam victoriam, scilicet bona mundi, non debent a fidelibus, & maxime a religiosis, concupisci, ne forte dum ad ista bona colligenda vacarent, contingeret eos a gorgia diabolo per auaritiam trucidari, quia sicut dicitur. Prouer. 19. Melius est nunc humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis. Sed ista spolia, quæ post hanc victoriã consummatam, prout hominum bona gloriæ paradisi a bonis concupiscuntur & tunc ab eis læte & tute possunt adipisci. Esa.9. Exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia & tunc inuenietur ab ipsis aurum, idest clara visio & æterna sapientia, argentum, idest diuinæ laudis dulcis resonantia. Hiacinthus, idest cœlestis immensitas & permanentia, purpura idest ardens & ignea charitas & amicitia, opes multæ idest bonorum abundantia. Vnde dicitur. 2. Mac. 8. Post sabbatum idest in superabundantia resurrectionis, & non modo debilibus viduis diuiserunt spolia. ¶ Volens iudas purificare templum, quod ab antiocho fuerat pollutũ, & iniectis idolis super altare ipsius maculatum, & sacrificiis factis & libatis dæmonibus inquinatum, elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege domini, vt mun-
F darent sancta, & transtulerunt lapides contaminationis scilicet idolum, quod super altare posuerant, in locum immũdum. ¶ Sic vere iudas dux belli, idest papa vel episcopus, videns templum ecclesię ab antiocho idest a diabolo pollutũ, & altare idest statutum ecclesiasticum, idolis, idest vitiis inquinatum, immundis sacrificiis, idest immundis operibus ibidem, dæmonibus, idest a suggestionem dæmonum sacrificatis atque factis multipliciter defœdatum, debent sacerdotes sine macula, idest mundos ministros quærere, qui legis diuinæ idest fidei & sacræ scripturæ sint emuli, quos ibidem debet ordinare, & in ecclesia præficere, vt possint immundtias vitiorũ abstergere, & mundare, dicens illud Esa. 1. Lauamini, & mundi estote, lapides vero contaminationis, idest personas immundas & peccatores & inutiles, quæ more idolorum sunt ignare, indeuote, desuper altare idest de ecclesiæ dignitatibus deponere, & in locum immundum & in statum infirmum collocare. ¶Iudas cum mũdaret templũ domini, & videret quod altare pollutum erat, pro eo quod super illud positum erat abominandum idolum, & sæpius dæmonibus immolatum, deposuit illud de loco suo, & loco eius lapidibus integris altare nouum cõstruxit, super quod sacrificia domino immolari mandauit, lapides vero depositi altaris decreuit ad partem ponere, quousque propheta domini surgeret, qui de ipsis iuberet aliud ordinari. Videbat enim, quod sine scandalo stare illud non poterat altare, ex quo super illud dæmonibus oblatum fuerat, quia illud non poterat ab illa macula siue infamia aliqualiter mundari, nec sine scandalo posset in eo domino immolari. ¶ Ista possunt allegari contra infames ecclesiasticos, qui re vera si contingat altare domini, idest aliquem prælatum vel ecclesiasticum enormitate criminum pollui, & idola abominando, scilicet peccato luxuriæ, hæresis vel simoniæ substerni, & sacrificiis dæmonum, idest malis operibus maculari, dignus est a statu suo per Iudam, idest per Papam vel superiorem deponi, & ad partem, idest ad statum priuatum & infimum constitui, & alius integer & nouus virtutibus innouatis loco ipsius subrogari. Leu. 26. Nouis superuenientibus vetera proiicietis, quia dato quod aliquis ecclesiasticus aliquando publica crimina commiserit, per pœnitentiam possit mundari, nunquam tamen scandalum seu notam infamiæ, quam incurrit, potest ab eo amplius separari, forte post condignam emendationem ex responso prophetæ, idest ex dispensatione prophetæ contingat aliud ordinari. Inde est, quod sacerdotes illos, qui idolis immolauerunt, prohibet ministrare, cõcedit tamen ipsis, quod possunt [illegible] tuorum & ianitorum officium exercere. Ezec. 44. Dato quod peccatum talium per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non faciliter abrogatur, ideo ipsis sublatis alius opponatur. Apostolus. Heb. 10. Aufert primum, vt sequens statuat. ¶Hic dicitur quod iudas & sui videntes sanctificationem desertam, altare prophanatum, portas exustas, in atriis virgulta nata, pastoforia dirupta, planxerunt, & imposito cinere super capitibus suis ad dominum lachrymabiliter clamauerunt. Et primo illa, quæ erant intrinsecus intra domum, quoq; & atria sanctificauerunt, nouum altare de lapidibus ad similitudinem prioris ex lapidibus ædificauerũt vasa sancta noua fecerunt, candelabrum, mensam & altare incensi in templum posuerunt, incensum super altare, panes super mensam, lucernas super candelabrum ordinauerunt, vela appenderunt, sacrificia obtulerunt, & templum prophanatum dedicauerunt, & faciem templi coronis aureis ornauerunt, pastoforia destructa reparauerunt: ianuas in eis posuerunt, & sic cum ingenti lætitia dedicationem templi [illegible] quenti anno eodem die, quo prophanatum fuerat, celebrauerunt. ¶Sic vere dico, quod quãiudas & sui, i. Papa & Cardinales & sancti Christi fideles vident sanctificationem vniuersalis ecclesiæ per virtutum sterilitatem desertam & a bonis & honestis personis viduatã, & quando considerant quod portæ eius, i. prælati, per quos intratur, per auaritiam sunt exustæ: altare, idest viri religiosi, in quibus thus orationis & deuotionis redolere debet, per luxuriã sunt prophanati [illegible] idest sæculares clerici, virgultis, i. virentibus & crescentibus carnalibus affectionibus nepotum, & malorum familiæ turbis sunt pleni; pastoforia, idest sæculares, qui alios [illegible] per eleemosynas & temporales subuentiones pascere [illegible] dirupti, & diuersis vitiis destructi, summa possunt copia [illegible] ne tristari, & istam ruinam vniuersalem lacrimabiliter [illegible] tari, quia iuxta lamentationem Hier. 2. videtur, quod cogitauit dominus dissipare murum filię sion. Luxitq; antemurale & defixæ sunt in terram portæ eius. Ideo pro certo [illegible] debent isti superiores laborare & curare, quod ista [illegible] catio raperetur & quod virtutes, quas inde antiochus [illegible] bolus abstulit, iterũ restaurentur. Ponant igitur ibi vasa [illegible] ua. i. personæ virtutibus innouatæ. Altare sacrificiorũ [illegible] actiui, qui sacrificia bonorũ operum Deo offerunt, altare incensorum. i. boni contẽplatiui, qui thus orationis incendant. Cãdelabrum luminis. i. viri discreti & scientes qui alios doctrinis & exemplis ædificent & erudiant [illegible] propositionis. i. viri misericordes, quod panes & eleemosynas Deo in persona pauperũ ministrent. Velum appẽsum [illegible] mundi casti & religiosi, quod spe æternorum sp pendent [illegible] debent prælati in ecclesia constituere. Sacrificia bonorum [illegible] rum introducere. Pastoforia dirupta, i. pastũ eleemosynarum ibidem reparare. Ianuas exustas. i. prælatos defectuosos [illegible] re, & sic debent templum ecclesiæ spiritualiter renouare [illegible] Deo nouiter dedicare. Apostolus. Rom. 12. Nolite conformari huic sæculo, sed renouamini i nouitate sensus vestri [illegible] dic si vis, quod iudas, qui interpretatur confitens. i. ipsum [illegible] tentem significat, quia ille templum conscientiæ per [illegible] reformatum renouat & reformat. Ibi. n. ædificat altare [illegible] locausti, vbi sacrificia incenduntur, i. feruidam dilectionem. Altare incensi, idest odoro[illegible]am orationem. Candelabrum luminis. i. lucidam discretionem. Mensam propositionis est eleemosynarum largitionem. Velum appendes, idest [illegible] ram & castam affectionem & sic ornat faciem templi [illegible] nis aureis, inquantum facietenus introduxit coronam [illegible] ream ad coronandam conuersationem bonam, & sic templum mentis suæ Deo dedicat, per sanctitatem & deuotionem, & sacrificia ibidem immolat, per bonorum operum executionem. ¶ Et dic si uis quod iste iudas in principio [illegible] do videt templum conscientiæ suæ ab antiocho diabolo [illegible] vitia deprauatum portas sensuum igne cupiditatis exustas: altare cordis per affectiones indebitas prophanatũ, & idolum abominandum. i. peccatum mortale ibidem sublimatum, pastoforia charitatis & atrium pietatis dissipatum, pro certo valde debet per contritionem dolere, per compunctionem flere, per confessionem clamare, & ad templum per pœnitentiam renouandum totis viribus & conatibus anhelare. Aedificat igitur altare & cę. vt supra. Vnde dicit. 1. Esdr. 1. Dominus Deus cœli præcepit mihi vt ædificarem illi domum, & merito, quia sicut dicit Apostolus. 1. Corint. 3. Templum Dei sanctum est, quod est is vos. Si quis igitur templum Dei violauerit, destruet illum Deus.

EX CAPITVLO QVARTO. E.

Dixit autem iudas & fratres eius. Moralit. Cap. 5.

HIc habes quod milites regis antiochi acceperant arcem sion, & ibi in munitione erant & inde filios Israel quamplurimum affligebant, quinimmo quando iudas & sui templum mundabant, ipsos quamplurimum infestabant, & ideo dicitur hic, quod iudas dum templum mundauit, ne populo nocerent milites ordinauit, montem sion per circumitum muris & turribus vallauit, & ne iterum conculcaretur a gentilib. ibidem exercitum ad custodiam collocauit. ¶Sic vere quia milites antiochi, scilicet diaboli idest nostri milites principes sæculares ab ipsa arte iurisdictionis temporalis quam occupant, non cessant iudam & filios Israel, idest prælatos religiosos circa templum ecclesiæ, occupatos, diuersimode molestare, necesse est quod iudas & sui, idest ecclesiastici, manu armata se defendant, milites stipendarios habeant: & quod domos suas turribus & muris muniant, & contra malitias eorum manualiter se defendant, & sic vim vi reijciant & repellant. Sicut enim videmus, ad nihil aliud vacant nostri milites, officiales & laici principes, nisi ad templum ecclesiæ & eius libertates frãgere, clericos & templi huius cultores affligere, & contra eos machinamenta erigere: quapropter iam necesse est ecclesiasticos econ-
B tra cogitare, & eorum iniurijs pro viribus obuiare, & ne nocere valeant præcauere. Prælatus enim superior debet ibi viros, idest personas virtuosas promouere, quæ possint ecclesiam defendere. ¶Vel si vis dic moraliter, quod milites antiochi, idest tentationes diaboli, vel ipsi inferiores dæmones, qui sunt milites principis mæroris antiochi idest lucifer, quãdo arcem mentis tenent, summe nituntur iudam idest pęnitentem impedire ne templum conscientiæ suæ per pœnitentiam renouet, & ne interiores officinas huius templi, videlicet memoriam voluntatem & rationem paret, & virtutibus exornet, quapropter ille debet contra eos militare, & milites suos idest feruentes orationes & cautelas cõtra eos ordinare, & turribus cõtemplationis & diuinæ inuocationis, & muris seu custodia clausura sensuum & circunspectionis contra eos munire. Prouer. 18. Turris enim fortissima nomẽ domini, ad eam fugit iustus & saluabitur. ¶Vel dic, quod milites diaboli hæretici sunt, quia arcem sion, quam occupant idest sacram scripturam, quam corrupte allegantes recitãt, non cessant ædificatores templi scilicet prælatos catholicos impugnare & opus constructionis ecclesiæ impedire, & ideo iudas, idest bonus prælatus debet milites, idest bonos prædicatores contra eos ordinare, muris & turribus, idest doctrinis, & sanctorum actionibus se & suam ecclesiam defensare, & ibi viros verbosos & virtuosos curatores & visitatores ad cũstodiam collocare. Esa. 62. Super muro & cæ. ¶Vel allega contra malos, qui in arce sion, i. in ecclesiasticis dignitatibus damnantur, quia isti hodie valde vñr inuidere his, quod templum sanctificationum reparant exemplis & prædicationib. atq; mundant. s. bonis prædicatorib. religiosis catholicis, theologicis doctoribus, ipsos verbis & iniurijs quãdoque grauãt, & in officio prædicationis vel reparationis permissæ ipsos impediunt, quapropter per seipsos necesse est quod contra ipsos dimicent atque pugnent, & ab eorum malitijs pro viribus se defendant. Illud sæpe videmus in claustris siue collegijs, quod mali prælati & maiores, qui tenent arcẽ, quando vident aliquos bonos subditos, qui pro templo ecclesiæ laborant, & ipsam ditare & ornare per suam industriam procurant, pro certo sibi quandoque inuident, & eos in bonis, quæ faciebant, ipsos impediunt & molestant, C
quia communiter mali prælati magis bonos quam malos impugnant, & quando vident eos prosperari, ipsos infestãt, quapropter sæpe fit, quod ipsos bonos contra se excitãt ita quod contra eos litibus & appellationibus pugnant, etiam muris & turribus, idest defensionibus adiutorijs se muniũt & parant, compulsi enim iniurijs malorum superiorum, necesse habent contra eos insurgere. Apostolus. Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. ¶Vel dic quod illi, qui sunt in arce, significant malos principes & balliuos qui quando vident aliquos subditos, qui laborant pro templo suo ędificando, & qui vacant rei familiari, ita quod diuites fiunt & magni statim volũt eos impedire & ab eis emendas & exationes retorquere, quapropter sæpe fit quod illos compellunt contra se surgere & mouere.

CAPITVLVM QVINTVM TEXTVS.

Et factum est vt audierunt gẽtes in circumitu quia ędificatum est altare. Moralit. Cap. 6.

POst multas victorias & prælia iudæ Machabei, fit mentio de quodam prælio, vbi in terram Galaad iudas habebat pugnare contra Timotheum ducem filiorum Amon, qui cum magno exercitu, atque maximo ab altera parte cuiusdam torrentis stabat oppositus contra ipsum vbi est. Timotheus viso iuda isto fertur dixisse. Si (inquit) transierit ad nos iudas prius, non poterimus sustinere eum: & potens poterit aduersum nos, si vero transfretare timuerit, & ex altera parte aquæ castra possuerit, tunc nos transeamus ad eos, quia poterimus contra ipsos. Quod vtique euentus rerum probauit, quia iudas statim prior transfretauit, & omnis populus post eum bellumque contra timotheum constanter inijt, & ipso uicto & multis occisis, cæteros fugauit. ¶Illud potest allegari pro audacia, quod audaces fortuna iuuat, quia reuera in factis bellicis, in litibus ac in quibuscunque controuersijs prosperius videmus succedere, prius & audacius aggredientibus, quam illis qui timide solent retrocedere, & pręoccupationem hostium expectare. Qui enim timet & retrocedit, aduersarijs suis ipsum inuadendi auadaciam im- D
mittit, qui vero audacter hostes aggreditur, seipsum formidabilẽ repñtat. Melius est igitur cæteris parib. præuenire quam præueniri, & fortunacius inuadere, quam inuadi. ¶Vel allega quod quãq; hõ põt sibijpsi sortem facere, & signum euentus negocij futuri cõprobauit sibi dare, sicut patet de isto Timotheo, qui sibijpsi signum futuræ victoriæ super prioritate trãsita proposuit, cuius veritatem euentus negocij comprobauit, cuius signum habes in lib. 1. Reg. 14. supra. vide ibi. ¶Vel dic quod iudas dux exercitus. i. bonus ductor vel prælatus in prælio contra principem filiorum Amon idest contra diabolum principem reproborum, prius aquam transire, idest prior debet pericula aggredi, & prior hostibus obuiare, exemplum subditis bene operandi dare, & eos ad simile prouocare: & hoc quia pro certo quando princeps idest prælatus per exempli dationem prius hostes spirituales aggreditur, populus subditorum eum libenter sequitur, & trãsire post eum, & similia bona opera facere exemplo istius animatur. Deutero. 32. Aquila prouocans ad volandum pullos suos & super eos volitas. Bonus igitur dux & prælatus debet subditos in bonis exemplis procedere atque operibus, vt bonum exemplum subditis possit dare. Mich. 2. Ascẽdit ante eos pandens iter. Iudas fugatis hostibus suis, qui filios Israel, qui erant in Galaad destruere voluerunt, ipsos filios Israel per eum liberatos cum omnibus rebus suis & vxoribus, & natis in terram iuda, vt ibi securius viuerent, secũ duxit. In via igitur erat Iudas extremos congregans, & eos dulciter commouens & exhortans. ¶In istis iudas bonis ducibus & prælatis formam tradidit, qualiter subditos suos ab hostibus spiritualibus, scilicet ab hæreticis & dæmonibus debent eripere, & si uident eos esse in loco periculi, in societate mala uel periculosa, vel in prospericatib. & delitijs huius mundi, debent eos ad locum securum. s. israelitarum. i. bonorum uirorum societatem traducere & in terrã iuda. i. in ecclesiam uel uitam bonam suis bonis exemplis & uerbis transferre, dicentes illud euange. Luc. 2. Transeamus usque Bethleem &c. Ipsos etiam ne prę lassitudine tribulationum

E num desperent,debet in via huius vitæ laborioſe exhortari benigniter & fouere & extremos ideſt pauperes & ſimplices vel peccatores ad vnitatem eccleſię congregare,dicens illud Ezechi.34. Quod perierat requiram quod abiectum erat reducam,& illud , quod fractum erat conſolidabo &c. ¶Ioſephus & azarias , quos iudas in terra iuda reliquerat in cuſtodiam,& quibus præceperat ne contra quencunque pugnarent,ſed quod terram diligentius cuſtodirent , audientes tam prælia iudæ quam ſimonis proſpera geſta,voluerũt & ipſi ſibi nomen facere,& ideo contra gentes contra præceptum iudæ bellare atque pugnare diſpoſuerũt. Faciamus (inquiunt) nobis nomen,& pugnemus cõtra gentes,quæ in circumitu noſtro ſunt. Deus autem eorum ſuperbiam confudit,quia à Gorgia fuerunt victi,& duo milia populi Iſrael ceciderunt, & cum ignominia redierunt. Et aſſignatur ibi alia ratio . Quia iſti non erant de ſemine virorum iſtorum, per quos ſalus in Iſrael facta eſt.Simile ponitur ibi de sacerdotib.qui altera vice dum voluerunt fortiter facere, & indiſcrete ad prælium exierunt , qui turpiter in prælio ceciderunt.¶Illud allega contra præſumptioſos, quia multi ſunt qui quando prælia Iudæ & ſimonis ideſt virtutes ſanctorum virorum audiunt, & eorum prælia contra ſpirituales hoſtes attẽdunt,ſimilia attentare præſumunt, & ſibi nomen & famam acquirere concupiſcunt,& ideo non propriam fragilitatem conſiderantes,ſed potius de ſuis viribus confidentes,ſæpe fit quod indiſcreti ardua aggrediuntur contra ſpirituales hoſtes per difficiles modos abſtinentiarum & afflictionum ſine conſilio ꝓliantur,nec ſunt contenti ſudare circare terram ſibi commiſſam , ideſt non ſunt contenti ſe cuſtodire peccato,ſed ſupra vires ſuas aggredi dura moliuntur.Vnde in Exod.18.Stulto labore conſumeris, vltra vires tuas eſt negocium.Sed ſæpe fit, quod Deus volens præſumptionem eorum nominis & famæ ac potentiam reſecare, permittit eos vinci à tentationibus & hoſtibus ſuperari. Et quia contenti vita & profeſſione ſibi commiſſa non erant, ſed gloriam acquirere ſperauerunt , finit eos cum damno ſuo & aliorum vitijs ſuccumbere, & pro gloria appetitiua F ignominiam reportare noſcuntur . Igitur poterat ſibi dici illud.4.Reg. 14. Contentus eſto gloriæ tuæ , & ſede in loco tuo. ¶Vel allega exemplariter,quomodo ſæpe fit,quod illi, qui famam & inanem gloriam concupiſcunt , ſolent bella noua emittere , & per lites & controuerſias alios innuadere,& ſuper vires ardua aggredi , & indiſcrete ſine cõſilio & in factis difficilibus immiſcere,dato quod non ſint de ſemine vel genere ipſorum,ad quos pertinẽt talia exercere.Sed vere ſæpe fit, quod iſti ſuperantur , & vnde vanam gloriam ſperauerant , vituperium conſequuntur , ſicut ad litteram ponitur de.1.Reg.14.Amaſia rege iuda . ¶Vel allega quod q ſine conſilio facta ſua faciunt , & in ſenſu ſuo confidentes fortiter facere credunt , faciliter pereunt & ſuccumbunt. Ideo bene dicitur.Eccleſi.32.Sine conſilio nihil facias.capi. 6 . ¶Dicitur hic , quod cum inimici regis antiochi arcem eius , quæ erat in Hieruſalem , occupare vellent , milites obſeſſi auxilium petentes à rege, ſibi per hæc verba ſcripſerunt . Applicuerunt hoſtes ad arcem, occupare eam , & niſi præueneris eos , paulatim maiora facient , & non poteris obtinere eos. ¶ Sic vere cum hoſtes noſtri & tentationes ſemper nituntur arcem mentis per conſenſum capere, niſi in principijs occurratur , intantum inualeſcunt quòd poſt vix ſuccumbunt.

CAPITVLVM SEXTVM TEXTVS.
Et rex antiochus perambulauit ſuperiores regiones. Moralit. Cap. 7.

CVum rex iuuenis 1.Ma.6. Antiochus cum maximo exercitu veniſſet in prælium contra iudam & filios Iſrael, & triginta duos elephantes ductos ad prælium ſecum haberet,oſtenderunt ipſis elephantibus ſanguinem vuę & mori, ad acuendum eos ad prælium,& præpoſuerunt turres ligneas ſuper eos firmas & protegentes,& quibus erant machinæ & trigintaduo viri uirtuti pugnantes deſuper , & intus magiſter beſtiæ & beſtiæ diuerſæ erant per legiones & mille viri & quingenti equites circa quamlibet beſtiam ordinati, qui exercitum diſcurrentes ſtrages hoſtium facie bant.¶Dic,quod antiochus,qui interpretatur princeps roris,ſignificat diabolum, qui in exercitu ſuo contra .i.contra eccłam & contra viros iuſtos magnos elect .i.magnos mundi principes & tyrannos ordinat. Iſti ſunt diaboli coadiutores & in ſuo exercitu fortiores nocendum ſimplicibus terribiliores.Vnde dicitur. Iacc Nonne diuites per potentiam opprimunt vos?Iſti enim quibus inſident turres,i. altæ mundi dignitates, caſtra uitates,in quibus machinæ,ideſt machinationes contra peres & mali conſiliarij habitant & in quibus triginta viri virtutis,ideſt multitudo balliuorum & malorum lorum latitat,qui omnes cõtra filios Iſrael,ideſt contra nocentes & pauperes ſubditos,vel contra eccleſiam & cleſiaſticos ſimul pugnant intus in ſua turri,i.in domo vnus, qui dr magiſter beſtiæ latitat , quia vnuſquiſque princeps ſemper aliquem principalem conſiliarium hꝫ qui ipſum in ſuis malitijs dirigit & gubernat.Ad litteram videmus,quod mali principes in turribus,officijs & do ſuis tenent & ſuſtinent multos malos conſiliarios,fec rios, machinatores , & baliſtatores , ideſt inferiores h uos,qui omnes generaliter militant contra bonos. 1.Ma 5. Congregatę ſunt gẽtes aduerſum nos.Iſtas etiam beſt ideſt beſtiales principes multi milites & equites,ideſt m alij inferiores nobiles, vel eorum ſeruitores concomit tur quaſi ad voluntatem aliorum circumeunt & ſequunt & de eorum rapinis viuunt , & ſub eis in eorum fraude crum acquirunt,& quocunque ſe verterit , ab eo non rec dent.Vnde ī Prou. 19.Multi colunt perſonam potentis & Iſtis autem elephantibus oſtendunt magiſtri eorum ſangui nem vuæ & mori,vt eos ad prælium acuent,quia pro certo iſta eſt veritas,quod magiſtri noſtrorum elephantum , ideſt adulatores principum ſanguinem ſcilicet quem prædeced fores eorum & crudelitatem,quam cõtra eccleſiam & pa peres exercuerunt,eis oſtendunt,& præ oculis eis ponu & ſic eos ad prælium exactionum exemplo ſimili acuunt animant .Sanguinem etiam crudelitatis ipſis dicuntur dere,quando modos & vias, quibus ſub ſpẽ iuſtitię ſangu nem & ſubſtantiam pauperum poſſint deuorare,& rapere eiſdem conſulunt & exponunt.Vnde dicitur.Num.23. accubabit leo donec rapuerit prędam.Sic igitur ſit, quòd elephantes cum illis, qui in turribus eorum morantur, eos ſequuntur, & qui adulatorie ſanguinem eis propriu videntur iudam & iſraelitas ideſt bonos eccleſiaſticos ditos perſequuntur.¶Vel illud,quod de illis elephantibus citur , applica ad martyres , qui viſo ſanguine vuæ & m ideſt viſa & conſiderata paſſione Chriſti,ad prælium con tyrannos animati fuerunt , & errores eorum reproba & contra eos prædicando,mortem & ſanguinem conſ pferunt.Iſti habuerunt turres dignitatum & eccleſiaru quibus multi ſpirituales milites continebantur , qui tra hoſtes fidei pugnauerunt, multi tam equites quam pe tes ipſos ad fidem ſecuti ſunt,& per eos ceciderunt. Ele Declinabat quæ prima erat , cęteræ ſequebantur. ¶Ele videns vnum de elephantibus, qui ſtabant in prælio,co iudæos cæteris altiorem,& loricis regis loricatum regen ſe in eo ideſt in turri lignea beſtiæ ſuper omnia æſtima quapropter,vt populum ſuum liberaret,& nomẽ ſibi ac reret,propulſis hinc & inde hoſtib.uſq; ad beſtiam pera uit,& elephanti ſe ſuppoſuit, & eum ſic ſuppoſitum int cit regem tamen non uulnerauit, ſed occiſa beſtia & ca te,ſub ipſa oppreſſus perijt & deceſſit,& ſic nec nomẽ acquiſiuit,nec populum ſuum liberauit , ſed potius ſu dem dicitur)populus iudæorum regis impetum ferre c ſtinens,ab ipſo fugit & diuertit.¶Eleazar , qui erat vnu principib.iudæorum,poteſt optime ſignificare Phariſeo principes iudæorum,quales fuerunt annas & caiphas, dentes contra ſe elephantes ideſt plures Apoſtolos dimi re & prædicare,videntes vnũ cæteris eminentiorem.Ch ſtũ,loricis regis.i.diuinis miraculis & operib. circumſe tãtum vt eis verisimile poterat eſſe , regem ideſt Deum uinam naturã in eo latitare, ipſum omnino occidere c uerunt,quia ſic populum ſuum à romanis liberare,& & potentia iſtius , qui iam prædicatus in ea fuerat, en crediderunt,dicentes illud Ioan. 11. Ne forte veniant ro ni &c.Expedit.n.vt moriatur. Iſtum igitur per mortem manitatis fecerũt cadere, regem tamen ideſt Deum ſeu deiem non potuerunt lædere,ſemetipſos quoque ſub eo oc ationaliter peremerunt,in quãtum propter peccatum mor is Chriſti tandem deſtructi fuerunt , ne propter hoc fidem & eius potentiã extinxerunt,ſed potius ipſa creſcente poſt ipſius elephantis mortem,ipſi perire meruerunt. Eſa.63.A exerunt ſpiritum ſanctum ſancti eius, & conuerſus eſt eis in inimicum,& ipſe debellauit eos. ¶Vel dic de diabolo. vt ſupra li.10.c.de dracone.c.3.& 4. ¶Vel allega contra præ ſumptuoſos,qui inanis gloriæ cupidi , appetunt ſibi facere nomen, & ideo contra eminentiores ſe & fortiores quanoque inſurgunt,& eos potenter impetunt & inuadunt,qui bus tamen bene quandoque non cedit, quia dato quod illi alium lædant, vires tamen attenuant , & finaliter pondere pœnitentiæ alterius opprimuntur,& dum alium grauant,ſe ipſos ſubuerunt . ¶Vel dic ad litteram de fatuis militibus, qui ſupra vires ſuas volunt facere , qui tamen in ipſo ornatu ſuo dum alios occidunt,ſolent & ipſi perire. Hierem.46. Fortis impegit in fortem , & ambo in foueam ceciderunt. ¶Vel vt exponit quidam , tunc homo elephantem premit, quando turres .i. dignitates ſæculi contemnit .Veruntamen tunc ſub iſto moritur,quando de victoria in ſuperbiam elevatur.Ozee 13.Ero mors tua o mors . ¶Vel allega de martyribus , qui tyrannos gladio verbi Dei occiderunt, ipſi tamen corporaliter per martyrium ſuccubuerunt . ¶Hic habes , quod cum antiochus & exercitus eius pugnarent contra bethſuram & tandem contra ſanctificationem , finaliter quia in vtroque loco cibi defecerunt,& quia ſabbatum erat terræ illi, qui in iſtis munitionibus erant,cum hoſtibus pacem fecerunt, & eis portas aperuerunt . Anthiochus vero intrans ſanctificationem, protinus pacem fregit , & muros in circumitu diſſipari mandauit.¶Sic vere dico,tũc in bethſura & ſanctificatione,ideſt in ſæculo & in clauſtro cum antiocho ideſt cum diabolo & vitiorum exercitu fideles impugnati,ianuas cordis aperiunt, & eum intus per malas cõplacentias recipiunt quando cibi ſpiritualis doctrinæ,diuinæque ſcripturæ eis deficiunt , & quando ſabbata quietis & otij, necnon feſtiuitates temporalis proſperitatis incumbunt.Illud enim in eccleſia & religione ſpecialiter videtur, vt propter defectum ſcientiæ , & propter abundantiam quietis & opulentiæ diabolum introductum , & ſibi populum ſubiugatum,quaſi pœnitus intuemur. Vnde dicitur.1. Machabæor.2.Conſtituerunt eis prælium in ſabbato, & occiderunt de illis mille viros.Et alibi dicitur.Ezech.13.Quod hæc fuit iniquitas Sodomæ . Iſte enim murum ſanctificationis , ideſt obſeruantias eccleſiaſticas & ſanctiones canonicas ac regulares obſeruantias iam ibi diſſipauit , & ſe ibidem imperare & eſſe dominum declarauit.Iam.n.delectationibus & vitijs ab omni parte patet ingreſſus,& iã non eſt,q̃ cohibeat hoſtium ſpiritualium impetus & acceſſus.Vnde dicitur.Tren.2. Luxit ante murale, & murus pariter diſſipatus eſt,defixæ ſunt in terris portæ eius.¶Si vis pone quare bethſura ſignificat mundum, quia domus acerba interpretatur, q̃a acerbitas tribulationum in mundi domicilio reperitur. ¶Et ſi vis dic, qđ antiochus capta bethſura ſanctificationẽ inuadit,q̃a diabolus ſubiugato ſęcularium ſtatu, etiam ſtatũ eccleſiaſticum ſubiugare intendit,& actiuis ſuppeditatis & victis,etiam clericos contemplatiuos capit.

CAPITVLVM VII TEXTVS.
Anno centeſimo quinquageſimo primo , exijt demetrius ſeleuci filius: Moral. Cap. 8.

ALchimus quidam de ſemine Aaron adiuncto ſibi cetu virorum iniquorum,dux & gubernator erat , quiad ſacerdotium ambiebat,ad regem demetrium venit,& accuſans iudam & fratres eius apud eum.Rex igitur iſte,qui iudæ & fratribus eius detrahebat, ſummum ſacerdotium contulit,& cum eo bachidem quendam de ſuis principib. & amicis cum exercitu in terram iuda miſit,ad quos cum veniſſet congregatio ſcribarum requirere quæ pacis ſunt dixerat, Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit , non decipiet nos. Ipſe vero alchimus cum verba pacifica eis locutus fuiſſet,& ipſos nequaquam lædere iuraſſet,factum eſt, quo ei credide runt & ſtatim ſeptuaginta viros de eis occidit contra prium iuramentum.Tandem in Hieruſalem veniens,multos C de populo interfecit,& conuenerunt ad eum,qui conturbabant populum ſuum,& terram iuda obtinuerunt,& ſic ipſe alchimus & ſui multo plus quam gentiles fecerunt , filios que Iſrael grauauerunt. ¶Iſta poſſunt allegari contra ambitioſos,quia quando aliquis alchimus vel ambitioſus aliquis ſacerdotium , ideſt dignitatem aliquam ambit , ante omnia cætum & congregationem virorum iniquorum ſibi congregat & adiungit.Tandem vero ad regem, ideſt ad mundi principes recurrit , uel ad regem,ideſt ad ſuperiorem prælatum accedit. Apud quem ante omnia alios accuſat,& de eius hoſtibus detrahit , & ſe propter eum exhæredatum fuiſſe , & pro eccleſia multum ſuſtinuiſſe,conqueritur & dicit.Igitur ſæpe accidit,quia adulatores & detractores faciliter a maioribus audiuntur,& aliorum accuſatores diligunt, tales ad ſacerdotium & dignitatem,quam ambierant , promouentur, ita quod bachides , ideſt aliquis de amicis ipſius ſuperioris pro inducendo eum in poſſeſſionem ſibi adiungitur & datur.Verum quia quandoque fit quod pro libito non admittitur ad poſſeſſionẽ, Ideo in principio uerbis pacificis vtitur, multa iurat & paciſcitur , ita quod ſibi à ſcribis pacem petentibus ideſt à canonicis & fratribus pacificis & ſimplicib. creditur,& quia ſacerdos de ſemine Aaron eſt,i. perſona ſacerdotalis & eccleſiaſtica,ad quam pertinent bonam conſcientiam habere , ideo ab ipſis ad ſacerdotij & dignitatis officium acceptatur.Sed ſtatim re uera quando videt ſe indutum,cõtra eos debacchatur, & ſubditos exactionibus & iniurijs afficit,ita quod non pacificus , ſed impius & crudelis declaratur , multos ſpiritualiter occidit,multos deponit & depredatur.1.Ma.1. Locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo,& crediderunt ei,& irruit ſuper ciuitatem,& percuſſit eã plaga , & perdidit populum multum ex Iſrael , & accepit ſpolia ciuitatis. Illi, qui ſoliti ſunt turbare ciuitatem & populum, vt ſunt mali,& litigioſi accuſatores, & detractores, ad eum aggregantur , quos præ alijs tanquam magis ſibi ſimiles diligens terram iuda in eorum manibus tradidit , inquantum poteſtates & officia ſuper alios eis tribuit. Infra eum elegit impios viros,& elegit eos dominus regionis.Sic igitur ſit q̃ iſte malus ſacerdos , & ſui familiares impij i.tales mali prælati , & eorum miniſtri impij , filios Iſrael.i.bonos fideles magis grauant quam gentes ,i. quam ipſi principes ſeculares,quia plus videmus multotiẽs de rapina,& crudelitate in curijs prælatorum, quam principum terrenorũ, & plus ſuos pauperes opprimũt ſacerdotes clerici,quàm ſeculares balliui,& tyranni, & plus etiam grauãt quandoque ſubditos,& cõpatriotæ,& domeſtici,quam alij magis extranei,& remoti.Vnde dicitur.Matt.10. Tradet frater fratrem, & filius patrem, & inſurgent filij in parentes , & morte eos afficient. Et inimici hominis domeſtici eius &c. Igitur de talibus malis eccleſiaſticis dicitur.Hiere.2. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt dominus , & tenentes legem neſciunt me. ¶Impius nichanor minatus fuit templo, leuans manus in ſuperbia contra ipſum quòd flammis incenderet, niſi iudas & exercitus eius voluntati eius traderetur , Deus tamen aliter ordinauit , quia confecto prælio contra Iudam , ipſe prius ī bello cæcidit,& iudas caput eius, & brachium,quod contra templum leuauerat, amputauit , & contra Hieruſalem ſuſpendit,exercitus vero eius ipſum cecidiſſe, conſpiciens,& arma ſua proijciens fugit,quem populus Iſrael perſequens,totum interemit, ita q̃ nec vnus quidem ſuperfuit nec remanſit.¶Illud allega exemplariter contra eos,qui cõtra templa , & eccleſias ſunt impij , vt qui minando contra Deum & eccleſiam eius ſunt ſuperbi, quia ſæpe fit,quòd iuſto Dei iudicio,antequam implere poſſent,quod inceperãt, pereunt,& per mortem vel infortunium impotentes fiunt, & exercitus,& auxiliatores eorum ab ipſis fugiunt. Vigil.n. de cœlo.i.Deus, qui cõtra tales vigilat,dicit illud Dan 4. Succidite arborem,& ramos eius , ſcilicet caput, & brachium præſcindite & fugiant beſtiæ, quæ ſubtus eam ſunt,& de ramis eius uolucres cęli.¶Vel ſi vis allega hic quòd ruina principis eſt cauſa peccati , & ruinæ ſubditorum. Quando enim nichanor princeps, qui interpretatur ſtans lucerna ideſt prælatus uel princeps, qui interpretatur ſtans lucerna ideſt prælatus uel princeps,qui interpretatur ſtans lucerna,debet quantum ad ipſum pertinet,pro alijs per perſeuerantiam ſtare,per doctrinam,& exempla lucernæ,iuxta illud. Vos eſtis lux mundi,in

E bello contra uitia cadit, & per diuersa peccata ante hostes spirituales succumbit, caputque rectæ intentionis, & brachium bonæ operationis perdit, statim exercitus subditorũ suorum exemplo eius arma virtutum proijcit, & dimittit, & vndique per vitia dispersus, ante hostes spirituales perit, ita quòd vis vnus persistit. Vnde dicitur. 1. Mach. 9. Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Nam ut dicit Gregorius, vita malorum trahitur ab alijs in exemplum. Zac. 1. Percute pastorem, & dispergentur oues.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.

Et audiuit Iudas nomen romanorum, q̃a sunt potentes viribus. Moralit. Cap. 9.

Hic fit mentio de potentia romanorum, & inter cætera hic dicitur, quod curiam fecerunt sibi romani trecentos, & viginta senatores, consilium agẽtes, & vni singulis annis magistratum suum committentes. Inter ipsos autem nullus diadema portabat, sed omnes obediebant vni, & zelus & inuidia contra eos nusquam erat. Dicitur ibi, quòd pacem & amicitiam cum amicis, & socijs optime seruabant, & quòd vsque ad remotissimas terras reges, & tyrrannos sibi subiecerant, metalla auri, & argenti, quæ erãt ĩ hispania, acquisierant. Et vt concludatur breuius, quibus volebant esse auxilio vt regnarent, regnabant, quos vero vellent nõ regnare, à regno pellabantur. Ad istos igitur misit iudas legatos suos amicitiam facere, vt sic posset à suis hostibus tutus esse. ¶Ista possunt applicari ad dominos romanos idest papam & cardinales, quia isti sibi curiam romanam fecerunt, & eam pro diffiniendis negocijs, & iudicijs reddendis ordinauerunt, quam multis, & magnis cõcilijs fulcierunt. Vnũ, etiam ex seipsis in papam & magistrum suum solent eligere, cui sine inuidia vniuersaliter debent obedire. Vnde in Gen. 42. Viri vnius filij sumus. Et breuiter tanta est hodie potentia istius curiæ, & suorum, quòd reges & regna ad litterã sibi sunt subiecta, metalla auri, & argenti idest diuitiarum copia est eis adiecta, & instituendi reges idest promouendi F ecclesiasticos sibi p̄ cęteris est auctoritas attributa. Isti enim quos volunt, regnare, & promoueri faciunt, quos vero nolunt, à regno repellunt, ita quòd iam potest eis dici illud Nu. 22. Noui. n. ꝙ benedictus est cui benedixeris, maledictus aũt in quem gesseris maledictionem. Isti igitur inter se non debent zelum nec inuidiam habere nec aliquis debet portare diadema. i. nullus debet alteri p superbiam præfici, sed omnes vni. i. summo pontifici debent obedire pacifice. Et si sic fecerint omnes cõcupiscẽt eorum amicitias habere, q̃a pro certo in quocunque collegio quando subditi pacifice, & quiete viuunt, & inter se zelum, & inuidiam non habent, nec alijs se præferunt, sed vni. s. prælato summo humiliter obediunt, ipsorum dominationes crescũt, & omnes tam seculares quàm alij ipsorum amicitias quærunt & expectant. Vnde dicitur. Zac. 8. Pacem, & veritatem diligite, dicit dominus Deus. ¶Forma pacis, & fœderis inter iudæos, & romanos talis erat, quòd vnus populus alium in suis bellis, & necessitatibus si tempus peteret, tenebatur iuuare, & hoc ad propria stipendia, quia nullus debebat alteri aliquid ministrare. ¶Hic potest notari, quòd vero amici socios, & amicos in necessitatibus adiuuant, & quòd ipsos stipendijs, & expensis nunquam grauant, sed proprijs stipendijs pro eisdem militant, & alij casu simili, quando ingruit necessitas, ipsos adiuuant. Vnde in Prouerbiorum 18. Frater qui adiuuatur à fratre &c.

CAPITVLVM IX TEXTVS.

Interea vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nichanor. Moralitatum Cap. 10.

Hic fit mentio de constantissima, & nobilissima morte Iudæ, quam pro certo morti istius nobilissimi leonidæ principis imperatoris, qui cum sexcentis citra sexcenta milia gloriose moriturus se obiecit, possem congrue comparare, nisi quod non licet stylum meum contra historias dilatare. Sic igit̃ actum est, ꝙ Demetrius audita morte nichanoris, bacchidẽ cũ dextro cornu suæ militiæ mitteret contra Iudã, cuius exercitus fortitudinẽ iudæ socij formidãtes, ab eo recesserunt & ipsum cum octingentis viris solummodo reliquerunt. Quibus ẽt certantibus, hosti cædere & assistentibus impossibile esse contra tantam multitudinem præualere. Iudas ad hęc verba respõdit. Absit (inquit) istam rem facere, vt fugiamus ab eis, & si appropinquauerit, tempus nostrum, moriamur in uirtute pp fratres nostros, & non inferamus maculam in gloria nostra. Sic igitur est, quòd contra regis exercitum, qui in duo se diuiserat, potenter irrumpens dextrum cornu, quod erat alter fortius, continuo superauit, sinistrum vero cornu, i. pars sinistra exercitus regis contra ipsum præualuit, & ipsum cæde aliorum fessum prostrauit. Iudas enim cecidit, & cęteri fugerunt. & sic quem fortiores superare nequierãt, debiliores postea deiecerunt. ¶Ista possunt allegari qualis debet esse constantia boni ducis, quia nunquam debet periculum metuere, sed potius fortunæ se committere & morti se exponere, quam uerecunde fugere & obtentam gloriam deturpare, exemplo illius leonidæ, qui milites suos hortabatur de gloria plurimum, de vita vero nihil sperandum. Magis enim se dicebat debere patriæ quam uitæ, quinimmo milites suos hortabatur taliter in mane pransuros tanquam inferno cenaturos. Prandete (inquit) milites in inferno cęnaturi, sicut ponit Orosius lib. 2. Exemplum etiam beati Lodouici regis francorum, qui in ægypto contra saracenos existens, quamquam pericula sibi & exercitui suo propter aquarum inundationem, & hostium præuentionem imminere uideret, fugere tamen noluit, immo cuidam militi fugam capienti respõdit. Absit (inquit) galliæ, vt reges francię terga vertant fidei inimicis. De isto etiam iuda legitur, ꝙ ipse hortabatur suos subire periculum. Vnde igitur duci seu principi dicitur. 3. Mac. 11. Nolite metuere iudicium mortis. Et alibi. Ecclesi. 41. Vsque ad mortem certa pro iustitia. ¶Vel si vis allega quòd bono principe vel prælato mortuo vel absente, subditi facile superantur. Zacha. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues. Duce vel prælato à vitijs superato, facile subditi superantur, inquantum exemplo ipsius mali fiunt, vel inquantum non habent à quo erudiantur. Vnde in Prouerb. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. ¶Vel dic quòd cũ Bacchides, qui interpretatur luctus fortis. i. diabolus, in exercitu uitiorum quem contra iudam, & Ionatham, & eius, fratres idest contra Christum, & sanctos præparat, habeat duo cornua, idest duas partes, dextram, & sinistrã, hoc est dictu, vitia maiora & minora, sæpe fit, quòd iudas dextrum cornu superat, & tamen à sinistro perimitur. s. quòd homo maiora vitia superat, & ab ipsis enormibus criminibus se præseruat, & tamen minora non præcauens, ab eis vincitur, & adiutoribus [illegible] gientibus. i. uirtutibus, ab eis superatur. Esai. 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. ¶[illegible] tuo Iuda emerserunt uiri iniqui in omnibus finibus [illegible] & inualescente fame in terra tradit se omnis regio Bacchidi, qui elegit viros impios, & constituit eos dominos regionis, & perscrutabatur amicos iudæ, & uindicabat in illis, & facta est tribulatio magna in Israel. ¶Sic uere quando Iudas dux gregius, idest bonus prælalus, iudex vel officialis moritur, statim incipiunt pullulare uiri impij in [illegible] tria, qui propter defectionem correctionis mali fiunt, qui tempore boni prælati vel iudicis delicta sua facere non audebãt. Fit etiam quandoque ꝙ Bacchides idest malus iudex & superior sibi succedit, cui propter famem auaritiæ [illegible] regio aliquotiens se tradit, quia quandoque fit, quòd [illegible] subditi famelici, & auari malum prælatum eligunt, & [illegible] dominio se commitunt, pro eo quòd per eum se ditari statim credunt. Vnde dicitur. Ioann. 7. Quæritis me quia manducastis de panibus. ¶Vel ad litteram tota regio præ [illegible] se sibi tradit, in quantum talis efficitur usurarius, & tota [illegible] tria tempore caristiæ se sibi obligat, & submittit. Ideo dicitur. 1. Regum 2. Repleti prius pro panib. se locauerunt. [illegible] igitur Bacchides. i. malus superior sic introductus ad [illegible] pandum immergentes impios non attendit, sed potius [illegible] ros iniquos eligit, quos in dignitatibus collocans dominos regionis constituit, bonos vero & iustos uiros Iudæ [illegible] tui, idest Christi vel boni prælati amicos perscrutatur, & [illegible] fundit, quòd tempore suo tribulatio, & angustia in [illegible] idest in ecclesia oritur, & insurgit. Vnde in Prouerb [illegible] gnantibus impijs ruinæ hominum. Istud enim est com-

A [illegible] ne, quia mali odio habent prędecessores suos bonos, solẽt post mortem eorum amicos eorũ inquirere, & ipsos multipliciter grauare. ¶Hic habes, ꝙ filij ambri, qui prius Ioannẽ fratrem Ionathæ occiderunt, faciebant nuptias magnas, filiam. n. vnius de principibus Chanaan duxerat, ita quòd cum apparatu magno nuptias celebrabant. Ionathas vero, & Simon memores mortis fratris sui, ipsis insidiati, sup eos procedentes ad nuptias irruerunt, & eos occidentes spolia rapuerunt, & sic nuptias eorum in lucrum, & infortunium conuerterunt. ¶Sic vere sæpe fit, ꝙ dum filij, hominum vacant nuptijs. aut lætitijs huius mundi, & filiam chananeorũ idest prosperitatem mundanam in uxorẽ ducunt, nec facinora, quæ commiserunt, meditantur aut recolunt, hostes eorũ. s. diabolus & mors, qui in insidiis latitabant, repente eos interficiunt, spolia diuitiarũ suarũ eis auferunt, & gaudium suum in tristitiam conuertunt. Vnde in Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. ¶Bacchides obtẽta regione inde multas ciuitates muniuit, ibiq; custodes vt exercerẽt inimicitias in Israel collocauit. Sic vero diabolus in altis officijs custodes suos. i. malos officiales collocat, per quos in Israel. i. cõtra bonos inimicitias & grauamina suscitat, & augmentat. Vnde Deut. 32. Inimici vestri sunt iudices. ¶Alchimus summ⁹ sacerdos iniquissimus cœpit muros sanctæ dom⁹ interioris, & opera prophetarũ destribuere, pp qđ pcussus est, & dissolutus paralysi, & conclusum est os eius ita ꝙ non potuit loqui amplius verbum nec mandare de domo sua, & impedita sunt opera eius, & est mortuus tormento magno. ¶Sic vere sicut videmus mali pręlati, & superiores, quando vident se in dignitatibus cõstitutos, statim incipiunt opera sanctorum suorum vilipendere, muros. i. obseruantias regulares, & prophetarum. i. sanctorũ patrum opera, & traditiones destruere, nouitates introducere, & illa, quæ per sanctos cum magna diligentia facta, & ordinata sunt, immutare, quapropter sæpe fit ꝙ vltio diuina istos percutit, & ad litteram paralysi, vel alia infirmitate dissoluit, ita ꝙ os locutionis, & cõfessionis eis tollit, & eos tam cito perimit, ꝙ de domo conscientiæ suæ aliud ordinare non permittit, & mala opera, quę inceperũt, dissoluit. Aug. in sermone innocẽtum, dicit, ꝙ hac animad-
B uersione percutit peccator, vt moriens obliuiscatur sui, q̃ dum viueret, oblitus est Dei. Vel dic, ꝙ illi sacerdotes, & religiosi, qui muros regularis obseruantiæ, & opera prophetarum. i. statuta sanctorum patrum destruunt, vsum linguæ ad bene loquendum, manus etiam ad bene operandum perdunt & finaliter cum magno tormento in inferno habitant.

CAPITVLVM DECIMVM TEXTVS.

Et anno centesimo quinquagesimo ascendit Alexander Antiochi filius. Moralitatum Cap. 11.

Habitauit Ionathas in Hierusalem, & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem, & extruere muros, & quadris lapidibus montem syon circumire, & fugerunt alienigenæ, quos Bacchides in munitionibus posuit & liberati sunt ob fides, quos à filiis Israel cęperat, & raptos in munitionib. seruabat, & detinebat. Sic vero qñ in Hierusalem. i. in ecclesia est Ionathas, qui interpretatur columba veniens. i. bonus, simplex, & columbinus prælatus, & maxime quando ibi psonaliter habitat, & morat̃ ibi pro certo tũc quàm plurima opera. ædificat. n. & renouat locum suum temporaliter, & spiritualiter montemq; Syon. i. dignitatem sibi commissam circuit muris de quadris lapidibus. i. bonis, & uirtuosis personis, quas ibi promouet, & introducit personaliter, & sic ciuitatem ecclesiæ sibi commissæ extruit moraliter, & virtualiter. Iudith. Aedificauit ciuitatem de lapidibus quadratis, & sectis. Tunc ista boni prælati præsentia non solum in istis proficit, immo multa alia bona facit, a facie enim eius fugiunt alienigenæ, non audientes mala facere, vel timore iustitiæ suæ in patria comparere. ¶Vnde Aegyptij dixerunt. Exo. 14. Fugiamus Israelem. Boni, qui obsides ab alienigenis tenebantur. i. qui à malis diuersimodè grauabantur, per eius adiutorium liberantur, quia boni prælati præsentia, fugat malos, liberat oppressos, promouet dignos, reparat mores malos. Ideo ad litteram potest dici de quolibet bono principe. Ezech. 34. Quod perierat requiram. Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. ¶Cum Ionathas occurrisset Alexan- C dro regi asiæ apud ptolomaidam vbi nuptias celebrabat, & ptolomei regis Aegypti filiam in vxorem ducebat, dedit Ionathas argentum, & aurum, & inuenit gratiam in conspectu eius, & iussit eum rex spoliari vestibus suis, & indui purpura, & collocauit eum rex sedere secum, & scripsit eum inter amicos suos, magnificauit eum, & posuit eum ducẽ principatus, atque præcepit, quod nullus pugnaret contra ipsũ, & sic viri quidam impii, qui ad accusandum ipsum uenerãt visa gloria eius fugerunt, & ipsius præsentiam timuerunt. ¶Alexander, qui interpretatur auferens angustias seu alleuians tenebras, significat Christum, qui infidelibus tenebras errorũ per lumen fidei alleuiat, & æternæ mortis angustias abstulit Ptolomaida, quæ interpretatur ad mensuram deducta, paradisum significat, vbi secundum mensuram meritorum dabitur mensura præmiorum. Ista est igitur veritas finaliter quando Ionathas. i. iustus, & simplex homo ueniet ad Ptolomaidam. i. ad Paradisum, vt in tempore tritici mensura, & ut in conuiuijs cœlestibus occurrat personaliter regi Christo, sic fiet ꝙ rex uidens ipsum habere, & præsentare aurum diuinæ gratiæ, & charitatis argentum munditiæ & puritatis, ipsum multipliciter honorauit, & eum indumẽtis suis. s. mortalitate exuet, & purpura æternæ gloriæ ipsum decorabit, quia secum in ęterna quiete sedere faciet, & amicum suum ipsum constituet, & principem eum faciet, & accusatores eius. s. dæmones ab eo separabit, & contra aduersa omnia securitatem sibi dabit perpetuam. Vnde. 3. Esdr. 4. Tunc ait rex, quia inuentus es sapientior, proximus mihi sedebis, & cognatus meus uocaberis. ¶Appollonius dux demetrij regis Ionatham ad descendendum de montibus ad campum prouocat, & ibi pręlium sibi parat. ¶Tu solus inq̃t, resistis nobis, qui potestatem exerces contra nos in montibus, sed descende ad me in campum &c. ¶Sic uere diabolus summe nititur hominem de montibus contemplationis ad campũ exterioris actionis, vel de monte religionis ad cãpũ mũdanæ habitationis trahere, sperãs cõtra ipsum facilius pręualere. ¶Victo Apollonio multi de exercitu suo ad tem- D plum Dagon fugerunt, sed Ionathas ipsos psequens ignem templo adhibuit, & octo milia vna cũ tẽplo succẽdit. ¶Sic Ionathas Chr̃s finał̃r appolloniũ, i. diabolũ vincet, & exercitũ reproborũ, qui nunc in tẽplo huius mundi securos se esse reputãt, in inferno deijciet, & succendet. Ps. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius.

CAPITVLVM XI TEXTVS.

Et rex Aegypti congregauit exercitum sicut arenam, quæ est in littore maris. Moralitatum Cap. 12.

Ptolomeus rex Aegypti dedit Alexandro regi asiæ filiã suam in vxorem: tandem concupiuit regnum ipsius, q̃rebat in dolo obtinere eum, & adiungere regno suo & iõ congregauit exercitum suum sicut arenam maris, & intrauit regnum Alexandri, & aperiebant ei ciuitates. Sic enim præceperat Alexander pro eo, quòd socius eius esset Ptolomeus, & confideret in eodem. Ipse vero statim ciuitates occupabat, & ibi pro custodia suo nomine facienda milites assignabat, & intrauit Ptolomeus Antiochiam & imposuit sibi duo diademata. s. Aegypti, & asię, & filiam suã, quam Alexandro dederat, abstulit ab eodem, imponens ei (licet false) ꝙ ipsam voluerat occidisse, & dedit eam demetrio inimico Alexandri, & venit Alexander contra eum in præliũ & uictus fuit, & fugit in Arabiam, & sic Ptolomeus obtinuit regnum eius. Gadiel autem Arabs abstulit Alexãdri caput, & misit Ptolomeo. Veruntamen sic actum est, quòd dictus Ptolomeus post tantam gloriam tam proditiose acquisitam infra tres dies mortuus est, & exercitus eius, qui erat in castris, occidit eos, qui erant in custodia ciuitatum. Ista possunt exemplariter allegari contra multos. Primo enim allegari potest contra proditores, qui in dolo, & sub specie amicitiæ occupant quandoque aliorum dignitatem, & regna, & tũc publice rũpunt fędus & amicitiã, q̃ habuerãt cũ eis, imponẽtes falsa crimina, vt occasionem habeãt ab eis recedendi, quia sicut dr̃ in Prou. 18. Occasiones quærit, qui vult ab amico recedere. Ista potissim patẽ ĩ ambitiosis, q̃ regno

E gno,& ſtatu ſuo non contenti ambiunt dominia aliorũ.Ita fit quòd fraude,& malitia interueniente ipſos aliqñ regno, & dignitate priuant,& diademata honoris alieni occupãt. Apoc.19.In capite eius multa diademata.Sed tales non cõ- ſueuerunt in talibus proſperari,quinimmo vbi habuerunt quod cupierãt,ſubito ſolent morte vel infortunijs prægra- uari,& de exercitib.qui ſequebantur eum.i.de ſuis fautori bus,& amicis alter in alterũ debacchari.Eze.17.Ergo ne ui nea iſta proſperabitur?nonne aquila radices eius euellet,& fructus eius diſtringet,& ſiccabit,oẽs palmites germinis ip ſius areſcent.Illa.n.quę fraude & uiolentia acquiruntur, nõ ſolent durare,ſed ſubito deficere,ſicut ad litteram uidemus de tyrannis.Vnde dr.Omnis potentatus breuis vita.Et Sene ca dicit,q violentia imperia non perſeuerant.¶Vel ſiuis al lega contra falſos mundi amicos,qui ſemper ſe vertunt ad illum,qui obtinet,& qui non diligunt hominem,niſi quam- diu proſperatur.Iſte.n.Alexander quamdiu regnum tenuit, ab iſto godoniel ſupponitur dilectus fuiſſe,& ideo uictus dr ad arabiam refugiſſe.Iſte tamen uidens eius infortuniũ ipſum amplius non dilexit,licet potius pro amicitia illius, qui regnũ acquiſierat,caput ipſius amputabit.Statim. n. qñ quis venit ad infortuniũ,& q perdit regnum,amici ſui pri- ſtini ipſum abominãtur,& in inimicos ei vertunt,& amici- tiam illorum,qui regnant,& qui de facto proſperantur,to- tis viribus amplexantur.Prou.14.Etiam proximo ſuo pau- per odioſus erit,amici vero diuitum multi.Vel allega hoc de mutatione rerum ſupra:primo dictum eſt,q rex aſię,qui tunc erat pro tpe, occupauit Aegyptum,& regnauit ſuper duo regna,impoſuit ſibi duo diademata,Aegypti,& aſię,e- contra uero hic habemus q rex Aegypti occupauit aſiam, & ſibi duo diademata impoſuit,& ſuper dua regna regna- uit,quia quandoque vnum regnum exaltatur, & aliud de- primitur,& econtra alterum alteri quandoque facit tantũ q ab eo ſuſtinere cogitur.Eſa.14.Erunt capientes eos,qui ſe ceperant,& ſubijcient exactores ſuos.¶Demetrius videns q ſiluit terra in conſpectu eius,iã ſecurus in regno, remiſit exercitus ſuos,excepto peregrino exercitu inſularum,pro F prios enim milites compatriotas remiſit, extraneos reti- nuit, & inde factum eſt q exercitus ſui ſic remiſi cęperunt eum odio hȩ,& contra eum murmurare, quapropter tri- phon occaſione acceptã,contra eũ rebellauit,& exercitus remiſſos ſecum habuit, & antiochum Alexandri filium de arabia aſciuit,& ī regno ipſius collocauit.Ciues ſui de Pto- lomaida contra eum ſurrexerunt,& eum occidere volue- rũt,& eum ad palatium fugere compulerunt, quem tria mi lia Iudęorum ſibi in auxilium miſſa liberauerunt,& cẽtum milia de ciuibus occiderũt. ¶Illud poteſt allegari exempla riter,q non eſt tutum alicui.confidere in pace,& in proſpe- ritate ſua.Si.n.iſte demetrius ſemper timuiſſet, & infortu- nia quæ accidere potuiſſent,prȩueniſſent, nunquam tribu- lationem incurriſſet,nec ſe contra eum aliquis erexiſſet.Vn de dr Prou.Beatus homo,qui ſemper eſt pauidus. ¶Vel dic contra fatuos principes,& magnates,magis diligunt extra neos quàm propinquos,ſibiq; in ſuis curijs continent, & promouent,atque in officijs peregrinos,ipſoſque prædile- ctos habent,& charos,ſuos autem repellunt. Quapropter quandoque fit q odium ſuorum ſolent incurrere,ita q ho- ſtibus ſolens adhærere, & ipſum de regno & dominio aliquotiens fugare,& cõtra eum rebellare.Nam iuſtum eſt, q homo illos,quos in proſperitate, & pace exiſtens repu- diat,tribulationis tempore non inueniat,imò perdat.Tutũ eſt igitur principi ſuorum amicitiam cuſtodire, & non ni- mis extraneis adhȩrere.Quia dicit Apoſtolus.1.Tim.5. Qui ſuorum,& maximè domeſticorum curam non habet,infide lis eſt.Ideo bene dicitur Eccl.9.Ne derelinquas amicum an tiquum,nouus non erit ſimilis huic.

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat.
Moralitatum Cap. 13.

POſt pacta inita cum ſparciatis,& romanis hic fit men- tio,quomodo Triphon regis antiochi princeps maior ad regnum aſiæ ambiebat, quapropter Antiochum domi- cum ſuum occidere cogitabat.Veruntamen quia ſciebat Io nathan iudęorum ducem regis eſſe ſtrenuiſſimum defe- rem,ante omnia ipſum occidere tentauit,& multis ma- nationibus circunuẽtum occidit.Poſtea ſolus cum rege bulans,ipſum proditioſe interfecit, & impoſito diadem te,loco ipſius regnauit,ſicut patet infra c.ſequẽti.¶Iſta p ſunt applicari quando volunt iniqui nocere, & non a propter eorum amicos,primo ſolent paulatim contra a cos inſurgere,vt ipſis ſublatis de medio vel de potentia tenuatis,poſſent contra principes facilius prævalere.¶ habes q cum triphon vellet occidere Ionathan, & nõ ſet pro eo q cum exercitu venerat,diſſimulauit amicitia & dona ſibi attribuit,& eũ præ alijs principib.honora dem remittere exercitum ſibi ſuggeſſit,& promittens ſ bi velle tradere regionem puincię,& negocijs regis p cere, vſque ad ptolomaidam ſecum duxit,vbi ipſum ſtat ligauit,& comites eius & mille viros, quos ſecum duxer occidi fecit,ipſum vero ſatis cito poſt cum duobus filiis terfecit.Triphon,qui nitebatur dominum interficere,ſig- ficat diabolum, qui procurauit occidere Chriſtum,Ion thas,qui columba interpretatur,ſignificat uirum iuſtum ſimplicem.Si igitur eſt quòd triphon diabolus ſumme te tat Ionathan.i.uirum iuſtum per peccatum occidere,& ipſum per tentationes ſolet ad ſe quaſi auis capta ad laqueu conuocare.Sub ſpecie enim boni ipſum ad ſe uocat,vt eo caſione reperta ipſum occidat,exemplo Iahelis, quæ tra ram ad ſe uocauit,quem ſecum dormientem occidit.Iam (inquit) ad me domine, ne timeas. Iudicum 4.Sed re quandoque inuenit cum iſto Ionatha tantum exercitum tutum & ſanctorum, ad quos per deuotionem tantum ha bet patrocinium,quòd in ipſum non poteſt manum mitte re,nec ipſum per fortem tentationem inuadere vel nec re.Ideo ante omnia iſta ipſe tentat quòd virtutum exerc tum dimittat,ipſumque mũdi diuitijs magnificat.Quod hoc facit vt facilius credat ei, & ad mortem ipſum trah Prou.5.Fauus diſtillãs labia meretricis,nouiſſima vero amara velut abſynthium.Igitur officia & negocia regni eſt alta officia & dignitates ſeculi promittit ſibi tradere, tamen exercitum virtutum velit dimittere, & per con ſum in peccatum deſcendere & venire. Ad hæc igitur ci cia homo per affectum vel effectum quandoque à diab trahitur,ad quem dum deſcenderit, ſtatim ab eo à virtu malorum uel malarum concupiſcentiarum ligatur & dem diuerſis vitijs ſtrangulatur, & ad æternum interi deputatur. Dum enim homo virtutum exercitum dimi & ſeculi negocia concupiſcit,mortem pœnæ & culpæ liter incurrit.Bene igitur conſulit ſapiens. Non credat mico tuo in æternum Eccl.12. Quia ſicut ibidem ſubiun tur.Oculis ſuis lachrimabit inimicus, & cum venerit pus &c.Cap.13.¶Dicitur hic quòd Simon mortuo Ion fratre ſuo, ipſum in medio ſepeliuit,& ſuper ſepulchr patris & matris & quatuor fratrum ſuorum ſeptem p mides ſuper colũnas fabricauit, vbi arma & naues ad nam memoriam ſculpſit,ita quòd à nauigantibus mar deri poterant, ordinauit. ¶Dic moraliter quòd mor quod interpretatur dijudicatio,ſignificat mentem, qu ipſam dijudicare tenetur.Qui ſecundum Apoſtolum.1 2.Si noſipſos dijudicaremus,non utique iudicaremur. itaque,quòd homo iuſtus in modin, ideſt in conſcientia memoria debet ſepulchra parentum ſuorum & amico facere,inquantum mortem eorum debet in mente hab ſeptem etiam pyramides ibi debet conſtruere,inquan ſeptem opera miſericordię debet pro animabus iſtor rere vel habere,ſculpturas eorum ideſt bonorum exem rum exterius alijs demonſtrare, in quibus columnas boni propoſiti firmitatem arma ideſt bonorum ope probitatem,naues ideſt contemptus ſeculi,leuem ideſt ſitoriam agilitatem debet ſculpere, vt ſic nautis.i.hom bus per mare huius mundi nauigantibus exemplum & culum poſſit eſſe,Iſta enim tria.ſ. columnæ, naues & ideſt perſeuerantiam contemptus mundi,bona opera moria mortis comitatur, & dum aliorum mortem in te gerimus, in nobis ſpiritualiter generantur, & ideo iſto Simone ideſt viro iuſto poteſt dici illud Iob 21. ad ſepulchra ducetur & in congeriem mortuorum vig bit. ¶Hic habes quòd Simon abiecta omni immun-

A de gaza & fugatis inde alienigenis,poſuit ibi uiros, qui le- gẽ tirent,& muniuit eam.¶Gaza quæ interpretatur fortitu do domini,ſignificat eccleſiam: Simon, qui interpretatur obediens,ſignificat bonũ prælatum,qui Deo præ aliis obe- dire debet.Iſte igitur à gaza.i.à ciuitate eccleſiæ,in qua relu cet potentia Dei uiui,debet omnem immunditiam uitiorũ fugare & alienigenas.i.multos hoies inde fugare,& uiros, q legem Dei cuſtodiunt.i.bonas perſonas dẽt introducere, & uirtutibus eam debet munire,vt ſic ſe poſſet contra hoſtes ſpirituales viriliter defenſare. 1.Mach.13.Vnde capitulo ſe quẽti dicitur,q i arce Hieruſalem collocauit iudæos viros, q eſſent ad tutamentum ciuitatis & regionis.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit rex demetrius exercitum. Moralit. Cap. 14.

HIc fit mentio quomodo ſub Simone ſummo ſacerdo- te populus iudæorum fuit multipliciter proſperatus, quo miſit Romã amicitiã renouare,& quo clipeũ aureũ põ deris mille minarum miſit &c.ſe de omnibus iſtis nihil ad præſens tango. ¶Item hic Cap.15.fit mentio quo Triphon p antiochũ filium demetrij fugatur & quo ipſe antiochus cõ tra Simonẽ indignatur & quo cendebeus cum exercitu miſ ſus à Iuda filio Simonis cõteritur, ſed omnia prætermitto, quia nihil uideo moralitatis.Cap.16.Cum Simon per ambu- laret regionem Iudæ,deſcendit in campũ hierico,vbi pto lomeus abobi filius,qui gener erat ſummi ſacerdotis,diues in auro & argento,qui erat in campo hierico,ipſum ad cõ uiuium ſuſcepit.Simõ vero ad eũ cũ duobus filiis ſuis Iuda & Ionatha,ſicut ad amicũ intrauit.Verum q a iſte ambiebat ad regionis ducatũ, inſtaurato cõuiuio viros occultari fe- cit,& tãdẽ Simonẽ cũ filijs ſuis inebriatis & lætis,iſte ſum- ptis ſuis armis eos irruit,& ipſos nequiter interfecit.Et ſta tim ad occupandum Hieruſalem & ſanctificationem mili- tes deſtinauit. Ioannem vero filium ſimonis, qui tunc erat in gazara,occidi iuſſit,ſed hoc præcognito præcauit, & il- los,qui ad occidendum eum venerãt,iugulauit.¶Iſte prodi- tor ſeu traditor ptolomeus diabolũ ſignificat, quia iſte eſt, qui ſumme captat Simonem & filios eius. i. bonum & iuſtũ prælatum & bonos ipſius imitatores de medio tollere co- natur,vt ſic poſſint in regione.i.in populo ad libitum impe rare.Quia igitur per fortitudem prævalere contra iſtos nõ pôt,iam aliam viam quærit,ipſiſque conuiuium mundanæ proſperitatis præparat, & uino delitiarum ipſos inebriat. Quos pro certo cum bene viderit lætos & ebrios, & uino i.mundi proſperis bene plenos,tunc ſe & occultos ſuos ſo cios,ideſt tentationes contra eos armat,& ſic de diuerſis vi tijs eos tentans, pro uoto ſuperat atque necat & ſic totum conuiuium,quod parauerat & mundi totam gloriam in lu ctum & triſtitiam eis mutat.Vnde dr 1.Reg.13. Cum temulẽ tus fuerit Amon uino,percutite & interficite eum. ¶Vel ſi uis dic,quòd iſtæ diabolus qñ videt.ſ. hominem bene lætũ & in conuiuio mundanæ proſperitatis immerſum.tunc oc cultos ſuos ſocios.i.mortem,& infortunia contra eum vo- cat,& ſic per mortem temporalem,& æternam ipſos inter- fecit.Vnde.1.Mac.9 Conuerſę ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum ſuorum in lamentum.

Moralitatum primi libri Machabeorum finis.

MORALITATVM
Liber vigeſimus octauus ſecundi libri Machabeorum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Fratribus,qui ſunt per Aegyptum iudæis Salutem dicunt fratres,qui in hieroſolimis. Moral. Cap. 1.

ANtiochus rex cũ eſſet in perfide & immenſus exercitus cum eo, auaritia ductus uoluit templum naneæ,vbi theſauros abſconditos eſſe audierat, ſpoliare, ſed conſilio ſacerdotis ſeductus, cum pauci templum vt pecunias acciperet eſt ingreſſus. Sacerdotes tñ templum ſtatim clauſerunt & aperto templi aditu mit C tentes lapides ipſum cum ſuis occiderunt, & membratim diuidentes amputatis capitibus exterius proiecerunt. ¶Iſte antiochus,qui interpretatur pauper ſilens,ſignificat paupe rẽ ambitioſum,q ſe fingit ſilentẽ,& benignũ eſſe. Iſte ſciẽs q in templo eccleſiæ ſunt multi diuitiarum Theſauri,multa pinguia beneficia,unime nititur ibidem intrare,& ibidem dignitatem obtinere,& hoc non vt poſſit proficere,ſed po tius,vt poſſit theſauros poſſidere.Quod videns ſacerdos re ctor huius templi,ſ.Deus,ipſum quandoque intrare permit tit,ſed tandem vbi non ſperat occultum auditum. ſ. mortẽ & infortunium ſibi aperit, lapides tribulationum in eũ di- mittit,& ſic ipſum occidit,& eũ membratim diuidit in quã- tum corpus ab anima diſiunget. Et ſic non ſolum ſeipſum immo illos,quos ſecum duxerat.i.nepotulos,& alios, quos in eccleſia promouerat,capitibus.i.potentia,& uirtute pri- uat,& eos de templo ſuo.i.de ſtatu eccleſiaſtico eijcit atq; fugat eiecto aũt,& mortuo malo prælato ſui etiam cũ ipſo deficiũt,& à dignitatibus in hoc templo indigne obtentis vt communiter eijciuntur.Ozeæ 9.Propter malitiam adin- uentionum eorum de domo meo eijciam nos.¶Vel dic q il lud templum idolorum ſignificat mundum,vel mundi ſtatũ, quia.ſ.naneæ interpretatur paſcua,vel germen pulchritudi nis,pro eo q mundus pulcher,& germinans illis vr,qui eos paſcunt,& delectantur.Iſtud ergo templum antiochus,id- eſt hõ aliquotiens intrat indiſcrete, & eius negociis ſe im- plicat,& hoc quia diuitias acquirere ſperat,quas ſacerdos, & rector huius templi diabolus ſibi per ſuggeſtionẽ pmit- tit,ita q ipſum ad ingreſſum huius per ſpem inuitat.Verun tamen ſic fit,q dum iſte non aduerrit,& dum ad habendum theſaurum intendit,iſte ſacerdos ſuus diabolus,q ipſum in- troduxit,aditũ occultum ſubitæ mortis ſibi aperit, & oc- cultos ſocios ſuos.ſ.tribulationes,& caſus contra eũ indu cit,& tpaliter occidit,& capite.i.anima ipſum exuit:mem- bra eius.i.diuitias aliis diſtribuit, & ſic eũ de templo huius mundi eijcit.Vnde dr Mat.25.Seruum inutilem eijcite in te- nebras exteriores.¶Cum filijs Iſrael captiui dud um in perſi D dem ducerentur, ſacerdotes, qui tunc erant Dei cultoꝝ res,acceptum ignẽ de altari in valle,vbi erat puteus altus, & ſiccus,abſcõderunt,& puteũ obſtruxerunt,tandem cum poſt ſeptuaginta annos populus,duce neemia in iudæam re ueniret,& neemias pro ſacrificando,ignem hȩ vellet,miſit nepotes ſacerdotum ipſorum ad puteum antedictum. Ipſi vero nõ ignem,ſed aquam craſſam inuenerũt in puteo iſto, qua iuſſu neemiæ ſacrificium tam ligna quàm carnes aſper ſerunt.Sic vero vbi ſol refulſit,q prius erat in nubilo,ignis magnus inde acceditur,quo totum ſacrificium deuoratur de reſiduo aquæ prædictæ iuſſu neemiæ lapides perfunduntur,ex quibus mox ignis erupit,& lumen de altari emicuit, & pceſſit.Rex vero Perſarum his auditis,& probatis,ſacer- dotes honorauit,& manu ppria dona plura eis dedit.¶ Iſta ſolẽt myſtice per aliquos exponi ſic.Dicunt.n.q vallis iſta, q eſt locus infimus,ſtatum ſignificat ſubditorum. Puteus iſte ſignificat conſcientias eorundẽ.Iſta eſt igitur ueritas,q an- tiquitus patres noſtri.ſ.fidei,& eccleſiæ fundatores abſcon derũt ignẽ Spirituſſancti diuinæ dilectionis feruoris & de- uotionis in puteo,qui erat in ualle.i. in cordibus ſubdito- rum,& hoc quia tunc puteus nullas aquas uoluptatis habe bat,ſed in ſiccitate paupertatis,temperantiæ, & abſtinẽtię perſiſtebat,& ideo nõ mirum ſi ignem iſtum poterat conti- nere, qñ qui ipſum poſſet extinguere,nuſquam erat. Eſa.1. Succendet vtrunque ſimul,& non erit qui extinguat. Sed re uera nepotes iſtorum ſacerdotũ. i. moderni prædicatores, & prælati,ſatis poſſunt hodie in uallis huius putei, i. con- ſcientia modernorum,iſtum diuinum ignem quærere, quia vix aut nũquã põt ibi ipſum reperire.Aqua.n.craſſa.i.carna litas,& uoluptas ibi in abũdantia reperitur.Ignis vero diui ni amoris,& feruor deuotionis totaliter ibi nõ habet.Vnde Sap.17 Ignis quidem nulla vis poterat eis lucere.Quid igit? Dico q iſta aqua vitiorum voluptatis debet inde per cõfeſ ſionem,& pniam extrahi,& ligna nſarũ operationũ dẽt inde per continentiam noſtræ precedentis carnalis vitæ,& memoriam aſpergi lapides.i.noſtri cordis duritia debet in- de ſimilirer circunfundi, & ſic ſol diuinæ gratiæ, qui prius à nobis fuerãt obnubilatus,refulgebit,& ignis predictus in

E nobis spiritualiter succendetur,quia appositio aquæ crassæ
.i.recordatio nostrorum peccatorum , ignem diuini amo-
ris,& feruorem deuotionis,& contritionis generat, & hoc
potissime quando sol diuinæ gratiæ mentē irradiat. Thren.
1. De excelso misit ignem in ossibus meis , & erudiuit me.
Hiere.2. Factus est.n. in corde meo quasi ignis æstuans quæ
pro certo si fecerimus,lumen bonorum exemplorum ab al
tari cordis erum pet,rex vero.i.princeps secularis his cogni
tis dona temporalia nobis effundet.Constat.n.quòd princi
pes seculares nobis bona facerent multa,si ignem diuini a-
moris in nobis abundare viderent. Hic super locum istum
dicit Augustinus,sicut incidentaliter ponit in historia scho-
lastica super primum librum Machabeorum,ꝙ ignis q toto
tempore captiuitatis babylonicæ sub aquis vixerat, extin-
ctus est,quando ab antiocho venditum est Iasoni sacerdo-
tium.Quod ad hoc potest allegari , quod ignis Spiritussan-
cti,& diuini amoris, quem nullæ aquæ tribulationis extin-
guere poterant, immo primitiua ecclesia sub tribulationū
aquis inextinguibilis permanebat,Iuxta illud.Cant.8.Aquæ
multæ non poterant extinguere charitatem , nunc ex toto
extinctus videtur in ecclesia,pro eo quòd iam in multis lo
cis sacerdotium per simoniam est venale , & iam regnan-
te auaritia ab antiocho rege,idest à malis venditur,à Iasone
vero.i.ab ambitiosis comparatur ,propter quod ignis diui-
næ gratię,& amor Spiritussancti in ecclesia minoratur.

C A P I T V L V M II T E X T V S.
Inuenitur autem in descriptionibus Hieremię prophe-
tæ quòd iussit eos ignem accipere.Mor. Cap.2.

SIcut hic dicitur,quare comestor recitat vbi agit de vir-
tutibus Hieremiæ,arca testamenti dudum facta ꝑ Moy-
sen in deserto miro modo fuit abscondita,inuenitur. n. in
descriptionibus Hieremiæ,quòd ipse videns captiuitatem
Babylonicam imminere , arcam cum ea contentis , & ta-
bernaculum accepit,& in desertum in monte , vbi Moyses
pro uidenda terra promissionis ascendisse legitur deporta
uit,ibiq; speluncam reperit,& ibi ultimo sibi lapis apertus
F est,quia abscorptis arca altari incensi,& tabernaculo iterū
se reclusit.Hieremias vero in isto lapide solo tactu digiti no
men Dei tetragrammaton scripsit , & ostium Signaculo
Dei clausit . Nubes vero statim locum istum cooperuit,
ita quòd nullus postea locum iudicare potuit, in fine tamē
temporum , cum Deus congregauit plebem suam colum-
na ignis,& nubis ibi demonstrabitur,& maiestas domini si-
cut tempore Moysi reuelabitur,& sic locus iste ab omnibus
cognoscetur.Hieremias,qui interpretatur excelsus domi-
no,significat bonum prælatum,mentę,& affectione vsq; ad
cœlestia exaltatum . Iste imminente babylonica captiuita-
te.i.tentationum diaboli potestate,& mūdi aduersitate,mō
tem contemplationis debet ascendere , & in montem pœ-
nitentiæ secedere,& ad speluncam religionis vel humilita
tis applicare.Ps.54.Ecce elongaui fugiens , & mansi in soli-
tudine.Secum habet arcam testamenti.i.diuinæ legis medi-
tationem,altare incensi.i.deuotionem.Tabernaculum por-
tatile.i.mundi contemptum portare quæ petram,& spelun
cam.i.boni fratres,& humiles debent ab ea accipere,& for
bere,& his receptis seipsos per sui custodiam,& inanis glo
riæ fugam claudere,uirtutes,& merita,quæ possident, à vi
sibus hominum occultare & nomine Dei per deuotionem
signati,nubeque puritatis cooperti,locum suum non debēt
aliis pandere , sed potius ignoti à secularibus permanere,
sicut sancti religiosi antiquitus faciebant , quia ignoti esse
hominibus cupiebant.Vnde dicitur Hier.36. Vade abscon-
dere,& nemo sciat vbi sis.Hæc debent boni religiosi face-
re,quousque in fine seculi Deus ipsos decreuerit declarare,
& virtutes eorū in mūdo coram hoībus manifestare . Matt.
6.Intra in cubiculū tuū , & clauso ostio ora patrem tuum.

C A P I T V L V M III T E X T V S.
Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace.
Moralitatum Cap. 3.

TEmpore Oniæ summi sacerdotis ciuitas sancta Hieru
salem in omni pace habitabatur,& leges diuinæ ser-
uabatur , quod vtique propter istius sacerdotis pie...
fiebat,quia mala habebat odio,& iustitiam obseruabat
reges,& principes locum summo honore ducebant &...
plum magnis muneribus illustrabant.Vnde & Seleucus
asiæ de proprijs redditibus sumptus sacrificiorum dabat
soluebat de proprio quicquid ad sacrificia pertinebat.
vero quando in Hierusalem,& in templo.i.in ecclesia ...
religione est summus sacerdos Onias.i.rector aliquis...
homo,tunc propter pietatem ipsius ipsa ciuitas Hierusal...
.i.ipsa ecclesia sibi commissa in pace habitatur,& leges di
uinæ.i.regulares obseruantiæ ibidem à subditis obseruan
tur.Reges ēt,& principes ipsum templum.i. ipsum ecc...
siasticum statum honorant,donis & munerib.ipsum di...
sacrificio bonorum operum acceptāt.Præsentia.n.& pru
dentia bonorum prælatorum causa est pacis,& prosperi
tis ecclesiarum.Et credo ꝙ si prælati,& alij ecclesiastici
sent boni,seculares erga eos benigniter se haberent,&...
clesiæ eorum pace,& diuitijs abundarent.Sed quia mo...
nis temporibus multi ecclesiastici inueniuntur pessimi
seculares contra eos,sunt iniqui.Vnde Esa.24.sicut pop...
sic sacerdos.¶Hic dr ꝙ Simon templi præpositus moli...
obsistēte sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in ci...
tate sancta . Sed quia Onias summus sacerdos , & ponti...
suis malitijs resistebat,ideo implere non poterat,quod vo...
lebat,quapropter iste ad regem seleucum properans,& æ
rarium plenum pecunijs in templo ecclesiæ afferens ip...
ad spoliandum dictum ęrarium induxit,& dictas pecunias
non pertinere ad rationem templi uel sacrificium,sed po
tius ad usus publicos asseruit , quapropter ipsos ad regem
pertinere commonuit , & ideo rex pro templo spoliando
Heliodorum Hierosolimā destinauit.¶Simon iste significat
simoniacos, qui in ciuitate ecclesię semper nituntur mal...
tractare,iniquitates,& simonias machinare, quę pro certo
quando perficerè nequeunt , & uident ꝙ Onias.s. summus
pontifex.i.boni ecclesię pręlati eos impediunt , solent a...
regem.i.ad principes seculares se conuertere,utpote q...
do fiunt vxorati vel bigami, vel principum officiales,&...
quando apud pręlatum nihil possunt,solent apud mi...
principes suas malitias ꝑcurare,& tunc nō cessant ip...
thesauros ecclesię depredandos totis viribus animare.A...
enim,quòd templum ecclesię est plenum pecunijs,& the...
sauris. Aiunt etiam ꝙ illud ęrarium templi, ad regem & a...
publica negocia debet pertinere , & quòd principes ip...
sum licite possunt tollere.Sic igitur isti bigami, & cunti...
clerici maritati prę alijs ecclesię nocent,& ad rapiend...
na ecclesiarum,& molestādum clericos, principes exc...
& inuisant , & ad hoc mitti Heliodorum.i.malos offic...
& ballinos procurant.Sicut ad literā patet de clericis ...
ratis vel bigamis,qui in ipsis regum curijs vel consilijs
morātur, quia pro certo nocere ecclesijs, & accusare...
prę alijs dinoscuntur . Vnde in cap. sequenti dicitur.i.Ma
chabe. 4. Simon delator pecuniarum male loquebatur
Onia.¶Dicitur hic,quòd Heliodorus,qui ęrarium tēpli
liabat,à duobus angelis sibi apparentibus fuit acriter ...
beratus,& plagis impositis semiuiuus relictus .Sed tam...
Onię summi sacerdotis precibus est sanatus. Isti autem
nato dixerunt angeli pręlibati.Onię sacerdoti gratias ...
propter ipsum. n. tibi reddita est uita,tu autem sanatus
nuncia mirabilia Dei quę fecit.Et sic ille, qui venerat sp...
liator,factus est templi uirtutum , & mirabilium prędi...
tor.¶Si uis allega sic de conuersione Pauli.Heliodorus,...
interpretatur Deo meo generatus , significat beatum Pa...
lum debet Deo & opus generatum.Vnde dr.Actu.9.Vas e...
ctionis est mihi iste. Ista. n.ad instinctum Simonis prępo...
templi.i.ad suggestionem phariseorum,& sacerdotū H...
rusalem.s.ecclesiam thesauris suis.s.bonis personis,& C...
stianis fidelibus primo spoliare quęsiuit , sed pro certo
Deo flagellatus,& in flagellis conuersus templum hon...
uit , per bona opera sanctificauit , mirabilia Dei præ...
nunciauit,& sic de spoliatore ditatur, & de pesecutore ...
ctus est prædicator. Vel allega generaliter , quòd flagel...
tio tribulationū ad duo proficit peccatori, quia primo ma...
la,quæ proposuerat facere non permittit.Secundo quia ...
sum ad Deum conuertit , & Dei laudationem facit. V...
2.Mach.9.In agnitionem sui deductus est percussus ...

...¶Vel dic, ꝙ illi, qui bona ecclesiæ rapiunt,percus-
...& tormenta finaliter incurrunt.¶Duo iuuenes virtu-
te decori,& optimi gloria,pretiosi amictu apparuerunt he
lioioro spolianti templum,quem protinus percutiētes pla
gauerunt,& sic eum ne thesauros caperet,impedierūt.¶Sic
vero duo iuuenes idest prælati,& principes seculares,simul
debent conuenire in iustitia,& cōtra malos raptores,ne bo
nis noceant,cum suo gladio dimicare , & eos spiritualiter
per excommunicationem,& temporaliter per pęnam tem
poralem affligere.Isti tamen debent dici duo propter con-
cordiam,quam inter se debent habere, virtute decori pro-
pter iustitiam,qua contra malos debent vigere,optimi glo-
ria per bonam famam,qua præ cæteris debent pollere,spe-
ciosi amictu,per honestam vitam,qua præ omnibus debent
splendere.Vnde Act.1.Ecce duo viri astiterunt in vestib. al-
bis.¶Vel dic ista de duobus nostris iuuenibus Petro, & Pau
lo angelicis,qui contra Heliodorum idest contra Neronem
vel diabolum conuenerunt,vel qui malos docendo,& prę-
dicando conuerterunt,& à malo traxerunt &c. vt supra.
¶Vel dic idem de Simone,& Iuda vel de quibuscunque san
ctis duobus combinatis.

C A P I T V L V M IIII T E X T V S.
Simon autem prædictus pecuniarum,& patriæ dela-
tor. Moralitatum Cap. 4.

IAson frater Oniæ sanctissimi sacerdotis contra propriū
fratrem sacerdotium ambiens regem antiochiæ adijt, &
promissa multa pecunia,expulso fratre sacerdotium à rege
obtinuit. Qui obtento principatu statim contribules suos
ad gentilem ritum tranferre cępit , & legitima ciuitatum iu
ra destituens grauia statuta sanciuit , ita ꝙ sacerdotes circa
altaris officia nequaquam dediti erant,sed contempto tem-
plo,& sacrificijs neglectis palestris,& ludis vacabant,& pri-
mos honores nihil habentes græcas glorias optimas depu-
tabant,& his similes esse per omnia cupiebant, quos pauloan
te hostes,& peremptores habuerant.¶Iste Iason , qui inter-
pretatur desiderans,significat ambitiosum,qui honores, &
B eminentias desiderare non cessat.Vnde in Prou.21.Tota die
concupiscit,& desiderat.Antiochus,qui interpretatur pau-
per silens vel pauperis silentium,malum superiorem signi-
cat, qui pauperes subditos grauans ipsos silentes , & tristes
efficit,inquantum præ timore ipsius nullus est,qui loqui præ
sumat.Vnde dr.1.Machab.1.Accepit spolia multitudinis gē-
tium,& siluit in terra conspectu eius.Ista est ergo veritas, ꝙ
Iason.i.malus prælatus non parcit Oniæ,nec ratione frater
nitatis,nec ratione bonitatis , quia tales non parcunt alijs
consanguineis vel iustis , quin eorum sacerdotium ambiāt,
& officia concupiscant.Ideo sæpe fit, ꝙ ad regem antiochū
idest ad malum prælatum se transierunt, & mediante pecu-
nia sacerdotium.i.beneficium acquirunt, propriosque fra-
tres,& amicos à statibus suis deponunt.Hier.9. Omnis fra-
ter supplantans,supplantabitur,& omnis amicus fraudulē-
ter incedit &c. Talis igitur ambitiosus statim quando ante
principatum vehitur,vel ad prælationem sublimatur,legiti
ma ciuium iura.i.bonas cōsuetudines sibi subiecti populi de
struere molitur,& praua statuta pro viribus instituit,& secta
tur,contribules.i.suos amicos,& familiares ad ritum genti-
lem.i.ad secularem lasciuiam inducere comprobatur. Illud
enim videmus de malis,ꝙ plus cupiunt nepotulos eorum ri
tus,& mores gentiles.i. seculares & lasciuos habere , quàm
ꝙ Israelitæ.i.viri iusti fiant.Vnde de talibus potest dici illud
Oseę.9.Ducet ad interfectionem filios suos.Quid plura? Re
vera regnante tali prælato sacerdotes.i. inferiores subditi
non vacant ad altaris officia peragenda,sed potius contē-
pto cultu,& ritu templi,ecclesiæ vel altaris,& neglecta re-
gulari obseruantia,disciplinæ moribus religiosis ,depositis,
paternis morib.i.sanctorum patrum moribus,& conditioni
bus vilipensis,ludis secularib.se implicant,& grecas glorias
idest secularium mores optimos esse putant. Hisque ad litte
ram similes esse cupiunt.s.secularib.quos hostes multotiens
senserunt.Constat ꝙ seculares ecclesiasticorum in multis ca
sibus sunt inimici,& tamen fatui ecclesiastici ipsis in morib.
se conformant,ipsisque cupiunt esse similes,& amici.Quod
potissime videmus de multis nobilibus,qui licet ad ecclesiā
veniant,dedignantur tamen mores religiosos,& ecclesiasti C
cos sequi,& in cunctis suis actibus conantur secularib.con-
formari,ita quod cuilibet tali possunt seculares dicere. Et
tu vulneratus es sicut & nos,& nostri similis factus es. ¶Hic
dr,ꝙ Iason,qui proprium fratrem à sacerdotio repulerat,&
sacerdotium muneribus obtinuerat, quadam die quendam
iniquum,qui dr menelaus,ad regem Antiochum cum pecu
nia destinauit.Qui eadem pecunia sacerdotium in se retor-
quens Iasonem magistrum suum expulit,& sic iusto Dei iudi
cio is,qui proprium fratrem expulerat,ab alio fraudulēter
à suo sacerdotio fugatus fuit.¶Illud allega,ꝙ in quo peccat
aliquis,in hoc punitur.Et quod eadem mensura , qua mensi
fueritis &c.Iustum est.n.ꝙ qui alteri infidelis est,inueniat si-
bi atterum infidelem.Seneca.Ab alio expectes , quod alteri
feceris.¶Vel allega contra ambitiosos , qui communiter in
suis statibus,beneficijs, & malitijs in præiudicium fratrum
suorum obtinuerunt,finaliter non prosperantur,sed super-
ueniente tribulatione,ab ipsis quandoque vel alijs expellū
tur.Vnde Ezechielis.17.Ergo ne prosperabitur?

C A P I T V L V M VI T E X T V S.
Sed non post multum temporis,misit rex Senem quen-
dam Antiochenum.Moralitatum Cap. 5.

POstquam antiochus rex nequissimus Hierusalem cępis-
set,& templum thesauris,& vasis aureis,& argēteis spo
liasset,& omnes Israelitas ad ritum gentium transisse iussis-
set, voluit, quòd templum Hierusalem non templum Hieru
salem diceretur,ꝙ templum Iouis olimpici publicè vocare
tur,tunc.n.templum luxuria,& commessationibus erat ple
num,& scortātium cum meretricibus sacris edibus se vltro
mulieres ingerebant,intro ferentes,quæ non licebant, alta
re plenum erat illicitis,neque sabbata custodiebantur , nec
dies solemnes patrum seruabantur,nec simpliciter quisquā
iudæum se esse confitebatur,ducebantur ad idolorum sacri
ficia,& coronati hędera,baccho circumire compellebant.
¶Sic vere statim,quādo diabolus Hierusalem.i. statum chri
stianitatis ditioni suę per peccatum subiugauit,ante omnia D
templum.i.statum ecclesiasticum omnibus bonis spirituali-
bus spoliauit,thesauros idest uirtutes,vasa aurea,& argen-
tea.i.personas sapientes,& scientia nitētes,spoliauit,filios
Israel.i.ecclesiasticos ad ritum gentilem ,idest ad mores se-
culares traxit.Ita quòd sicut videtur,iam templum ecclesiæ
non uidetur esse Dei templum,sed Iouis, qui interpretatur
inimicus separans , idest diaboli , pro eo quòd ibi diabolo
plus quam Deo seruitur,& quia cultu domini derelicto,Iup
piter idest inimicus diabolus per uitia ibi colitur,& eius mā
datis,& suggestionibus obeditur,& hoc patet ex his quę sa
quuntur,quia iam (vt videtur) illud templum.i. ecclesię sta-
tus,luxuria,& commessationib.est plenum,à scortis & mere
tricib.est frequentatum , ędes sacræ , domus religiosorum
mulierib.& concubinis replentur,& multa illicita , & vitia
ibi per omnia obseruantur. Iamque sabbata idest quies mē-
tis,& contemplatio,solennitates.i.diuina laus,& à peccatis
cessatio ibi non custodiuntur,sed potius baccho idest vino,
& ebrietati omnes seruiūt,& coronati hædera,idest nitore
vestimentorum induti , isti Deo baccho circumeunt , & in
omnib.obsequuntur,ita vt concludamus breuiter,ꝙ nullus
est , qui dicat se iudæum idest qui glorietur dici religiosus
vel presbyter, sed potius in secularib.actib. gloriantur , &
potius videri seculares, quam clerici delectantur . Sic igitur
templum illud est mirabiliter pollutum per antiochum dia-
bolum,& euersum.Psal.78.Deus uenerunt gentes idest gen-
tilium mores,inhęreditatem tuam &c.Vnde dicitur.Nume.
2.Portę fluuiorum apertæ sunt , & templum ad solum diru-
tum est . ¶Sub persecutione antiochi duę mulieres delatæ
sunt suos pueros circuncidisse, quę statim à gentilib.pueris
ad mammillas suspensis fuerūt per muros pręcipitatę.Qui-
dam etiam,qui sabbatum colere voluerunt,& ad speluncas
fuerunt,nolentes se defendere,flammis à gentilib.perierūt.
Nolebat enim Antiochus,ꝙ aliquæ matres pueros suos cir-
cunciderent,uel quod diem sabbati custodirent ¶ Sic vere
diabolus nunquam voluit,quòd aliquę mulieres idest pręla
ti,pueros idest subditos laborent circuncidere.i. à vitiis re-
secare,uel quòd aliqui studeant sabbatum spirituale & tem

E porale custodire, hoc est à vitijs cessare, & quieti mentis vacare, ac festa spiritualiter celebrare. Hinc est ꝙ illæ matres. i. prælati, qui hodie paruulos, & subditos à vitijs circuncidũt, de muris. i. de altis statibus præcipitantur, pueri circuncisi. i. boni subditi bene correcti, à diabolo, & ministris eius tyrãnis, vna cum bonis suis matribus, tribulationibus subijciuntur, & in eorum mammillis pendentes, i. prælatorum doctrinis adhærentes, à diabolo propelluntur, sabbata & festa spiritualiter ac temporaliter colentes, flammis diuersarum tribulationum vruntur. Regulare. n. est, ꝙ tam prælati, quã subditi, qui à malo se resecant, & qui diuinæ laudi magis vacãt, amplius à dignitatibus, & officijs reijciantur, & maiorib. tribulationibus afficiantur. Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum. ¶Hic habetur de eleazaro, ꝙ cum omnes iudæi cõpellerentur sacrificare idolis, & contra legem carnes idolatras & idolis immolata, comedere, ipse noluit, sed potius mortem sustinere voluit. Quinimmo, cum amici sui suaderẽt, ꝙ carnes, quib. licitum est vesci, apportarẽt, ipse se carnes porcinas fingeret comedere, vt sic sub tali simulatione possit mortem euadere, recusauit. Et elegit mori potius, quàm cõtra legem carnes porcinas comedere, vel se comedisse fingere, & hoc ne ipse, qui senex, & vir auctoritatis erat, malum exemplum iuuenibus daret. Non enim nostræ ætati dignum est fingere, ne quis adolescentium eleazarum putat nonagenarium ad vitam alienigenarum transisse. ¶Ista possunt allegari exemplariter, quomodo homines maximæ reputationis, quando sunt senes, præ alijs abstinere debent à malo, & hoc, quia vita talium ab alijs trahitur in exemplum, & ne alijs occasio sit, à malis abstinere tenentur, honorem suũ debent tales graues sollicite considerare, & potius mortẽ eligere, quàm famam, quam longo tempore vitæ seruauerunt, oblectamento vitæ modicæ, quæ superest deturpare, dicẽtes illud 1. Mach. 9. Moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriæ &c. ¶Vel dic ꝙ virum honestum non decet aliquid fingere, & maxime vbi fictio sua in aliorum scãdalum potest redundare. Vnde dicitur. Sap. 1. Spiritus sanctus sapiẽtiæ fugiet fictum. Si igitur prohibitum est ne mali fingant se bonos, sic nec boni fingant se malos &c.

F CAPITVLVM X TEXTVS.

Machabeus autem, & qui cum eo erant, domino se protegente. Moralitatum Cap. 6.

CVm Iudæi cum Iuda machabeo, qui contra eos cum innumerabili exercitu veniebat, obuiam irent, & cõtra eum committerent bellum, apparuerunt aduersariis quinq; viri ignei de cœlo missi in equis frenis aureis decori, qui iudæis ducatum præstabant, quorum duo machabeum mediũ habentes, armis suis incolumen seruabant, in hostes vero tela, & fulmina iaciebant, ex quo cœcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant. ¶Iudæi, qui interpretantur glorificantes, machabeus, qui interpretatur ingeniosus, ingenio se dominum glorificans, significat bonos subditos fideles, q contra Timotheum tyrannum diabolum, & eius exercitũ, idest contra tentatioes, & vitia præliantur. Isti quinque viri bonos prælatos denotant, qui de cœlo missi, & à Deo promoti, & non à carnis affectione, vel simonia introducti debent esse. Vnde dicitur Ioannis tertio. Qui de cœlo venit, super omnes est. Qui debent esse quinque, per quinque sensuũ, custodiam, ignei per charitatis amorem, cum equis aureis, idest cum corporibus mundis, & castis per castam conuersationem. Isti illos iudæos, idest subditos debent præcedere, bona exempla dando, debent protegere, se pro eis exponendo, & ad hostes tela, & fulmina proiicere, ipsorũ malitiam repellendo, prælati contra hostes spirituales, idest cõtra dæmones debent iacere tela orationum suarum, contra carnem tela ieiuniorum, contra mundum tela reprehensionum, contra tyrannos tela correctionum, & canonicarum sanctionum. Sic enim faciendo ipsos cadere facient, & subditos, quos protegunt tutos reddent. Ideo de quolibet tali bene potest dici illud Matthe. 28. Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. Vnde etiam dicitur. Abac. 3. In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ. In fremitu conculcabis terram. Vel etiam tela prædicationum debent emittere, & fulgura bonorum exẽplorum ostendere, vt sic possint contra spirituales hostes ... defendere, & munire. ¶Item hic superadditur, cum Iuda ... obtinuisset victoriam contra Timotheum, quidam ex parte Timothei fugerunt in gazaram, præsidium valde munitum ... inaccessibile atque firmum, qui loci firmitate confisi, verba nefanda contra Iudam iactabant. Eo accensi animo illi, qui cum Iuda erant, præsidium expugnauerunt, quamuis esset inexpugnabile, & ceperũt, ac blasphemos, & impios occiderunt. Simile dicitur secundo Mat. 12. infra de ciuitate caphin. ¶Ad hoc ista allegari possunt, ꝙ nullus debet in loci vel status sublimitate confidere, nec propter hoc ad iniurias, & molestias inferendas suis hostibus prorumpere, quia nihil tam firmum, quod non possit destrui, & ex hoc solet eos contra se fortius animare, Deus etiam ad talium, qui ... ti protectione murorum, idest amicorum, adiutorum & temporalium bonorum inexpugnabiles se esse credunt, superbiam reprimendam, solet eos in manus hostium suorum ... dere, & potentiam eorum penitus eneruare. Quantumcunque homo sit in loco, & statu firmo, pacifico & securo, vtile est sibi pacifice se habere, & hostes suos nullatenus irritare. Psalmista. 12. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

CAPITVLVM XII TEXTVS.

His factis passionibus, lysias pergebat ad regem. Moralitatum Cap. 7.

HIc fit mentio, quòd Ioppitæ Iudæos, qui habitabant cum eis, cum vxoribus, & paruulis quasi sub ludi specie scaphas intrare fecerunt, & in altum mare ducentes, cum nihil mali suspicarent, submerserunt. Iudas vero statim proditionem audiens, & iniuriam suæ gentis in se retorquens, subito nocte super eos irruit, portum succendit, scaphas combussit, & eos, qui ignem fugerunt, gladio interfecit. Et quia audiuit, quòd Ioppitæ, ita volebant facere iudæis, qui secum habitabant, ideo simile eis fecit. ¶Ista allega, quomodo multa mala veniunt ex ludis, & quomodo extrema gaudii luctus occupat. Isti enim causa ludi mare intrauerunt, sed tamen ibi submersi perierunt. Et potissime ista possunt dici mystice, quòd filii Israel, idest religiosi, ecclesiastici, nunquam debent cum Ioppitis gentilibus, idest secularibus ludos facere, nec eis se adiungere, nec in eis plus debito confidere, vel ad marina, idest ad fluctuosa mundi negocia se transferre, quia ex contractu talis societatis propter eorum mala exempla, & dicta possent faciliter spirituale, & æternum naufragium reportare. Vnde Ioan. quarto. Non coutuntur iudæi samaritanis. ¶Vel dic, quod Ioppitæ gentiles significant dæmones, cum quibus nos filii iudæi, idest christiani confidentes, mixti in hac valle miseriæ habitamus. Esa. 11. Habitabit lupus cum agno, pardus cum hedo cubabit. Isti igitur fraudulenter scaphas idest ista mundi beneficia quando ascendere faciunt, & sub specie ludi temporalis ad altum mare, idest ad profunda mundi negocia nos deducunt. Vbi pro certo primo nos in ... tiis, deinde in inferni suppliciis nos immergunt, & ... dum temporalem, quem nobis promittere videbantur, in tribulationem conuertunt. Vnde in Prouerb. 14. R... dolore miscebitur. Fatuum est igitur talium suggestionibus credere, & ad eorum proditionem maris idest fluxibilis mundi statibus, & negociis se credere, quia exinde solet periculа animarum prouenire. Ideo dicitur. Eccle. 2. Non credas inimico tuo in æternum. Iudas tamen idest Christus istam demonum proditionem, & fidelium damnationem finaliter vindicabit, quando in die iudicii ipsos perpetuis incendiis condemnabit. Vnde Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. ¶Vel dic generaliter, quòd illi, qui alios proditiose decipiunt, siue sint seculares, qui religiosos ad peccandum trahunt, siue dæmones, qui fideles tentando in infernum mergunt, siue mundani proditores, qui alios in se confidentes fraudulenter affligunt, finaliter punientur, & a Iuda, idest Christo igne perpetuo comburentur, & eorum scaphæ. i. status, & prosperitates finaliter subuertentur, & illi, qui alios sub ludi specie illuserunt, finaliter illudentur. Vnde in Prouerb. 3. Illusores Deus illudet. ¶Hic dicitur, quomodo Iudas dimicans contra hostes, quadam die multos suis perdidit, sed tamen obtenta victoria, cum corpora defunctorum sepelire vellet, inuenta sunt sub tunicis eorũ aliqua de donarijs idolorum, propter quod manifestum factum fuit, ꝙ pro eo perierant, quia dona idolorum cõtra legis prohibitionem habebant. Iudas facta collatione pro animabus mortuorum oblationem in Hierusalem offerri misit, & de resurrectione futura iuste, & cõgrue cogitauit. ¶Ista possunt allegari contra proprietarios religiosos claustrales quibus non licet donaria idolorum. i. mundi diuitias, quæ ab idolis. i. à dæmonib. dantur habere, nec aliquid sine prælati licentia possidere, sed pro certo quia in exercitu Iudæ. i. Christi militia, & religione multi inuenirentur, qui talia donaria sub tunicis habent, i. qui occulte sine prælati licentia contra leges, & statuta regularia, pecunias, & diuitias possidẽt, quapropter sit quod isti in bello contra vitia pereunt, & finaliter morti æternæ subiacent. Act. 8. Vnde legitur. Pecunia tua tecum sit in perditionem. ¶Vel dic, quod Iudas idest bonus prælatus, quando percipit subditos suos mortuos, s. in peccato, summe debet dolere, & pro uenia obtinenda dẽt oblationes apud Deum facere, & offerre, vt resurrectionis tempore ipsis dignetur dominus indulgere.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Sed post triennij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant. Moralitatum Cap. 8.

DE constantia ipsius Rasie, qui irruentibus super eũ gẽtilibus, interfecit seipsum, & propria sua intestina super turbas proiecit, & ne illuderetur à gentilibus propria morte se diffudit. Potest applicari ad virtutem fortitudinis, quia temporaliter loquendo, nihil est audacius vel fortius quam manus mittere in seipsum, sicut de Catone legitur, qui seipsum occidit. Verum quia nostris modernis temporibus nulli est licitum seipsum interficere. Ideo dico, ꝙ sicut antiquitus fortius, & virtuosius reputabatur seipsum occidere quam alium, sic spiritualiter virtuosius est, ꝙ quis seipsum vincat, & corrigat quam alios. Vnde in Prou. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Seneca de morib. Fortior est, qui seipsum vincit, quã q hostes subiecit, difficile est. n. seipsum vincere. ¶Cum Nichanor impius contra Iudam præliatus, ipsum de sabbati uellet inuadere, multi Iudæi qui timore ducti sequebãtur eundem, suggerebant, vt die sabbati nõ confligeret, sed ꝙ potius sabbato gloriam daret. Ipse in superbiam ductus, petijt si esset potens in cœlo, qui diem sabbati celebrare iussisset. Quib. asserentib. esse dominum Deum cœli quia sabbatum coli iussisset, respondit. Et ego (inquit) potens sum supra terram, qui impero sumi arma, & regi negocia impleri. Ipse igitur superbus die sabbati conflixit, in quo tamen conflictu corpus, & vitam, & brachium dexterum amisit. ¶Re uera talib. verbis videtur uti tyranni, quia sicut Deum in cœlestib. regnare credunt, sic seipsos in terra dominari dicunt. Videtur. n. eis ꝙ in terra quicquid facere libet, licet, & ꝙ impedire ipsorũ opera mala nullus posset. Vnde ipsi uidentur dicere illud Eze. 11. Lõge recedite à domino nobis data est terra in possessionem. Tales igitur nec dignantur festa colere, quinimo contra iustos, & simplices solent in sabbatis, i. in festiuis diebus pugnare, & eos rapinis & exactionibus infestare, ꝓpter quod solent mortem æternam incurrere. Quia. n. licitum est sabbatis, & festiuitatibus bona opera facere, multo fortius illicitum est malis operib. inhiare. c. 15. ¶Hic dr̃ quòd Onias, qui fuit summus sacerdos, vir bonus & iustus modestus moribus, eloquio decorus, & à puero in virtutibus exercitatus visus est Iudæ cõtra nichanorem præliaturo manus suas extendere & pro ipso exercitu suo Deum exorare, visus est sibi apparere gloriæ mirabilis, s. fratrum, & ciuitatis amator. Hieremias propheta sibi gladium aureum porrigens, & sibi talia verba dicens. Accipe istum gladium à Deo missum, in hoc deijcies hostes populi mei Israel. Qua visione milites Iudæ confortati, manu quidem pugnantes, sed cordib. Deum ac dominum deprecantes, se in hostibus fortiter iniecerũt, & confortati Dei præsentia trigintamilia hominum de hostibus prostrauerunt; Nichanorem uero ducẽ hostilis exercitus occiderunt. Aduertendum tamen est, ꝙ dicti Onias, & Hieremias iam diu mortui erãt, sed in visione machabeo apparebant. ¶Ista possunt allegari pro illis qui bellum domini contra infideles pro fide, & contra impios pro iustitia præliantur. Constat ꝙ pro talibus. Onias & Hieremias & sancti qui sunt in Paradiso, dominum deprecantur, quodq; gladium. i. potestatem vincendi, & trucidandi hostes ipsis assignare noscuntur. Quo signo pro certo ita sit communiter, ꝙ præsentia diuini adiutorij confortati, inimicos superant, & hoc potissimè quando manibus pugnant & Deum cordibus orant. Ista. n. duo iusto militi christiano iustum bellũ exequenti necessaria sunt, manualiter pugnare, vt homo debitum suum faciat, & Deum cordialiter exorare, vt ipse residuum suppleat. Vnde dicitur Neem. 4. Vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. ¶Vel si vis dic de bello spirituali contra diabolum, carnem & mundũ, vbi adiuuamur per ipsos sanctos, & gladio diuini adiutorij præmunimur, & in quo vt communiter hostes vincimus, dum tamen per bona opera manualiter pugnemus, & quod in nobis est faciamus, & ꝙ vt Deus residuum suppleat, ipsum cordialiter imploremus. ¶Vel de Onia dic ꝙ ad hoc quod summus sacerdos, i. prælatus dignus sit à domino exaudiri, & subditis fidelibus opitulari, necesse est, ꝙ sit Onias, qui interpretatur merens domino in spiritu contritus & contribulatus, ꝙ sit bonus, iustus, modestus moribus & eloquio vel in verbis exercitatus. Vnde apostolus. Heb. 7. Talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatorib. & excelsior cœlis factus. Tales à domino exaudiunt, ita ꝙ eorum precibus adiuuantur & spiritualibus hostibus dominantur. Vnde Iaco. 5. Multum. n. valet deprecatio iusti assidua. Econtra si mali fuerint, præces eorum pro nihilo reputant Vñ dicitur. Ioan. 9. Scimus quoniã peccatores Deus non exaudit, Sed si quis Dei cultor est, hunc exaudit. C

Moralitatum libri 2. Machabeorum finis.

MORALITATVM Liber vicesimusnonus noui testamenti, & primo super Mattheum. D

DEcurso ueteri testamẽto & moralizatis figuris quas de diuersis libris extraxi, restat nunc ad historiam euangelicam manum mittere, & iuxta morem solitum aliquas historias, & parabolas excerpendo, illas. s. quas possum ad mores hominum applicare. Quamuis enim non sum dignus corrigiam calciamenti saluatoris soluere, nec facta aut dicta eius, quæ in euangelijs scribuntur tangere, Spero tamẽ, quòd ipse, qui se ab emorrhoissa tangi permisit, non indignabitur si me peccatorẽ, & indignũ simplici corde inter publicanos ad se appropinquantem viderit, vt saltem vestimentorum eius fimbriam tangam, vt cum ipsam tetigero, salus fiam. Luc. 15. Euangelium igitur Matthei primo Deo opitulante percurram, deinde ista, quæ in alijs euangelijs quæ à Mattheo posita non fuerunt, suis capitulis superaddam.

CAPITVLVM II TEXTVS.

Cum natus esset Iesus in Bethleem. Moral. Cap. 1.

CVm natus esset Iesus in Bethleẽ Iudæ, stella continuè apparuit, q̃ magos ab oriente in iudæã ad puerũ adorãdũ adduxit. Ista, n. stella regẽ iudæorum natũ ostendit, & eos vsq; ad domiciliũ antecessit, q̃ super locũ ubi erat puer, diu immobilis stetit. Quã videntes gauisi sunt, & huius signo docti domũ intrauerunt, & Puerũ cũ Maria matre eius inuenerũt. Et apertis thesauris suis aurũ thus & myrrhã obtulerũt. ¶Isti magi q erant gẽtiles, valde remoti à Hierusalẽ, signãt pc̃tõres q longe à Hierusalẽ, i. à visione Dei viuẽtes esse noscunt. Stella ista bonũ ꝓlatũ uel superiorem signat, q exẽplis & doctrinis suis alios illustrat. Ista ergo stella, i. ꝑdicator debet in oriente, i. in statu virtutum lucere, magos. i. peccatores & simplices, ad Iesum per fidem & pœnitentiam adducere, iter salutis ꝑdicãdo eis oñdere, & eos per bona opera, & exẽpla ad Iesum credendo præcedere, ad quẽ cũ ꝓ deuotionem

E tionem & uitæ perfectionē attigerit, supra locū per perse-
uerantiam debet stare, nec inde per inconstantiam se moue
re, dicens cum Helia. Viuit dominus in cuius conspectu sto.
5.Reg.18. Stare.n.debet cum domino vt in se sit bonus, fir-
mus, & stabilis. Antecedere vero debet alios, vt sit illis vir-
tualiter exemplaris. Vnde Ios.4. Sacerdotes pergebant ante
populum. Quæ si fecerit, videntes eum gaudio magno pote-
runt gaudere, quia re vera gaudium magnum est secularib.
& subditis stellam stantem.i.bonum prælatum vel superio-
rem videre. Sic.n.ipsi magi.i.simplices, & peccatores tali stel
la illuminati doctrinaliter anteducti in Bethleem, quæ est
domus pacis.i.in ecclesiam per pœnitentiam venient, & do
mum conscientiæ per contritionem intrantes, illum qui est
panis vitæ.s.puerum Iesum cum Maria matre eius per gra-
tiam inuenient, & aurum dilectionis charitatiuæ atq; myr-
rham mortificationis carnis & thus deuotionis, & oratiōis
sibi offerent, & sic ductu stellæ boni fient. Aspectus.n. bonæ
stellæ antecedētis.i.bonæ personæ viam virtutum exempla-
riter ascendētis solet intuentes recreare & eos ad Saluato-
rem Iesum spūaliter introducere & saluare. Ideo bene dr̄. Su
spice cęlū & numera stellas. ¶Vel dic ꝙ puer Iesus significat
puritatem innocentiæ, quam maria.i.amara generat pęnitē
tia. Igitur qui istum puerum.i.conscientiæ puritatem inueni
re desiderat, necesse est ꝙ ad stellā.i.ad Deum & ad sanctos ꝑ
deuotionem vel bonorum exemplorum imitationem aspi-
ciat, & ꝙ post eā sequatur virtualiter. Sic.n.cum Maria.i. cū
pœnitentia puerum Iesum, qui interpretatur saluator, & pu
ritatē innocentiæ, & salutē aīæ reperiet, & tria spūalia mu
nera, quæ ꝓmisit, offeret, & concedet. Iesus.n.siue Maria non
inuenitur, quia salus sine pnīa non hr̄. Vnde dr̄ Deut. 32. In-
uenit eum in terra deserta, in loco horroris. Audiens hæro-
des Chr̄m in bethleem natum esse, ipsum statim perdere ꝓ-
ponit, & ideo ipsum se velle adorare dissimulans, magos il-
luc cautè misit, & ad ipsum redire ꝑcepit. Ite (inquit) inter-
rogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate
mihi, vt veniēs adorem eum. Ipsos tñ Angelus admonuit, ne
F ad eundem redeāt, & ad regionem suam per aliam viam va-
dant. Quapropter Herodes pueros occidit, & inter ipsos
Christū occidere credidit. Sic vere si Herodes rex impius.i.
diabolus, nos fraudulenter incitat, vt peccando ad eum ve
niamus & vt puerum Iesum auferat, & ipsum, eiusq; deuo-
tionem in nostris cordib. interimat, & occidat, illud debe-
mus summopere præcauere, & ad inuitationem illius nulla
tenus assentire, sed potius per aliam viam q̄ ipse nobis sug
gerit, s.per viam virtutum, non vitiorum, ad regionem no-
stram.s.ad Paradisum venire. Qui.n.ad regionem Paradisi cu
pit ire, nunquam dēt ad herodem diabolum reuenire, nec
eius malis operib. obedire, nec per uiam, quam ipse sugge-
rit procedere vel transire dicens illud.4.Reg.6. Non hæc est
via, nec ista est ciuitas &c. Quinimmo aliā viam.s. viam iusti
tię mię & pnīæ debet quærere & eam sequi, & tenere iuxta
illud, quod dicit Esa.30 Hęc est uia, ambulate in ea, non de-
clinetis ex ea neque ad dexteram neq; ad sinistram. ¶Vel dic
ꝙ gñaliter illi, qui per unam viam ad Bethleem domum.s.
panis.i.ad ecclesiā veniunt vel ad Chr̄m, per aliā viā reuer-
tuntur, quia qui cum humilitate ingreditur, cum honore re-
uertit̄, & econtra qui cum superbia, simonia, & uiolentia in
greditur in regionem suam, s.in infernum uel in mortē cum
ignominia & penuria reuertit̄. Vnde dr̄, nō reuerteris ꝑ viā
qua venisti.3.Reg.13. Vtile est igitur, vt ad Christum.i. ad ec-
clesiam, & ad mundi status cum humilitate, pęnitentia, & iu-
stitia veniamus, vt ad regionem nostram Paradisum cum
gloria redeamus, quia qui nunc diuitias, & mundi gloriam
amplectuntur, pauperes & viles finaliter reuertuntur. ¶Vel
allega exemplariter, quomodo Herodes.i. mali sub specie
boni, honoris adorationis exhibendi solent viam, & modū
occidendi puerum.i.innocentes quærere, quorum malitiā,
qui perpendit, dēt exemplo magorum illudere, & suæ neq-
tiæ ministerium non ꝓbere, sed dissimulando, & recedendo
alibi facere declinare. Istud potissimè debent familiares
malorum principum facere, quia quando magistri eorum
volentes puerum.i.simplices inferiores deprehendo occide
re si cōmittant eis ꝙ inquirant cōtra eos vt occasione acce
pta sub specie adorationis, i.sub colore iustitiæ ipsos lędāt
dicentes eis illud. Ite & interrogate diligenter de puero, ru-
stico, i. vt ego veniēs adorem eum, i. occidam vel spoli[illegible]
si pro certo debent potius per aliam uiam procedere, & [illegible]
uitiū eis dimittere, q̄ suis iniquitatib. opem dare. Vnde [illegible]
Num.15. Recedite de tabernaculis hominum impiorum ne
inuoluamini cum eis. ¶Vel allega quando iniqui nō possunt
aliquem particulariter tangere uel lædere, solent non con-
tra eos, sed in sibi similes sęuire, ut possint in ipsum iterato
insurgere, sicut patet de præsidentibus, qui statuta genera
lia faciunt, vt sub illis ecclesiasticos, quos palam nō auderent
persequi, comprehendant. ¶Angelus sciens ꝙ Herodes esset
quæsiturus puerum Iesum ad percutiēdum eum monuit Io
seph vt puerum, & matrem accipiens fugeret in Aegyptum
vt sic puerum illæsum de Herodis manib. custodiret. ¶Sic ue
re cū Herodes diabolus, qui interpretatur gloriaus in pel-
lib. i. caro, q̄ in pulchritudine pellis gloriat̄ nobis continue
nititur subtrahere uitam gratiæ, & in nobis occidere puerū
nostrum Iesum, i. Christum, qui nobiscum per gratiā habi-
tat, uel puerum nostrum.i.conscientiæ, & innocentiæ puri-
tem, statim debemus ad monitionē angeli.i.boni, & angeli
prædicatoris uel prælati in Aegyptum, quæ tenebræ uel an-
gustia interpretatur, i.in tenebras humilitatis, & cōtritionis
refugere cum ipso puero matrem eius, i. pœnitentia cōtra-
here, & sic eum ne nobiscum pereat, conseruare. Vnde dici-
tur. Exo.2. Accipe puerum, & nutri eum. Si enim puer ille in
Aegypto.i.in tenebris & angustijs contritionis, & humilita-
tis teneatur & Maria mater eius.i.pœnitentia amara, s. casti-
tas, & continentia eidem adiungantur, tunc à nobis tutissi-
me pręseruatur, nec per Herodem diabolum seu carnē no-
bis surripitur aut necatur. Vnde Esa.19. Erit altere domini in
Aegypto. ¶Vel dic ꝙ Chr̄s & Christi gratia non pōt diu ser-
uari, nisi matrem eius, idest Mariam per deuotionem studeat
amplexari. ¶Vel dic quando puer Iesus, qui in iudæa perse-
quitur, & tamen in Aegypto seruatur, potest interpretari q
Christus ab illis qui sunt in terra Israel, idest in ecclesia [illegible]
religione per diuersa uitia persequitur, & fugatur, & tamen
ab illis, qui sunt in Aegypto, i.in mundo per deuotionē [illegible]
litur, quia pro certo sunt plures hodie, quos Christus habet
persecutores in ecclesia quàm in mundo cęteris paribus &
iam uidetur ab illa terra Israel, idest ab ecclesia, & ab eccle-
siasticis recedere, & in Aegypto, idest inter laicos tales ha-
bitare. Vnde Ioannis octauo. Iesus abscondit se, & exiuit de
templo. ¶Cum Ioseph in Aegypto stetisset, dictum est sibi
angelum quòd puerum, & matrem eius caperet, & in terram
Israel reuerteretur, quod utique statim fecit, & in Nazareth
habitauit. ¶Sic uere Ioseph, idest homo qui est in Aegy-
pto, scilicet in tenebris, & angustijs peccatorum, debet pue-
rum Christum, matrem eius, idest puritatem, & pœniten-
tiam assumerę, & in terram Israel, idest in statum gratiæ
properare in Nazareth, quę interpretatur flos sanctitatis
consecratio, & unctio uel uirgultum, idest in sanctitate
consecratione permanere, & ibi istum puerum, & matrem
eius cum diligentia custodire, & in flore munditię, & sa-
nctitate iustitiæ in uirgulto religionis, in consecratione de-
uotionis, in unctione compassionis debet iste puer seruari.
¶Vnde Ioan. primo. A Nazareth enim potest aliquid esse
boni. Vnde dicitur Lucę primo. Missus est Angelus Ga-
briel à Deo in ciuitatem Nazareth ad Virginem despon-
satam & cætera.

CAPITVLVM III TEXTVS.

In diebus autem illis venit Ioannes Babptista prędi-
cans in deserto. Moralitatum Cap. 2.

IOannes antequam legatur baptizasse uel prędicasse, in-
troducitur tanquam uox clamantis in deserto, habens ue-
stimentum de pilis chamelorum, & Zonam pelliceam cir-
ca lumbos suos, & ꝙ cibus eius erant locustę & mel sylue-
stre. Quibus pręmissis fit mentio quomodo ipse baptizabat,
& quomodo uenientes ad se pure reprehendebat, & quo-
modo de timore mortis, & iudicij mētionē faciebat. Vnde
Luc. Genimina (inquit) uiperarum, iam securis ad radicem
arboris posita est. Omnes inuitabat ad pœnitentiam dicēs
Facite ergo dignos fructus pœnitentię. ¶Ista possunt appli-
cari, ꝙ ꝓdicator prius debet facere quā docere, quia re ue-
ra antequam Ioannes.i. aliquis homo pręsumat esse prędi-
cator,

A cator, debet in desertum pœnitentiæ secedere, & ibi per cō-
punctionem clamare, & plangere, pilos chamelorum.i. exem-
pla sanctorum induere, Zonam pelliceā, quæ fit de corio, i.
mortis memoriam accipere, & renes, i. omnes carnales vo-
luptates restringere, & attingere locustas, quæ saltant ad an
teriora.i. mundi contemptum & affectum interiorum, & ex
teriorum comedere, & mel syluestre. i. deuotionis dulcedi-
nem gustare. Et tunc pro certo si omnia ista fecerint, pote-
rit prædicare, baptizare, & abluere, & de morte & iudicio
peccatoribus minas dare. Ante.n.debet habere vitam quàm
doctrinam, & prius debet viam veritatis & salutis exempla
riter ostendere, quàm ipsam præsumat verbaliter prædica-
re. Quia s̄m Greg. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædi
catio contemnatur. ¶Inter cætera quæ prædicat Ioannes, ip-
se videtur reprehendere quosdam, qui de semine Abraæ se
esse gloriabantur, & in hoc nobiliores se esse opinabantur,
sicut patet in euang. vbi ipsi dicebant. Semen Abraæ sumus,
& non seruiuimus vnquam. Vnde ipsos redarguit dicens.
Ne velitis dicere inter vos. Patrem habemus Abraam. potēs
est enim Deus de lapidibus istis filios abraæ suscitare. ¶Sic
re vera quidam sunt, qui vltra modum in genere suo gloriā
tur, & quanto genere sunt nobiliores, tanto reputant se me
liores, & tanto credunt se ad dignitates, & officia habenda
digniores, & hi pro certo stulti sunt, quia sicut videmus, do
minus de lapidibus idest de rusticis parentibus & de malis
quandoque filios abraæ.i. sufficientes & dignas personas su
scitat, & eos ad hæreditatem, dignitatem & promotionem
aliquotiens exaltat. Psal.112. Suscitans à terra inopem, & de
stercore &c. Sicut ad litteram videmus in ecclesia, vbi dn̄s
quandoque illum ad altiora prouehit, qui de viliori & hu-
miliori prosapia descendit, sicut videmus inter rusticos, in-
ter quos communiter sunt meliores clerici, quā inter alios,
quia breuiter spiritus vbi vult spirat, & quemcunque vult,
moribus & scientiis dotat, dignitatibus, & diuitiis ditat, &
sic lapides in filios abraæ mutat. Sicut ad litteram in aposto-
lis apparuit, quos dominus non ex nobilibus & sapienti-
B bus, sed magis ex rusticis & simplicibus elegit. Apostolus 1.
Cor.1. Videte fratres vocationem vestram, quia non mul-
ti potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta mundi sunt ele
git Deus, & quæ infirma sunt. ¶ Vel ista allega de diuersis ho-
minum generibus, qui de rusticitate ad nobilitatē, & de sta-
tu humili ad magnam sæculi dignitatem transeunt, sicut pa
tet de multis nobilibus regibus, quorū ortus ab humili ple
be processit. Vnde eccl.4. De carcere egreditur interdum ali
quis ad regnum, & alius natus in regno inopia consumitur
ac perit. ¶Vel dic ꝙ ista fuerunt dicta contra iudæos, qui in
semine abraæ gloriabantur, & gentiles abominabantur, &
tamen ipsi lapides insensibiles, scilicet gentiles, filii Abraæ
facti sunt, inquantum ad fidem christianam sunt cōuersi, ip
si vero qui prius filii Abraę fuerunt scilicet iudæi, per obsti-
nationem in lapides sunt cōuersi. Cor. n.eorum induratum
est quasi lapis, quia non omnes qui sunt ex Abraam, sunt fi-
lii Abraam, & non omnes, qui sunt ex Israel, sunt filii Israel.
¶Ioanne populum baptizante in iordane, cum Christus ad
eum baptizandus venisset, ipsum Ioannes tangere timuit, di
cēs. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Super ipsum
enim columbam descendentem vidit, & vocem patris ip-
sum vocantem filium audiuit. Iesus quamuis esset sanctior
Ioanne non tamen ab ipso baptizari recusauit, sed potius
humiliter sibi dixit. Sine inquit, sic enim implere nos decet
omnem iustitiam. ¶Illud allegari potest quando Ioannes, i.
prælatus qui vacat ad alios baptizandos, & mundificandos,
videt aliquem Iesum venientem ad se, idest quando videt se
habere aliquem subditum meliorem se, & sanctiorē, de quo
est certus ꝙ ipse est Dei filius per imitationem, & ꝙ colum-
ba, idest Spiritussanctus visitat ipsum per gratię infusionem,
ipsum proculdubio debet reuerenter tractare, & se reputa-
re indignum ipsum tangere vel corrigere, baptizare seu sa
cramenta ecclesię sibi ministrare, ipse tamen Iesus, idest sub
ditus quantumcunque sit dignus, & Sanctus, in genere & po
tentia clarus, prælato quantumcunque modico se debet hu
militer subiicere, & ab illo illa quæ pertinent ad ablutionē
vitiorum, sine arrogantiæ verecundia acceptare, vt sic pos-
sit aliis imperfectioribus exemplum virtutis, & humilitatis
dare. Vnde dicitur. Eccl.3. Quanto altiores, humilia te in om
nibus. Et saluator in Euangel. Luc.28. Omnis qui se exaltaue
rit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. Et ali-
bi. Iaco.4. Deus superbis resistit, humilibus &c. quod tamen
est contra multos prælatos, qui non reuerenter nec suppor
tant scientificos & nobiles subditos, sed potius ipsos ha-
bent exosos, & contra superbos scientificos nobiles moder
nos subditos, qui dedignantur prælatis ignobilibus & suffi-
cientibus obedire, & ipsis non solent subesse, sed litigiose,
& brigose viuendo nituntur eos de supra se excutere, & au
ferre. Dicunt enim illud Exod. 2. Quis te constituit iudicem
& principem super nos?

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu. Mo-
ralitatum Capitulum. 3.

CVm Iesus à Spiritu sancto ductus fuisset in desertum, &
quadraginta diebus ieiunasset, statim affuit diabolus,
qui ipsum de tribus tentauit, & primo sibi peccatum gulæ
obiecit dicens. Dic vt lapides isti panes fiant. Secūdo pecca-
tum auaritiæ dicens. Hęc omnia dabo tibi &c. Tertio pecca-
tum superbiæ vel inanis gloriæ. dicens. Mitte te deorsum, qa
non offendens, eo quòd angeli in manibus portabunt te.
Quæ Christus refutauit, & tētationem triplicem superauit.
¶Sic dico quando aliquis homo à Spiritu sancto ducitur in
desertum, idest in religionis statum, aut pœnitentiæ, ibi ieiu
niis, & abstinentiæ se dedicat, statim adest diabolus, qui ip-
sum violenter inuadit, & tria principalia vitia videt, auari-
tiam, gulam & inanem gloriam eidem ostendit. Suggerit.n.
talibus, quòd panes, idest cibos accipiant, & lapides, idest
duritiam, & difficultatem abstinentiæ in panis, & ciborum
voluptatem conuertant, dicens illud.3. Reg.19. Comede &
bibe, grandis enim tibi restat via. Ac si diceret. Complexio
tua est debilis, & tempus vitæ tuæ erit longum, & sic fatuum
est abstinentiæ subiacere, & bonum est comedere, & fortē
esse. Suggerit etiam auaritiam. Ostendit enim homini in co-
gitatione regna mundi & gloriā eorum, diuitias & prosperi
tatem, dicens ei. Si cadens adoraueris me, idest si suggestio- D
ni meæ consenseris, & mundi gloriam cupieris, & à tuo ꝓ-
posito resilieris, vel ad seculum redibis, hæc omnia tibi da-
bo, diuitem te faciam, & temporaliter promouebo, dicens
illud. Dabo tibi thesauros absconditos, secretorum arcana.
Sed quid? Pro certo quando videt, quòd nulla gula vel auari
tia ipsum potest vincere, statuit eum supra pinnaculum tē-
pli, eleuat eum in mensa sua, facitque quòd semetipsum san
ctum & magnum æstimat, & de viribus suis præsumat, sibi di
cens. Si filius Dei es &c. Et sibi suggerit quòd ingrediatur dif
ficilia, & vltra vires suas periculis, & tentationibus se expo-
nat, & quòd in manutenentia Dei & angelorū confidat. Ac si
sic diceret. Sanctus es, filius Dei es, non. n. succumbes in ten-
tatione, quia angeli domini te sustinebunt, & Deus te cade-
re non permittet. Sic igitur fit, quòd ad præsumendum de se
& ad inaniter gloriandum inuitat ipsum, vt sic eum in pec-
catū deiiciat, & prosternat. Videtur.n. sibi dicere illud Apo-
stoli.1.Cor.10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari su-
pra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentū.
Et breuiter illi qui sunt in deserto & religione, à diabolo
diuersimode tentantur, & quando in vno peccato vinci ne
queunt, in altero tentātur. Ideo bene dr̄. Eccl. 2. Fili accedēs
ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animā
ad tentationem. Quia isti tentantur de luxuria contra votū
castitatis, de gula contra votum sobrietatis, contra votum
paupertatis de auaritia, contra humilitatis votum, & obe-
dientiæ de præsumptione & superbia. Vnde in Prouerb.30.
Per tria mouetur terra. Sed re vera iste debet sagaciter re-
spondere contra gulam, ꝙ nō in solo pane viuit homo, sed
potius in omni verbo quod procedit de ore Dei &c. & ꝙ re
ligiosus plus debet appetere cibum spiritualem quam cor
poralem. Contra adorationem, & consensum auaritiæ quē
suggerit, debet respondere, ꝙ dominus est adorandus, non
diabolus, & ꝙ sibi est seruiendum, non mammonæ. Contra
consensum inanis gloriæ & præsumptionis debet respon-
dere, ꝙ Deus non est tentandus, sed timendus, & ꝙ non est
de propriis viribus confidendum, sed potius humiliter ince
dendum. Sic enim istam triplicem tentationem poterit eua

dere

dere,& tria hostis iacula non timere, & tunc de ipso verifi-
catur, quòd de Christo subiungitur, ꝙ diabolus ipsum reli-
quit,nec amplius tentare præsumet. Angeli vero sibi adhæ-
rent,qui sibi spiritualiter ministrabunt,quia quando quis tẽ
tationem diaboli superat, ab ipso in pace dimittitur,& ab
angelis custoditur.Psa.90. Angelis suis mandauit de te,vt cu
stodiant te in omnibus viis tuis.¶Vel dic quòd Christus non
inuenitur tentatus quamdiu fuit cum Apostolis, sed solum
dum erat solitarius in deserto, in quo notari potest quòd q
in societate,& communitate viuunt, minores tentationes
sentiunt, & in minori periculo consistunt, quã qui solitarii
esse volunt,vel in singularitate vitæ & morũ cõsistunt.Vnde
dicitur. Eccle.4. Væ soli &c. Quia sicut dicit Seneca.Omnia
mala docuit solitudo. Quod potissime est verum de solitu-
dine spirituali,quando homo caret charitatiua societate,&
manet in solitudine peccati, segregatur à Dei, & sanctorũ
virtutum,& bonorum operum cõmunitate. ¶Vel dic quòd
diabolus tentauerat primum Adam de tribus, de gula scili-
cet de esu pomi,de auaritia,supple scientiæ. Sciẽtes(inquit)
bonum & malum de inani gloria. Nequaquam(inquit)mo-
riemini,sed eritis sicut dii. In qua quidem triplici tẽtatione
cum ipse Adã fuit victus, congruum fuit ꝙ secundus Adam
eisdẽ tentaretur, in quibus ipse diabolus ipsum non vinceret,
sed potius vinceretur,vt sic.s. triplex casus primi hominis,
per triplicem resistentiam secũdi hominis sanaret.¶Vel dic
ꝙ tunc diabolus hominem fortius impetit, quando ipsum
ab ipso fugere, & ad desertum pœnitentiæ transire cernit,
tentationes tunc fortiores insurgunt, quando homines ip-
sas amplius euadere sperant,& quærunt. Gene.31.Laban.n.
tunc Iacob persecutus est, qñ ipsum ab ipso fugere perpen
dit.Exo.5.Pharao tunc populum Israel acrius persequitur,
qñ eum audit de suo dominio sacrificaturũ in desertum re-
cedere.Ios.10. Quinque greges tunc gabaonitas impugnãt:
qñ audiunt ipsos cũ filiis Israel confœderatos fuisse. 3.Re.3.
Sodomitæ tunc ad ostium Loth pulsant, qñ angelos hospi-
tio receperat.Mar. 9. Meretrices tunc ad Salomonem vene-
runt, qñ sapientiam à dæmone receperat. Dæmoniacus filius
tunc à dæmone grauius alliditur, qñ sanandus coram domi
F no appropinquat.Sic vere Pharao diabolus,Labam mũdus,
quinque reges,quinq; sensus, sodomitæ & meretrices,idest
malæ cogitationes solent hominem grauius inuadere, quã-
do intendit se à vitiis separare, desertum pœnitẽtiæ intrare,
angelum,i.Christum secum habere, & filiis Israel, i. sanctis
se confœderare.4. Reg.34. Vnde diabolus videtur dicere il-
lud.Moab recessit à me,veni mecum contra eum in prælium.
&c.¶Subiungitur hic quòd Petrum, & Andream, qui in na-
uicula erant, & retia sua pro piscando in mare mittebant,
ad se Iesus continuo vocauit,& piscatores hominum fecit.
Venite(inquit)post me,faciam vos fieri piscatores hominũ,
& statim relictis retibus secuti sunt eum. Procedens vero
vidit alios duos fratres;s.Iacobum,& Ioannem, qui vna cũ
patre retia reficiebant,qui vocati, statim secuti sunt eum,&
relictis retibus,& patre,post eum abierunt. ¶ Sic vere qui in
nauicula mundi fluctuosi stantes retia cupiditatis & mundi
facultates possident,quandoque à Christo spiritualiter per
inspirationem,& vocaliter per scripturam, & prædicatio-
nem, realiter per bonorum exempla, & correctionem, &
tribulationem vocantur, & ad statum salutis, & religionis
spiritualiter inuitantur. Qui pro certo quòd se vocatos vt
præmissum est,sentiunt,nauem idest fluctus mundani status,
& retia cupiditatis,vel malarum complacentiarum,& diui-
tiarum, patrem etiam idest omnem affectionem carnalium
amicitiarum debent dimittere, Christum per imitationem
sequi,& per bona opera se præparare.Vnde Mat.8.Magister
sequar te quocunque ieris &c.

CAPITVLVM V TEXTVS.
Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem.
Moralitatum Capitulum. 4.

VIdens Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedis-
set,docebat discipulos.¶In quo notatur, quòd ille q
vult alium docere,debet turbas mundi,negociorum vel ma
larum cogitationum fugere, montem contemplationis &
vitæ perfectioris ascendere,& ibi in tranquillitate animi se
dere, & quiescere, & sic prædicando alios poterit i-
Esa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui
zas.¶Hic præcipit dominus, si quis cum aduersario
vadit, ante omnia pacem cum eo facere studeat,
ipsum iudici tradat, qui ministro eum committat,
in carcerem statim mittat.¶Sic vere cum nos in via
tæ habeamus vnum fortem aduersarium,videlicet
consciẽtiæ remorsum, qui non cessat nos impugnã-
guere & mordere,necesse est dum sumus in ista via p
ti,ipsum pacificemus,& quòd omnis peccati offendi
amouentes,tranquillitatem illius seruemus. Psalm.1
gate quæ ad pacem sunt Hierusalem,& abundantia di
tibus te. Fiat pax in virtute tua &c. Alioquin si tempa
jus vitæ trã seat,ille aduersarius noster iudici Christo
te,& in iudicio nos accusabit, & tradet, qui diabolo
stro nos committet, ipse vero in infernali claustro
cludet.¶Dominus præcepit,si oculus alicuius dexter
nus dextra scandalizat eum, statim debet oculum
manum abscindere.Mar.9.Melius enim est (vt ait) quo
membrum pereat, quàm totum corpus eius in inferno
scendat.¶Oculus,manus,pes scandalizantes eiici iube
quia melius est cęcum,claudum, & mancum idest cum
oculo,vno pede vel manu ingredi regnum cęlorum,
duos oculos,manus & pedes habentem,in gehennam
mitti.Matt.12. Idem habetur infra. Tamen spiritualiter
quẽdo,in scriptura per oculos intelligitur discretio
tilis cognitio,per pedes affectio, per manus operatio
stat quòd quandoque habet vtrunq; duplicatum,&
que genere dextrum possidet, & sinistrum, homo
quãdoque habet duos oculos discretionis vel cogni
scilicet dextrum,qui videt spiritualia, & de fide
ra cogitat,& sinistrum, qui se occupat circa tempo
bet etiam duos pedes,scilicet duo genera affectio
dam scilicet dextrum, hæc est affectio,& amor,
mus ad bonos. Manus similiter habemus duas scilic
tram idest bona perfectiora,& spiritualia, & sinistra
imperfectiora & terrestria & actiua: veruntamen
in istis omnibus illa, quæ meliora esse videntur,
scandalizant nos,oculus.n.dexter.i. subtilitas sensus,
gnitio,quam habemus erga fidem & scripturam,
zat nos quando in fide dubitamus,& quãdo per
tilitates nos in magis arduis,quam decet,immi
enim possumus dicere illud.Tren. 3. Oculus meus
tus est animam meam. Pes noster dexter nos
quando affectio, quam habemus ad bonos,
carnales amicos,occasionem peccandi administra
vero dextra dicitur nos scandalizare, quando
nostris arduis & perfectis operibus nos superbire,
inanem gloriam cor nostrum leuare. Ista igitur
quòd si talia nostra bona opera nobis scandala
antedicta, quòd ipsa debemus abiicere, & potius
cessare, quam pro eisdem periculo subiacere. Tutius
cum sinistro oculo, manu, pede idest cum imperfectio
scretione,operatione & affectione se saluare, quam
ardua aggredi,& ibi scandalum & periculum
lius est vitam actiuam tenere,& solam simplicem
scire, quam circa magis ardua deficere & perire. Vn
clesiastic.tertio. Altiora te ne quæsieris. Talis ergo
dexter,idest talis scrupulosa subtilitas, & talis
talis bona operatio,de qua nascitur gloriæ vanitas,
amputari,& erui,& simplicitas frequentari. ¶Vel dic
pes significat corporis vagationem: manus malam
tionem, oculus malam intentionem:quæ re vera
dalizant,& offendiculum æternæ mortis propinant,
sunt abiicienda à nobis, & cum diligentia amputand
capitnlo sexto & septimo nihil pono, quia quamuis
mentio de pluribus materiis moralibus, expositio
& moralitas de se patet. In sexto enim ibi sit
hypocritis prolixe orantibus, & ieiunantibus, de
ro, de oculo simplici, de duobus dominis, & de
dine abiicienda. In septimo vero de duplici arbo
plici via, duplici domo, sed quia non est præsen
omnia verba saluatoris exponere cum non posse
lum circa aliqualem figurarum, & parabolarum
insudare, ideo transeo supradicta.

CA

Super Matthæum. CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Cum descendisset Iesus de monte.Moral. Cap. 5.

CVm dñs descendens de monte, quendam leprosum sa-
nasset,præcepit sibi ne cuiquam diceret se sanatũ,vo-
luit tñ ꝙ sacerdotib.se ostenderet,& munus in lege ordina
tũ offerret. Sic re vera qñ aliquis leprosus. i. peccator à dño
p contritionẽ sanatur,& ad Deũ occulte conuertit, & à le-
pra vitiorũ purgat,summe prohibetur sibi, ne gratiã sibi fa-
ctam publice per iactantiam dicat, sed potius sacerdotib. i.
viris prudentib. qui ipsum ad melius promouere nouerunt,
per confessionem vel consilii petitionem ostendat,& dicat,
manusque satisfactionis offerat,& impendat.Breuiter illud
est verum,quòd sacerdotibus & non aliis idest prudentibus
& viris bonis non fatuis se ostendat,& secreta sua,& occul
ta reuelet.Vnde in Prouer.25.Causam tuam tracta cum ami-
co tuo,& secretum extraneo nõ reueles. ¶Vel dic quòd qui
sciunt virtutes, & mirabilia, non debent laudes hominum
quærere, sed potius petere ne ipsorum opera in publicum
proueniant.¶Vel dic quòd qui dat beneficium alteri, nõ de
bet procrastinare,sed voluntarie,& libenter,quod petitur,
statim dare.Volo(inquit) mundare, quia sicut dicit Apostо-
lus.2.Cor.9.Hilarem datorem diligit Deus.¶Vel dic quòd le
prosus significat genus humanum,lepra idolatriæ, & vitio-
rum infectum,quem Christus de monte paradisi descendẽs,
ipsum carnem sumendo tangens personaliter in campo hu
ius mundi curauit,& ciuitatis paradisi ingressum,ꝙ sibi erat
interdictus,restituta munditia restaurauit. ¶ Vel dic ꝙ tunc
leprosus idest peccator sanatur,quando à Christo idest Deo
vel prælato per monitionem, & correctionem seu per tribu
lationem tangit,& palpatur.Vnde Iob 15. Manus dñi tetigit
me. ¶ Vel dic quòd iste tactus significat diuinam inspiratio-
nem.¶Hic fit mentio,ꝙ dñs humilitatem,& fidem centurio-
nis seu reguli respexit,cuius filius infirmabatur capharnaũ,
qui Christo dixerat. Domine puer meus iacet in domo para
lyticus,& male torquetur,sed non sum dignus,vt intres sub
tectum meum,sed tantum dic verbo, sanabitur puer meus.
Admirans sequentibus se dixit. Amen dico vobis nõ inueni
B tantam fidẽ in Israel.Dico.n. vobis ꝙ multi venient ab orien
te,& occidente,& recumbent cum Abraam, Isaac & Iacob
in regno cęlorũ Filii autem regni eiicientur in tenebras ex-
teriores.Puer igitur in illa hora fuit sanatus, & à febre eadẽ
hora septima liberatus, sicut hic in præsenti & Ioann. 4.dr.
Aduerte tñ ꝙ Matthęus vocat istum puerum, Ioannis filium.
Lucæ 7.autem seruum.¶Ista possunt allegari,ꝙ qui fideliter
credunt,& humiliter petunt, facilius obtinent à dño quod
requirunt.Vnde Lucæ 11.Petite & accipietis. Ista possunt al
legari,ꝙ centurio, qui erat capharnaum gentilis,respectu
Israelitarum facit talia,hoc est dictu,ꝙ ista faciunt hodie lai
ci ꝛaculares respectu ecclesiasticorum. Hodie.n.vix inuenit
tanta fides in Israel sicut capharnaum. i. in ecclesia, vel reli-
gione sicut in seculo vel in mundo, quia meliores sunt ho-
die in multis laici, quàm clerici, sæculares quàm rectores,
subditi,quam prælati.Et ideo finaliter de partibus mundi re
motis.i. de statu sæculari multi ad paradisum venient, & cũ
Abraam Isaac & Iacob.i. cum Sanctis & Patriarchis in pa-
radiso recumbent, & illi qui regni huius speciales filii de-
berant esse.i.religiosi,& clerici,in tenebras exteriores.s.in
fernales eiicientur,& ibidem succumbent. Et ita fit ꝙ Deus
de lapidibus filios suscitat abraæ,filios vero Israel in carce
ribus æternis ligat atque damnat.Ideo Christus de filiis suis,
i.viris ecclesiasticis videtur conqueri, dicens illud Esa.1.Fi-
lios enutrivi & exaltaui,ipsi autem spreuerunt me &c. Et se
quitur ibidem.Ve semini nequã,populo graui &c. ¶ Vel dic
ꝙ gentiles sunt remoti seu extranei,qui cum Abraam Chri-
sto.i. cum sanctis suis ad fidem ecclesiæ, & ad paradisi glo-
riam sunt admissi,filii vero regni fuerunt Iudæi, qui à regno
Christi.i.à fide ecclesia & patria sunt exclusi, quia sicut dici-
tur.Luc.1.Deposuit potentes de sede &c¶.Vel dic ꝙ iste puer
peccatorem significat, qui dicitur puer ratione ignorantiæ
sedens in domo ratione pigritiæ,paralyticus propter bono
rum operum imbecillitatem, male tortus per inuidiæ per-
uersitatem,qui tamen septima hora.i. per septem sacramẽ-
ta,vel septem dona spiritussancti curatur, à febribus pecca
ti diuina gratia liberatur, & ille bene dicitur puer, propter
recuperatam puritatem,seruus propter humilitatem, filius ꝙ
propter charitatẽ.Vnde Mat.3. Hic est filius meus dilectus.
¶Socrus Symonis,quæ magnis febribus tenebatur,tunc tẽ-
poris est curata, qñ Christus sibi dixit ꝙ surgeret, & ꝙ sibi
aut aliis ministraret.c. 8.¶In hoc põt notare, ꝙ febris mala-
rum cõcupiscentiarum,& affectionũ hominem dimittit, qñ
ad ministrandum, & obsequendũ diligenter laborandũ in-
tendit,& torporem negligentię excutit,& contemnit.Bene
igitur dr.2.Tim.4.Tu vero vigila,in oĩbus labora,ministeriũ
imple &c.c. 8. ¶Hic fit mentio de duobus sequi volentibus
saluatorem, cum propter turbas trans fretum secedere vo-
luit,quidã scriba non vocatus Christum sequi voluit,dicẽs:
Magister sequar te quocunq; ieris, sed Christus quodam mo
do ipsum repulit, & paupertatem suam sibi retulit dicens.
Vulpes foueas suas habent,& volucres cœli nidos,filius aũt
hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ac si dicat.Ca
ue ne sequaris me,si diuitias quæris, quia cum pauper sum,
ipsas habere mecum non poteris,aut dolebis. Alius autem
cum instantia vocatus à Christo, sequitur, quinimmo cum
peteret licentiam sepeliendi patrem suum, nequaquam sibi
à Christo licentia extitit eonecessa, sed sibi potius dixit, se-
quere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ille.n.
qui se ingerebat,repellitur.Ille autem, qui dilatationem pe
tiit,vocatur & impellitur.Nota igitur, quòd ad sequendum
Christum in his.s. ad statum ecclesiæ prælationis, illi qui se
ingerunt non vocati, sicut ambitiosi faciunt,debent respui
& repelli, & illi qui se reputant indignos, illam non am-
biunt,sed circa patrem sepeliendum. i. circa onera pietatis
in sæculo, & in statu subiectionis viuere quærunt, ad Chri-
stum,& ad gradum ecclesiasticum si sic necesse,debent cum
violentia protrahi,& impelli,& sepultura patris,idest à cu-
ris secularibus depelli. Quod etiam Christus continuè ad lit
teram facit,quia scribas,& sapientes vtero se ingerentes,of
ferentes,& ambientes quandoque repellit, simplices vero,
de quibus mentio non fiebat, ad dignitates occultè protra-
hit,& impellit. Sicut in electionibus videmus quotidie euc-
nire,quia nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatus est à
Deo tanquam Aaron. ¶Vel dic ista de prædestinatione diui-
na,quæ quosdam nolentes,& renuentes solet ad se trahere,
quosdam vero volentes, & appetentes videtur aliquotiens D
refutare,quia sicut dicit Apostolus.Rom.9.Non est volentis
neq; currẽtis,sed Dei miserentis. Dicit enim scriptura Pha-
raoni,quia in hoc ipsum excitauite,vt ostendam in te virtu-
tem meam,& vt annuncietur nomen meum vniuersa terra.
Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat. Dicis igitur
mihi.Quid adhuc quæritur? Voluntati eius resistit. ¶Vel dic
ꝙ ex istis verbis Christi,ortus vr ille modus,qui in professio
ne religiosorum seruatur, quia illis qui Christum sequi cu-
piunt,& in religione profiteri volunt, debent exponi religi-
onis difficultates,& instrui ad dimittendum parentum car
nalium,& hominum secularium societates. Vulpes dicat pla-
tus foueas habent &c.Ac si diceret.Vulpes villosi,& gros-
si velleris idest diuites auari,vulpini & malitiosi, in isto secu
lo foueas idest terrenas habitationes possident,volucres cę
li, idest superbi & ambitiosi nidos altaris dignitatum te-
nent. Filius vero hominis, idest ille, qui vult esse religiosus
bonus,Dei imitator,& filius, non debet ista quærere,vel ,p-
prium habere, sed ab omni rerum prosperitate se ipsum
potius abdicare, nihilque in hoc mundo proprium quære-
re vel habere,vbi ad litteram caput valeat inclinare, dicẽs
cum Apostolo illud.Heb.12.Non habemus hic ciuitatẽ ma
nẽtem sed futuram inquirimus.Sibi debet dici, quòd de suo
patre.i.de sua parentela carnali curam non habeat, sed po-
tius mortuos peccatores sepelire in vitiis,alios mortuos di
mittat, & ad sequendum dominum diligenter intendat, vt
de ipso,& sibi similibus possit dici illud Mat. 4. Relictis reti-
bus & patre secuti sunt dominum. ¶Ascendente domino
nauiculam,secuti sunt eum discipuli eius. c. 8. Et ecce mo-
tus magnus factus est in mari, ita quòd nauicula operiretur
fluctibus,ipse vero dormiebat, & accesserunt ad eum disci-
puli eius,& suscitauerunt eum dicentes. Domine salua nos,
perimus. Qui increpans eos dixit. Quare timidi estis modi-
cæ fidei? Et surgens imperauit ventis, & mari,& statim tran
quillitas magna secuta est,ita vt mirarentur attantes,dicen-
tes. Quis est hic,quia ventus & mare obediunt ei? ¶Ista pos-

sunt

E sunt allegari, quia dato q dominus sit personaliter, & spiri-
tualiter in nauicula. i. in ecclesia vel collegio, nihilominus
sæpe fit, q venti tribulationum, & tentationum ibi taliter su
scitantur, q fluctibus miseriarum, & molestiarum per vitia
& infortunia sæpe submergitur & cassatur. Dñs.n.qñque vr̃
dormire, inquantum solet auxilium suum dissimulare, vt ad
ipsum inuocandum possit illos, qui in tribulatione, & tenta
tione sunt, animare. Gaudet. n. Deus videns tribulatos ad se
feruenter recurrere, & ipsos fortiter, & patienter sustinere.
Sicut legitur de Beato Antonio, qui verberatus grauiter à
diabolo, cum prius diceret Christo sibi apparenti. Domine
vbi eras, quando male tractabar? Respõdit sibi dominus. Te-
cum eram, sed quia de patientia tua valde gaudebam, ideo
iuuare nolebam. Dormiebat igitur dominus Iesus. Ionæ 12.
Ionas autem dormiebat sopore graui, cum nauis periculum
pateretur. Veruntamen quando ad eum deuote accedũt, &
à somno dissimulationis suæ deuotis precibus excitantur,
tunc statim solet adesse, & ventis tentationum fluctibusque
tribulationum, quòd amplius non seruiant, imperare, & sic
nauiculæ, idest animæ tentatæ vel personæ seu ecclesiæ tri-
bulatæ tranquillitatem, & pacem excitatus restituit, quàm
non inuocatus ante suscitare permisit. Dominus enim (vt
communiter) quando precibus non excitatur, dormit, qui
si excitatus fuerit, statim surgit. Psal. 77. Excitatus est tanquã
dormiens dominus. c. 8. ¶Duo dæmoniaci accesserunt à Chri
sto de nauicula exeunte, & quamuis Lucas, & Marcus non
ponat nisi vnum, duo tñ in veritate, fuerunt, sed quia vnus
erat nobilior, ideo alius subticetur. Lucæ 8. Isti igitur dæmo
niaci (sicut hic dicitur,) in monumẽtis manebant, seui etiam
nimis erant, ita quòd iuxta illos nulli tute transire audebãt.
Marci. 5. Lucæ. 8. Additur, quòd ille dæmoniacus de quo men
tionem facit, die ac nocte in monumẽtis, & montibus erat,
neque catenis, neque vinculis teneri poterat, immo vincu-
la dirumpebat, & clamans se lapidibus concidebat. Et sicut
Lucæ octauo subiungitur, iste vestimento non induebatur,
nec in domo manere volebat, sed ruptis vinculis à dæmo-
nibus in defectum agebatur. Et non mirum, quia apud eum
vna legio dæmonum morabatur. Legio vero continet sex
milia sexcenta sexaginta sex. Iste igitur dæmoniacus occur
rens Christo per hæc verba clamabat. Quid mihi & tibi Ie-
F su fili Dei? quare venisti ante tempus torquere nos &c. per
tales dæmoniacos possunt intelligi peccatores, & obstinati,
qui semper solent Iesu filio Dei, idest Deo vel bono præla-
to superiori occurrere, & sibi per inobedientiam, & rebel-
lem discordiam obuiare. Gen. 19. Manus eius contra omnes,
& manus omnium contra eum. Sicut patet de malis obstina
tis, & subditis, & religiosis. Isti enim sunt nimis seui per cru
delitatem ita quòd vix aliqui audent appropinquare eis, vel
secum contrahere societatem. 1. Reg. 25. Nam ipse filius est
belial, ita vt nemo audeat sibi loqui. Quod etiam de balliuis
& exactoribus potest dici, quia iuxta eos non est tutum ma-
nere ne forte seuitiam rapinarum suarũ sustinere oporteat,
& sentire. Illi nullius vinculis diuinæ legis vel regulariũ sta-
tutorum teneri possunt quamuis à superioribus suis per ꝓ-
hibitionis, & statuta sæpissime vinciantur, omnia solent frã
gere, & ꝑ apostasiam vel appellationẽ, & discordiam rece-
dere, & ꝑ desertum mundi, vel ꝑ vitiorum statũ vagari. Hier.
2. A seculo fregisti iugum, rupisti vincula. Isti sunt, qui morã
tur in monumentis, i. in inferioribus per luxuriam; in monti
bus, i. in elatione per superbiam: In deserto, i. in ardoribus ꝑ
auaritiam, nudi vadunt per vestimentorum, i. virtutum carẽ
tiam in domo claustri vel ecclesiæ in tranquillitate, & pace
manere propter vagationem, & insolentiam clamant per
detractionem, & iactantiam, & lapidibus, i. molestiis se con
cidunt per cordis amaritudinem, & duritiam, & nõ mirum,
cum valde multis dæmonibus pleni sunt per omnium vitio
rum redundantiam. Igitur isti Deo vel ꝓlato volenti eos cor
rigere se opponunt, & sibi cum indignatione dicunt, vt q̃d
venisti ante tempus torquere nos? Acsi dicerent, noluimus
in præsenti torqueri vel corrigi, sed consolari potius & læ-
tari. Ideo dr̃. Prou. 15. Non amat pestilens eũ qui se corripit.
Eccl. 1. Tales igitur domari nequeunt, sed in obstinatione, &
proteruia incorrecti viuunt. Peruersi difficile corriguntur.
¶Vel dic, q dæmoniacus secundum quendam humanum ge
nus designat, quod à principio legis naturalis, & diuinæ vin
culis ligatus fuerat, sed omnia transgrediendo rumpe[...]
monumenta, idest opera mortalia frequentabat, vi[...]
nudus erat, & lapidibus se concidens, idest in cultura d[...]
lapideorum se turpiter lacerans, nihilominus clamabat [...]
quantum suas fatuitates per iactantiam propalabat. ¶Ver[...]
tamen Christus hunc dæmoniacum sanauit, & expellens [...]
mones gregem porcorum, qui iuxta montem pascebat [...]
sis habitandum concessit, qui rex statim cum impetu in ma-
re fugiẽs se submersit. ¶Sic vere Christus de nauicula exiẽs,
i. de virgine nascens illud genus humanum sanauit, & e[...]
expulsis dæmonibus porcos. i. peccatores voluptuosos, &
maxime infideles ad habitandum concessit, qui nunc iuxta
montem superbiæ pascunt. In mare tñ. i. in inferni amarit[u]
dinem omnes ibunt, & ibi condemnationis impetu peri[...]
bunt. Apocaly. 18. Hoc impetu mittetur babylon in infer[...]
num. Dæmones expulsi ex hominibus sunt, habitandi[...]
men licentiam in porcis acceperunt, porci vero cum dæ-
monibus in præceps in mare ruerunt, & ibi in aquis su[...]
mortui, & pastores admirati fugerunt. ¶ Homines enim qui
ad imaginem Dei facti sunt, significant prædestinatos qu[...]
dam secreta Dei imagine & gratia apud suam æternam sa-
pientiam consignatos, porci vero, qui immundi sunt, & [...]
ne ratione, significant peccatores, & reprobos apud Deum
per occultam iustitiam morti perpetuæ deputatos. Ista est
igitur rei veritas, quòd illi, qui sunt homines idest prædesti-
nati, dato quòd quandoque inueniantur dæmonibus pleni
idest pleni vitiis omnibus, & subiecti immundis spiritibus,
& habere cætera vitia, quæ ponuntur tertio capitulo præce
denti. Isti tamen finaliter ad salutem, & spiritualem sanitatẽ
perueniunt, & dimissis omnibus vitiis diuino ministerio bo
ni fiunt. Econtra vero illi, qui porci sunt scilicet voluptuosi,
& reprobi licet quandoque sub pastoribus, & prælatis paci-
fice viuant, & speciem sanctitatis, & bonitatis quandoque
habeant, finaliter tamen dæmonibus per peccata subiiciun
tur: qui tunc cum impetu, & indiscrete in mare idest in flu-
ctuosa negocia mundi se præcipitant, & in aquis voluptuo-
si seculi submerguntur, & sic finaliter morti perpetuæ expo
nuntur. Exod. 15. Submersi sunt in mari rubro, abyssi operue
runt eos. ¶Hic habes, quòd geraseni videntes, quòd Iesus dæ
moniacum sanauerat, & grex porcorum submersus fuerat
timuerunt valde, & inceperunt eum rogare, quòd à finibus
eorum recederet. Sicut de Petro simile legitur, quòd stupe
factus de captura piscium, dixit Christo. Lucæ quinto. Ex[i a]
me domine quia homo, peccator sum. ¶Ista possunt allega-
ri contra quosdã peccatores, qui quia indignos se reputa[nt]
ideo libenter nõ cœlebrant nec Christum sibi associant, se[d]
potius eius præsentiam formidant. Timent enim ex indig[ni]
tate sua ad præsentiam tuam sanctæ rei fieri deteriores, q[ua]
propter melius iudicant esse remotiores, dicentes illud q[uod]
supra eodem. Matth. 8. Domine nõ sum dignus vt intres s[ub]
¶Sicut ponitur in Euan. Marci octauo. Christus noluit, q [...]
dæmoniacus sanatus post eum iret, sed potius voluit, q a[d]
suos rediret, & quòd facta sibi à Deo beneficia nunciaret. S[ic]
vere illi qui à dæmonibus liberati, & à peccatis cõuersi sun[t]
nõ statim, sunt digni dominum per imitationem sequi, ne[c]
ad statum perfectionis aut arduæ operationis ire. Melius [...]
est q cum suis idest mundanis in inferiori gradu maneant,
quàm quòd sequendo dominum per imperseuerantiam [re]
trocedant. Hic fit mentio de paralitico curato. Sed vide hoc
melius in Euangelio. Lucę 5.

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Et ascendens Iesus in nouiculam transfretauit. Moralitatum Capitulum 6.

Dominus vocat Matthæum de Teloneo, cũ peccator[i]
bus publicanis comedebat, & hoc vt eos cõuerteret,
asserens, q medicus non sanis sed male habẽtib. opus esse[t]
¶In quo vtiq; ꝓlatis, & sanctis viris datur exemplum, q[uod]
peccator societatẽ non dẽat horrere, sed potius ipsam [fre]
quentare, vt verbo, & exẽplo possint eos à vitiis medicar[i]
Quod tñ est cõtra multos ꝓsumptuosos, qui de sua sanctit[a]
te gloriantes, dedignañt societatem malorum, & sic peni[tus]
ipsos ꝓmittunt in fecibus vitiorum, quod est contra hyp[o]
critas, qui fingunt se abominari peccatores, cum tamen [...]
si sint
A cæteris peiores. Esaia 65. Ius prophanum in vasis eo-
rum, & dicũt: Recede à me, non appropinquabis mihi, quia
immundus es. ¶Hic habetur quòd discipuli Ioannis ieiuna-
bant, discipuli vero Christi non ieiunabant, de quo cum di
scipuli conquerentur, excusauit eos dominus, quòd in præ-
sentia sponsi non decebat filios sponsi ieiunare, sed veniet
(inquit) tempus quando auferetur ab eis sponsus, & tunc
vtique ieiunabunt. Subiunxit etiam, quòd vetus vestimentũ
non debet noua immissura reparari, & quòd vinum nouum
non debet in vtres veteres mitti. Non enim sibi conueniũt
nouitas, & vetustas, quia vestimentum vetus rumpitur, & fit
peior scissura. Veteres vero vtres propter nouum vinum
rumpuntur, & omnia effunduntur. ¶Ista possunt allegari, q
Deus plus diligit spirituale gaudium, quàm nimiam austeri-
tatem aut ieiunium, pręsentia enim sponsi Christi, quam sibi
facit charitas, habenas laxat, & in libertate, & lætitia facit
viuere, ipsius vero absentia, quam efficit timor seruilis, facit
ieiunium, & alias austeritates frequentare. ¶Vel allega quòd
illa, quæ sunt contraria vel disparia, nunquam simul in ea-
dem societate vel communitate possunt cõuenire, nec con
corditer viuere. Noui enim non bñ concordant cũ veterib.
iuuenes cum senioribus, seculares cũ religiosis, peior enim
scissura solet fieri, & discordia amplior generari. Similes
igitur similibus associentur, vt ex conditione simili maior
ibidem charitas generetur. Vnde dicitur Deuteron. 22. Non
arabis cum boue, & asino &c. Vel dic quòd veteres vtres,
& vetus vestimentum, sunt homines in vitijs antiquati. No-
uum igitur vinum, & nouus pannus, significant noua Chri-
sti, & euangelij documenta, & perfectionis euangelicæ sa-
cramenta. Dico igitur quòd ista duo non conueniunt bene
simul, quia malis hominibus, & inueteratis in malo, bona
spiritualia non sapiunt, quinimmo si eis imponantur & si
mandata spiritualia eis dentur, & si ipsis aliqua perfecta, &
difficilia opera iniungantur, statim per impatientiam dirũ-
puntur, & per transgressionem omnia diffunduntur. Bene
igitur dicitur. Matth. 7. Nolite ponere Margaritas ante por-
B cos, & nolite Sanctum dare canibus. ¶Princeps vnus roga-
bat dominum dicens, domine filia mea modo defuncta est,
sed veni, & impone ei manum, & viuet &c. Cum ergo Iesus
pro sanãdo puellam, in domum principis ad venisset, & ibi
vidisset tubicines, & turbam magnam tumultuantem, dice-
bat eis. Recedite. Nõ enim puella est mortua, sed dormit. De
quo cum astantes deriderent ipsum, eo quod puellam esse
mortuam cognoscebant, ipse tenens manum puellæ, erexit
eam, & quæ mortua fuerat, statim resurrexit. ¶Sic vero qui-
libet homo videns puellam, idest animam suam mortuam
fuisse per peccatum, statim debet ad Christum per deuotio
nem recurrere, & quòd istã puellam suscitet, orare. Qui sta-
tim solet ad preces ipsius aduenire, & opem suam nulli de-
negare. Vnde dicitur. Matthæ. 8. Ego veniam, & curabo eum.
Veruntamen ad hoc, quòd ista possit curari, aliqua requirun
tur. Primo quòd dominus ibi domum cordis per gratiam in
tret. Secundo turbæ malarum cogitationum, tubicinesque
inanis gloriationis, & laudis inde expellantur. Et tandem q
à somno peccati per tactum diuinæ misericordię, correctio
nis, & iustitiæ eleuetur. His præmissis à peccato suscitatur,
& sic non fuisse eam per damnationem mortuam, sed solũ
ꝑ culpam dormisse cõprobatur. Vñ Matth. 15. Sanata est filia
eius in illa hora. ¶Hic dr̃ q cum dominus iret suscitare fi-
liam mortuam archisynagogi, quædam mulier quæ patie-
batur fluxum sanguinis duodecim annis, quæ (sicut dicitur)
omnia bona sua in medicis exposuerat, sed deterius habe-
bat, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & di-
cebat. Si tetigero fimbriam uestimenti eius, salua ero. Quæ
statim sanata est. Filiam. n. ad quam principaliter ibat, mor-
tuam inuenit, ipsam tamen finaliter suscitauit. ¶Sic vero
cum in mundo iacerent duæ mulieres, tam mortuæ quàm in
firmæ scilicet filia principis Deĩ. s. synagoga, quæ non mor-
tua, sed dormiens dici poterat, pro eo quòd in spe futurę re
demptionis viuebat. Apostolus. 1. Tim. 5. Viuens mortua est.
Et mulier antiqua, quæ fluxum omnium vitiorum patiebaẽ,
nec à medicis. s. à suis physicis sanata fuit, sed per ipsos de-
terius lædebatur, factum est quòd dum cœlestis medicus
Christus pro ista filia synagoga curanda, & saluanda prin-
cipaliter veniret, dixit mulieri chananeæ: Non sum missus
nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Ipsa infirma mu- C
lier gentilitas ardenter Christum, & fimbriam vestimenti
eius. i. ipsius humanitatem tetigit, & sic sanitatem gratiæ an
tequam synagoga recepit. Finaliter tamen Christus ad fi-
liam. i. ad synagogam per fidem veniet, ipsamq; finaliter su
scitabit, quia in fine temporis gens iudaica tota credet, quia
sicut dicitur. Roma. 11. Cum subintrauerit plenitudo gen-
tium, tunc omnis Israel saluus erit. ¶Vel dic quòd filia prin
cipis huius est persona ecclesiastica, filia Dei patris mulier
sanguinea est secularis persona, quia dato quòd ecclesiasti-
ca persona speret principaliter saluari, fit tamen q ab emor
rhoissa muliere. i. à persona seculari ad salutem præuenitur
& q isti prius per fimbriam vestimenti Christi. i. gratiam ip-
sius & misericordiam per deuotionem tangunt, & sic pri-
mi salutem perpetuam consequuntur. Matt. 20. Erunt primi
nouissimi, & nouissimi primi. ¶Vel dic quòd Christus est præ
latus, qui dicitur vnctus, quia tales chrismate vncti sunt, vel
saltem vnctionem, & oleum diligunt. Sic igitur fit hodie,
q qui primo fimbriam vestimenti eius tangunt, & qui pri-
mo adulando, & munera offerendo ad Deum accedunt, pri-
mi sanati, promoti & exaltati recedũt. Vnde sæpe fit, q dum
iste Christus, idest prælatus vel princeps intendat aliquam
filiam mortuam. i. aliquam personam inutilem sanare, & si-
bi beneficium vel officium precibus alicuius principis vel
potentis concedere, qñq; mulier emorrhoissa. i. ista perso-
na immunda, & mala, accelerat ipsum adulando tangere, &
sic solet beneficium reportare. Si tetigero (inquit) fimbriam
vestimenti eius, salua ero. Iam de talib. põt dici illud Ge. 27.
Venit germanus tuus fraudulenter &cæ. Et loquitur de Ia-
cob, qui, quia primus cibos patri obtulit, ideo primus bene
dictionem patris reportauit. ¶Mentio fit hic de duobus cæ-
cis, quos dñs illuminauit. Et postquam hoc fecisset, pręcepit
ne cuiquam hoc reuelarent. Illi aũt non tacuerunt, sed per
totam illam patriam diuulgauerunt. ¶In hoc nota quòd qui
dant alteri beneficium vel remedium, vel qui habet à Deo
virtutis ꝑconium, nõ debet laudẽ humanã quærere, sed po-
tius debet q hoc taceatur, ab eis affectare. Vnde dr̃. Mat. 17. D
Nemini dixeritis visionẽ &c. Mat. 6. Si facias eleemosynã, ne
sciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ac si diceret, nõ q̃-
ras inanem gloriã. Veruntamen qui hmõi beneficium acci-
pit, non debet ꝑꝑ hoc cessare, sed magnificentiam zelato-
rum debet alijs demonstrare. Vnde dr̃. Marc. 5. Vade in ciui-
tatem tuam, & annuncia quanta fecit tibi Deus. Quia sicut
dicit Seneca. Hæc beneficij lex est, vt alter statim obliui-
scatur dati, alter vero nunquam obliuiscatur accepti. ¶De
surdo, & muto, de quo agitur hic, vide melius ubi agitur de
nominibus Apostolorum, & de multis Christi eruditionib.
nihil pono. De vndecim vbi agitur quomodo Ioannes misit
ad Christum & quomõ Christus commendauit Ioannem, &
de multis informatorijs, & reprehensorijs verbis Christi, ni
hil pono pœnitus præter vnum.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Et factum est cum consummasset Iesus præci-
piens. Moralitatum Cap. 7.

Dicitur enim quòd Ioannes venerat nõ manducans ne
que bibens, & dixerunt iudæi, quòd dæmonium habe-
bat. Tandem venit Christus manducans, & bibens, & com-
munem uitam sequens, & dixerunt, ecce homo vorax, & vi
ni potator, peccatorum, & publicanorum amicus. ¶Ad hoc
potest allegari, q detractores, & inuidi, nihil inueniunt in
aliquo benefactum, vel quia omnia facta hominum solent
damnare, & intentiones omnium detractionibus depraua-
re. Nam quantumcuoque bona intentione aliqui comedũt,
vel ieiunant, isti tamen in partem sinistram semper interpre
tantur, & iudicant. Et quicquid alij faciunt, breuiter totum
damnant, & quicquid in eis difficile, vel alijs impossibile es-
se existimant, uel omne, quod eis non placet, in alijs nefa-
rium esse putant. Sicut hypocritæ, qui quoniam ieiunare uo
lunt, reputant affabiles, & communem uitam sectantes, esse
leues, & gulosos. Gulosi vero illos, qui ieiunant, & austerita
tem seruant, reputant hypocritas, & peruersos, & non sine
potestate diaboli credunt eos posse respuere mundi cibos,
& actus facere virtuosos, sic dicebat de Christo Luc. 11. Hic
non

E non eijcit dæmonia nisi in beelzebub principe dæmoniorum. Contra tales igitur dicit Apostolus. Rom. 14. Qui manducat non manducantem non spernat, & qui nõ manducat, manducantem non iudicet. Tu quis es qui alienum iudicas?

CAPITVLVM XII TEXTVS.

Abijt Iesus per sata sabbato. Moral. Cap. 8.

CVum dominus transiret per sata, & discipuli eius sabbato volens spicas comedere, quia fortiter esuriebant, reprehendebantur à Pharisæis, excusauit eos dominus ratione necessitatis, ex quo Dauid, qui necessitate ductus, comedit de panibus consecratis. ¶Necessitas enim non habet legem. ¶Vel dic quòd sabbato, idest in festiuitatibus Christi discipuli idest prædicatores debent per sata sacræ scripturæ transire, spicas idest scientias vellere & ipsas studendo comedere. Non est enim fractio sabbatorum vacare lectionibus studiorum, immo ista est magna necessitas, ex qua potest prouenire vtilitas. ¶Cum Christus videret quendam hominem die sabbati in synagoga manum aridã habentem, cui cum diceret, extende manum tuam, statim restituta est sanitati. De quo cum pharisæi murmurarent, dicebant, si licitum est sabbatis benefacere, & ipsis in sabbato oues suas, si in foueas caderent, subleuare, addẽs quòd multo fortius licebat hominem, cum esset melior oue, adiuuare. ¶Ista possunt dici contra pharisæos, idest contra malos curatos, & prælatos, quibus maior est cura de suis ouibus & diuitijs temporalibus, quam de subditis, & ouibus spiritualibus. Nam citius occurrunt, vt reducant ouem errantem, quàm cum vident fratrem suum cum manu arida, idest peccatorem, & desidem, & bona manuali operatione carentem, cum multo melior est homo oue. Ideo citius fuerat sibi succurrendum, quia sicut dicitur. Matthę 16. Anima plus est quàm esca. ¶Vel dic quòd dato quòd pharisæi, idest mali curati, indignentur contra Christum .i. contra bonos prædicatores, quando ipsos vident in sui synagogis .i. in suis ecclesijs prędicare, & sabbatis .i. festiuitatib. aridos .i. peccatores spiritualiter curare, ipsi nihilominus non debẽt cessare,
F sed sabbatis benefacere, debent ipsos ad extendẽdum manus suas ad pauperes inuitare, vt sic possit eos ab ariditate auaritiæ sanare. ¶Vel dic ꝙ sicut isti pharisæi cum istum aridum sanare non possent, & tamen sanati domino detrahebant, si multi sunt, qui ad virtutes, & bona aliorum non attingere nequeunt, & per prædicationem alios peccatores aridos curare nesciunt, aut non possunt, vtpote nec prædicare, aut discretè confessiones audire nesciunt, qui tñ alios benefacientes detrahendo corrodunt, nec ꝙ subditi sui ab alijs sanentur, & doceantur, immo quando alios vident in suis parochijs prædicare, vel confessiones audire, summe turbantur. Vnde illud. 2. Petr. 2. Hi quicunque ignorant, blasphemant. Et alibi. Matthę 23. Vos ipsi non intratis &c. Ma. 7. De dæmoniaco cœco & muto, vide infra simile. Christus videtur velle prædicare, ꝙ verba debẽt proportionari cordibus. Ideo dicit. Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum aut arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Acsi diceret. Non decet bonum hominem male loqui, aut econtra, nec malum bene. Melius est .n. ꝙ homo sit bonus, & bonos fructus .i. bona verba habeat, vel si sit arbor mala, ꝙ malos fructus, i. mala verba ꝑducat, vt sic homo non decipiatur in hypocrisi malorum, & ne propter bona verba eorum, ipsos cũ mali sint, bonos commendent. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Quasi diceret. Non decet. Quia dicit̃. Non decent stultum verba composita. Et iterum. Vtinam calidus aut frigidus esses, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. ¶Vel dic ꝙ illud potest applicari, vt cõmuniter, quòd verba, & exteriora opera sequunt̃ corda, quia sicut hic dr̃. Ex abundantia cordis sequuntur &c. Et alibi dr̃. Matt. 7. Qđ non potest arbor mala fructum bonum facere, nec econuerso. Et dr̃. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Omitto illa, quæ dicuntur hic de beelzebub, & forti armato, & peccato in Spiritu Sancto, & de regina Saba, & alijs similibus Oĩa .n. ista suam expositionem secum portant. ¶Immundus Spũs cum exierit ab homine, ambulat per loca arida, & inaquosa, quærens requiem, & non inuenit, & tunc rediens ad domum suam vnde exiuit, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & tunc assumit septem Spũs nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima illius peiora prioribus. ¶Ista allegoricè dicta sunt contra iudæos, quia tunc immundi Spiritus ab eis exierunt, quando legem per Moysen susceperũt, ipsi vero immundi Spiritus per loca arida circuierunt, quando corda gentilium per idolatriam inhabitarunt, ibi tamen finalem non inuenerunt requiem, et per fidem Christi eiecti sunt, & ideo ipsi ad domum suam primam .s. ad iudæos, qui hactenus per correctionem legis fuerunt scopati, & per legem redierunt, quando post Christi incarnationem à fide eius ipsos vacantes inuenit, & ideo iam cum alijs septem spiritualibus, idest cum vniuersitate vitiorum ibi habitant, & sic nouissima eorum sunt peiora, quàm ante legem fuerant. Vnde. Matth 27. Erit nouissimus erro peior priore. ¶Vel ista exponuntur contra apostatas, quia sæpe fit, quòd immundus Spiritus, idest immundus religiosus de corpore hominis, idest religionis vel ecclesiæ apostatam egreditur, & per loca arida idest per mundum circumit, ꝓgreditur & vagatur, quærit requiem idest statum tranquillitatem, quàm non inuenit, sed potius sentit se per exterius turbationem, & aduersitates, interius vero conscientiæ tumultum, & contrarietatem. Hierem. 17. Seruientes ibi dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Et tales qui seruiunt dæmonibus, & vitijs, non sunt digni requiem inuenire, nec in temporalibus, pro quibus spiritualia reliquerunt, digni sunt solatium obtinere. Quapropter isti (vt videmus) sine requie vagantur, ita quod propter paupertatem ad domum suam, idest ad claustrum quod reliquerunt, remeare coguntur, dicentes illud, Os. 2. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, idest ad statum meum anteriorem, quia bene erat mihi tunc magis quàm nunc. Quid igitur? pro certo sæpe fit, quòd tales ad domum religiosi reuertẽtes, qui quotidie scopa correctionis absterguntur, & virtutibus adornantur, solent se cum alios septem Spiritus peiores se accipere, hoc est dictu, alios sibi associare & adiungere, & sic per vitæ suæ inuidiam & discordiam solẽt corpus & collegiũ, in quo sunt, amplius molestare, & diuersis suis vitijs & infamijs lacerare, ita quod nouissima eorum opera post reditum peiora prioribus solent esse. Vnde dicitur. 2. Petr. His rursum implicari vitijs superantur, & facta sunt eis posteriora prioribus deteriora. ¶Cum Christus prædicaret actualiter, & sibi diceretur, quod mater sua & fratres sui foris stabant quærentes loqui ei, non legitur propter hoc prædicationem dimisisse, sed potius manum in discipulos extendens dixisse: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse frater meus, soror & mater est. ¶Hic potest notari quod qui prædicatione vel aliquo alio officio spirituali occupantur, siue exercitio, nunquam propter carnales parentes vel propter temporalia negocia debent illa dimittere quia illos quibus spiritualiter proficit, debet matres, fratres & sorores reputare, ipsosque carnalibus parentibus anteferre. Hieron. Per calcatum perge patrem, & per calcatam perge matrem.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.

Exiens Iesus de domo sedebat secus mare. Moralitatum Cap. 9.

HIc fit mentio de parabola seminantis, similiter tractatur Luc. 8. & March. 4. Sed quia ista per Christum fuit exposita, per beatum Gregorium vero in homilia fuit tractata, ideo ipsam non tetigi, sed ad aliam parabolam pertransiui. ¶Homo quidam seminauit bonum semen in agro suo, sed dum dormirent homines venit eius inimicus, & superseminauit zizaniam. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerũt simul & zizaniæ. Serui aũt eius accedentes dicebant: Dñe, nonne semen bonũ seminasti in agro tuo? vnde igitur habetur zizania? Qui respõdit, Inimicus homo hoc fecit. Vis (inquiunt) imus colligamus ea. Non (inquit) ne forte eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & tunc messores zizaniam ad comburendum per fasciculos colligentes alligabunt, triticum autem in horreo meo congregabunt. ¶Ista exponuntur per Christum ipsum & doctores de hæreticis. Constat .n. quod quidam homo, idest homo singularis & excellẽs, scilicet in principio, seminauit prædicando & docendo in agro suo, i. in ecclesia militante, optimum semen .s. doctrinam euangelicam & fidem rectam, sed cum homines, idest Apostoli dormiuissent per mortem & à sæculo recessissent, venit inimicus diabolus qui mediantibus hæreticis in agro isto cum bono semine malum iniecit, & cum bona & sana doctrina zizaniam verborum hæreticorum immisit, sicut patet quod statim quando Apostoli mortui fuerunt, hęresis arriana, euticiana & manichea pullularunt, sic iam patet in diuersis Christianorum segetibus atque sectis, qui huiusmodi zizanijs infecti sunt. Esai. 1. Ve semini nequam filijs sceleratis & cæt. Ista igitur zizania, idest hæreticorum sectæ & collegia, non vult Deus per seruos suos, idest viros catholicos extirpari, sed potius vult vsque ad tempora iudicij tolerari & hoc ne forte inter eos contingeret triticum, idest aliquos bonos existentes vel futuros cum eis eradicari, idest temporaliter molestari & spiritualiter ante conuersionẽ euelli. constat quod apud eos sunt multi prædestinati, qui quotidie conuertuntur, de alijs etiam ignoramus si forte ad dominum reuertantur. Iõ quãdiu est tempus veniæ, ipsos oportet expectare; In tempore vero messis, idest in iudicio, quando iam tempus merendi trãsiuerit, tunc messores, i. angeli ipsos, i. per fasciculos, i. secundum distinctionem vitiorum, in infernum comburendos ligabunt, bonos vero in horreum domini, idest in paradisi repositorium congregabunt. Supra. 3. Triticum congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. ¶Vel dic quòd homo quidam, idest Christus vel prælatus bonus, superseminat, idest in principio seminat bonum semen, idest bonas personas in agro suo, idest in ecclesia militantes; sed quia iam homines & prælati dormiunt idest negligentes existunt, venit diabolus & superseminauit zizaniam, idest copiam malorum & inutilium personarum, quas in isto agro ecclesiæ seminauit, & eas ibi mediante simonia, auaritia & carnalia affectu mirabiliter tran-
B splantauit. Vnde Christo vel religiosis seu ecclesiarum fundatoribus potest optime dici, domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizaniam &cæ. Et ipse pro certo potest respondere, quia inimicus homo hoc fecerit, quia seminatio, prælatio & promotio talium ab inimico diabolo efficitur, per cuius inspirationem isti in ecclesia seminantur. Vnde dicitur. Sapien. 12. Semen enim maledictũ erat à principio, sed patris familiæ, scilicet Christi patientia est tanta, quod tale semen impium non vult ab ecclesia eradicare, sed potius permittit eos cum tritico, idest cum bonis viuere & manere, quousque tempus messis, idest dies iudicij veniat, vbi ipsos distinguet abinuicem, & istos in infernum comburent, bonos autem in horreo Paradisi collocabit. Messores enim, idest Angeli bonos à malis, zizaniam à tritico, sceleratos à iustis, qui modo discerni nõ possunt, finaliter diuident, & illos eternaliter concremandos ligabunt, illos vero perpetuo seruãdos in paradisi horreum aceruabunt. Vnde infra eodem c. dicitur. Matthæ. 13. Mittet filius hominis Angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. ¶Vel dic quod in ista figura reprehenduntur quidam iusti, qui immoderato iustitiæ zelo quęrunt exterminare peccatores & maxime infideles, statim vellent ruere contra ipsos & eos dentibus deuorare. Vis (inquiunt) imus & colligamus zizaniam. Simile dicitur in Iob 31. Quis det de carnibus eius vt saturemur: Et alibi. Vis (inquiunt) dicamus quod descendat ignis de cœlo & cætera. Isti non considerant occultam diuinæ iustitiæ prouidentiam, nec perpendunt quantum malorum vita bonis proficit, & quare paterfamilias Deus malos viuere finit. Reprimitur igitur talis zelus ad Angelorum iudicium, qui causas præmissas nouerunt, negocium reuocatur, plorumque punitio expenctanda iubetur. Apocal. 6. Expectate modicum donec expleatur numerus fratrum vestrorum, quia scilicet illorum, qui in iudicio finali malos eradicabunt, bonos vero in Dei horreo collocabunt. Ideo infra dicitur. Matthæ. 13. Exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum. ¶Vel dic quod inimicus homo, idest proditor, quandoque seminat zizaniam cum tritico, idest mala consilia, & machinamenta, cum boni in primo non possint discerni abinuicem. C Veruntamen cum herba creuerit & affectus secutus fuerit, tunc percipietur fuisse zizania cũ tritico & malum consilium cum bono mixtum. ¶Hic fit mentio de bono grano sinapis, quod est minus omnibus seminibus, quod cum crescit, fit maius omnibus oleribus ita quod aues cœli possunt requiescere super illud. ¶Sic vero fides christiana fuit à principio satis modica, nunc per gratiam Dei tantum creuit, quod cunctis oleribus, idest cũctis mundi sectis & credulitatibus maior extitit. Ita quod sicut iam videmus, volucres, idest multi principes & potentes, idest multi philosophi & sapientes viuunt & habitant in eadem. Psalm. 103. Super eam volucres cœli habitabunt. ¶Vel dic quod sæpe fit quod aliquis modicus & humilis promouetur & maior alijs efficitur, & oleribus idest suis sociis antefertur, ita quod uolucres, idest mundi principes uel nobiles in suæ iurisdictionis ramis commorantur. ¶Mulier quędam accepit fermentum & in tria sata farinæ posuit, & sic totam massam farinæ fermentari fecit. ¶Fermentum quod pastam feruere facit est charitas, quoniam quando mulier in tria sata farinæ, idest in tres partes mentis, in rationabilem, irascibilem & concupiscibilem potentiam adhibet, totum facit fermentari & ad Deum sursum eleuari. ¶Vel ista mulier est ecclesia, quæ tria sata, idest tria genera hominem, scilicet pueros, iuuenes & senes fermento fidei, idest charitatis imbibit & sic per amorem diuinum facit fermentari omnes &c. ¶Hic additur de illo, qui inuenit thesaurum in agro & vendidit omnia, quæ habebat & emit agrum. Item de illo, qui quærebat bonas margaritas; inuenta una preciosa dedit omnia & comparauit eam. ¶Hoc exponitur à doctoribus ꝙ thesaurus & preciosa margarita fidem Christi vel gloriã paradisi in agro scripturæ latentem designat. Istum enim agrum scripturæ sacræ debet quilibet deuotus studendo emere, & cæteras margaritas .i. scientias philosophicas contemnere, & illam vnicam preciosam margaritam, idest Christum uel gloriam paradisi vel doctrinam euangelicam sollicite quærere & amare, & omnia pro Christo dare. D Hoc est dictu, quod nihil terrenum respectu illius debet reputare, sed quantum ad effectum omnia cum eo permutare, dicens illud Sap. 7. Diuitias nihil esse dixi &c. ille enim, qui thesaurũ gloriæ paradisi, & margaritam, idest Christum per deuotionem quęrit & per contemplationem inuenit, statim amorẽ aliarum rerum deserit & quicquid aliud in mundo est, vilipẽdit. De sagena vero missa in mare exponit idem saluator de ecclesia, quæ nunc pisces, idest homines bonos & malos simul continet, in littore tamen huius vitæ, idest in iudicio ultimo piscatores sagenæ, idest rectores Deus & angeli inter istos pisces decernent, quia bonos in vasa sua, idest in paradiso repositoria eligent & assument, malos uero foras in barathrum mittent. 2. Machab. 1. Vnde capitibus amputatis foras miserunt. De hoc quod Christum filium fabri uocabant, dimitto.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu & ait pueris suis. Moralitatum Cap. 10.

CVm Herodes tulisset Herodiam vxorẽ philippi fratris sui, & de hoc Ioannes Baptista ipsum argueret dicens, quod sibi vxorem fratris sui dum viueret habere non liceret, alligauit eum Herodes in carcerem & ipsum occidere cupiebat, sed populum timebat. Cum igitur in die natalis Herodis festa & conuiuia pararentur, accidit, quod filia herodiadis coram rege saltauit, quod regi & simul discumbentibus cõplacebat, propter quod rex sub iuramento sibi promisit, quod quicquid peteret, ab eodem sibi daret. Illa vero promouit a meretrice matre sua caput Ioannis, qui erat in carcere, petijt. Rex autem iratum se dissimulans, sed propter iuramentum se abnegare non posse asserens, caput Ioannis amputari, & puellæ saltanti dari mandauit quæ statim caput in disco positum coram omnibus, simul conuiuentibus matri dedit. ¶Moraliter loquendo, per istum regem potest animus uel intellectus accipi, à quo constat hominem totum regi. Meretrix ista significat carnem, quæ re uera uxor philippi, qui interpretatur os lampadis, i. diaboli, qui uiget intellectus

E ctus splendore, potest dici, eo quod sibi & suggestionibus suis solet faciliter inclinari, qui frater istius regis, idest frater animi dicitur, pro eo quod vterque esse naturæ rationalis comprobatur. Per istam filiam saltatricem intelligitur cōcupiscentia, quæ à matre ista meretrice, idest à carne tanquam filia generatur, quæ pro eo dicitur saltare, quia corā rege, idest coram animo solet nunc vnius peccati nunc alterius delectationes offerre, vt ipsum ad voluptatem suam & ad matris huius votum valeat inclinare. Per Ioannem in quo est gratia, synderisis seu conscientia intelligitur, vbi diuina gratia principaliter situatur & quæ regem, idest animum delinquentem continue redarguit & hortatur. Ista igitur est veritas, quod quandoque rex mentis nostræ, idest animus accipit sibi in concubinam vxorem diaboli, s. herodiadem, quæ interpretatur glorians in pellibus, i. in carne, quę in carnis pulchritudine gloriatur, in quantum ipsius malis delectationibus acquiescit, de quo tamen Ioannes, i. conscientia ipsum redarguit & sibi nō licere hanc meretricem habere vel sibi acquiescere prædicat, quapropter sæpe fit quod iste rex, i. animus Ioannem. i. bonam conscientiam incarcerat, ipsamque vinculis malarum concupiscentiarū vel complacentiarum alligat, & sic votum redargutionis impedit & retardat, quod vtique fit, quando istum hominem in carcere malæ consuetudinis diu seruat. Animus. n. carnem oblectatur, Ioānem, idest conscientię reprehensionem, nō diligit, & ideo vt ipsius carnis delectationibus possit libere vti, in carceribus malarum complacentiarum & consuetudinum claudit. Eze. 19. posuerunt leonem in carcerem ne audiretur vox ipsius amplius super montes. Finaliter sic accidit, quod cum herodes & herodias continue in cōuiuijs, i. dum animus & caro & malæ affectiones vacant delectamētis & solatijs, statim solet filia herodiadis, i. carnis concupiscentia saltare & coram ipsis nunc ad gulam & ebrietatem, nunc ad pigritiam & luxuriam saltus suos ordinare Esaiæ 13. Saltabunt ibi syrenæ in ædibus voluptatis: Tantum igitur facit ista filia meretricis, scilicet concupiscentia, quod Ioannes totaliter decapitarur, & concupicsentia pœnitus de-
F perit, & quod rex iste, scilicet animus cum meretrice sua, idest cum carne sine timore Dei, idest sine doloris scrupulo fornicatur, dicens suæ conscientiæ propriæ illud. Esa. 14. Ex quo dormiuisti, non ascendet qui succidet nos. ¶Vel allega exemplariter, quomodo non amat pestilens eum, qui se corrigit. Et quomodo non diligunt viros iustos, qui eorum scelera reprehendunt, immo ipsis quandoque pœnas & miserias procurant. Prouerb. 15. Qui arguit derisorem sibi iniuriam facit. ¶Vel allega quod mali, qui audent publice bonis nocere, solent sibi vias & occasiones quærere vt sub colore alicuius iustitiæ possint iniquitatem implere sicut fecit iste, qui sub specie iuramenti decollauit Ioannem. Seneca dicit, qui nocere vult, semper causam inuenit. ¶Cū Christus fuisset in nauicula ad locum desertum seorsum secutæ sunt eum turbæ & misertus est eis & curauit languidos eorum. Cum igitur vespere factum esset, venerunt discipuli eius dicentes ei, quod turbas dimitteret, vt quilibet de deserto recedens cibos sibi congruos procuraret. Desertus est (inquiunt) locus hic, dimitte turbas vt euntes in castella emant sibi escas. Christus volens suis auditoribus escas dare, cum esset ibi puer vnus, qui habebat quinque panes hordeaceos & duos pisces, pcepit turbas discumbere, accipiens dictos panes & pisces benedixit, & fregit, & per discipulos turbis dari iussit Discipuli igitur turbis distribuerunt & sic quinque milia hominum præter mulieres & paruulos, qui numerati non sunt, Marc. 6. de istis quinque panibus & duobus piscibus vsque ad saturitatem comederunt, Luc. 6. ita quod duodecim cophini fragmentorum superfuerunt. Ioan. 6. Collligite (inquit) fragmenta ne pereāt. Satis ista patent in euangelio Lucæ & Ioannis. ¶Ista exponūtur communiter quod quinque panes ordeacei vetus testamentum designat, quod à quinque libris Moysi cœpit originem. Bene ordeacei dicuntur pro eo quod in illis sub palea historiæ medulla sensuum continetur. Duo pisces nouum testamentum designant, pro eo quod ibi duplex charitas præcipitur, in qua tota lex & prophetæ pendere noscuntur. Cum igitur in deserto huius mundi sint quinque milia hominum, qui dominum sunt secuti, scilicet vniuersitas fidelium, qui ad fidem Christi sunt vocati & propter quin sum appetitus bis sub numero quinario sunt conten dominus, quod cibis spiritualibus refocillentur, vi quinque panibus, quos puer Moyses nobis obtulit, libros legis antiquæ duobusque piscibus, hoc est euangelica continente duplicem charitatem spiritu recreentur. Vult. n. qđ omnes isti super fęnum, i. super rem gratiæ & charitatis, vel super specie viroris æterne riæ recumbant, & quod discipuli, i. prælati doctores & p dicatores istos scripturarū cibos exponendo frangāt & ipsis discumbentibus & auditoribus simplicibus præd do distribuāt, reliquias vero, quas isti rustici capere ne sunt, i. subtiliora sacræ scripturæ ab ipsis discipulis, scientificis viris reseruari & à mensa talium subleuari. plices enim grossa ciborum frusta & rudia sacrament documenta scripturarum debent capere, fragmenta idest subtiles scripturæ sententiæ non possunt deglu quapropter doctores talia debent subtilioribus reser & in duodecim cophinis, idest in libris & codicibus nam duodecim articulorum fidei continentibus sap reponere dicentes cum Apostolo. 1. Corin. 3 Non potu bis loqui, quasi spiritualibus sed quasi carnalibus in C sto, lac vobis in potum dedi & non escam. ¶Vel dic, quinque panes sunt quinque vulnera Christi, duo vero sces sunt duplicis naturæ mysteria Christi. Nos igitur in deserto huius mundi vel religionis viuimus, istos per fidem & deuotionem comedere debemus, etiam su fænum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, ide super memoriam nostræ fragilitatis recumbere, & sic p spiritualem recreationem in Christi conuiuio poterimus satiari. ¶Vel dic qđ per istos panes, qui comedendo non fue runt consumpti, sed potius multiplicati, ita quod omnib sufficerent, possumus intelligere sacramentum altaris qu sumendo non minuitur, & quod ita quinque milibus vni comprobatur sufficere. Vnde dicitur. 4. Regum. 4. Comedent & supererit. ¶Vel dic, quod isti cibi scientiam sig cant, quæ distribuendo multiplicatur, & cum auditores turati fuerint, plus remanet distribuentibus quam ab reportatur. vnde Lucæ 19. Habenti dabitur & abunda ¶Vel dic de eleemosynis, quia quando discipuli Chri est deuoti fideles bona sua distribuunt liberaliter eunt in desertum, idest pauperibus & egenis, sæpe fit quod habent in residuo quam in eleemosynis expenderunt. Dominus enim multiplicat bona talium liberalium, sicut dicitur. Date & dabitur vobis, Et in Prouerbio. 28. dat pauperibus non indigebit. Et aduerte quod Chr legitur panes multiplicasse, ad denotandum quod temp sterilitatis & necessitatis debemus eleemosynas dare. A enim non legitur panes fregisse, nisi euntibus in via & tuor milibus in eremo. In quo notatur, quod hominis citum bona sua distribuere, & in deserto, idest paupe in via, idest viatoribus & peregrinis: in cęnæ conuiuio discipulis familiaribus & amicis. Et sic isti sunt tres p de quibus dicitur. Lucæ. 11. Amice accomoda mihi tres nes. ¶Vel dic, quod illud quod prædictum est, quod se sunt eum turbæ multæ &c. potest applicari ad hoc quod lus potest ita ad desertum religionis & solitudinis fug qui turbæ malarum cogitationum & affectionum ipsum tinus studeant comitare. ¶Vel si vis illud quod ponitur & quod etiam replicatur in multis passibus scripturæ sa præter mulieres & paruulos, vbi videtur innui quod m res, & paruuli non solent cum prouectis & maioribus merari, potest applicari ad hoc, quod numerus signi æternæ gloriæ asscriptionem, quia secundum veritatem ri, idest personæ viriles & perfectæ, solum merentur Deum computari & in electorum numero numerari. Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei & sanctos sors illorum est. Sed re uera mulieres, idest per mobiles & carnales, effæminatæ, pueri idest personæ les insciæ & ingratæ, in tali numero non dicunt pon apud Dei ascriptionem in electorū numero computari. de de quolibet damnato potest exponi illud Iob 3. Ne illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in di anni, nec numeretur in mensibus. ¶Christus iussit discip suos præcedere transfretum donec dimitteret turbas,

vero

A vero dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, nauicula, in quam ascenderant, iactabatur in medio in mari magnis fluctibus, erat enim uentus cōtrarius illis. Nocte uenit Iesus ambulans super aquas, & cum nauim intrasset, cessauit ventus ita qđ illi, qui in naui erant mirati sunt & adorauerunt eum discipuli & dixerunt. Vere Dei filius es. ¶Dic quod nauicula ecclesiæ in qua discipuli Christi & vniuersi fideles transfretant & nauigant ad gloriam paradisi dum est in mari huius mundi, multis tribulationum fluctibus agitatur. Ventus enim tentationis diabolicæ contrariatur eidem, ipsamque semper nititur submergere in profundum. Illud autem potissime fit potissime qñ Christus absens ab ista naui uidetur, & quando nostrorum peccatorū ratione ab ista sua nauicula quantum ad gratiarum excellentiam absentatur, quia Deus videtur ecclesiam propter peccata sua dimittere, quapropter necesse est eam multis tribulationibus & tentationib. fluctuare & multis periculis subiacere. Ideo dominus videtur dicere illud Hier. 12. Reliqui domum meam. Et subiungit causam quia facta est mihi hæreditas mea &c. Veruntamen loco & tempore solet Christus super aquas & fluctus tribulationum calcare & ad discipulos suos in nauiculam ecclesiæ misericorditer p gratiam reuenire, & sic benedicta sua præsentia facit uentum tentationum & diabolicarum insufflationum cessare & fluctus tribulationum quiescere & totam nauiculam ecclesiæ tranquillare. Thob. 3. Post tempestatem tranquillum facis & post lachrimationem & luctū exultationem inducis. ¶Vel dic quod nauicula est anima, quę tēpestatibus, tribulationibus, affectionibusque & cogitationibus continue fluctuat & à uento sibi contrario, idest à mundi inani gloria continue mouetur & agitatur, nisi quando Christus ad eam per gratiam uenit & eam sua spirituali præsentia circummunit. Christi enim absentia reddit mentis nauiculam fluctuosam, sua vero pręsentia ipsam facit stabilem & quietam. Aug. Inquietum est cor meū donec quiescat in te domine. Et dic quod Christus in quarta vigilia noctis uenisse legitur, s. in quarto puncto pœnitentiæ Christus visitat mētem nostram. Prima vigilia est discussio seu meditatio. Secūda cō-
B tritio. Tertia cōfessio. Quarta satisfactio seu perseuerandi constans intentio. In ista Christus ad nos venit, & à damnationis periculo custodit nos, Ps. 79. Veni ad liberandum nos domine Deus uirtutum, & ostēde faciem tuā &c. ¶Vel dic, quod nauis ecclesiæ in mari huius mundi fluctuabat, ita qđ totus populus, qui ibi cōtinebat, mortis periculo subiacebat, quousque ipse Christus media nocte per beatam incarnationem & natiuitatem venit qui omnia tranquillauit. Vel dic, quod exemplo Christi nos debemus turbas negociorū & secularium hominum, immo turbas cogitationum & affectionum relinquere & in montem contempletionis ascēdere, & solum ibi dominum exorare. ¶Cum Christus nocte veniret ad discipulos, qui in nauicula fluctuabant, ambulās super mare, turbati sunt discipuli dicentes, quia phātasma est; non enim aduertebant, quod esset Christus sed magis credebant, quod esset aliquis spiritus phantasticus, Christus vero videns eos clamantes & timentes dixit eis; Habete fiduciam, ego sum nolite timere. Petrus vero inter cæteros audacior dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te sup aquas. Quem cum Iesus ad se uocaret, & Petrus de naui descendens super aquas siccis pedibus versus Iesum applicaret, videns uentum validum timuit, & ideo mergi cœpit, sed statim cum ad dominum clamasset dicens, domine saluum me fac, Christus extensa manu ipsum recepit, & incredulitatem eius increpauit dicens. Modicæ fidei quare dubitasti? Acsi diceret. Si non dubitares, nunquam mergi cæpisses. ¶Ista possunt applicari ad ostendendam ueritatem fidei, q̄ quando in homine fixa est certa & indubia quicquid in virtute spei facere vult, facit: modica tamen hæsitatio vel dubitatio impedit opus istud. Requiritur. n. quod homo in nullo dubitet complēdum, sed potius illud, quod vult fieri credat pro certo fiendum. Vnde recta causa quare istæ vetulæ & personæ simplices faciunt quandoque mirabilia experimenta, quo tamen homo rationabilis & sensatus nunquam inuenit esse uera, propter firmam credulitatem, quam habent, quam tamen homo sensatus nunquam habet, qui semper inquirit causam rerum ac per hoc semp dubitat in præmissis, cum non videat rationem. Et inde fit quod illud idē C
quod à simplicibus inuenitur uerum, à sapientibus illud experiri volentibus inuenitur falsum. Matt. 17. Ideo dominus dicit, quod si quis credens dixerit huic monti quod se transferat in mare, fiet. Vnde alibi dicitur. Mar. 9. Si potes credere, omnia sunt possibilia credenti. Nec mirum, cum talis potestas credendi vel faciendi miracula possit consistere cum peccato. Ista enim est gratia gratis data, quæ quandoque est in peccatores sicut Apostolus videtur bene supponere vbi dicit. 1. Cor. 13. Si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam nihil sum. Acsi dicat, quod ista sine charitate fieri non possunt. Lu. 9. Sicut patet de isto, qui eijciebat dæmonia & tamen non sequebatur Christū, fides enim indubia totum facit, sicut patet infra vbi dictum est Apostolis, quod pp incredulitatem suam non poterant dæmonium eiecisse. Mat. 17. Et alibi si non hæsitaueritis, non solum ficulneam arescere, sed etiam montes transferre poteritis, sicut patet hic de Petro, Matt. 21. qui non fuit mersus nisi quando incepit dubitare. Modicæ inquit fidei quare dubitasti? ¶Vel dic quod exemplo Petri, nos alij, qui quandoq; descendimus ad nauiculam in mare. i. in claustro ad negocia mundi & contemplationis securitate ad actiuæ uitæ fluctuosos labores, & nihilominus ad Christum sæpe currimus & in ipsis aquis, i. in mundi negocijs nos posse saluari speramus. Verum quia ventus validus tribulationū nos agitat, hinc est φ quandoque in malis complacentijs mergi incipimus, qua propter non immerito damnationis periculum formidamus. Nos igitur, quando istam mersionem sentimus, ad Christum debemus per orationem clamare & ipsius auxilium implorare, dicentes, dñe saluum me fac. Ps. 68. Et illud: Non me demergat tempestas aquæ &c. Ipse vero si nos deuote clamantes inueniat, statim manum suā adiutricem extendet & nobis dulciter subueniet & succurret. ¶Vel dic, quòd exemplo Christi sunt multi boni Christiani idest boni & sancti uiri qui prima facie creduntur esse phantastici, idest hypocritæ & vani, quando super aquas prosperitatis mundanæ vitæ videntur transire per cōtemptum & mundi gloriam conculcare, sed ex operib. viri sequentibus veri probantur, ita quod ipsis mediantibus alij ad conculcationem similem prouocātur, dicentes: Domine D
si tu es (inquit) iube &c. Ioan. 10. Opera, quæ facio, testimonium perhibent de me.

CAPITVLVM XV TEXTVS.

Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisei. Moralitatum Cap. 11.

Cvm dominus descenderet in partes tyri & sidonis, ecce mulier chananea à finibus illis egressa, & secundū Mar. 7. domum ingressa clamauit, Dñe miserere mei fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Vnde quia ista non erat de genere Israel, sed de genere syrophenissa, dominus quasi non audiens eam pertransibat. Dicebat enim se non esse missum, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et quia non erat bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, quia tamen dicta mulier clamans & orans instabat, & canes comedere de micis de mensis dominorum cadentibus allegabat. Etiam (inquit) domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Ideo dominus misertus sibi dixit, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti, & sanata est filia eius in illa hora. ¶Ista mulier chananea & gentilis significat eius conscientia atque mentem seu voluntatem, quandoque igitur fit, quod mulier ista, scilicet peccatrix anima de finibus tyri, quæ interpretatur angustia, & de finibus sidonis, quæ interpretatur commotio iniquitatis, scilicet de statu peccati, quod ponit animam in commotionem inconstantiæ & in angustiam desperationis, & tristitiæ, per contritionem egreditur, & domum spei & securitatis, scilicet statum pęnitentiæ ingreditur gemens & flebilis pro filia sua, idest pro mente & uoluntate sua diu à dæmone per peccatum obsessa, Deum humiliter depræcatur. Dęmonium enim tunc filiam nostram vexat, quando peccatum mentem nostram per diuersas concupiscentias & miserias flagitat atq;

E turbat.Vnde Matt. 9. Filia mea modo defuncta est.Sed sæpe fit,quod diuina pietas statim non exaudit,quinimmo vexationem istius filiæ, idest peccata nostra & mentis nostræ miserias dissimulatione pertransit. Videt enim, quod ex hoc fragilitates proprias cognoscit, & sic ad recurrendum ad dominum fortius inardescit. Vnde dicitur. Sap.11. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.Vnde dominus videtur animæ dicere illud,quod subditur. Non est (inquit) bonum sumere panem filiorum & mittere canib. Acsi diceret. Non decet gratiam impendere peccatoribus, sed filijs & personis sanctioribus.Sed ipsa debet subiungere,ẽt Domine:nam & catelli edunt de micis, quæ cadũt de mẽsa dominorum suorum.Hoc est dictu, Etiam peccatores dẽnt refici tuis beneficijs,quia tu venisti non iustos,sed peccatores saluare,& ideo filiam meam,i.mentem meam debes liberare.Et vere si dñs perseuerantiam in nobis videat,& istũ ardorem deuotionis inueniat in nobis,ipse dico,qui est panis vitæ, qui potens est canes & filios, idest peccatores, iustos misericorditer satiare.Ps.35.Homines & iumenta saluabis domine.Istam vexationem tentationũ & uitiorũ à nobis auferet,& mentem nostram trãquillam faciet. Vnde dr̃ Mar 7.sic inuenerunt puellam super lectum & dęmonum ab ea exiuisse &c. ¶Vel dic quod gentilis ista mulier significat gentilitatem,cuius filia.i.cuius gens dęmonijs per idolatriã subiacebat.Hanc igitur filiam,idest gentem gentilium, dominus non statim à principio curauit,sed aliquandiu lãguere permisit,quia ipse,qui erat panis filiorum, principaliter ad oues & ad filios Israel fuit missus, quorum patribus erat repromissus.Finaliter tñ istam filiam liberauit, quando per Apostolos suos fidem suam gentibus prædicauit.Thr.4.Gaude filia ædom,ad te quoque veniet calix,i.fides. ¶Vel dic qđ panis filiorum,i.sacra theologia non debet canibus dari.i. in negociorum secularium vsibus deputari. ¶Vel dic quod canes sunt obstinati & infideles,vel etiam simplices atque rudes.Panis igitur filiorum, i.subtilitates & arduitates fidei & sacræ scripturæ,quæ solis spiritualibus filijs.i.fidelibus & scientificis viris debent dari,non debent istis canibus prædicari,Vñ dr̃.Matt.7.Nolite sc̃tm̃ dare canibus & margaritas
F nolite ponere ante porcos,ne forte cõculcẽt eam pedib.& cõuersi dirripiant vos.¶Hic dr̃ ꝙ ante dñm posuerunt cęcos & claudos,quos vt sanauit,miratę sunt turbæ videntes mutos loquentes,cęcos videntes,claudos ambulantes, & magnificauerunt eum.¶Sic vero nos debemus gaudere, & ad mirari,& dominum magnificare,quando videmus quod ꝑ eius misericordiam infirmi sanantur,idest peccatores conuertuntur,& quando muti, idest obstinati per confessionẽ loquunt̃,cæci, idest ignorantes per discretionem vident, claudi,idest ad bene operandum inhabiles per bona opera proficiunt.Lu.15.Gaudiũ.n.angelis Dei est super uno peccatore pœnitentiam agente,quia sancti viri & angeli summe debent de conuersione peccatorum gaudere.

EX CAPITVLO XV TEXTVS.

Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit.
Moralitatum Cap. 12.

VIdens Iesus multitudinem hominum,qui ipsum secuti fuerant in desertum, cœpit dicere de eisdem. Misereor super turbam,quia iam triduo perseuerant mecũ, nec habent quid manducent,& dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia,quidam enim eorum de longe uenerunt. Igitur cum discipuli nihil pręter septem panes & pisciculos paucos haberẽt,iussit eos distribui,& fuerunt inde quatuor milia hominum satiati,q.a.s. de tam paucis cibis ad satietatem satis sumpserunt,septem vero sportæ de reliquiis remanserunt.¶Sic cum Christus in deserto huius mundi multos videat,qui iam triduo idest in fide trinitatis cum eo ꝑseuerant,timens ne ꝑꝑ defectum spiritualium ciborum deficiant in uia perfectionis & morum, voluit quod discipuli sui,idest ecclesiarum ministri septem panes cum pisciculis paucis, idest septem ecclesiastica sacramenta cum cæteris sacramentalibus remedijs ipsis distribuant, vt spiritualiter refecti in hac via fortiores existant. Septem vero sportæ, i. septem virtutes morales supersunt,quę ex septem sacramẽtis subueniunt & succrescunt.Et illorum, quidam de longe venerunt,qui de statu peccati ad pœnitentiam app quant.Vnde Iosuæ 9.De terra longinqua venimus se De hoc autem vbi Christus petijt à discipulis suis,qu sum esse dicerent homines &c.vbi ponitur responsio & mendatio Petri,necnon multa alia dicta Christi, nu no.Igitur aduerte circa Christi transfigurationem.

CAPITVLVM XVII TEXT

Et post dies sex assumpsit Iesus petrum & Iacobu & Ioannem. Moralitatum Cap. 13.

ASsumpsit Iesus secum Petrum, Iacobum & Io & duxit eos in montem excelsum seorsum & guratus est ante eos & resplenduit facies eius sicut so menta autem eius facta sunt alba sicut nix. Facta est eius altera sicut dicit Luc. 9. Et apparuerunt illis Mo Helias loquentes cum ipso.Ecce autem nubes lucida brauit illũ.Et ecce vox de nube dicens,Hic est filius trus autem tunc dixit.Domine bonum est nos hic esse faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnu Heliæ vnum.¶Ista possunt applicari, quod quicunq spiritualiter transfigurari & ꝑ conuersionem & pœn in virum spiritualem & scientificum transformari, sequuntur,hic debet per ordinem operari. Debet ei mo seorsum,idest à tumultu hominum recedere, contemplationis & cœlestium affectionis ascende Iacobum & Ioannem idest bonam societatem qu non coram alijs cõuersari personaliter & manere te omnia bona societas est quærenda,& turba ma minum fugienda.In montem (inquit) seorsum.Vnde moribus dicit quod solitudinem quærit,qui cum in bus vult viuere.Vnde dicitur.Eccl. 27. In medio cogi legem Dei assumere esto.tunc enim homo per conu nem facilius trãsfigurabitur & facies suæ mentis per & discretionem sicut sol splendebit & illuminabitu mentum suæ conuersationis per candorem innocen tinentiæ & decentiæ sicut nix dealbabitur,& sic spec ditionis suæ in aliam alterabitur & vertetur.Vnde d 10 Facta est (inquit) species eius altera. Mutaberis in alterum.Et tunc Moyses idest lex & scientia, Helias, sanctitas & innocentia ipsum concomitabuntur, & doctrina quantum ad primum,bonaq; sancta vita,qu ad secundum apud eum permanebunt,quia ista sunt bus tota lex pendet,& prophetæ.Talis etiam sic figura mutatus à nube splendida,idest à lumine cœlestis gra gloriæ obumbrabitur,& filius Dei dilectus merito vo tur & ut audiat ab alijs in Dei spiritualem filium elig Hic est (inquit) filius meus dilectus,in quo mihi bene placui &c. Quia re uera tales merentur filij Dei nun ri,& quando aliud prædicant uel mandant,ab alijs de audiri,& si prælati fuerint,eis obediri.Vnde Io.2.Qu que uobis dixerit facite &c.Et alibi. Exo. 23. Obseru & audi uocem eius &c. Si enim moderni prædicatores sent & à turbis & à secularibus negocijs segregati,& in tem contemplationis eleuati per spiritualem conuer nem & à communibus moribus hominum exaltati & profecto à secularibus audirentur,& verba eorum & dicationes libentius implerentur,ita quod ibi dicerẽt Abac.3. Domine audiui auditum tuum & timui. Tunc certo Petrus,Iacobus,& Ioannes,idest socij & uicini rum sanctitatem & gloriam uidentes poterunt dicere mine bonum est nos hic esse, quia in societate talium riabuntur adesse,& tria tabernacula se velle facere dic in quantum sanctæ trinitatis fidem ipsorum prædica cognoscent.Domine (inquit Petrus) bonum est nos hic faciamus hic tria taberuacula.¶Vel dic quod illi, qui Petrus.i.agnoscentes per discretionem & sapientiam bus,idest supplantantes diabolum,mundum & carnem humilitatem paupertatem & continentiam:Ioannes, gratiosi per puritatem & innocentiam, digni erunt Christo montem ascendere paradisi & ipsum contem spiritualiter & videre. Esa.33.Regem in decore suo bunt.¶Vel dic,quod iusti debent in semetipsis Christo, interpretatur unctus, idest pietati;Moysi legislatori, veritati:Heliæ,q Achab reprehendit,& prophetas Ba cid

A ris,idest iustitiæ & ueritati tria tabernacula præparare,s. pietati in affectu seu in cõcupiscibili ueritate,in intellectu seu in voluntate,iustitiæ uero in irascibili debẽt domiciliũ dedicare & tunc poterit dici illud Ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum &c.Quidam puer oblatus est Christo vt sanaretur,erat enim (sicut dicitur) lunaticus. vide Matt.17 de didrachma.Illi,q tributum siue didrachma recipiebant de singulis pro humanis conquesti sunt Petro de Christo,eo quod non solueret censum illum. Quo comperto Christus Petrum ire ad mare & hamum mittere præcepit,& staterem in ore primi piscis ipsum reperturum ꝑdixit,quem pro se & pro Petro ne scandalizarentur,exactoribus iussit dari. Nunc (inquit) ne scandalizemus eos vade ad mare,& staterem, quem in ore primi piscis reperies, da eis pro me & pro te.¶Ista possunt allegari exemplariter,qđ multa pro uitando scandalo sunt facienda, quæ alias fieri non deberent.Constat quod Christus tributo non erat obnoxius,& tamen ne suscitarent scandalũ fieri uoluit tributarius.Homo enim quãtuncunque sit liber aut nobilis, dẽt quandoque contra libertatem,dignitatem aut nobilitatem propriam dissimulare & facere, vt sic scandalum & aliorũ offendiculum valeat euitare & ne causas litium,vel discordiarum possit si secus faceret,suscitare.Vnde dr̃.Matt.18.Ve homini illi,per quem scãdalum venit.¶Vel dic,quod Christus,vel Petrus,qui pecuniam non habebant,designant pauperes,& maxime religiosos.Piscis vero qui staterem in ore habebat,mundi diuites significat,qui in mari huius mundi vagantur diuitias & pecunias accumulant,quandoque igit̃ Christus & Petrus,idest religiosi & pauperes indigent pecunia & maxime quãdo habent soluere naula aut dona vel tributa ad pisces,idest ad diuites cũ hamo humilis piscationis & supplicationis recurrunt,pro certo ipsi diuites seculares dñt pro eis soluere & pro transeundo periculo vel euitando scandalo necessaria ministrare, in hoc ipsi pisces, idest mundi diuites & uoluptuosi,Christo & suis pauperib. proficiunt,quia loco & tempore suis pecuniis & diuitiis ipsis necessaria prouident.Sicut de pisce legitur Io. 2.qui ionam protectum in mare recepit & eum ad littus sanum &
B saluum detulit & eiecit.Igitur boni diuiti dicitur illud Ps.9. Tibi derelictus est pauper &c.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes Quisputas. Moralitatum. Cap. 14.

HIc ponitur de illo puero proposito maioribus in exẽplo,qui dicitur fuisse Marcialis, quem dominus aduocans statuit in medio eorum & dixit.Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste hic magnus est in regno cœlorum &c.¶Hoc potest adduci ad hoc quod Christus diligit innocentiam & humilitatem & quomodo ipse zelat pro pauperibus & simplicibus dicẽs.Qui recipit paruulum unum talem,me recipit,& qui scandalizat &c.¶Dicitur hic, qđ qui centum oues habebat,perdidit vnam,qui relinquens nonaginta nouem i deserto & vadit illã q̃rere,q̃ errauit. Et alibi dr̃.Luc.15.Et cũ inuenerit eam,imponit in humeris suis gaudens & conuocans amicos suos, & gaudent quamplurimi super illam.Sic (inquit) gaudium est Angelis super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanouẽ iustis,qui non indigent pœnitentia. Non enim est uoluntas apud patrẽ vestrum, vt pereat vnus de pusillis vestris.¶Ista exponũtur de angelis & hominibus:In principio enim habebat Deus centum oues,idest angelos & homines, quia.s. nonaginta nouẽ q constãt ex nouenario in seipso multiplicato,angelos significant, qui in nouem ordinibus sunt distincti.Vnus vero restans numerus humanam naturam designat,quia ab illo vno homine tota processit. Videns igitur Christus ouem vnam de grege suo perditam & errantem.s. humanum genus dimissis nonaginta nouem ordinibns angelorum in deserto paradisi venit in hunc mundum personaliter quærere ouem istam, s. humanam naturam, quam suis humeris per beatam incarnationem imposuit & ad desertu n paradisi cum angelis reportauit, & amplius super inuentione & saluatione eius ad literam gauisus est, quam super nonaginta nouem,idest super nouem angelorum ordines,quos scilicet non assumpsit.Multo enim plus uidetur C homines quam angelos dilexisse & de salute eorũ amplius lętatus fuisse,inquantum humanam naturam non angelicã legitur assumpsisse,dicens illud Prou.8.Delitiæ meæ sunt cũ filijs hominum &c.¶Vel si uis dic ista ad ostendendum quãtum gaudium est Deo & angelis eius super conuersione hominis peccatoris.¶De uno seruo nequam hic agitur qui debebat regi decem milia talenta, qui cum non haberet unde solueret quæ debebat,iussus est cum uxore & filijs venũdari,& omnia,quæ habebat distrahi,vt pecunia solueretur. Verum quia seruus iste ad pedes dñi supplex ꝓcessit & dilationem poposcit.Patiẽtiã (inquit) habe in me & omnia reddã tibi dñs misertus eius nõ solũ ei dilationem dedit,immo totũ debitũ relaxauit. Iste tñ seruus dimissus cuidã seruo & debebat sibi centũ denarios,simile facere noluit, quinimò cũ dilationẽ peteret,ipsum tñ in carcerem donec redderet debitũ,alligauit.Rex vero audiẽs hoc reuocat seruũ & suã impietatem increpans sic perorat.Serue nequam omne debitum dimisi tibi,quia rogasti me,ideo oportuit te misereri cõserui.Iratus igit̃ rex ipsum carcerib.tradidit donec vniuersum debitum redderet,& ipsum uerberib.condemnauit.Ista parabola saluatoris exponit̃ per seipsam & ad hoc principaliter vr̃ tendere,ꝙ illud ꝙ aliquis uult sibi fieri, alteri debet facere & qui a Deo vel prælato relaxari, desiderat,dẽt istos,q sibi sũt obnoxij,relaxare & suis iniuriatoribus misericordiam petentibus indulgere.Vnde dr̃.Eccl.28. Dimitte proximo tuo nocenti te,& alibi:Dimitte & dimittetur vobis.Lu.6.Cuius tamen fit contrariũ,quia multi sunt sicut seruus iste qui bene voluit ꝙ secum agat̃ misericorditer,ipsi vero non cum alijs agere volunt nisi crudeliter.Volunt.n.quod ipsis misericorditer indulgeatur,& tamen si q̃s eis aliquid debeat vel aliquam iniuriam faciat nolunt quiescere quin lædatur. Constat enim quod rex omnium Deus cuilibet condonat,cuilibet parcit & remittit, & crudeles & mali alijs suis debitoribus vel iniuriatoribus non remittunt,sed potius crudeliter punire vel exigere cuncta uolũt, sicut ad literam patet de multis, q in infirmitate positi sibi spiritualiter postulant & supplicat a Deo misereri & tamẽ D
quando sanantur solẽt contra alios impie debacchari. Vnde Eccl.28.Homo homini reseruat iram & à Deo quærit medelam.In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem quærit à Deo. Sed pro certo rex Christus contra tales ingratos finaliter surget,& eos tortoribus infernalib.tradet,dicens.Serue nequam,nonne oportuit te misereri conserui tui sicut & ego &c.Et iterum:Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam.In.19.c.ponuntur multa,quæ quia exposita per saluatorem videntur,ideo transeo ad alia.

CAPITVLVM XX TEXTVS.

Simile est regnum cœlorum. Moral. Cap. 15.

QVidam paterfamilias habẽs uineam exiuit primo mane conducere operarios in eadem vinea:conuentione autem facta de denario pro labore diurno, hora prima quosdam in vineam misit, tandem hora tertia atque meridiana alios & alios in foro reperit & omnibus idem promittens precium ad uineam destinauit. Finaliter hora nona alios reperiens ociosos & ipsos pro eodem precio in vinea cum alijs collocauit dicens. Quid stati hic tota die ociosi?Dicunt,q a nemo nos conduxit.Ite & uos in vineam meam & quod iustum fuerit &c. Vespere autem facto procuratorem suum misit operarios uocare & mercedem reddere,præcipiens à nouissimis incipere, & tñ vltimo sicut primo dare. Cum igitur singuli singulos denarios acceperãt,q primo uenerant arbitrati sunt,quod plus accepturi essent.Quod cum nõ fieret,murmurabant contra patrẽfamilias dicẽtes.Hi nouissimi tantum vna hora fecerunt & pares nobis illos fecisti,qui portauimus onus diei & æstus. Quibus dñs uineæ in hæc verba respondit:Amice non facio tibi iniuriam ex denario diurno conuenisti mecum?Tolle qđ tuum est & vade,quia volo & huic dare similiter. Et subiungit hic,ꝙ sic erunt nouissimi primi,& primi nouissimi.¶Ista parabola potest applicari ad multos motus & modos for-

E tunæ uue occultę Dei prouidentiæ. Ista.n. hñt vnũ iudicium in quo nõ est rõnẽ inuenire nisi, Sic volo, sic iubeo, sit ꝓ rõne voluntas. Iste.n.qñq; dat tantum parum merito sicut benemerito & quandoque citius soluit vltimo veniẽtem, tardius vero quam amplius laborantem, quia etiam vtī mundi cursu videmus, nouissimi efficiuntur primi & primi nouissimi, quia qui amplius in vinea ecclesiæ laborauerunt, & primo solui beneficiari præmiari meruerunt, aliquotiens postponuntur. Illi vero qui parum vel nihil fecerunt, s. adulatores, cõsanguinei, qui ultimi esse debuerant, præponunt sicut uidemus in curiis dominorum vbi semper solent præ diligi magis noui. Vnde dicitur. Leu. 26. Nouis superuenientibus uetera proijcietis. Vnde quando isti benemeriti conqueruntur de suis ingratis dominis, vel etiam de fortuna dicẽtes se diutius laborasse & nihil ultra alios recepisse dicentes illud, Per totam noctem laborantes nihil cępimus. Luc. 5. Videtur, quod ista est responsio eorum, quia. s. mali pręlati vel domini dicunt. Nonne ex denario diurno conuenisti mecum, i. nonne sufficit, tibi, quod vestes & cibos habueris & remittunt eos quandoque vacuos & sine honore dicentes. Tolle quod tuum est & vade, volo enim huic nouissimo dare sicut & tibi. Fortuna enim illud idem respondet de ipsa conquerentibus. An (inquit) non licet mihi facere ꝙ volo, s. de bonis meis? Volo huic, qui nihil fecit, tantum dare sicut tibi, q satis meruisti. Tolle quod tuum est & vade. Quasi diceret. Nihil habes tuum, nisi quod uolo dare sicut dicit Apostolus. Rom. 11. Si ex operibus, iam non esset gr̃a. Et alibi. 1. Tim. 6. nihil tulimus in hunc mundum &c. Vel allega cõtra quosdam pomposos dominos, qui hora prima, tertia & nona quot inuenerunt familiares, tot in domibus suis recipiunt, & de familia sua faciunt. Ite, inquiunt, & vos in uineã meã, sed in sero, i. in fine omnes æqualiter præmiant, quia parum aut nihil ab eis reportant, tolle (inquiunt) quod tuũ est, & uade: Sicut isti seruitores faciliter recipiunt, ita facili-
F ter reijciunt, & parum ipsis de lucro tribuunt. Vel dic, quod paterfamilias est Deus, cui æterna prædestinatio ad vineam .i. ad ecclesiã vel fidẽ uel ad alios status alijs vocauit tꝑibus, quia. s. quosdam hora prima. i. in pueritia, alios hora tertia .i. in iuuentute, alios hora nona, i. in senectute ad fidem vel ad pœnitentiam vocare non cessat, quibus denarium diurnum, i. vitę æternæ pręmium promittit generaliter & dispẽsat. Ista tñ est veritas occulta istius patrisfamilias sententia vel iustitia & prouidentia, ꝙ non semper plus & prius laborantes alijs præferuntur: immo qñq; fit ꝙ ultimo conuersi & minus in prima facie parent meriti, ad cęli p̃miũ ꝑponũtur, sicq; fit ꝙ primi nouissimi ẽt aliquotiens habeant. Patet .n. ꝙ illi q vltimo cõuertũt ad dñm, frequẽtiori studio qñq; antiquiores in meritis, & per consequẽs in p̃mijs antecedunt. Patet ẽt ꝙ gentiles vltimo ad dñm conuersi, qui diutissime ociosi exciterãt, cum nullus eos ante Apostolos cõduxisset, iudæos, quia principio fideles extiterãt fide & morib. ad gloriã peruenerũt. Patet insuper, qđ subditi superiorib. seculares ecclesiasticis & laici sciẽtificis & religiosis qñq; meliores existũt & sic nouissimi primi fiũt. Qñq; ẽt occulto Dei iudicio boni cadunt, impij cõuertunt, & in aliorũ gloria succedunt. Vñ Iob 34. perdidit multos & innumerabiles & regnare faciet alios ꝓ eis. De q̃b. non pñt conqueri priores qa cũ fides, gr̃a & gl̃ia nõ sint ex meritis nr̃is, sed ex Dei mĩa. Iuxta illud Ad Ti. 3. Nõ ex opib. iustitiæ, q̃ fecimus nos sed s̃m magnã mĩam suã saluos nos fecit. Nulli facit Deus iniuriã si alteri alterũ anteponit, ꝑp ꝙ dicit, non facio tibi iniuriã, volo huic dare sicut & tibi. Accipe ꝙ tuũ est. Et hoc sicut dicit Apl̃s. Ro. 9. Nõ est volẽtis neq; currentis sed Dei miserentis. ¶Vel expone sicut exponit Gregorius de illis q in mũdi principio & in fine cõuertunt ad fidẽ ꝙ tñ primis & vltimis sp paterfamilias Deus paratus est dare mercedẽ. Vñ Petrus in aurora dicit. Qui uenit extremus dispẽsatore vocãte, tãtũdẽ recipit sicut q uenerat ante. Sic Deus oñdit ꝙ qñq; venimus. Aggrediamur opus certi de munere sum⁹. ¶Vel dic ꝙ moral̃r vinea & aĩa oparij sunt sensus & affectus, qui ad operãdũ dñt mitti, & si ociosi fuerint, dñt increpari. Et si oẽs simul habere nequeant, saltẽ vnus post alium dẽt paulatim ad uirtualẽ oꝑationẽ inclinari, p̃miũ ẽt æternæ retributionis cũctis dabit, qñ in sero in fine seculi nr̃is sensib. æterna gloria cõcedit. ¶Hic habes ꝙ discipulos inter se q̃rẽtes qs eorũ videret maior in regno cęlorũ, militatẽ reducit, sed de hoc nihil ad pñs. Hic dr̃ q ci, qui pęnes viã mendicantes sedebant, audito ꝙ Ie zarenus transiret, inceperunt fortiter clamare. Fili D serere nostri. Cũq; turba eos increparet ne facerẽt, to magis clamabant, miserere. Quod ut Iesus agno los ipsorũ tetigit, & visum eis restituit, qui statim ip alijs secuti sunt. Mar. 10. Aduerte tñ, quod Marcus & non ponunt nisi vnum. Lu. 18. Et forte vnus erat alter mosior, iõ ibi de alio subticetur. ¶Allegorice duo cæ duo populi iudæi & gentiles, qui cæci sunt ꝑ ignora sedentes per pigritiã, mendicantes ꝑ auaritiã, secus vi inanis gloriæ apparentiã, & ꝑ mundi negociorũ con tiã, merito esse dicebãtur. Christus.n. nõ obstante turba cerdotum & pharisæorũ, illos per fidẽ illuminauit, & duos populos, seu multos de ipsis, per gratiã suã tetig ad sequendum se per fidẽ & bonã operationẽ induxit 7. Vnde de duob. fratrib. quos uocauit Iesus de naui, dre lictis retib. & patre secuti sunt eũ. ¶Vel dic ꝙ hõ dũ ta, põt dici cæcus secus viã mendicans. Expone vt Et ideo iste quando audit Iesum transeuntem, & sibi ap pinquantem. i. quando uidet, quod nunc est tempus di, & quod nunc est nobis danda potestas Christum & misericordiam inueniendi, statim cum clamore ora & confessionis debet ad eum recurrere, & illumina spiritualis. s. gratiæ & influentiæ beneficiũ implorare vultis (inquit) vt faciã vobis? Dñe (inquiunt) vt aperia oculi nostri. Ps. 12. Illumina oculos meos &c. Quinimmo si talis videt, ꝙ turba præteriens, i. tentationum, tum, cogitationũ & tꝑaliũ sollicitudinũ tumultus & negociorum anfractus ipsum increpet, & à clamore sionis vel orationis ipsum impediat vel retardet, ip multo magis debet insistere, illius turbæ impetum rare, & à Christo misericordiam implorare, dicens. M re mei fili Dauid. Et pro certo si dominus viderit clamantem, & in illo clamore perseuerantem ipsum nabĩt & tanget per gratiam & ueram cognitionem, tem pc̃ti & ignorantiæ sibi tollet, ita quod per bonam rationẽ & discretionẽ post Chr̃m imitãdo sequetur ret, dicens illud. Mat. 8. Magister sequar te &c. Hic po titio matris filiorũ zebedei, sed vide infra in euan. Mar De ingressu dñi sup asinam Vide Luc. 19. me euersione sarũ & eiectione colũbas vendentium vide in euang.

CAPITVLVM XXI TEXT

Et cum appropinquasset. Hierosolymis & venisset betphage. Moralitatum Cap. 16.

CVm semel Christus esuriret, & ficum prope conspiceret, iuit ad eam, si quid forte fructuum reperiret, qui tamen non fructus sed folia reperit, nõ erat tempus ficuum. Mat. 11. Ideo ficum continuo male dicens. Nũquam ex te fructus nascatur, & statim aruit, ita quod nunquam amplius fecit fructũ. ¶Ista ficus p verbosos homines significare, qui foliis verborum ab fructum tamen operis & efficacię non habent. Regula est, quod vbi est verbositas & iactantia & elatio maior, operis & efficaciæ nec non diuitiarum & amicitiæ sole pia fieri minor. Vnde in Prou. 14. Vbi verba sunt plurima frequenter egestas &c. Quia qñ Christus esuriens. i. q indigens ad tales currit, & fructus alicuius solarij vel lij in eis inuenire se credit, satis folia. i. promissiones & ctantias reperit, fructum vero nullum inuenit. Quod de pocritis est verũ, in quibus sola verborum & foliorum nitas, & solus conuersationis viros: nullus aũt bonæ op tionis fructus inuenit. Quapp tales infructuosi a Deo dicunt, & uirore suæ exterioris conuersationis fictæ tur, & ariditate paupꝑtatis dãnant. Verbosi .n. & vanit merent arescere, & uirorẽ suę cõuersationis ꝑdere Vnde dr̃. Mar. 11. Rabbi, arbor cui maledixisti, aruit. conuersatio sine bona vita nõ põt durare, sed cito de Iuxta illud, Natũ aruit, qa nõ habebat humorẽ. Lu. 8. Sen. de morib. ait. Nunquã bonæ honestatis longa e latio. ¶Hõ qdã habuit duos filios, & primo dixit, vade rari in vineã meã. Qui rñdit patri, nolo tandẽ vero

A iuit. Postea pater iuit ad alterum, & similiter dixit, q̃ rñ eo dñe, & tñ non iuit. Quos igitur horũ (q̃rit dominus) volũtatem patris. Rñsum est ꝙ primus. Et Chr̃s ex hoc contra principes sacerdotum dixit, quod publicani & meretrices præcedent eos in regno Dei. Venit.n. (inquit) Ioannes in uia iustitiæ, & non credidistis ei, pc̃tores vero & meretrices crediderunt ei. ¶Istã igit̃ saluator noster parabolã exponit. Vr̃.n. supponere ꝙ paterfamilias est Deus, qui duos filios habuit in mundo. i. duo genera subditorum, primos & secundos, s. ecclesiasticos & laicos, quos ambos ad laborãdũ & ad bene operãdum in uinea sua. i. in ecclesia vel in aĩa cõuocat, & ad hoc vtrunq; s̃m maius & minus ordinat. Primo tñ populo ecclesiastico ista ꝑcipit. Scd̃o. s. seculari & laico inquiens. Matt. 20. Ite in uineam meam, & ꝙ iustũ fuerit dabo vobis. Sed vere magna est differentia in istis, qa primi dicunt & non faciũt, secundi vero non dicunt, & qñq; tñ faciunt. Cõstat.n. ꝙ multi sunt ecclesiastici, q promittunt & dicũt se velle in uinea Dei laborare, & hoc potissime in susceptione ordinis vel beneficij, vbi tam publice quã occulte se obligant ad laborem, & ad bonorum operum exercitium & culturã, quia istis vr̃ dictum illud Apostoli. 2. Ti. 2. Labora sicut bonus miles Chr̃i. Et tñ isti sunt qui omnino nihil de ꝓmissis faciunt, sed ꝙ Deo uouerunt prętermittũt. Vnde. Matt. 23. Dicunt.n. & non faciunt. Econtra alij sunt sæculares, & alij magis leues, qui prima facie mandato domini contra dicunt, & quando eis aliquid iniungitur lingua & morib. totũ spernunt. Hier. 2. A seculo confregisti iugum, dixisti, non seruiã. Et tamen isti ad cor reuersi, multa bona opera faciũt, & cõtra illud ꝙ ꝓmiserant, bona agunt, qa sæpe fit ꝙ seculares, q leui & seculari cõuersatione vident Dei patris mandata contemnere, & tñ faciunt plura bona q̃ illi, qui ex ꝓmissione tenentur facere facta magna. Ecclesiastici.n. habẽt verba & nõ opera, seculares vero habent opera & non verba; & ideo isti & non primi dicuntur facere diuina præcepta, cũ plus placerent domino bona opera quam ꝓmissa. Iõ bene dr̃ istis, quod peccatores & meretrices ipsos præcedent in regno Dei, quia seculares, q peccatores videntur prima facie eliguntur. Isti vero, qui iusti crediti fuerant, respuent. Vnde dr̃ Mat. 8. Multi uenient ab oriente &c. Et sequit̃. Filij
B aũt regni eijcient foras. ¶Vel si vis allega istud generaliter ꝙ plus sunt attẽdenda opa q̃ verba &c. Iõ dr̃. Io. 10 Operib. credite, vide supra li. 14. c. 22. vbi ista figura ad litterã exponit ¶Hõ erat paterfamilias qui plantauit vineã, & sępe circundedit eã, & fodit in ea torcular, ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregre profectus est. Cum aduenientꝫ tꝑe fructuũ seruos suos misisset ad vineã agricolæ ipsos diuersis supplicijs affecerunt, & cum iterum misisset alios, similiter peregerũt. Qui cum vltimo filium mitteret dicens, Forsitan verebuntur filium meum, ipsum ẽt occiderunt, & eũ extra vineam proiecerunt dicentes. Hic est hæres, venite occidamus eum, & erit nostra hæreditas. Iste paterfamilias finaliter ad vineam suam veniens, istos operarios perdidit, & vineam alijs locauit. Vnde dr̃. Malos male perdet, & vineã suam locauit alijs agricolis. ¶Istud exponunt doctores allegorice, dicentes ꝙ paterfamilias. i. Deus à principio plantauit quandam vineã. s. synagogã. Es. 5. Vinea dñi sabaoth domus Israel est. In ista.n. fodit torcular, s. ciuitatẽ Hierusalẽ in qua botrus cypri fuit cõpressus, turrẽ, tẽplũ & sepẽ ei circundedit, i. diuinæ legis munitionẽ & ambitũ. Esa. 5. Plantauit vineã electã, lapides elegit ex ea, fecit torcular & ædificauit turrim, ipsamq; agricolis, i. filijs Israel & iudęis locauit, q Abraã & Moysi legem, i. cerimonias ordinauit, & iudæos in Hierusalẽ, i. in terra promissionis locauit. Ab eis ẽt ꝓfectus est qñ data lege suis arbitrijs ipsos dereliquit. Vnde tradidit seruis suis bona sua, & profectus est statim. Sed isti agricolæ à principio pessimi & rebelles fuerũt, quia seruos Dei, quos pro fructu bonorum operum reportãdo mittebat ad vineã multipliciter offenderunt, sicut patet, quia Moysen exacerbauerunt, & de regno suo Dauid expulerunt, Esaiam serra lignea seccauerunt, Hieremiam in Aegypto lapidauerunt, Ezechiel in babylone excerebrauerunt, Amos uecte perforauerunt &c. Vnde dr̃. Matt. 23. Ecce ego mitto ad uos prophetas sapientes & scribas &c. Finaliter misit filium suũ Iesum Chr̃m, quẽ nihilominus ꝓiectũ extra vineã, i. extra hierusalem occiderunt, ipsumq; & fidem eius respuentes, hæreditatem eius se habituros perpetuo crediderunt, inquantũ C .s. fidẽ Chr̃i ipso mortuo extinguere putauerunt, & sectam suam in æternum duraturam, & ipsos in Hierusalẽ mãsuros se arbitrati fuerunt. Matth. 21. Venite (inquiunt) occidamus eũ & nostra erit hæreditas. Et alibi Ioan. 11. Ne forte veniãt romani, & tollant nostrum locum & gentem, expedit vt moriat̃ homo. Sed eorum opinio facta est irrita, quia eo qđ hæreditatem Dei, s. terram iuda se habituros crediderunt per Chr̃i mortem, potius perdiderunt eandem, quia. s. paterfamilias Deus perdidit istos iudæos, & eos per romanos vẽdidit & dispersit, vineam suam, s. ecclesiam & fidem aliis agricolis, i. gentibus ad fidem conuersis tradidit, istos vero repudiauit & in infidelitate dimisit. Igitur bene concludit ibi. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructũ eius. ¶Vel dic mystice, quod vinea domini est ecclesia, in qua Deus à principio posuit torcular, i. memoriam dominicæ passionis, turrem, i. altitudinem contemplationis, septem, i. tuitionem pastoralis protectionis. Hie. 2. Ego plantaui te uineam meam electam, omne semen verum, qui agricolis, i. Christianis viris & ecclesiasticis ipsam colendam tradidit, & inde fructum bonorum operum expectauit, pro quib. habendis seruos suos scripturam legis psalmistarum & ꝓphetarum, vltimo vero filium suum misit, s. doctrinam filii sui euãgelicam. Isti enim sunt Chr̃i serui spirituales, q ad vineã ecclesiæ mittuntur, vt per eos fructum bonorũ operũ reportent. Sed re uera isti agricolæ iã oẽs istos expulerunt & occiderunt, quia ecclesiastici legem per prophetias & euangelia, diuinam scientiam & gratiam hodie quasi penitus deiecerunt. Nostra (inquiunt) erit hæreditas, quia hæreditatem ecclesię ac si esset suum proprium patrimonium sibi appropriant; & se non esse agricolas, sed dominos putãt, Ezec. 36. Dederunt terram meam sibi in hęreditatem. Et iõ pro certo (sicut iam videmus) dominos istos agricolas. i. viros ecclesiasticos diuersimode disperdit, & propter peccata eorum vineam eorum ecclesię aliis agricolis, i. secularibus tyrannis ipsam diripiendã tradidit. Esa. 5. Auferam sepẽ eius, & erit in direptionem. ¶Vel dic quod ista vinea est aĩa, cuius cultores sunt sensus & affectus, quia debitum suum non faciunt nec fructum bonorũ operũ Deo reddunt, sed seruos eius. i. bonas inspirationes strangulant & repellunt filiũ eius D idest Christum, & eius gratiam in seipsis interficiunt. Iõ finaliter isti perduntur, & vinea, i. anima ab aliis agricolis, i. à vitiis & dæmonibus occupatur. Psalmist. 79. Destruxisti maceriam eius, & uindemiant eam omnes prętergredientes? & exterminauit eam aper de sylua &c. De lapide reprobato uide supra secundo regum quinto: in fine.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.

Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fec. Moralitatum Cap. 17.

REx quidam fecit filio suo nuptias & misit seruos suos hora cęnę dicere inuitatis ut uenirent. Quib. nolentibus, misit alios seruos dicere. Ecce prandium meum paraui, tauri & altilia mea occisa sunt, & oĩa, parata, uenite ad nuptias. Inuitati uero noluerunt uenire: sed alius in uillam suã alius ad negociationem suam abiit. Quidã aũt ex eis seruos suos tenuerunt, & affectos cõtumeliis occiderunt. Quod audiens rex, missis exercitib. suis perdidit homicidas illos, & mittens seruos suos alios conuocat dicens. Nuptię paratę sunt, sed q inuitati erant, non erant digni. Ite igitur ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Serui aũt abeuntes congregauerunt bonos & malos, & impletę sunt nuptię discumbentium. Intrauit aũt rex ut uideret discumbentes & uidit ibi hominem nõ indutum ueste nuptiali, & ait illi. Amice quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc rex ministros uocauit, & eum in tenebras exteriores ligatis manib. & pedib. mitti iussit. Ibi (inq̃t) erit fletus & stridor dentium. Multi.n. sunt uocati &c. ¶Ista exponunt allegorice de gentilib. & iudęis. Cõstat.n. quod rex Deus filio suo uxorẽ, i. humanã naturã duxit, & ex hoc nuptias & solẽnitatẽ fidei catholicę & cõgregationẽ eccl̃ę catholicę celebrauit. Ad ꝙ cõuiuiũ primo iudęos uocauit qa. s. hui⁹ fidei fieri participes ipsos ꝑ aliis ordinauit Apost. Ro. 2. Iudęo primũ & gręco. Oĩa parata sũt di

E xerunt serui.i.prædicatores & apostoli,tauri & altilia occisa sunt,i.Christus & prophetæ & martyres ꝓ fide sunt mortui.Acsi dicerent. Omnia fidei testimonia & mysteria parata sunt,venite ad nuptias,i.ad incarnationis fidem . Esa. 35. Omnes sitientes venite ad aquas. Sed re vera isti ad nuptias venire noluerunt, sed potius ad villam suam,i. ad synagogam per incredulitatem abierunt,& multos de seruis Christi & prædicatoribus occiderunt,s. Iacobum Stephanum & & multos alios,ideo rex noster Deus pater missis exercitib. scilicet romanorum,illos perdidit & destruxit , & eos indignos nuptijs.i.salute & fide christiana iudicans, seruos suos prædicatores & alios conuocandos ad istas nuptias,i. ad incarnationis fidem misit.Ideo dr̃.Act.13.Vobis oportebat primum loqui verbum domini,sed qm̃ repulistis illud,& indignos uos iudicastis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad gẽtes &c.Isti igitur prædicatores ad exitus viarum,i.ad gentiles q non erant in via salutis,sed in exitu mittuntur, qui fidem recipientes ad ecclesię nuptias inducuntur,inter quos boni & mali pariter concluduntur , ita quod discumbentibus tam bonis quam malis nuptię iam implentur.Vnde Iob.3.Paruulus & magnus ibi sunt &c. Sed re uera in fine seculi rex iste Deus,ad suos fideles iudicandum,& ad discumbentes videndum ẽt ad examinandum intrabit,& istos, quos non indutos veste nuptiali videbit,i.charitate ẽt & gratia,ęternis vinculis,carcerib.& tenebris eos condemnabit,dicens. Amice quomodo huc intrasti , non habens vestem nuptialem , & quomodo in ecclesiam venisti,& fidem christianam suscepisti, cum vestem nuptialem,i.charitatem & grãm non acquisiuisti , sed potius peccatis & vitijs sorduisti? At ,ille statim obmutescet,quia (prohdolor) peccator nullam excusationem habebit,immo sine reclamatione in tenebras ibit,vbi erit fletus & stridor dentium.Vnde Apoc.16.Beatus q custodit pallium suum ne nudus ambulet.Et sequit̃.Multi sunt vocati,pauci vero electi.Et quia omnes generaliter ad fidẽ vocati sunt , & tamen multi propter defectum vestis nuptialis ad infernum descendunt,propter quod consulitur. Esa. 52. Consurge,consurge Hierusalem, induere vestimentis gloriæ ciuitas sancta. ¶ Vel dic,quod nuptiæ istæ statum signifi-
F cant ecclesiasticum, in quo tauri & altilia,i. actiui & contẽplatiui suis doctrinis & exemplis bonos antiquitus refecerunt, qui in fide Christi & in isto conuiuio,i.in ecclesiæ statu mortui sunt, ita ꝙ in sanguine suo uel bona vita statum ecclesiasticum fundauerunt.Quidam aũt sunt,qui ad illud cõuiuiũ venire renuũt,sicut sunt nobiles & auari,q magis negocia seculi & statum secularem quam statum ecclesiasticũ eligunt & exquirunt. Vnde Iob 30. Esse sub sentib. delicias computabant.Alij vero ad istas nuptias,idest ad ecclesiæ diuitias ardenter venerunt,ita quod iam discumbentib.i. clericis,religiosis & sacerdotib.plenæ sunt,in quibus boni & mali sine dubio simul viuunt. Veruntamen quia nullus ad aliud conuiuium,i.ad ecclesiastica beneficia vel officia venire siue intrare debuerat nisi sanctus,i.Deus, in fine seculi illos,qui sine veste nuptiali,i.sine gratia & conuersatione spirituali vixerunt, redarguet,& eos in tenebras exteriores,i. in inferno recludet dicẽs.Quomodo huc intrasti indignus, vbi nullus debet intrare nisi dignus,& tu es non habens vestem nuptialem? Tren.1. Vidit gentes ingressas sanctuarium suum:de quibus præceperas ne intrarent ecclesiam tuam.Et sic multi sunt vocati pauci vero electi.Quia multi intrãt ecclesiæ statum,pauci percipiunt paradisi fructum,sed potius infernales tenebras & luctum.¶Iudæi cũ postulassent à Christo si liceret censum dare cæsari,fecit sibi Christus afferri numisma census. De quo cum ab eis postulasset , cuius imago esset numismatis supscriptio,Et ipsi dixissent,Cęsaris,Christus respondit,dicens.Reddite igitur quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo.Acsi diceret , quòd illi debet reddi numisma,cuius imago est impressa. ¶Dic quòd cum duplex imago possit imprimi in numismate animæ humanæ christianæ,s.imago Dei,quæ fit per gratiam,& imago Cęsaris, q̃ dr̃ à cedendo , & interpretatur possidens princeps.i. figura diaboli,qui malos princeps mundi possidet,& peccatorem cedit & damnat,quæ imago in anima imprimitur per peccatum.Sic est quòd illud numisma.i.anima ista illi domino finaliter reddetur,cuius imago.i. figura per morum conformitatem in ipsa inuenitur,quia anima iusta quæ in se imaginem Dei repræsentabit,Deo reddetur.Anima vero ... trix cęsari.i.diabolo propter conformitatem simil... offeretur.Apoc.19.Qui acceperunt characterem &c. ... c.multæ redargutiones & maledictiones ponuntur, ... ta etiam dicta moralia,quæ omnia per se patent.In c... ro multa de vltima tribulatione ponuntur,sed vide... Luca.17.vbi ponam.Lu.21.¶In c.25.ponitur parabola d... cem virginibus,s.quinque prudentibus & quinq; fatuis ... sponso & sponsæ venientibus ad nuptias obuiam exie... & omnes istæ lampades tenuerũt in manibus. Ista tñ̃ ... ferentia,qđ prudentes cum lampadib.oleum habue... tuæ vero habuerunt lampades,sed oleo caruerunt.Ta... igitur moram faciente sponso, cum omnes virgines ... uissent,media nocte clamor efficitur.Ecce inquit spõ... nit,exite obuiam illi.Quæ cum surrexissent, & lãpades ... parassent , fatuæ carentibus oleo dixerunt: Date nob... oleo vestro,quia lampades nostræ extinguuntur. Quib... sponderunt.Ne forte non sufficiat nobis & vobis,ite po... ad uendentes & emite vobis.Dum irent emere,uenit sp... sus,& quę paratæ erant,cum eo ad nuptias intrauerunt ... clausa est ianua.Fatuæ autem uirgines uenientes , supp... ter aperiri petierunt,dicentes . Domine Domine aper... bis.Sed eis dixit dominus.Amen dico uobis,nescio uo... cludit igitur dñs,ꝙ quilibet debet esse paratus , quia n... quando ueniet sponsus.¶ Istam parabolam nunquã p... ita bene exponere sicut exponitur per doctores,& ita ... mus secundum Aug.quod secundum alios magis noue... cem virgines significant uniuersitatem animarum fidel... quæ pro eo decem dicuntur,qa obseruantiæ decem ma... torũ subiugantur.Istæ tamen memorantur esse bonæ & m... læ,prudentes & fatuæ , quia de fidelibus animabus con... aliquas esse bonas & aliquas malas, quæ tñ̃ oẽs quin... quia omnes tam boni quam mali quinque sensum p... bus submittuntur,uel quia bonę quinque sensib.impera... malæ uero eis seruire noscuntur. Istæ tamen inter se ... differunt, quia quamuis omnes lampades.i. exempla b... & splendorem aliqualem bonorum operum habeant,b... tñ̃ oleum piæ intẽtionis,& grãæ & deuotionis cũ lampa... habent.Malæ uero licet exteriorem splendentem app... tiam habeant,oleo tñ̃ piæ intentionis carent, accep... dib.non sumpserunt oleum secum,sicut maxime faci... pocritæ,qui non curant hr̃e ueritatis nitorẽ,dum t... exterioris apparentię splendorem.Contra quos Tull... cit:Quid prodest foris strenue agere :Oẽs igitur virg... oẽs aĩæ Christianæ,tam bonę q̃ malæ sperant ad nup... gni.i.ad conuiuium Paradisi finaliter ingredi,omnes... ctant sponsum.i. Chr̃m in resurrectione ultima uen... nuptiarũ introitum cõcessurum.Veruntamẽ,qa nũc ... necesse est ꝙ isti interim per mortẽ corporalẽ dormia... ꝙ tam boni quam mali debitum mortis soluant . Vn... Matt.26.Dormite iam & requiescite. Finaliter tamen ... nocte.i. subito & ex insperato clamor tubę Angelicę ... oẽs dormientes & mortuos per resurrectionem aduo... & ipsis aduentum iudicis patefaciet dicens.Ecce spõ... nit,exite de sepulchris obuiam ei.Hieronymus. Semper ... nat uox (inquit) illa terribilis in aurib.meis.Surgite m... uenite ad iudicium dñi.Tunc oẽs tam boni quam ma... gent,& lampades suas,idest bona opera pręparabunt ... merabunt & dicẽt,Domine in nomine tuo propheta... Veruntamen quia mali & hypocritæ oleum rectæ inte... nis non habuerunt,ideo lampades suorum operum e... guentur,inquantum fructu & utilitate omnimoda pr... tur.Prou.24.Vnde Lucerna impiorum extinguetur.Isti ... tur non proficiet,sed iustis & sapientib.dicẽt,date no... oleo uestro.i.iuuetis nos uirtute meritorum uestrorum ... tunc boni poterunt respondere . Ne forte non suffic... bis & uobis,ite potius ad uendentes & emite uobis &c. ... dicerent.Oleum meritorum nostrorum nõ est tm̃ quo... saluãdum nos & uos sufficiat,siue sufficere possit,sed ... tius ad uendentes,& uidete, quid uobis proficient ill... quorũ captando fauore lampades & non oleũ,i. op... na sine cõsciẽtia bona,dum uixistis,in seculo habuistis ... dicerẽt. Videte quid uobis proficit nunc uana gloria, ... laus & commendatio mundanorum.Et dicent. Vbi s... eorum in quib.habebant fiduciam: surgant & opitul...

A Ps.Dm.31.Sed pro certo dum isti volunt oleum bonæ conscientiæ emere,idest dum incipiunt bonam conscientiã habere,& de vanitate operum penitere,& tarde bonam conscientiam quęrere,sapientes,& bonæ,quę habent oleum cũ lampadibus,cum sponso Christo intrabunt nuptias Paradisi,& clausa ianua Paradisi, idest excluso tempore merendi, isti hypocritæ,& fatuæ perpetuo foras stabunt, & in inferno dolentes,nunquam apertionem veniæ seu cęli ianuæ de cętero impetrabunt. Vnde Matth.7.Non omnis , qui dicit mihi Domine,Domine,intrabit in regnum cœlorum. Ideo oleo bonę cõscientiæ muniamur,& semper parati & in bono vigiles inueniamur , vt quacumque hora sponsus Christus veniat,cum ipso ad nuptias inducamur.Eccl.9.Omni tẽpore sint vestimenta tua candida , & oleum de capite tuo non deficiat.Omnibus dico vigilate.¶Vel si vis dic , quòd illud quod hic ponitur , quòd fatuæ virgines pro eo quòd oleum non habebant,lampades suas extingui dicebant , potest contra hypocritas allegari,quorum lãpades,idest quorum conuersationis splendor non potest diu durare, immo cum oleum bonæ conscientiæ, intentionis & diuinæ gratiæ interioris istis deficiat,necesse habet cito extingui & deficere.Sene.Nihil, quod simulatum est & fictum,potest esse diuturnum.Vnde Iob. 18. Nonne lux impij extinguetur. ¶Vel dic,quod quilibet debet plus se dil gere quam alios,qa charitas incipit à seipso,vnde vbi homo non potest sine sui p̃iudicio alteri subuenire,debet illum dimittere , & de sua solummodo salute tractare exemplo prudentium virginum q̃ dixerunt.Matth.25.Ne forte non sufficiat &c. ¶Vel ista allega quòd semper debet quilibet esse paratus , pro eo quòd Christi aduentus est incognitus & incertus , vt quacumque hora clamor diuinæ uocationis insonuerit,& ipse Christus per mortem decreuerit nos vocare, taliter paratos nos inueniat,vt cum eo possimus ad cœli nuptias introire.Matth. 24.Estote parati &c.¶Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos,& tradidit illis omnia bona sua. Cap.
vſq; in Bethleem, quæ interpretatur domus pannis, ideſt vſ
quę in Paradiſum tranſeunt, vbi Mariã cum Ioſeph ideſt cũ
Sanctis & infantem Chriſtum inuolutum pannis humanita
tis noſtræ naturæ, reclinatum in præſepio perfectionis æter
næ perſonaliter inuenerunt, à Deo gaudium & conſolatio
nem gloriæ ſempiternæ recipiunt & acquirunt. Glorifican
tes (inquit) & laudantes Deum in omnibus, quæ viderant &
audierant. Matthæ. 2. Videntes ſtellam gauiſi ſunt, & intran
tes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. De
bent ergo paſtores noſtri ſollicite vigilare, vt tale poſſent
premium reportare. Apoc. 16. Beatus, qui vigilat. ¶De obla
tione data pro Chriſto in tẽplo oblato, de Symeone & An
na nihil dico, nec etiam de ipſo in medio ductum inuenio,
nec etiam de alijs, quæ in. 3. vel in. 4. capitulis continentur,
quia ſupra in Matthæo pro maiori parte ponuntur.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Ieſus autem plenus Spiritu ſancto egreſſus eſt à Iordane. Moralitatum Cap. 3.

CHriſtus poſtquam contra diabolum tentantem ſe prę
ualuit, tãdem in Nazareth veniens, ſynagogam Iudę
orum intrabat. Exhortabantur igitur ipſum iudæi, vt ibi in pa
tria ſua, in qua nutritus fuerat & conceptus, aliqua mirabi
lia faceret, dicentes. Quanta audiuimus facta in capharnaũ,
fac & hic in patria tua. Chriſtus vero in ipſa patria nulla fa
cere voluit mirabilia, quia nullum Prophetam in ſua patria
fore acceptum dixit, etiam per exemplum Heliæ & Heliſei
probauit, quorum temporibus multæ fuerant viduæ, & mul
tę leproſi in Iſrael, Helias tamen ad vnam eſt miſſus viduam
ſareptanam, & helizeus vnicum ſanauit leproſum, Naaman

ſcilicet ſyrum, qui aliunde, non de Iſrael natus fuerat. Acſi C
recte vellet dicere dominus quòd iſti Prophetę non illis de
pria ſua, ſed alienigenis fecerunt miracula, & quia nullus ho
mo Sanctus in ſua patria condigne honoratur, & ideo ad ex
tremos receſſerunt. ¶Iſta etiam hic verificata ſunt de Chri
ſto, quia cum in ſynagoga Iſaiam exponeret, iſti compatrio
tæ ſui indignabantur de ipſo, & eum filium fabri appella
bant. Vnde dicitur. Matthæ. 13. quòd iſti de ipſo ſic dicebant.
Nonne iſte eſt filius fabri &c. Vnde igitur habuit omnia iſta
Sicut autem hic dicitur, iſti de indignatione ad iniurias pro
ruperunt, & eum ad ſupercilium ciuitatis duxerunt, & eum
præcipitare voluerunt, ipſe tamen per medium ipſorum trã
ſiuit, & de ipſorum manibus euaſit. ¶Iſta omnia allegat,
quòd nimia familiaritas parit cõtẽptum, quia re vera ſæpe
eſt, quòd ſapiens homo minus reputatur in patria ſua quam
in aliena, & minus à notis quã ab extraneis, & minus à ſuis
familiaribus quam ab extraneis populis remotis. Facile. n.
eſt, vt pares parib. inuideant, & vt vicinorũ ſuorum ſapiam
& virtutes alij mordeant, & contemnant. Vnde cum ab illo
philoſopho quęreretur, à quo eſſet potiſſime cauendum in
hac vita, Reſpondit, quòd ab inuidia amici, & iniuria inimi
ci, vnde fit quandoque quòd mali & inuidi compatriotę cõ
tra bonos vicinos ſurgũt, & q̃is eos ĩ virtute & ſcia videt
p̃cellere, ipſis tamen tunc detrahẽdo genus ipſorum ad me
moriam reducunt, & quando contra perſonas aliquid ne
queunt dicere, ipſum tamen occaſione generis vilipendũt,
dicentes: Nonne iſte eſt filius fabri? Nonne parentes eius
apud nos ſunt? Vnde huic omnia iſta? Acſi dicerent: Iſte non
eſt dignus à nobis honorari, nec eſt credibile ipſum virtua
liter poſſe operari, quem de tã infimis parentibus apud nos
contigit generari. Dicunt. n. illud, 2. Re. 20. Quis eſt Dauid vt
ſeruiamus illi, 3. Re. 12. Et tamen quandoq; iſtud non ſufficit,
quinimmo contra eum perſonaliter inſurgunt, & eum de
ſtatu & gradu præcipitant & proſternunt, & à ſua ciuitate &
patria fugere & recedere eum aliquotiens cogunt Matt. 10. D
Inimici hominis domeſtici eius. Sicut de illo Scipione, q̃ da
to q̃ reipublicę romanæ infinita bona feciſſet, ciues tñ roma
ni eius proſperitatem & virtutum magnitudinem ferre p̃ in
uidia non valentes, ipſum in exilium propulerunt, ſicut po
nit Macrobius. Ma. 13. Sicut. n. dicit dominus. Non eſt Prophe
ta ſine honore niſi in patria ſua. Et ideo ſæpe fit, quòd viri
prudentes propriam patriam negligunt, & manſionem in
alia patria quærunt, ibique amplius honorantur, & proſpe
ritate maiori alibi quam apud ſuos promouentur. Gen. 12.
Quapropter dictum eſt Abrae. Exi de terra tua & de cogna
tione tua, & veni in terram quam monſtrauero tibi, & fa
ciam te in gentem magnam.

CAPITVLVM QVINTVM TEXTVS.
Factum eſt aũt, cum turbæ irruerunt in eum, vt au
dirent verbum Dei. Moralit. Cap. 4.

CVm Petrus & ſui ſocij piſcarentur, & per totam noctẽ
laboraſſent & nihil cepiſſent, contigit quòd dominus
nauem illam aſcenderet, & de nauicula turbas doceret, &
quòd nauem in altum duci, & retia in capturam laxari iube
ret. Cum igitur Petrus, cuius erat nauis, de vano labore to
tius noctis conquereretur & diceret. Præceptor inquiens p
totam noctem laborantes nihil cępimus, in verbo autẽ tuo
laxabo rete, Sic factum eſt, quòd tantam piſcium multitudi
nem concluſerunt, quòd rete eorum rumpebatur, ita quòd
aliam nauiculam in auxilium vocabant, & ambæ piſcibus
replerentur. ¶Iſta nauis moraliter animam ſignificat, quam
quilibet in mari & fluctibus huius vitæ habet regere, & ab
ipſo rete bonę volũtatis laxare, & piſces meritorum in hac
nauicula congregare. Vnde tamen quandiu non eſt Chriſtus
in iſta per gratiam. ſ. quandiu durat nox & tenebroſitas vi
tiorum, tãdiu deficit captura piſcium. i. meritorum. Nocte. n.
culpę ſatis poteſt hõ laborare, & bona opera perpetrare, vt
circa tpalia lucra & negocia inſudare, quia nũquam ſibi cõ
tinget ex tali labore piſces, ideſt merita acquirere vel ha
bere. Vnde. Luc. 5. Per totam noctem (inquit) laborantes ni
hil cępimus. Eſa. 49. In vanum laboraui, ſine cauſa mane cõ
ſumpſi fortitudinem meam. Sic reuera quandoque Chri
ſtus ibi per gratiam intrat, vt turbas malarum cogitatio
num

E num doceat & compescat , & tunc ad eius monitionem &
inspirationem rete bonæ voluntatis in altũ ducitur, inquan
tum affectus eius & opera ad æternæ vitę altitudinem ordi-
nantur,& sic pro certo pisces.i.merita cumulãtur, ita quòd
duæ nauiculæ,i. non solum anima,immo etiam corpus istis
piscibus idest meritorum operibus mox replentur.In Chri-
sti enim præsentia nõ absentia,fit talis captio, in die gratiæ,
non in nocte culpæ,fit meritorum acquisitio.Vnde dicit do-
minus.Io.9.Me oportet laborare donec dies est. ¶Vel dic ꝙ
nauicula significat sacram scripturam,in qua Petrus idest ꝗ
cunque prædicator potest satis sine fructu laborare, quia si-
cut rete prædicationis à mari huius mundi pro piscibus ca-
piendis , idest pro peccatoribus conuertendis potest in va-
num mittere & laxare, nisi Christi præsentia ꝑ gratiam Dei
assistat,qui rete prædicationis in altum ducere idest ad spem
æternę retributionis ordinare doceat. Sine enim Christi gra
tia,nec prædicatio proficit & sine eius gratia in officio præ-
dicationis pro nihilo laboratur.Psalm.126 Nisi dominus æ-
dificauerit domum &c. Quod etiam bene supponitur hic,
vbi Christus post piscaturã pisciũ dixit Petro. Noli timere,
iam enim eris capiens homines.¶Cum circa Christum infir-
mi multi,vndique confluxissent,ecce viri, portãtes hominẽ
in lecto,qui erat paralyticus, cum ipsum præ turba ante ip
sum non possent ponere,supra tectum ascenderunt, & per
tegulas dmiserunt in lecto i medium ante eum.Christus igi
tur vt fidem illorum vidit, paralytico peccata dimisit, & vt
lectum suum tolleret & sanus corporaliter recederet,impe-
rauit dicens.Surge tolle lectum tuum & vade in domũ tuam.
¶Iste paralyticus est animus peccatorum,qui est debilis,in-
firmus,& per carnis molliciem resolutus,& more paralyti-
ci qui ad executionem bonorum operum inhabilis & ine-
ptus est,de quo dicitur.Mat.8.Domine puer meus &c.Quat-
tuor viri,qui istum portabant & coram Iesu ponere cupie-
bãt,sunt quattuor cardinales virtutes,vel quattuor affectio
nes,quæ istum paralyticum ante Iesum, qui iterpretatur sal
uator idest ad salutis statum cupiunt adducere , & sibi gra-
tiæ sanitatem pro viribus procurare.Verum quia turba ma-
F larum cogitationum & tentationum , necnon sollicitudinũ
mundanorum illam sanitatem impediunt , ideo isti porti-
tores debent istum infirmum supra tectum domus idest su-
pra apicem rationis eleuare & erigere,& ab istis turbis ma
lis se mouere deinde ipsum per suijpsius humiliationem an
te Iesum deponere,& eum per misericordiæ implorationẽ
eidem offerre , & ab ipso remedium & veniam implorare,
quod si fecerit,Christus sibi peccata dimittet,& lectum car-
nalis delectationis ipsum tollere,carnis desideria anteferre
præcipiet, ipsumq; de vitio negligentiæ surgere iubebit, &
indomum suam.i. ecclesiam vel bonam conscientiam per-
gere imperabit, vt de lecto carnalis delectationis exeat di-
cens.Lu.5.Surge,tolle lectum tuum & vade.Aposto. Ephe.5.
Surge qui dor.&c.Vnde Lu.7.Resedit qui erat mortuus. ¶Vl
per istos portitores,qui supponuntur esse quattuor, intelli-
go esse quattuor euangeliorum doctores vel prædicatores,
vel quattuor virtutum possessores qui paralyticos.i. pecca-
tores domino offerunt,ita ꝙ eorum industria & Christi cle-
mentia sani & mundati recedunt.

CAPITVLVM SEPTIMVM TEXTVS.
Cum autẽ impleuisset omnia verba sua in aures.
Moralitatum Cap. 5.

IBat Iesus in ciuitatem,quæ vocatur naim,& cum appro-
pinquaret ad portas ciuitatis , & ecce mortuus efferreba-
tur vnicus filius suæ matris,& hæc cum esset vidua,& turba
multa ciuitatis,Iesus misericordia motus,portitores loculi
stare iussit,& ipsis stantibus loculum tetigit,& vocans ado-
lescentem,ipsum à mortuis suscitauit,& ipsum matri suæ sa
num dedit.Adolescens(inquit)tibi dico surge,& resedit qui
erat mortuus,& cæpit loqui,& dedit eum matri suæ. ¶Iste fi
lius significat quemlibet fidelem,qui matris suæ idest eccle-
siæ filius vnicus dicitur, pro eo quòd ab ipsa vnice diligitur
& fouetur. Militans enim ecclesia , quæ nunc a Christi per-
sonali præsentia vidua est,quam fidelem vnice diligit, sum-
meque dolere dicitur,quando per vitia ipsum perdit.Vnde
dicitur.2.Reg.1.Sicut mater vnicum amat filium &c. Quan-
doque etiam fit,quò talis filius per peccatum moritur,
iã à quattuor portitoribus scilicet a mala dilectione, ip-
nitentiæ timore,a spe longe vitæ, & à spe finalis pœni-
tiæ in sepulturam infernalem offertur. Iamque in porta ci-
nitatis.i. in extremis in publica executione malorum ope-
rum cum turba vitiorum inuenitur , etiam in loculo seu fe-
retro propriæ carnis seu malæ cõsuetudinis inuoluitur &c.
Sed Christus quandoque sibi misertus,de peccato ipsum su-
scitat , loculum carnis eius per correctionem tangens, ip-
sum per inspirationem & prædicationem ad fidem & sa-
tem vocat dicens.Adolescens tibi dico surge.Qui per con-
tritionem surgit,& per confessionem alloqui incipit,&
per satisfactionem ipsum matri suæ idest ecclesiæ reddit,di-
cens illud.Io.19.Mulier ecce filius tuus.Matth.9.¶Vel dic ꝙ
Christus tres mortuos in tribus diuersis locis dicitur su-
tasse.Luc.7.Puellam in domo , adolescentem in porta ci-
hic,Lazarum in sepulchro. Io.11. Per illos igitur tres mor-
tuos intelligũtur tres species hominum peccatorum, quos
quãdoque dominus suscitat à peccato. Puella enim mortua
in domo,significat animam in domo conscientiæ mortuam
per malum desiderium seu consensum. Iuuenis in porta, si-
gnificat peccatorem , qui inde exiuit ad malum opus & a-
ctum Lazarus in sepulchro,significat peccatorem,qui ita
dem fętidus & corruptus est per malæ consuetudinis vi-
Isti ergo à domino suscitati leguntur,quia nullus pecca-
siue sit solum mortuus in consensu,siue sit vlterius in actu,
ue in malæ consuetudinis æstu,non potest suscitari uel iusti-
ficari per alterum,quam per Christum. Christus autem istos
tres suscitat,quia de omni genere peccatorum Christus a-
quos ad vitam vocat. ¶Cum dominus in domo Symonis le-
prosi recumberet,ecce mulier , quæ erat in ciuitate pecca-
trix,attulit alabastrum vnguenti, & stans retro cępit lachry-
mis abluere , capillis suis tergere,ore osculari & unguento
ungere pedes eius. Videns autem dominus Symonem indi-
gnatum, ex hoc ꝙ a peccatrice se tangi permitteret,ipsum
increpauit, de duobus debitoribus parabolam recitauit,pe-
nitentiam mulieris conuiuio hospitis præposuit,& ipsi mu-
lieri peccata omnia relaxauit. ¶Ista possunt allegari, quia
Deus plus peccatorem diligit perfecte diligentem,quam iu-
stum arrogantem,& de suis virtutibus præsumentem,alio-
que contemnentem. Illud etiam de Phariseo & publicano
dicitur.Luc.18.Quod Phariseus,qui publicanum contemne-
bat,& suas iustitias recitabat,seque alteri præferebat,repre-
henditur.Publicanus vero,qui sua peccata memorans,n-
audebat cœlum aspicere,& pectus suum percutiens,mise-
cordiam clamat, iustificatus recessisse probatur. Ideo be-
dicitur. Luc. 17.Quod gaudium est Angelis &c.quam su-
nonagintanouem iustis. ¶Vel allega quòd plus placet deo
no sacrificium spiritus contribulati , quam opus exte-
propalatum,plus enim commendatur pœnitentia lacry-
sa Magdalenę,quam Symonis cibaria copiosa,& magis
refectus dominus peccatricis fletibus , quam hospitis ci-
& potibus.Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes
¶Vel allega quomodo multi sunt ita præsumptuosi, qui
semel peccator fuerit,non credunt eum ad dominum p-
conuerti,nec debere à Christo recipi , nec in eius obse-
delectari,quinimmo si ipsos pœnitentes iuxta se videri
beant intendere & vacare.Apostolus.1.Cor.10. Conte-
biles in ecclesia debent ad talia iudicia requiri Ca.12.
autem , quod hic sequitur de illo diuite , cuius ager fru-
uberes attulit, qui multa cõgregare & horrea augere de-
fuit,& animæ suæ dicebat.Anima mea,multa bona hab-
posita in annos plurimos.Cui vox de cœlo facta est.St-
hac noctę repetent animam tuam à te,quæ autem congre-
sti,cuius erunt?¶Hoc allega contra auaros, qui per su-
bundantiam diuitiarum non student pauperibus erog-
sed potius congregare, & in annos plurimos conser-
qui de propinqua morte non cogitant,sed in bonis su-
luxuriari student. In quibus quandoque repentini in-
ueniunt & eorũ animas subito capiunt. Iob 5.Ipsum ra-
armatus &c.Ca.12.¶Hic fit mentio de duobus generibus
uorum,quos cõstituit dominus super familiam,quibus
ceptum est à domino vigilare,quorum quidam vigilias
dominum suum spectant,vt quacunque horam venerit
gilia prima secunda,quarta,ipsos inueniat uigilantes, &
procul-

A proculdubio beati dicuntur , & eisdem finaliter à domino
ministratur.Amen(inquit)dico vobis,ꝙ præcinget se,& fa-
ciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. ¶Aliqui
tamen eorum contrarium faciunt, qui de aduentu domini
solliciti non sunt,sed ipsum morari videntes ad mala pluri-
ma scilicet ad bibendum,edendum & inebriandum,& con-
seruos sibi commissos percutiendum conuertuntur, quod
si quid dixerit seruus ille , moram faciet dominus meus, &
ceperit percutere,inebriare, & de talibus dicitur quòd ho-
ra,qua dominus eorũ veniet , nesciet ipsos,ab alijs diuidet,
& partem eorum cum infidelibus ponet.¶Fit etiam hic mẽ-
tio de duobus alijs generibus seruorum,de quibus qui sciũt
voluntatem domini,& non faciunt eam,& isti plagis vapu-
lare merentur & de alijs, qui nec sciunt, nec faciunt , & isti
non tantũ vapulant sicut primi. Et sequitur ibi verbum Chri
sti.Quia omnis,cui multum datum est,multa quęrẽtur ab eo.
¶Sic vero cum dominus tradiderit familiam populi sui ser-
uis suis scilicet pręlatis & principibus gubernandam,& om
nibus præcipit quòd sint vigiles & attenti. Constat quòd de
istis seruis inueniẽntur duæ species,boni & mali,boni sem-
per timent dominum Christum subito ad eos in iudicio vẽ-
turum,& eos per mortem vocaturum,& eos rationem villi
cationis petiturum,& ideo continue in bono vigilant,mor
tem & iudicium semper expectant, vt quacunque hora vo-
cauit fuerint, ipsos in bono statu Christus inueniat,summe
studẽt,quapropter à domino commendantur, & in cœle-
sti gloria discumbentes diuinum ministerium promerentur.
Vnde Matth.24.Beatus seruus ille,quem cum venerit domi-
nus, inuenerit eum vigilantem. Mali autem econuerso fa-
ciunt,quia isti videntur habere oculum ad moram,quam fa
cit dominus suus idest ad dilationem iudicij & mortis,& ad
longam vitam,quam sperant sibi concessam.Et ideo isti per
negligentiam dormiunt, per gulam comedunt & bibunt,
per crudelitatem seruos sibi commissos idest populum sibi
subditum rapinis, percutiunt , quapropter sæpe fit quòd isti
morte præueniuntur,& à bonis fidelibus diuiduntur,& cum
damnatis in inferno damnantur Matth.24. Veniet dominus
serui illius quando non sperat,& hora quam ignorat,& par
tem eius ponet cum hypocritis,illic erit fletus & stridor dẽ-
tium.¶Illud,quod sequitur de seruo sciente voluntatem do-
mini sui & non faciente,potest allegari contra viros scienti
ficos,qui sciunt bonum & non faciunt, quia isti præ cæteris
damnabuntur, quia sicut dicitur. Iac. 4. Scientes bonum
facere & non facientes,peccatum est illis,1. Cori.14.Illi au-
tem,qui nec sciunt,nec faciunt,vt simplices & illiterati, fide
les & pagani, & si per ignorantiam non excusantur à toto,
quia ignorans ignorabitur per ipsum tamen excusantur à
tanto, quòd non tãtum punientur sicut domini voluntatem
scientes, & ipsam facere non dignantur,plus damnationis
accipient clerici &c.Matth.25. Et ideo bene sequitur. Cui
multum datum est,multum exigitur ab eo.Quanto plura re
ceperunt talenta,tanto plura reportauerunt lucra. Ad plu-
ra igitur tenetur scientificus,qui recepit plura,quam igna-
rus,qui recepit pauciora.¶Illud autem,quod sequitur, quia
dominus dicit se venisse ad ignem in terram mittendũ & pa
cem tollendam,& parentes à filijs diuidendos. ¶Hoc aũt po
test allegari quomodo prudens princeps vel pręlatus sum-
me debet studere,vt confederationes malorum rumpat, si-
cut ad litteram de Phariseis & saduceis fecit Paulus:Act.23.
vt igne seueritatis & iustitiæ succedat, & pacem cũ vitijs &
cum hoĩbus impijs tollat,dicens illud.Mat.10.Non veni pa-
cem mittere in terram sed gladium. ¶Vel ad litteram illud
fecit Christus in ecclesia primitiua , vbi de vna domo aliqui
conuertebantur,alij non,& sic ignis,zelus, discordia nasce-
bantur.Apoc.6. Habebat gladium magnum, & datum est ei
vt tolleret pacem de terra.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.
Aderant aũt quidam eo in tp̃e nunciantes illi de
galileis. Moralit. Cap. 6.

CVm Pilatus quorundam galileorum sanguinem cũ eo-
rum sacrificijs miscuisset,& eos crudeliter(vt supponi-
tur)occidisset , cunque in Siloe quædam turris super decem
& octo homines cecidisset , & eos oppressisset , nec illos
qui talia passi fuerant cæteris magis peccatores credi- C
dit , de qua tamen crudelitate Christus reprehendit, & eos
non plus peccatores alijs asseruit,sed nisi pœnitentiam age
rent , omnes simul petituros prædixit. Putatis(inquit) quòd
isti debitores fuerant præter omnes?Non,dico vobis , sed si
non pœnitentiam egeritis,omnes simul peribitis. ¶Ista pos
sunt allegari quòd in mundo culpæ non semper correspon-
dent pœnis,sicut nec præmia meritis nec econuerso . Con-
stat enim quòd quãdoque secundum dispositionem occultę
Dei iustitię,multi,qui non sunt cęteris peiores,casus in hoc
mundo sustinent grauiores,quinimmo sæpe fit quòd illi,qui
peiores sunt in hoc mundo,ampliori ꝓsperitate lętantur,&
qui boni sunt,quandoque maiori aduersitate grauantur,nõ
debent homines illos deteriores credere , quos vident gra-
uioribus fortunæ casibus succumbere.Bñ ergo dicitur.Mat.
7.Nolite iudicare,& nõ iudicabimini. Vide de hoc infra A-
ctuum vltimo.¶Hic fit mentio,quòd cum quidam,qui habe-
ret ficum in vinea sua,& annis singulis fructum quæreret, &
non in ea reperiret,voluit eam succidere dicens , Ecce an-
ni tres sunt ex quo veniens fructum in ficulnea hac quęsiui,
& non inuenio.Succidite ergo illam , vt quid ẽt terram oc-
cupat?Agricola domino respondit. Domine dimitte eam &
hoc anno,vt fodiam circa eam & mittam stercora,si aũt nõ
fecerit fructum , in futurum succide eam . ¶In vinea eccle-
siæ talis sterilis ficulnea est peccator, qui nullum bonorum
operum producit fructum,quia proculdubio dominus non
inuenit in eo fructum per tres annos , quia nec fructum fi-
dei,spei,nec charitatis,nec cordis,operis,nec oris,quapro-
pter quantum est de se , statim vult eam succidere per mor-
tem & damnationem euellere , cum sine fructu terram ec-
clesiæ non debet occupare. Vnde Daniel.4. Succide arborẽ.
Sed pro certo sub spe quòd agricola idest prælatus vel præ-
dicator illam arborem per correctionem fodiat, & ꝙ ster-
cora.i. proprię uilitatis considerationem apponat,sic quòd
fructus bonos producat , quandoque dimittit ipsum viue-
re . Si vero nec sic se conuertit,sed longanimitatem diuinæ
patientiæ vilipendens,in sterilitatem vitiorum ceciderit,&
fructus bonorum operum non protulerit, in futurum domi D
nus veniet , & eam per mortem temporalem & æternam
succidet & destruet.Lu.3. Iá securis ad radicem arboris &c.
¶Intrans Iesus in synagogam,vidit ibi mulierem,quæ habe
bat spiritum infirmitatis annis decem & octo. Erat enim ad
terram taliter incuruata, ut omnino non posset respiceret.
Gen.28.Cui dominus cum manum imposuisset , statim ere-
cta est & dominum glorificauit . ¶Sic uere fit quòd in syna-
goga fidelium inuenitur aliquando aliqua mulier.i. aliqua
anima uel persona diuersis uitijs aggrauata, & ad terram id
est ad terrena per auaritiam inclinata, quòd nec cœlum po
test inde taliter respicere,nec de cœlestibus cogitare: Sicut
ad litteram videmus de sæcularibus & terrenis hominibus,
qui videntur posse dicere cum Manasse.Incuruatus vinculo
ferri,& non est respiratio mihi &c.Psalm. 98. Dorsum eorũ
semper incurua &c. Isti enim octodecim anni,qui constat
ex decem & sex & duobus,infirmi dicuntur,inquantum de-
cem præcepta legis,sex opera misericordiæ,& duo charita
tis man data transgressi fuisse probantur , & tamen talibus
Christus quandoque manum suæ misericordiæ porrigit, &
eos a curuitate terrenorum erigit, dicens illud : In sublime
erigere & esto gloriosus. Iob 40. Ita quòd isti terrenorum a-
uaritia ad cœlestium amorem sani surgunt,& Deum glorifi-
cant & extollunt.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.
Et factum est , cum introisset Iesus in domum cu-
iusdam principis Phariseorum. Mora-
litatum Cap. 7.

HIc dicitur, quomodo Christus hydropicum sanauit in
sabbato . ¶In hoc notari potest quòd nullus est ita hy-
dropicus,idest per superbiam inflatus,nec ita per auaritiam
sitibundus,quin saltem in sabbatis idest in festiuitatibus de
beat sanari,& quin quando Christus in religione vel eccle-
sia offertur,animus eius debeat quietare.¶Christus inuitatus
ad conuiuium,intendens quomodo primos recubitus elige-
rẽt,incepit eos instruere dicens. Recũbe in nouissimo loco,
vt

Et veniens,qui te inuitauit,dicat.Amice ascēde superius, & non discumbas in primo loco, ne forte honorabilior te inuitatus fuerit,propter quem oporteat te descēdere, & cum rubore nouissimum locum tenere. ¶Ista possunt allegari cō tra ambitiosos,constat enim quòd Deus ad nouissimum statum ecclesiæ,vel ad nuptias mundanæ prosperitatis secundum diuersos gradus vniuersos inuitat. Veruntamen ipse vult quòd vnusquisque gradum suum custodiat,& nullus ad altiorem gradum quam deceat, per ambitionem ascendat. Sed quia multi sunt hi , qui primos recubitus ideſt altiores ſtatus primatus ambiunt & eligunt,ibidem iure vel iniuriose reponunt & ideo finaliter in morte ad locum infimum, & ſtatu sunt contenti, finaliter in morte superius ad locum honorabilem Paradiſi inuitabuntur , & ibi faciliter extollentur. Amice(inquit)ascende superius.Vnde omnis , qui se exaltat, humiliabitur &c ¶Homo quidam fecit cœnam magnam , & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt uenirent,quia parata sunt omnia.Omnes tamen cęperunt se excusare.Primus dixit quòd villam emerat volens exire videre illam . Alius dixit,se quinque iuga boum emisse,& ad probandum illos velle exire . Alius ait, vxorem se duxisse,& eam accipere debere . Quibus auditis paterfamilias iterum seruos misit,debiles & claudos ciuitatis ad conuiuium introduci mandauit , & ipsis domum suā repleuit.Ipsos vero,qui se excusauerunt, de cœna sua nunquam gustaturos perpetuo ordinauit . ¶Sic vero cum Deus à principio ordinauit quandam cœnam , scilicet refectionem gloriæ Paradiſi,& ad ipsam vocauerit & inuitauerit vniuersos,constat quòd hora cœnæ ſcilicet nunc in tēpore gratiæ ipse non cessat seruos suos ideſt prædicatores mittere, & ad illud conuiuium homines cōuocare. Sed proculdubio communiter omnes diuites se excusant,& primo auari,qui emere,videre, acquirere , possidere villam huius mundi,ipsius diuitias, honores prædiligunt , & ideo circa ista intenti , plus debito ad hoc cœleſte conuiuium per bona opera non accedunt. Villam(inquit)emi,habe me excusatum.Vnde in Prouerb.27.Anima saturata calcabit fauum. Alij excusantur propter vxorem ideſt propter carnales delitias. Qui enim vxorem ideſt carnem vel carnalem affectionem vult ducere , necesse habet ab affectu & desiderio cœlestis gloriæ retroire,& cœleſte conuiuium fastidiare . Alij excusantur propter quinque iuga boum, ideſt propter quinque sensuum illecebras,quia ita sunt aliqui vagi, & ita dederūt sensus suos ad exteriores illecebras huius vitę,quòd de æternis & spiritualibus nihil curant, & ideo breuiter nullus talium cœnam Paradiſi gustabit , quia non est dignum ꝙ aliquis admittatur ad illam, qui mundi delectabilia sibi præponit.Pauperes igitur, tribulati & debiles illuc per tribulationes intrare coguntur , & de talibus aula Paradiſi impletur, quia diuites circa terrena vacantes, cœlestia repudiant,soli restant pauperes,qui ad conuiuium illud vadunt. Psalm. Sup.12.Pauperes saturabuntur &c. ¶Illud,quod hic ponitur .ſ.qui vult turrim ædificare,qui prius sedens computat sumptus,qui necessarij sunt si habeant ad perficiendum ne postquam ædificare in ceperit,& ædificare nequierit, dicatur sibi illudendo illud. Iſte homo cœpit ædificare , & non potuit consummare.Et illud de rege,qui cogitat,si cum suo exercitu poterit occurrere illi , qui venit contra eum cum maiori vel alias,qui missis legati rogat ea,quæ sunt pacis. ¶Ista possunt allegari contra illos,qui in suis viribus nimis confidūt, & qui merita sua,vires & virtutes non bene ponderant.Cōstat enim ꝙ quilibet habet facere cum vno potentissimo rege,cum Deo. Habet enim ædificare necessario vnam altissimam turrim.ſ.celsitudinem contemplationis,a picem perfectionis,& ideo qlibet debet seipsum colligere virtute suas mensurare,computare,vt in seipso cognoscat, si sua merita sufficiant ad hoc, quòd possit regi in die iudicij occurrere,& turrim moralis celsitudinis consummare,alioqn si diminutum se,& sufficientem inueniat, debet legationem eremonis deuote ad Deum mittere & ipsius pacē & veram miam implorare.Vñ Mat.5.Esto cōsentiēs &c. ¶Vel dic cōtra præ-

sumptuosos,qui qnq; de suis viribus præsumunt se [illegible] fectionis & contemplationis posse in se & ex seip[illegible] ficere,& regi Christo digne occurrere credunt.vñ [illegible] isti ad perficiendum non habent & ꝙ vltra vires [illegible] diunt ardua,ita quod assumunt,nequeunt cō summare [illegible] pp necesse est eos in via deficere , & imperfectum [illegible] dimittere, & sic necesse habēt hominum derisionem [illegible] re dicentium.Ille homo incepit ædificare &c. Sicut ist[illegible] tidie experimur in religione. Viri nouitij quandoque ita feruentes in principio,ꝙ ardua opera incipiunt,& [illegible] uires facere contendunt,qui tamen post cito deficiunt, via,quam ceperant , ad vitæ communis latitudinem [illegible] deflectunt. Nullus igit dēt ex abrupto ardua opera incip[illegible] sed deliberando super hoc cogitare virtutes suas metiri eas cōputare,ne forte si inceperit , non valeat cō summ[illegible] Vñ Sen.Diu deliberandum est , quod semel statuendū est bene cōsulitur Eccle.3.Altiora te ne quæsieris.

CAPITVLVM XV TEXTV
Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores. Moralitatum Cap. 8.

Mvlier,quæ decem habens Drachmas,si vnam perdi[illegible] rit,solet lucernam accendere,domum euertere, [illegible] nec inueniat Drachmam perditam . Quam cum inuen[illegible] solet conuocare vicinas,& de inuentione Drachmæ,quæ dita fuerat congaudere ¶Dic,si vis,de decima Drachma, cut de oue centesima restituta,ſ.de natura humana,quæ dita fuerat,& nouem ordinibus Angelorum Mat. 18.admi cta,ut habes supra.Et dic, ꝙ mulier est diuina sapia,quæ reparatione ruinæ angelicæ gaudet. ¶Vel dic moraliter,ꝙ mulier ideſt anima de decem drachmis ideſt de decem [illegible] datis vel de complemento & perfectione virtutis aliquo[illegible] diderit per aliquod peccatum,statim debet lucernam [illegible] nis ascendere,domum conscię per contritionem euerte[illegible] & totum se per cōfessionem reuoluere,& ita per factu[illegible] riam diligentiam quærere,ꝙ eam possit recuperare & [illegible] liter inuenire.Quam si inuenerit, debet summe gaudere [illegible] exultare. ¶Vel dic ꝙ mulier debet gaudere de recuperat[illegible] ne perditæ Drachmæ,ideſt animæ peccatricis, & adhuc [illegible] tis viribus laborare.Supra eodem.Gaudium est Angelis [illegible] super uno peccatore pœnitentiam agente,quam supra [illegible] naginta nouem iustis.Luc. 15. ¶Quidam homo habuit [illegible] filios,quorum iunior paternæ substantiæ portionem [illegible] tingentem perens & capiens à patre recessit, & profe[illegible] est in regionem longinquam , substantiam suam luxu[illegible] uiendo consumpsit. Tandem vero cum orta fame [illegible] unī ciuium regionis adhæsit, & ipsius porcos pauit, & [illegible] rumque ventrem suum de porcorum siliquis impleret[illegible] bat, & tamen nemo sibi dabat. Ille igitur fame [illegible] opulentiam paternæ domus memoratur , & ad pa[illegible] suum redire , & misericordiam cogitabat petere, [illegible] Quanti mercennarij in domo patris mei abundant p[illegible] bus,ego autem hic fame pereo.Surgam & dicam [illegible] do ad patrem meum. Pater peccaui in cœlum & cæter[illegible] igitur ad patrem hoc modo venit . Quem videns p[illegible] misericordia motus in oscula eius ruit , & stola prim[illegible] sum induit, calciamenta in pedibus eius & annulū in [illegible] bus eius imposuit,& occiso saginato vitulo conuiuium [illegible] cit ei dicens. Epulemur & manducemus, quia hic filius [illegible] us mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuentus est. [illegible] autem senior,qui tunc in agro erat,dum ad domum re[illegible] & sonum instrumentorum muficorum audiret, & can[illegible] cōuiuij cognosceret, quam plurimum indignatur & [illegible] trare renuens,contra patrem dicebat. Ecce tot annis [illegible] ui tibi,& nunquam mandatum tuum præteriui,& tam[illegible] quam dedisti mihi hedum vt comederem cum amicis [illegible] Pro isto autem vitulum saginatum occidisti, qui fil[illegible] tiam suam cum meretricibus dissipauit. Pater vero [illegible] uentione fratris perditum se oportere gaudere,dixit.Et [illegible] mogeniti indignationem temperauit, & finaliter ad [illegible] nium introiuit. ¶Ista possunt allegoricè exponi & ma[illegible] Allegoricæ.Homo iste significat Deum patrem,qui [illegible] pio duos filios ideſt duos populos subditos habuit [illegible] Iudaicum , qui erat primogenitus atque maior Exo.

[illegible] mei,primogenitus Israel, & populum gentilem , qui erat [illegible] adolescentior & indoctior.Matt. 22.Homo quidam habuit duos filios &c.Iste igitur insipiens adolescens.i.populus gē tilis,in principio à patre suo Deo,substantiæ portionem,ſ. bona naturalia & sciētias philosophicas accepit, & à patre Deo per idolatriam recedens,& in regionem longinquam ideſt in statum damnationis & peccati, bona sua & virtutes naturalia cum meretricibus.i.carnis delitijs deuastauit , in quantum variis vitijs carnalib. se fędauit & inquantum substantiam suam.i.naturam per ea corrupit & grauauit . Vnde vni ciuium regionis.ſ.diabolo adhæsit, qui ipsum porcorū ideſt poetarum & carnalium philosophorum consortio copulauit,quorum siliquas.i.quorum errores & vanas doctrinas comedere & acquirere quam plurimum affectauit, & tamen de ipsis habere ad plenum nequibat,quia nemo ad sufficientiam sibi dabat.Tren.4.Paruuli petierunt panem,& nō erat qui frangeret eis. Iste igitur filius prodigus,ſ.gentilis populus,fame & desiderio cognoscendi verum Deum ęstuās, ad patrem Deum suum finaliter reuertitur , & errores suos confitens,misericordiam deprecatur,dicens.Peccaui in cęlum & coram te. Quem videns pius pater in domum suam susciens,siu ecclesiam introduxit,anulum sibi fidei tradidit,stola prima.i.gratia,ipsum uestiit, calciamenta.i. sanctorum exempla,in pedibus suarum affectionum ponit, & vitulum saginatum pro eo interfecit,ſ.Christi occisi fidē, & suæ passionis memoriam tradidit , & sic de eius inuentione & conuersione gaudium magnum fecit.Vnde dī Luc.15.Congratulamini mihi,quia inueni Dragmam, quam perdiderā. Sed primogenitus filius,i. iudaicus populus in agro sacræ scripturæ circa expositionem litteralem vacās,audito choro & Simphonia conuiuij,i.audita prædicatorum tuba,& vi sa solennitate conuiuij,& viso gaudio fidelium, indignat in domum patris.i.ecclesiam intrare, & fidem Christianam recipere non dignatur, quinimmo contra Deum patrem nūc conqueritur,ꝙ isti filio pro ligo.i.gentili populo, plura quā sibi beneficia distribuit dicens. Ecce tot annis &c. Verba. n. possunt esse Iudaici populi , prosperitati Christiani populi inuidentis,& de conuersione gentilium ad fidem eidē conquerentis,quia isti mandata legis ad litteram optime custodiunt,& in cerimonijs legalibus Deo seruiunt,& tamen nullam gratiam à Deo recipiunt, quinimò ipsi optime possunt dicere illud Esa.49.In uanum laboraui fine causa & vane cō sumpsi fortitudinem meam.Finaliter tamen Deus istos pacificabit,& conuertet,& in domum ecclesiæ cum iunıore fratre ad conuiuium ecclesiæ introducet , & ad vituli saginati epulas,ideſt ad Christi passionis fidem ipsos recipiet . Quia sicut dicit Apostolus Rom. 11.Cum subintrauerit plenitudo gentium,tunc omnis Israel saluus erit. ¶Vel ista possunt ad religionum apostatas applicari. Constat enim quandoq;,ꝙ adolescentes de domo religionis & à patre suo prælato recedant,portionem bonorum patris.i.illa,quæ possunt furari,deferunt,& in regione longinqua.i.in mundum fugiunt, vbi vni ciuium,scilicet diabolo,in diuersis seruiunt vitijs,& ibi substantiam suam,ideſt naturalem & temporalem, in luxuria & carnaliter viuendo consumunt, tunc autem illis , q̄ secum furtim portauerant,& de regione furati fuerant,cōsumptis,esurire incipiunt,& siliquas,quas porci manducāt ideſt bona terrena, quæ peccatores possident , acquirere & comedere cupiunt.Sed cum ipsa acquirere nesciunt,nec aliquem,qui ea sibi det,inueniant,ideo sæpe fit ꝙ ipsi esuriūt & vilem vitam egenam & pauperem foris ducunt. Iusto.n. Dei iudicio fit,ꝙ tales,qui diuitiis & deliciis sectandis,Deū & religionem apostando dimittunt , ad illas nequaquā attingant,sed in paupertate & miseria in mundo viuant. Vnde.Prou.3.Paupertas à domino in domo impii. Sępe ergo fit ꝙ isti fame & miseria vrgente,de recessu & apostasia pœnitentes,ad patrem.i.ad prælatum & religionem redire ꝓponunt,& vt saltem temporalem euadant miseriam,ad primum statum se conuertunt,dicentes. Quanti mercenarii abundant panibus in domo patris mei.Surgam igitur & ibo Matt.12.Vnde istorum vox videtur esse.Reuertar ad domum meam vnde exiui.Contriti igitur & humiliati quandoq; reuertuntur ad religionem,& misericordiam postulantes suā facientur culpam & confusionem:Pater prælatus debet tales benigniter recipere,stolam ideſt habitum ipsos induere,an

nulum,arram salutis ideſt pœnitentiam eis cōcedere, & cal[illegible] ciamenta bonorum temporalium pro sustentamento eis tribuere,vitulum saginatum,i.Christum in eucharistia.ſ. passionis Christi memoriam ipsius offerre,& de eorum conuersione gaudere.Et quia communiter frater primogenitus , q̄ non fuit prodigus,ideſt alii fratres & religiosi, qui nunquā derelinquærunt,sed patri & prælato seruientes in religione manserunt,contra tales indignantur,& ipsos post conuersionem & reditum detestantur,aliosque deprimere à dignitatibus & officiis repellere,& culpas præcedentes exprobrare comprobantur,quinimmo si talibus fiat conuiuium,ideſt si talibus detur beneficium , vel à patre prælato eis fiat præ cęteris aliquod temporale solatium,tales primogeniti conquæruntur,dicentes.Ecce tot annis seruio tibi,& non dedisti mihi hedum,ideſt beneficium, huic autem deuoratori & apostatæ confers fauorem & obsequium. Tunc pater iste prælatus debet tales reprahendere,& à suis detractionibus cohibere,& pro suis conuersis peccatoribus ne iterato incidant,aliorum murmuribus obuiare,dicens ei.Fili tu semper mecum es & omnia mea tua sunt.Hic autē frater tuus mortuus fuerat &c.Acsi diceret.Vos non debetis contra tales indignari,nec eos exacerbare,sed de eorū salute benigniter exultare.Lu.15.Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente &c. ¶Vel dic generaliter,ꝙ quicunque peccator à Deo peccando recedit,& patrem suæ substātiæ ideſt bona naturalia in diuersis uitiis expendit,& vni ciuium regionis,ideſt mundo adhærens, porcorum,ideſt immūditiarum obsequiis se submittit,si fame tribulationis cogente,ad patrem Deum per pęnitentiam reuertitur, ipsum statim solet misericorditer recipere, vestibus virtutum induere,vitulum saginatum,ideſt suæ carnalitatis lasciuiā occidere,& eum cum gaudio festinare,sicut supra. ¶Vel dic ꝙ multi sunt hodie domini huic patrifamilias similes, qui nouiter venientes ad suam curiam,dato ꝙ sint prodigi & mali dum tamen sciant verba adulatoria dicere , Pater peccaui &c.solent lætius recipere & latius præmiantur,quam illi,q̄ semper cum eo fuerunt,& qui diu in familia sua manserūt, & in agro suo,ideſt in administratione sua diutius laborauerunt.Leu.16.Noua enim placent.Quia sicut dī.Nouis aperuenientibus vetera proiicietis. ¶Vel dic ꝙ apud patrē Deū acquirunt dona ampliora tam gratiæ quam gloriæ illi,qui quandoque peccatores fuerunt & penituerunt , quam illi, qui nunquam delinquerunt.Tantus enim potest esse feruor post lapsum,quòd pœnitens plus meretur , quam qui lente in iustitia conuersatur.Vnde Apostolus.Ro. 5. Vbi abundauit delictum &c.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Dicebat autem ad discipulos suos. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.
Moralitatum Cap. 9.

Hic ponitur parabola de villico, q̄ cum diffamatus esset apud dominum suum, propter quod villicationē suam perdere oportebat,dum adhuc haberet officiū, & administrationem bonorum domini sui , cogitans ꝙ fodere non valebat,& mendicare erubescebat, vocauit debitores domini sui & debita pro parte remisit , & sic eorum gratiā acquisiuit,quod vtiq; fecit,vt cum amotus esset ab officio, ipsum in tabernacula sua reciperent, & factam gratiam recompensarent,dicens primo. Quātum debes domino meo? Centum cados olei.Accipe igitur cautionem & scribe quinquaginta &c.Dominus igit suus hoc audito,ipsū de prudētia sua cōmendauit.Chrs.n.à simili docet nos de alieno largos esse,& de māmona iniquitatis amicos.ſ.pauperes nobis facere,vt cū defecerimus,nos possint in æterna tabernacula acceptare. ¶Verba saluatoris illā parabolā exponūt,& eā esse datam propter mīam dicunt.Vnde ista est ueritas, nam quilibet habet à Deo aliquem uillicatum,hēt.n. ministrare bona naturæ & fortunæ.Apostolus.1. Cor.4. Quid.n. habes homo ꝙ à Deo non accepisti? Homo.n.in administratione sensuum corporalium vel bonorum tēporalium,nō est nisi villicus Dei.Cum igitur necesse sit quemlibet in morte talē villicationem perdere, ideo ante actum debemus de remedio prouidere . Igitur debemus de bonis commissis &

temporalibus pauperibus benefacere, & sic quæ nobis debent, remittere, vt post mortem quando villicationem & tē
poralium administrationem amiserimus, vbi non erit fodiē
dum, i. bene operandum, & vbi erit verecundum in inferno
degere possint isti pauperes, quib. in hoc mundo bene fece-
rimus, in cœlestibus tabernaculis nos recipere & fouere. Qā
si fecerimus, dominus non cōmendabit. Et quamuis ista bo-
na non sint nostra, sed potius sua, si inde eleemosynam fece
rimus, ipse dominus approbabit. Igitur de mammona iniq-
tatis, i. de terrena substantia, quæ re vera multas iniquitates
inducit, debet vnusquisque amicos, i. pauperes & sanctos si-
bi facere, vt in eorum tabernaculis, ideſt in regno cœlorum,
quod est pauperum, mereatur cum eis exultare. Vnde dicit.
Luc. 6. Date & dabitur vobis. ¶ Homo quidam erat dives, &
induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splen-
dide. Et ad ianuam eius iacebat quidam infirmus & vlcero-
sus nomine Lazarus, q̄ cupiebat saturari de micis, q̄ cadebāt
de mēsa eius, & nemo ei dabat, sed veniebāt canes & linge
bāt vlcera eius: cū igit̄ dives & Lazarus morerent̄, Lazarus i
sinu Abrae fuit positus, & dives in inferno sepultus. Cum
igitur dives, qui erat in tormentis, oculos leuasset, & Lazarū
in sinu Abraæ vidisset, guttam aquæ pro linguæ refrigerio p
Lazarum quem videns contemp̄serat, sibi dari petijt, quam
tamen Abraam sibi non concessit. Mitte (inquit) Lazarum, q̄
intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguā
meam, quia crucior in hac flamma. Fili (inquit) Abraam, re
cordare, quia recepisti bona in vita tua, hic autem similiter
mala, ideo hic consolatur, tu vero cruciaris. Dives autem se
non exauditum videns, pro fratribus suis, qui in mundo mā
serant vt ad eos mitteretur Lazarus, intercessit. Mitte inquit
Lazarum quinque fratribus meis, ne & ipsi veniant ad hunc
locum tormentorum. Quem nec Abraam exaudiuit, sed sibi
dixit. Habent Moysen & prophetas, audiant illos &c. ¶ Ista
parabola potest ad multa moraliter applicari. Allegatur. n.
q̄ iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit miseri-
cordiam, quia cum ipse posset facere misericordiam Laza-
ro, non fecit, ideo cum indigeret, nullam misericordiā im-
petrauit. Prou. 21. Qui obturat aures suas ad clamorem pau-
peris, & ipse clamabit & non exaudietur. Prouer. 14. ¶ Ista etiā
possunt allegari, q̄ extrema gaudij luctus occupat. Et quia
Deus post tempestatem tranquillum facit. Tob. 3. Dixes, qui
fuerat in epulis, & in vestibus preciosis, positus est in flāmis
& supplicijs, Lazarus vero, qui fuerat in dolore positus, est
cum Abraam in quiete locatus. Luc. 1. Furientes impleuit
bonis &c. ¶ Vel applica ad occultam Dei ordinationem vel
prædestinationem, quæ diuersimode variat motus rerum, &
illis quos nouit in æternum damnandos, dat hic prosperita-
tem. Illis vero, quos scit perpetuo saluandos, dat aduersita-
tem. Nullā causam allegat Abraam de damnatione diuitis,
nisi quia receperat bona in vita sua, Lazarus autem mala, &
ideo vicem debere oportere mutari asseruit. De isto enim di
uite non legitur q̄ fuit raptor, nec fornicator, vel superbus
sed solum quia dives & epulabatur. De Lazaro autem quòd
aliquod bonum fecerit, sed solum quia miser erat. Timeant
igitur diuites, & adhuc dico timeant, quia portant secum si
gnum damnationis. Lætentur pauperes, quia secum trahunt
signum saluationis, teste Ambrosio. Successus temporalium,
damnationis est indicium. Mat. 5. Beati pauperes, quoniam
ipsorum est regnum cœlorum. Et iterum. Impossibile est di
uitem intrare in regnum cœlorum. Matth. 19. Vel dic quòd
quandoque contingit ab illo in aduersis auxilium petere,
quem homo in prosperis non dignabatur respicere. Dives
enim iste per Lazarum sibi auxilium dari petijt, quem lan-
guentem ad ianuam non respexit. ¶ Vel dic, homo semper
debet de amicis suis curare, & de eorum damnatione dole
re, sicut ille, qui in tormentis positus, petebat Lazarum ad
fratres suos mitti, magis volens solus perire, quam fratrum
damnationem videre.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.
Et dixit ad discipulos suos. Impossibile est vt non veniant scandala. Moralitatum Cap. 10.

Occurrerunt Christo. 10. leprosi, supplicantes q̄ sanarē
tur ab ipso Iesu. Præceptor (inquiunt) miserere no-
stri. Quibus misertus dominus, præcepit quòd irent, ostē
cerdotibus ostenderēt. Ipsi autem cum irent, mundati
Vnus autem ex illis, qui samaritanus erat, quia mundat
regressus est ad dominum pro gratijs offerēdis. Alij vero
uem, qui Hebræi erant, nullatenus sunt reuersi. Quod vi
dominus inquit. Ecce decem mundati sunt, & nouem
sunt. Non fuit qui rediret, & gloriam Deo daret, nisi hic
nigena. ¶ Dic, quòd ire ad sacerdotes, nihil aliud est, qui
peccatis confiteri & proponere confiteri, quia scilicet
do decem leprosi peccatores, qui decem præceptorum
gressores ex his transgressionibus sunt corrupti, volue
pra vitiorum suorum curari atque purificari, necesse hā
ad Christum per orationem & per veniæ imploratione
necnon per contritionem clamare, ad sacerdotes per co
fitendi propositum ambulare, & tūc dum solum ad facer
tes ire incipiunt, & dum solum confiteri proponunt, ac
pa huius liberantur. Veruntamen necesse est q̄ confessio
quatur, alioquin in culpam pristinam relabūtur, sola ec
contritio cum proposito confitendi peccata tollit, & gr
tiam restituit. Ps. 31. Dixi confitebor. ¶ Vel allega ista, q̄ alio
gene. i. seculares, & laici, qui communiter melius regun
tur Deo de collatis beneficijs quam regulares & cleri
quia isti deuote ad dominum reuertuntur. Illi vero obter
beneficijs temporalibus & spiritualibus, peccatorum
gentijs in sua ingratitudine torpescere comprobātur. ¶
lens dominus conditionem diei iudicij declarare, & qu
ignote, & subito veniet demōstrare, dixit. Sicut fulgur in
rate apparet, sic erit aduentus filij hominis. Sicut in die
noe edebant, bibebant, vendebant & emebant, & de die
uio non cauebant, quando scilicet diluuium subito venit
quod omnem hominem submersit & inuoluit, sic inquit
erit de die iudicij. Et subiungit, quòd tunc erunt duo in lecto
vno, duo in agro vno, duæ molentes in mola vna, & de om
nibus istis vnus assumetur, alius relinquetur. ¶ Illud alle
ga, quomodo iudicium & extrema tribulatio sunt homi-
bus ignota, & ideo cautius præuidenda. ¶ Allega quomodo
de omni statu aliqui erunt saluati, aliqui damnati, quia
illis, qui sunt in lecto, ideſt in statu quietis & contem
tionis, & de illis, qui sunt in agro, ideſt in labore mundi
negociationis, & de illis, qui molant in mola una, ideſt
vna combinatione coniugalis cohabitationis, unus assu
tur & alter relinquetur, aliqui saluabūtur, aliqui damn
buntur, aliqui à Deo eligentur, & aliqui tanquam repr
condemnabuntur, & breuiter de omni statu & gradu
sunt boni & mali. Vnde Iac. 3. De eodem fonte egredi
qua dulcis & amara.

CAPITVLVM XVIII TEXTVS.
Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare. Moralitatum. Capit. 11.

Hic ponitur de uidua, quæ apud iudicem iniquita
vindicari ab aduersario patebat. Quod iudex in
tatis non propter iustitiam, sed propter importunitat
concessit: ¶ Hoc potest applicari ad instantiam oration
si iniquus propter importunitatem illorum voluit
facere, multo fortius Deus propter orationis instantia
let, quod iuste petitur, concedere. Luc. 11. Vide supra
mico, qui petebat tres panes. Apostolus. 2. Ti. 4. Insta o
tune & importune. ¶ De Pharisæo, qui se iustificabat, &
blicanum contemnebat, & bona sua coram Deo recita
dicens. Non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniu
dulteri, sicut hic publicanus, ieiuno bis in sabbato. Et de
blicano, qui percutiens pectus suum misericordiam
rabat, sed nec oculos erigere ad cœlum præsumebat. D
tur hic quòd publicanus iustificatus recessit, quod tam
legitur de Pharisæo præsumptore. ¶ Ista exemplariter
sunt allegari, quòd plus placet Deo humilitas pecca
quam seueritas præsumptoris. Magis est Deo accepta
peccatorum confessio pœnitentis, & propriæ fragilita
vilitatis recordatio, & ex consideratione culpæ natu
liatio, quam illius, qui nunquam taliter deliquit, arro
iustitiæ propriæ præsumptio, aliorum contemptus &
sius bona opinio Luc. 18. Ideo sequitur. Omnis, qui se

CAPITVLVM XIX TEXTVS.
Et ingressus per ambulabat hierico. Moral. Cap. 12.

Cvm esset Iesus in hierico, princeps quidam publica-
norum Zacheus nomine quærebat videre Iesum quis
esset, & non poterat propter turbam, quia statura pusillus
erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt vi-
deret eum, quia inde erat transiturus. Iesus autem vidēs de-
uotionem ipsius ipsum vocauit, dicens. Zachee festinans de
scēde, q̄a hodie in domo tua oportet me manere. Qui festi
nans descendit, & eum gaudens in domū suam recepit. Qui
statim ad dominum conuersus est, & dimidium bonorum
suorum dedit pauperibus, & si quem defraudauerat, in qua
druplum sibi restituere promisit, dicens. Ecce ego dimidiū
bonorum meorum do pauperibus, & si quem defraudaui,
reddo quadruplum. ¶ Per istum Zacheū intelliguntur simpli
ces, boni seculares, qui in scientia & morib. sunt pusilli, & q
dato q̄ Iesum per contemplationem videre cupiant, turba
tū seculariū negociorum sunt aliquo modo impediti. Matt.
20. Turba increpabat eos vt tacerent &c. Veruntamen quā-
doque fit, q̄ tales supra vires conantur, & ad videndum Ie-
sum. i. contemplationem spiritualium subleuantur: ascēdūt
in arborem crucis per passionis contemplationem, & sic vi-
dent Christum per simplicem deuotionem. Vnde dī. Cant. 3.
Egredimini filiæ Sion & videte regem &c. Christus vero bo
nam istorum & simplicem affectionem intuens, in domū eo
rum per gratiam descendit, & eos totaliter ad bonum exo-
rat & conuertit q̄ aliena restituere, & propria pauperib.
dare fecit. Et iste recte tenet typum boni eleemosynarij, qui
non procrastinat. Ideo dicit dominus. Qui modicum nō dat.
Ideo dicit. Dimidium bonorum meorum do pauperibus, q̄a
discrete indigentib. non diuitib. sua dispēsat. Ideo dicit pau
perib. quib. alijs sua interceſſe & damna restituit, ideo dicit.
Si quem defraudaui, reddo quadruplū. Ista dilata si vis. ¶ Vo-
lens dominus intrare Hierusalem, præcepit pullum asinæ al
ligatum, supra quem nullus hominum sedit, solui & sibi ad-
duci, supra quem ciuitatem intraret. In quo introitu ipsum
puerorum collegium honorauit, & osanna in excelsis cla-
mauit. Alij tollentes ramos oliuarum de arboribus, sibi ob-
uiam præcesserunt. Et alij vestimenta sua prostrauerunt, &
ipsum honorifice receperunt, ipsum tñ Iudæi satis cito post
occiderunt. ¶ Illud allega, quicunque voluerit ciuitatē Hie-
rusalem intrare. i. Paradisum, & ibi à pueris hebreorum. i. ab
Angelis honorem æternum recipere, debet non superbe p
cedere, sed potius super pullum asinę, quod est animal hu-
mile, laboris patiens, & virtutem humilitatis & patientię q̄
rere, & sic cum ea poterit intrare, & ibidem gaudenter reci-
pi & venire. Nullus enim in cœlestem Hierusalem cum ho-
nore suscipitur, nisi qui super asinum. i. cū humilitate & pa-
tientia illic feretur. Vnde Luc. 18. Qui se exaltat, humiliabit.
¶ Vel dic q̄ Christus solum illos spiritualiter equitat, & sibi
applicat, quos pullos asinæ. i. humiles & patiētes esse cogno
scit, & quos in hoc mundo alligatos vinculis mandatorum
videt, super quos nullus sedet. i. quos nullus dæmonum &]vi
tiorum subiecit, tales finaliter à pœnis & laboribus suis sol
uet, & eos in cœlestem Hierusalem ducet. ¶ Vel dic, quando
Christus vult in Hierusalem. i. in mentem nostram venire, ip
sum debemus honorifice recipere, vestimenta terrenorum
bonorum exuere quantum ad affectum, & ea in terra: infe-
rius ad pauperes per eleemosynas deponere, & cum ramis
oliuarum. i. cum pietatis operibus eidem obuiare, & gratias
agendo debemus spirituali visitatione sua, benedictus qui
venit, mentaliter clamare & hoc ipse monet in Ps. 58. Exur-
ge in occursum meum & vide. ¶ Vel dic q̄ Christus fuit in
Hierusalem ita honorifice receptus, & tamen cito post ex-
tra ciuitatem eiectus, & crudeliter crucifixus: Proue. 14. pōt ©
notari, q̄ extrema gaudij luctus occupat, & q̄ ciuitas huius
mundi illos, quos prospere solet in lętitia recipere, donis
& honorib. extollere, solet quandoque cito post mortem in
fortunio expellere, & crucifixioni. i. pœnis & cruciatib. sub-
iugare. 2. Reg. 15 Vnde hieri venisti, & hodie compelleris e-
gredi. ¶ Iudæi cum dicerent Christo q̄ pueros clamātes osan
na sibi increparet, Respondit Iesus. Si illi tacuerint, lapides
clamabunt. ¶ Hoc potest allegari q̄ lapides quandoque in de-
fectu clericorum seculares Deum laudant, & quandoq; de
ipsis lapidibus ideſt de ipsis duris & obstinatis peccatoribus
inueniuntur aliqui, qui Deum magnificant & exaltant. Vn-
de. Luc. 3. Potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abraę.
Illa enim, quæ sequuntur hic de decem virginibus, vide
Matt. 25. vbi agitur de talentis. Illa, quæ sequuntur capit. 20.
vide Matt. 21. & 22.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Respiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua. Moralitatum Cap. 13.

Cvm quadam die in templo multi multa ponerent & of
ferrēt, inter eos fuit quædam paupercula vidua, q̄ duo
minuta in gazophylacium mittebat. Hoc igitur videns do-
minus, ipsam oīb. alijs prætulit, & donū suum cęteris maius
indicauit dicens. Hęc vidua paupercula plus quam omnes
misit, quia cęteri ex abundantia sibi miserunt, hęc autē om-
nem victum, quē habebat, misit. ¶ Hoc potest allegari quòd
Deus in eleemosynis & operibus erogationis magis atten-
dit affectum quam effectum, & magis cogitat voluntatē quā
operis quantitatem, quia magis reputatur illud, quod habēs
homo dat Deo necessarius, quam quod dat opulētus & ple-
nus. Quod etiam apud homines debet esse, quia magis dēt
homo diligere & plus ponderare munus amici pauperis, q̄
munus amici diuitijs. Vnde Cato. Exiguum munus cum dat
tibi pauper amicus &c.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Appropinquabit autem dies festus Iudæorum. Moralitatum Cap. 14.

Christus factus in agonia prolixius orabat, q̄ transferre
tur ab eo calix, patris auxilium inuocabat. Verūtamē
voluntatem suam uoluntati patris subdeclinat dicens. Pater
si possibile est, transeat &c. ¶ Hoc potest allegari, quāto ma-
ior iustat tribulatio uel periculosior agonia. i. mentis anxie
tas, tanto debet ad Deum feruentior fieri oratio. Veruntā-
men quamuis homo se uideat multipliciter tribulatum, nū
quam tamen debet simpliciter petere talem tribulationem
amoueri, sed semper sub cōditione dēt diuinam uoluntā-
tem anteponere, & sui corporis saluti, suoque naturali ap-
petitui dēt Dei placitum anteferre, dicens. Non mea uolun-
tas, sed tua. Debet enim supponere, q̄ Deus scit melius quid
sit homini utile quam ipsemet hō. Vnde Greg. dicit. Nouit
cœlestis medicus, quid necessarium sit egeno, & quod credi
tur esse pœna, medicina est. ¶ Hic dī, quòd sudor Christi fa-
ctus est, ut guttæ sanguinis decurrentis in terram. ¶ Allega q̄
sanguis nostræ substantię temporalis, qui per sudorem. i. p
liberalitatem emittitur, non debet sursum ad diuites ascen
dere, sed deorsum per eleemosynas ad pauperes declinare.
¶ Illud, quod hic dicit Christus Iudæis ad se capiendum ue-
nientibus, Sed hæc est hora uestra & potestas tenebrarum,
& similiter illud, quod dicitur. Ioh. 7. Nemo misit in eum
manum &c. ¶ Ista uidētur suppponere, quòd circa negocia
certis horis attribuuntur, & secundum proprietates hora-
rum euentus negociorum variantur, sic ista verba Christi
ad opinionem astrologorum prima facie accedere dinoscē
tur, de hoc tamen nihil ad præsens.

CAPITVLVM XXIIII TEXTVS.
Vna autem sabbati Valde diluculo venerunt ad monumentum. Morali. Cap. 15.

Dvobus discipulis euntibus in emaus adiunxit se do-
minus in specie peregrini, oculi autem eorum tene-

E bantur ne eum agnoscerent, dato quòd eis interpretaretur scripturas, finaliter quando venerunt ad hospitium, cum Christus incæpit eis panem frangere, ipsum cognouerunt, & eum in fractione panis plenarie perceperunt. ¶ Sic vere in via huius vitæ, boni simplices secum habẽt Christum per gratiam, ipsum tamen per scientiam non cognoscunt, quia isti sunt, qui simpliciter confitentur, & veraciter credunt, finaliter tamen in hospitio paradisi, in vespere mortis quã do panem æternæ satietatis ipsis distribuet, ipsum perfecte cognoscent, & facie ad faciem diuinitatis eius essentiam intelligent. Vnde. Mar. vl. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. ¶Vel dic, quòd duo discipuli sunt duo populi, gentiles & Iudæi, qui cum in forma peregrini, in carne scilicet humana, in itinere huius mundi personaliter Christum viderunt, ipsum per fidem cognoscere nequierunt, tandem postq̃ scripturas ipsis ꝑ prædicatores exposuit & postq̃ panem sacræ scripturæ ipsis distribuit ipsum cognouerunt, inquantum in eum crediderunt, & fidem receperunt. Cognouerunt de verbo, quod dictum erat eis de puero. Luc. 12. ¶ Hic dicitur, quòd Iesus in medio discipulorum suorum post resurrectionem apparuit, sed cum præ stupore & gaudio mirarentur, & se videre spiritum opinarentur, resurrectionem suam per duo testimonia probauit inquantum pedes & manus palpandos & videndos obtulit, & partem piscis assi, & fauum melle sibi ab ipsis traditum manducauit. ¶Sic dic spiritualiter loquẽdo, ꝙ ille a mortuis.i. à peccatis resurrexisse per pniam veraciter cognoscit, qui se ꝑ confessionem videndũ & ꝑ correctionẽ tangendũ voluntarie exhibet, qui piscem assum.i. Christi passionẽ per compassionem manducat & fauum æternæ dulcedinis per deuotionem degustat. Psal. 33. Gustate & videte quoniã suauis est dominus.

Moralitatum super Lucam. Finis.

MORALITATVM
Liber trigesimussecundus super Iohannem.

F

CAPITVLVM II TEXTVS.
Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ; Moralitatum Capitulum 1.

IOhannes Euangelista, q. post alios Euangelistas subscripsit euãgeliũ, aliqd superaddit de factis & operibus Saluatoris, q̃ alii omiserunt. De istis breuiter aliqua ponã, & huic operi meo scd̃m capitula in quibus sunt, interseram & adiungam. Igitur hic fit mentio, quod Christus cum ad nuptias, quæ factæ sunt in Chana Galileæ. Ioh. 2. cum matre eius Maria esset vocatus, & vinum defecisset, hoc curauit mater eius sibi dicere, & hoc ad finem, vt facto miraculo possit sponsi verecundiam operire dicẽs. Vinum non habent. Christus vero primo satis dure respondisse vr̃. Quid mihi & tibi mulier: Veruntamen responsionẽ duram per facti sequẽtis dulcedinẽ temperauit. Sed hydrias lapideas in loco positas & secundum purificationẽ Iudęorũ ordinata, aqua impleri iussit, aquam mox in vinum conuertens, architriclino & qui erant in nuptiis propinari mandauit, qui vt gustasset aquam vinum factum, sponsum vocans & arguens, melius vinum vsq; in finẽ seruasse curauit, dicẽs. Omnis homo bonũ vinum primo ponit &c. Et cũ inebriati fuerint, id quod deterius est. Tu autem seruasti bonũ vinum vsque adhuc. ¶Nuptiæ istæ significant prosperitatem mũdanã. Quæ nuptiæ bene in Galilea, quæ interpretatur transmigratio, factæ dicuntur, pro eo ꝙ omne mundanum gaudium transmigrans & transitorium reperitur. Ad istas tamen nuptias vocantur quandoque tam Christus quam Maria, inquã tum illi, qui mundi gaudia celebrant, hoc sine peccato & cũ bona intentione.i. cum aliquali contritionis amaritudinis consideratione facere student, & sic Iesum & Mariam ꝓcul dubio secum habent. Iesus.n. bonam intentionem significat Maria aliquam disciplinæ amaritudinem designat. Matt. 2. Inuenerunt puerum cum Maria &c. Quid igitur: Profecto vinum rectæ consolationis sibi deficit, quia.s. nullum potest esse ita magnum gaudium temporale vbi perfecta con sit. Vinum (inquit) non habent, quia omnibus con semper est plus inuenire de amaro quã de dulci, & de quam de vino, & de tribulatione quam de gaudio in & prosperitatibus huius mundi. Esa. 24. Cum cantico n bent vinum, amara erit potio bibentib. ipsam. Sed pr to dominus præcipit ministris huius conuiuij, i. mũda speritatis sectatorib. quòd hydrias lapideas, idest co dura & indeuota primo aqua compunctionis implea ꝙ primo fletib. & lachrymis culpas lauẽt, & tũc finali minus de aqua ista vinum faciet, inquantum suam ama compunctionem in dulcedinem æternæ consolation uertet, aqua.n. vinum efficitur, quando præsens lachr compunctio in vinum, quod lætificat cor hominis, i.æ consolationis gaudium commutatur. Mat. 5. Beati, qui l quoniam ipsi consolabuntur. Nullus enim conuiuia pr tium nuptiarum, idest mundi lætitiarum & vinum fu solationis poterit obtinere, nisi primo aquam lachry studeat in hoc seculo possidere. Quilibet igitur conui sentium gaudiorum aquam compunctionis in hydria dis habeat, & quamuis exterius gaudeat, intus tamen alioquin vinum æternæ consolationis in posterum va rat, quia sibi aliquando dicetur finaliter illud. Vlulate betis vinum &c. Iohel. 1. ¶Vel dic ꝙ conuiuium & nup ad quas vocantur Chr̃s & discipuli, significant statum perum, vbi quia vinũ.i. terrena consolatio sępe deficit driæ lapideæ sex.i. sex opera misericordiæ, in quib. Deum confitentes.s. fideles conuertuntur & purifican bent istum defectum supplere, & aquam bonorum tempo ralium in vinum consolationis & recreationis & refe nis pauperum & conuiuarum commutare, vt sic archi nus.i. Deus pater inde possit per complacentiam refic stari. ¶Vel dic ꝙ istæ hydriæ significant diuites, q vt com niter sunt lapidei atq; duri, qui dicuntur continere me binas vel trinas, inquantum duo præcepta charitatis & sanctæ trinitatis debent seruare: sex etiam, inquantum opera misericordiæ debent perficere & implere. Illi quotiens vident pauperibus vinum temporalis consol nis deficere, debent aquis alienæ miseriæ repleri per c sionem, & in vinum cõsolationis ipsas vertere per el synarum subuentionem, & sic hoc vinum ab architri idest à Deo commendabitur per acceptionem & app tionem: Prou. 31. Date siceram merẽtib. & vinum his, q ro animo sunt &c. ¶Vel dic ꝙ architriclinus significat dum & mundi prncipes uel diuites, quib. videtur ꝙ bo vinum debet præponi, deinde quod deterius est, appo apud eos meliora iudicantur pręsentia quam futura, temporalia quam æterna, quod verum est inter pecca quia modo bibunt in hoc seculo bonum vinum.i. pro tatem & gaudium, sed postquam hic fuerint inebria ti & impinguati & repleti, tunc apponetur eis illud ꝙ est deterius, i. æternum supplicium & tormentum, erit fel draconum vnum eorum & venenum aspidum 23. ¶Cum Chr̃s quadam die inuenisset in templo ven oues, boues, columbas, nummularios sedentes, fla gellum de funiculis fecisse, & nummulariorum ęs eff dicẽs. Auferte ista hinc, & nolite facere domum pat domum negociationis. Et sicut dr̃ in Matt. 21. illud di ptum est.n. domus mea, domus orationis uocabitur, v tem &c. quæ sumpta sunt ab Esa. 56. & Hier. 7. ¶Templ gnificat ecclesiam, boues significant laborem bonæ c tionis & prædicationis. Oues significant simplicitate nestæ & humilis conuersationis. Columbæ spiritus gratiam suæ sacramẽtalis communionis. Nummular ficant sectatores auaritiæ & aggregatores temporali stantiæ & possessionis. Cum igitur in templo ecclesiæ qui, qui vendunt boues idest laborem bonorum ope agriculturas prædicationum, pro spe temporalis tionis faciunt. Aliqui, qui vendunt oues.i. hypocritæ spe gloriæ mundanæ simpliciter & humiliter viuunt vendunt columbas.i. qui gratiam sancti Spiritus & sacramenta, officia & beneficia pro temporali mer ferunt. Aliqui nummularii.i. aliqui auari, qui solum pecuniis intendunt. Ideo Christus flagello suæ sen tiæ per mortem temporalem & æternam illos &

de templo ecclesiæ eijciet, es & pecuniam auarorũ rum disperdet, & cathedras vendentium columbas.i. & dignitates Simoniacorum subuertet. Nõ uult enim domus patri sui, q̃ est ecclesia, efficiatur domus negociationis, nec ꝙ illa, quæ domus orationis esse, debuerat, spelũ latronum seu habitaculum malorum hominum nomine. Omne enim turpe lucrũ exinde pręcepit auferri & an omnia secularia negocia necnon omnia vana opera Simoniaca & hypocrita scelera submoueri dicẽs, auferte ista. Et br̃ ista est veritas, ꝙ cathedrę.i. officia & dignitates illorum, qui in templo ecclesiæ vendunt columbas, i. Simoniacorum qui vendunt spiritualia, à Deo subuertũtur, & in prosperitate manere nullatenus permittuntur, sed aut deponuntur, aut infortunijs affliguntur. Ozeę 9. Propter malitiam adinuentionum ipsorum, de domo mea eijciam eos. Nummulariorum etiam, qui sunt ibi, auarorum ecclesiasticorum ęs à domino effunditur, inquantum post mortem tam diuitiæ ipsorum à quibusdã rapiuntur, & partim a parentib. & partim à familiaribus, partim à latronibus disperguntur, ita ꝙ pro anima sua dũ uiuerent cogitare noluerũt, nec missæ, nec eleemosynæ celebrantur. Qui p̃t capere capiat.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Vt ergo cognouit Iesus. Moralitatum Cap. 2.

Illud, quod ponitur de fatigatione domini super fontẽ sichar, & quomodo mulieri samaritanæ, quę veniebat ad hauriendam aquam prædicauit, & ꝙ quinque viros habuisse sibi dixit, & eam, & multos alios per eam ad se cõuertit, quia ista conciues suos ad Iesum uocauit & adduxit, & quomodo mirantes Apostolos ꝙ cũ muliere loqueretur, i. messem alienam falcem misit, sicut diffuse ponit hic Iohannes, exponitur per doctores de gentilitate, qui à principio quinque viros.i. quinque sensus naturales habuit, sed ipsis mortuis & corruptis, alteri viro, qui nõ fuit vir sed fornicarius diabolo per idolatriam adhęsit. Quinque (inquit) viros habuisti &c. quæ tandem ad Christum, qui ad ciuitatem sichar in mundum venerat, & in infirmitate carnis assumptus quasi fatigatus sedebat, & in fontę suæ misericordiæ aquam veniæ receptura per fidem venit, quæ salutem conuersionẽ retulit, & non solum sui, sed multorum, quos ad Christi fidẽ conuocauit, & quotidie spiritualiter conuocare non cessat multipliciter transeo de ista expositione allegorica, quia nimis esset prolixa, si quis vellet ad punctum tractare. Mat. 15. Ecce mulier de finibus illis egressa, clamabat post Iesum, miserere. ¶Hic ponitur de filio reguli Capharnaũ, sed vide Matt. 8. vbi factum est.

CAAPITVLVM V TEXTVS.
Post hæc erat dies festus iudæorum. Moral. Cap. 3.

ERat in Hierusalem probatica piscina, quinque porticus habens, circa quam iacebat multitudo magna languentium, claudorum, cæcorum aridorum, expectantium, aquæ motum. Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam, & aquam ipsius mouebat, & tunc q. prius intrabat aquã quacunque infirmitate teneretur, sanus continuo fiebat. Cum igitur inter alios esset ibi unus, qui triginta octo annis infirmitate graui detentus iacebat, nec sanari potuerat, pro eo quod quando aqua mouebatur nullũ habebat hominem qui ipsum poneret in piscinam, sed quã do venire volebat, ipsum alius præcedebat, & sic propter portiorum defectum retro alios infirmus & languidus manebat, & alius præcurrens sanitatis beneficium reportabat, Dominus sibi misertus, ipsum sanauit, & grabatum sibi tollere iussit. Surge (inquit) tolle grabatum tuum & ambula, & statim factus est homo sanus. Et subiungit dominus dicens, ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi cõtingat. De ista autem probatica piscina, in qua nathinnei holias lauabant, ponit Petrus comestor, ꝙ aliqui dixerunt reginam saba ostendisse lignum salomini, in quo debebat homo suspendi, propter cuius mortem Iudæi perderent regnum suum. Quo audito, illud lignum sepeliuit in profundum, sed tandem probatica piscina facta est in eodem loco. Appropinquante igitur passione, lignum illud incipiebat surgere, & à motu suo aquam piscinæ agitare. ¶Ista piscina potest significare sacram scripturã, quæ quinque porticus habere dicitur, pro eo ꝙ in ipsa per quinque libros Moysi subintratur. Vocabatur etiam bethsayda, quæ interpretatur domus frugum, domus pecudum, domus venatorum, quia sacra scriptura est domus & repositoriũ frugum .i. diuinorum sacrorum & documentorum. Pecudum.i. simplicium & imperfectorũ. Venatorum.i. doctorũ, pręedicatorum, sapientũ. Iob 30. Ibi constituta est domus omni uiuenti. Circa istam piscinam multi sunt languentes.i. multi ueritatẽ sciæ desiderantes, & sanari ab ignorantia cupientes. Sed re uera ad hoc ꝙ infirmi & simplices possint ibi sanari, vel in scripturarum codicibus informari, necesse est ꝙ angelus.i. diuina inspiratio vel doctor bonus descendat de cœlo, qui aquã sacræ scripuræ moueat & exponat. Sine angelo .n.i. sine doctore, infirmitas ignorantiæ in hac piscina non sanatur, nisi forte Christus per seipsum hominem sanet, & ꝑ reuelationem sibi secreta sua manifestare dignetur. Mat. 28. Angelus descendit de cœlo & accedens &c. ¶Vel dic quod piscina significat pœnitentiam, circa quam multitudo languentium peccatorum sperat intrare, quia illi qui sunt cęci per ignorãtiã, claudi per iniustitiã, aridi per inuidiã, sperãt tñ finalirer ꝑ pniam se saluare. Ista est quę dr̃ bethsayda, domus frugũ, qa fruges virtutum ibi recolligunt. Domus pecudum, quia simplices qui hodie domini fiunt per nathinneos .i. sacerdotes confitendo domus venatorum, quia ipsi venatores abluere opinantur. Et br̃, etiam ista est domus communis, q̃ quinque habet porticus, inquantum omnes homines qui in quinque peccant sensibus, in istam sperant intrare, & ad istam confluere comprobantur. Vnde illud dictum conuertit. Iob 30. Ibi constituta est domus omni uiuenti. Eccle. 1. Et omnia flumina intrant mare, & ipsum nõ redundat. Sed pro certo nisi hic angelus interueniat.i. nisi Dei misericordia intercedat, q in piscina pœnitentiæ aquã cõpũctionis moueat, talis infirmus aut pœnitens pro nihilo laborat, solus.n. motus aquæ.i. solus compunctionis actus peccatorẽ spiritualiter sanat. Veruntamen non excluditur quin quandoque Deus sine pœnitentia aliquos liberet, sicut apparuit in Paulo. Solo enim verbo, sola inspiratione potest hominẽ liberare & absque pœnitentia criminibus expiare. Vñ Apostolus. Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem sine operibus, quia aliqui sunt per pœnitentiam sicut per uiam iuris communis saluantur. Aliqui uero per solam Dei gratiam specialem, & sicut per priuilegium sanantur, ita ꝙ cum ipsis quasi ex priuilegio dispensatur. Apostolus Rom. 9. Miserebor cui voluero. Surge (inquit) tolle grabatum tuum & ambula. Est.n. grabatum lectes pauperum, qui significat peccatum, quia homo quando per contritionem surgit, & per confessionem grabatum peccati tollit, & per bona opera incedit, tunc sanus à peccato recedit. Veruntamen non debet amplius peccare, ne propter ingratitudinem ipsum cõtingat deterius sustinere. Vnde. Io. 8. Vade & noli amplius peccare. ¶Vel dic, quod multi simul currebant ad piscinam vnus solum modo sanabatur, quia dato quod omnes fideles ad pœnitentiam generaliter currant, pauci tamen salutem reportant. Et dicit Apostolus. 1. Corinth. 9. Omnes currunt sed vnus tollit brauium. Matthæi 20. Multi sunt uocati, pauci vero electi. Vel dic quomodo diligentia valde est proficua, quia qui est magis diligens ad piscinam intrandum, aut ad aliud bonum opus peragendum, debet esse prior ad præmium, & qui alios præuenit currendo ipsos quo ad sanitatem vel lucrum pręcedit. ¶Vel dic quod isti languentes significant illos, qui sunt in purgatorio, qui piscinam paradisi ingrediuntur, secundum hoc aqua diuinæ misericordię ad indulgendum mouetur, secundum quod ab angelo.i. à Deo ordinatur. Sed re uera quidam ibidem per longa tempora sunt in miseria & languore, quia non habent hominẽ qui eos ibi mittat.i. qui pro eis intercedat vel opera satisfactoria faciat, & sic oportet quod languor & dolor diutius in purgatorio perseueret, quousque dominus ipsos liberet & soluat. Domine (inquit) non habeo hominem qui dum aqua mouetur &c. Vnde qui in pugatorio languent, possunt de suis amicis conqueri, dicentes illud Psalm. 37. Amici mei & proximi mei de longe steterunt, & uim faciebant qui quærebant animam meam. ¶Vel dic moraliter, quod

E piscina est mens,cuius quinque porticus sunt quinque sen-
sus,circa quos multi sunt languentes , idest multi affectus &
appetitus vitiorum languore torpentes.Isti spiritualiter nõ
sanantur,nec ad uirtutum temperantiam reducuntur nisi
ante omnia aqua compunctionis ab angelo.i. à ratione in
mentis piscina moueatur . ¶Vel dic quod piscina quinque
porticus.i.lex Moysi qui quinque librorum codices habet,
nullum potuit spiritualiter sanare,quousque angelus testa-
menti Christus de cœlo descendit, qui aquam huius pisci-
næ,& scientiam huius legis mouit,exposuit & impleuit.Vn
de.Aggei.2.Mouebo cœlum & terram , & tunc veniet desi-
deratus &c. ¶Vel dic quod piscina ista est curia Romana,
vel cuiuslibet prælati vel secularis, quę dicitur bethsayda.
Domus frugum,i.diuitiarum,dicitur etiam domus pecudũ,
quia ibi sunt multi homines bestiales.Iob 40. Omnes bestiæ
agri ludunt ibi.Domus venatorum , quia ibi sunt multi ra-
ptores per auaritiam terrenorum,venationi & acquisitioni
vacantes.Eze.32.Ibi principes aquilonis & vniuersi venato
res.In ista sunt multi porticus.i.multa officia, dignitates &
gradus,vbi quilibet cupit intrare,& statũ obtinere,& mul-
ti languentes,i.ambitiosi beneficia affectantes multi cęci &
ignorantes,multi claudi & in moribus vacillantes,multi ari
di & indeuoti & incompatientes circũquaque iacent ad
subintrandum aliquam porticum,i.aliquod beneficiũ,nec-
non ad præueniendum affectum omnes student.Vnde dicit̃.
Io.20.præcurrit citius Petro , & uenit prior ad monumen-
tum.Vnde qñ fit per angelum idest per occultam Dei iusti-
tiam,aqua humanę fragilitatis & mortalitatis mouetur,vt-
puta quando aliquis episcopus vel beneficiatus moritur,
statim currit istorum ambitiosorum multitudo, qui intrare
& se immergere conantur,& tamen dato,quod omnes cur-
rant,omnes ambiant , omnes cupiant, vnus tantummodo
promouetur,s.prius venit ad intrandum, idest munera offe
rendum & se præ aliis altius gerendo.Ille prius reiectis alijs
recipitur & sanatur.Apostolus.1.Cor.9.Omnes currunt,sed
vnus accipit brauium.Sed quid ? pro certo quando ibi sunt
F aliqui qui nesciunt bene currere,nec se bene ingerere,nec
habent aliquem promotorẽ,qui ipsos possit portare & prę
ponere,sicut ad literã boni & sufficiẽtes viri pauperes, qui
re vera satis possent motum aquæ expectare , quia diutissi-
me oportet eos attendere & languere , quia si non habent
portitorem vel promotorem,necesse est ipsos pauperes &
languidos manere illi qui ante alios veniunt , & qui ambi-
tiose se ingerunt,solent omnia reportare,& maxime quan
doportitorum , idest fautorum & adiutorum seu prælato-
rum vel assidentium magistrorum,possunt auxilium procu
rare .Domine inquit,hominem &c. Vnde quilibet pauper
potest dicere illud.Ps.141.Non fuit qui adiuuaret, & consi-
derabam ad dexteram & videbam,& non erat qui cogno-
sceret me.Vnde nisi tales à Christo miraculose sanentur &
promoueantur,nunq̃ per cursum cõem in piscina ecclesiæ
balneat̃. Vñ de Chr̃o dr̃ i Ps.9.Tibi derelictus ẽ paup,orpha
no tu eris adiutor. ¶Vel dic ꝙ angelus est p̃latus piscinæ ec-
clesiæ præpositus,ad quẽ cum omnes currant & ambiãt ut
sanentur & promoueãtur,per ipsum ille solus ab ipso por-
tat remedium qui prius venit ad obsequium,vel qui habet
mediatorem,procuratorem vel magistrum.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Iesus autem perrexit in montem olyueti. Moral. Ca.4.

ADducitur ad dñm per iudæos quædam mulier in adul
terio deprehensa.Illis igitur sciscitantibus quid de ip
sa iudicarent cũ Moyses hmõi lapidari mandaret, & ex hoc
ipsum capere uolentibus vt si diceret eam lapidandã, con-
tra misericordiã quã p̃dicabat facere videretur.Si vero eã
dimittendam diceret , legis transgressor haberet̃ Deus me-
diando vtrũq; eorũ tentatiuã,nequitiã increpãdo, inclinãs
se digito incepit in terram scribere,dicens . Qui sine pc̃tõ
est vestrũ in illã prius lapidẽ mittat.Quo repleto, quilibet
recedere cupiebat,ipse vero vt locũ daret exeundi,iterũ in
terrã scribebat.Cũ igitur scd̃o scriberet oẽs vnos post aliũ
incipientes,à senioribus recesserunt,& Iesum solum cũ mu
liere stãtẽ in medio reliquerunt.Iesus autem mulierem ab-
soluit,& ea ab ipsis liberauit,dicens.Nemo te condẽnauit?
nec ego te condemnabo.Vade amplius noli pecca
possunt allegari exemplariter ad multa.Primo ad
malignorum , qui proponunt hominibus proble
furcata,vt quocunque se vertant vel rñdeant,in al
piantur.Prudentes tamen viri sciunt euadere, &
tenentes sciunt huiusmodi malitias in caput facien
torquere.¶Vel allega quomodo non decet, quod cri
sus criminosum accuset , & quomodo quilibet ante
cõdẽnet alium,debet scripturam,quam scripsit Deus
ra suæ conscientiæ,i.propriam synderesim & remors
gere,& ibi peccata sua cognoscere,& sic cum se
iora vel similia aliquotiens commisisse,debet ab hu
di uindicatiua accusatione cessare.Dicit enim,quod
scriptura, quam in terra Christus scripsit, quilibet pec
sua videbat,quib.visis continuo recedebant.Cum igi
minus scripserit in mente & in conscientia cuiusc
scripturam indelebilẽ,s.finderesim & remorsum,cõti
si infra bene legerimus & peccata nostra bene pon
mus,statim uidebimus nos indignos ad alios iudican
& de alijs male opinandum,& sic de talibus accusatio
& iudicijs quiescemus,& ad nostram cõsiderationẽ p
recedemus.Qui sine peccato est uestrũ primus in ea
dem mittat &c.Acsi vellet dicere. Nõ decet peccatorẽ
accusare,sed potius se castigare.Mat.7.Quomodo vi
stucam in oculo fratris tui,trabẽ aũt i oculo tuo nõ c
ras ? ¶Vel illud,quod Christus fecit secundo scribe
cũdaret recedendi,potest allegari , quomodo pruden
dex dẽt multa dissimulare & sub colore vnius aliud
re,vt intentum suum possit melius habere. ¶Vel allega
misericordia saluatoris , quod non uult mulierem pec
tricẽ,i.aĩam perire,sed ipsam ab accusatorib.i.dæmoni
tentatorib.liberare,& tũc crimina relaxare.Eze.33.Nõ v
dñs mortẽ pc̃tõris,sed vt conuertat̃ & uiuat. ¶Vel illud
dr̃ ꝙ à senioribus recedere inceperunt : allega ꝙ se
qñq; sunt peiores cęteris,& q̃ alios iudicant,si bñ exa
rent reperirent cęteris nequiores.¶Vel vide supra li
43.§.21.vbi mulier ẽ aĩa peccatrix accusatores sũt vi

CAPITVLVM IX TEXTVS.
Et præteriens Iesus vidit hominem cęcum à na-
tiuitate. Moralitatum Cap. 5.

CHristus præteriens vidit hominem cęcum à na
te,quem volens illuminare,lutum fecit ex sputo
niuit oculos eius & dixit , vade lauare in natatoria
quod interpretatur missus abijt & lauit, & recuperat
redijt,quem tandem Dei mirabilia recitantem, iudæ
synagogam eiecerunt,Christus vero ipsum recepit
natatoria quæ missus interpretatur , dicit tamen epi
quam comestor, quod cum Manasses rex iuda Esai
phetam secari serra lignea faceret , & vltra modum
Esaias sitiret,aquam à ministris postulauit . Quam n
statim in os celitus Deus misit, & ex tunc ibidem fo
ruit,qui tandem quando reædificabatur ciuitas , in
ros fuit positus,& sic siloe,i.missus propter aquam
desuper fuit dictus.¶Cæcus à natiuitate,significat ge
manum,quod à mundi exordio fuit cæcum,in Adam
catum,& lumine diuinę gratiæ spoliatum. Finaliter
Deus oculis suæ misericordię istum videns , filium
ipso emissam,i.propriũ filiũ pulueri nostræ humani
iunxit,& quoddam lutum.i.quandam mixturam C
Deum & hoĩem inde composuit , quo & cuius fide
mentales humani generis prius luto liniuit,& ipsu
in natatoria siloe,i.in aqua baptismatis iussit,& sic
rę discretionis recepit,& lumen diuinę gratiæ & c
vidit viriliter.Io.9.Vnde infra eodẽ.Lutum posuit
los meos:laui,& uideo.¶Vel dic,quod Chr̃s signific
catorem vel prælatum,qui quando vidit aliquem
aliquem peccatorem excæcatum vitijs,ante omni
to,i.verbali doctrina sua lutum,i.memoriam suæ
teę sibi facere,& luto,i.memoria suæ mentis lini
debet facere quod in aqua siloe , idest in fonte
rum qui celitus mittitur,se abluat,& sic lumen
acquirat,tunc ille potest dicere quod sequitur. Ille
dicitur Iesus,lutum fecit & unxit oculos meos.

A discipuli de cęco nato,dicentes.Ioan.9.Quis pecca-
hic,aut parentes eius vt cæcus nasceretur . Quibus rñ-
dicens. Neque hic,neque parentes eius,sed vt manife-
starentur opera Dei in illo.¶Hic põt allegari qũo Deus vti
tur creatura sua quandoque ad miseriam vel ad pœnam,vt
exinde eliciat suam gloriam & honorem.Nec ipsa creatura
de hoc potest cõqueri, quia.s.factori licet factura sua qua-
cunq; modo voluerit vti,sicut concludit Apostolus.Rom.9.
Quia figulus facit vas quoddam in honorem & aliud in cõ-
tumeliam de eadem massa,vt in uno sua misericordia,in a-
lio sua iustitia valeat declarari.Hier.18 sicut lutum in manu
figuli &c.¶Iudæi dixerunt cęco illuminato qñ commenda-
bat Christum in peccatis natus es totus &c.¶Potest allega-
ri qũo arrogantes ab alijs, & maxime à pauperibus decerni
nolunt,sed seipsos meliores existimant , & quicquid rõne
dixerint;vilipendunt. Vnde ipsi vñr dicere illud quod ami-
ci Iob sibi dicebant.Iob 15.Quid nosti qd̃ ignoramus, quid
intelligis qd̃ nesciebamus?Eccle.13.Pauper locutus est &c.

CAPITVLVM XI TEXTVS.
Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania
Moralitatum Cap. 6.

CVm Christus in Bethania venisse & Lazarum mor-
tuum,& iam per quatuor dies in sepulchro iacentem
& fœtere incipientem,& in spelunca lapide supposito lati-
tantẽ inuenisset,exoratus à Marta ad sepulchrũ venit,& flẽs
& orans Lazarum de sepulchro vocauit,dicens. Lazare ve-
ni foras,& statim qui erat mortuus surrexit,& ligatis pedi
bus & manibus institutis,velata facie sudario prodijt.Quẽ
Iesus solui præcipiens liberum abire permisit,dicens.Solui
te eum,& sinite abire.¶Per Lazarum põt peccator intelli-
gi,& non solum quicunque peccator,sed maximè illi qui p
consensum est mortuus , & per malam consuetudinem se-
pultus, & in speluncam profundæ iniquitatis lapide duræ
obstinationis oppressus,& ideo per quatuor dies , quorum
primus est mala dilectio,secundus malus consensus,tertius
mala operatio,quartus mala consuetudo , iam per malam
B famam fętidus infectus,vinculis malarum complacentiarũ
ligatus,& sudario malæ executionis velatus.Ps.8.Sicut mor
tui dormientes in sepulchris , quorum non es memor am-
plius,& ipsi de manu tua repulsi sunt.Sed re vera quandoq;
fit ex speciali gratia qd̃ Deus tales à peccato suscitat,& eos
miraculose liberat,dicens.Lazare veni foras. Bene quidem
hic Lazarus, qui interpretatur à Deo adiutus, nuncupatur,
pro eo quod sine speciali gratia Dei adiutorio,nulli tales à
peccato resurgere dinoscuntur.Apostolus.Eph.5.Surge qui
dormis, & exurge à mortuis. Qñ.n. Deo placet hominem
vocare & à peccato conuertere,nullum,est à Deo profun-
dum vitiorum sepulchrum,qd̃ resurrectionem,idest cõuer-
sionem ipsius valeat impedire.Ps.29.Saluasti me à descendẽ
tibus in lacum.Veruntñ circa istius suscitationem Christus
legitur fremuisse & fleuisse , quod tñ in suscitatione adole-
scentis,& puellæ non legitur fecisse.In quo notatur qd̃ diffi
cilior est conuersio profundi pc̃tõris & illius qui iam p ma-
lam consuetudinẽ est sepultus,& per infamiã fętidus , quã
illius qui recenter est mortuus.i.qui de nouo in pc̃tm̃ est la-
psus.Lazarus.n.dato qd̃ suscitatus fuisset ,ligatus tñ & vela-
tus exijt quousq; eum viuum dominus soluit . In quo notat̃
quod dato quod peccator per contritionem motus suscite
tur,& uiuus in statu gratiæ constituatur, ad hoc tamen esse
ligatus.i.ad cõfessionem esse obligatus dinoscitur, vt neces
se sit qd̃ per confessionem & absolutionẽ soluatur, ad hoc
quod pœnitus liberetur.Vñ.Lu.19.Soluite eum & adducite
mihi.Sola.n.contritio hominem viuificat.Veruntamen ne-
cesse est qd̃ cõfessio & absolutio vinculum obligarionis tol
lat,ne forte si contempserit,in idipsum cadat & relabatur.

CAPITVLVM XX TEXTVS.
Vna autem sabbati Maria Magdalena venit mane.
Moralitatum Cap. 7.

PEtrus & Ioannes venerunt ad monumentum Chr̃i,sed
cũ currerent duo simul,Ioannes q̃ erat iunior Petro,p̃
currit citius Petro,& venit prior ad monumentũ veruntã
nõ intrauit:Petrus aũt,qui erat antiquior , venit ad monu- C
mentum vltimus,tñ protinus intrauit . ¶Hic potest notari,
quod qui ardentius & celerius uolunt ad Christum per bo
na currere , vt sunt discreti iuuenes in religione vel in stu-
dio,quia omnia credũt facere primo anno, & qui non me-
tiuntur uires suas,sed Petro,i.antiquioribus se præferre co-
nant̃.Isti tñ tardius ad Chr̃m intrant , & tardius accipiũt ꝙ
affectant,quia cursum suum continuare nequeunt,& neces
se est ꝙ ante tempus deficiant Apostolus.Galat.5. Curreba-
tis bene,quis vos impediuit?Illi qui more Petri magis pru-
denter & deliberate procedunt , & quando non impetuo-
se,sed mature per bona opera currunt,vt qui viam cõmu-
nem sequuntur,qui virtutes suas mentientes,se primo im-
petu leuare non quærunt.Isti dico in intrando ad Deum,&
consequendo propositũ suum alios præueniunt, & hoc q̃a
alijs deficientibus viriliter persistunt. In quocũque ergo ne
gocio tam morali quã agibili,illi qui tarde & deliberate o-
perantur,currunt melius & citius , & consequuntur finem
intentum,& acquirunt & econtra illi qui in principio im-
petuosius volunt sua facta facere , tardius consequãtur &
succumbunt.Bene igitur nobis consulit.Apostolus. 1.Cor.
9.Si currite vt comprehendatis.Prou.13.Substantia enim fe
stinata minuetur,quæ autem paulatim colligitur manu,mul
tiplicatur. ¶Vel dic,quod Ioannes significat populũ iudai-
cum,qui primo venit ad monumentum Christi.i. ad fidem
in genere primo credidit,& tamen non intrauit,quia eccle
siam vel fidem incarnationis recipere noluit , sed potius p
incredulitatis vitium extra mansit. Petrus vero significat
populum gentium,qui tardius ad monumentum Christi id
est ad fidem,venit tamen ipse prius credendo ecclesiam in-
trauit inquantum iudaico populo in infidelitate manente
iste credidit.Finaliter tamen Ioannes post Petrum intrasse
dicitur,quia iudaicus populus postquam plenitudo gentiũ
intrauerit,saluus fiet , & in fine temporum Christo credet.
Et sic verificabitur illud Mat.Quod erunt nouissimi primi,&
primi nouissimi.¶Mariæ flenti ad monumentum legitur do
minus in hortulani specie primitus apparuisse. Deinde di-
scipulis in vnum cõgregatis,& propter metum iudæorum D
ianuis clausis Christus apparuit , & pacem ante omnia eis
obtulit.Deinde Spiritum sanctum ipsis contulit,& potesta-
tem relaxandi crimina dedit.Veniens (inquit) Iesus ianuis
clausis dixit.Ioan.20.Pax vobis,accipite Spiritum sanctum
&c.¶Istud allega si vis,quod Christus spiritualiter solet ap-
parere,& gratiam dare illis qui flent ad monumentum suũ,
idest illis, qui passioni & morti ipsius compatiuntur , qui
in unum per charitatem etiam congregantur,& qui ianuis
clausis scilicet sensuum exteriorum,ostiis causis in secreto
mentis versantur & à mundanis negocijs segregantur,tali-
bus pax interioris tranquillitatis effertur,& Spiritus sanct⁹
.i.dona Spiritus sancti cõceduntur.Tales sunt ad quos Chri
stus per gratiam venire dinoscitur,& ad eos intrare spũal'r
inuenitur . Tales digni sunt vt per ipsos aliena pc̃tã remit-
tantur , idest quod ad gradum ecclesiasticum sublimentur.
Nullus enim pacem animi potest accipere , nisi qui ianuis
sensuum & affectionum clausis seu a mundi negocijs se uo-
luerit absentare.Vnde sequitur,quod iterum uenit Iesus ia
nuis clausis,& stetit in medio discipulorum suorum , & di-
xit.Io.2.Pax vobis.¶Vel dic,ꝙ qñ Christus ianuis vteri virgi
nalis clausis in mundum.i.ad discipulos per natiuitatem ve
nit,tunc pacem hominibus dedit , & pacem inter Deum &
hoĩem reformauit.Vnde dicitur.Luc.2.In terra pax homi-
nibus &c.Illud,quod ponitur de thoma , quod noluit cre-
dere dictis aliorum discipulorum & Apostolorum Christũ
resuscitatum nisi oculis videret,& manibus palparet.¶Hoc
exponitur à Gregorio quod Deus aliquando sanctos suos
scrupulo dubitationis erga diuina mysteria percutit,vt san-
cta indagine veritas elucescat,& probationem elicitam il-
lud de quo dubitatum fuerat notũ fiat,quasi diceret quod
thomas dubitando cicatrices vulnerum tetigit,& dubieta-
tis uulnus à fidelium mentibus amputauit.¶Vel dic contra
quosdam qui non curant de additu,sed de visu & tactu.Nõ
curant de verbali promissione,sed potius de manuali obla
tione,& de munerum manuali tactu & plantatione.Nisi te-
tigero inquit non credam,idest nisi accepero non faciam.
Vnde dicitur.Gen.27.Accede ad me vt tangam te.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare tiberiadis. Moralitatum Cap. 8.

CVm discipuli piscarentur,& nocte illa nihil prendidis
sent, mane facto affuit dñs in littore sub specie alie-
na,& precepit illis, quod rete in dexteram nauigij mitterēt.
Quod cum fecissent, iam non ualebant rete trahere, p̄ mul
titudine piscium, qui tunc temporis capti erant. Cognito
igitur, quod Deus esset, Petrus tunica subcinctus, misit se in
mare, atq; alijs nauigio venientibus ipse per mare ad dñm
venit,& tandem tracto reti pleno magnis piscibus, s. cētum
& quinquaginta, discipulis panem & pisces Christus ad co
medendum dimisit. ¶Ista allega quod Apostoli, idest prędi-
catores, quamdiu sine Christo, idest Christi gratia sunt tan-
diu nihil prendunt,& rete prędicationis pro nihilo in secu
li mare ponūt, quia nullos pisces, idest nullos fluxibiles pec
catores capiunt & conuertunt,& potissime de nocte, idest
quando sine lumine diuinæ gratiæ prædicant & piscantur,
& quando ad sinistram nauigij, idest sub spe bonorum ter-
renorum vel gloriæ temporalis, quæ per sinistram intelligi-
tur, rete prædicationis suæ mittere noscuntur. Sed quando
Christus per gratiam uult eis adesse,& ad eius instinctum in
dexteram nauigij, idest in spe æternæ retributionis rete p̄-
dicationis nouerunt ponere, & ad nobilitatem supernam
omnia ordinare, tunc abundanter pisces capiuntur, & pec
catores conuertuntur. Igitur ad dexteram est ponendum re
te præsente domino,& non absente. Cuius contrariū multi
prædicatores faciunt, quia solum ad laudem humanam prę
dicant,& sic ad sinistram non ad dexteram rete ponunt. Vn
de dicitur. Eccl.10. Cor sapientis in dextera eius, stulti autē
in sinistra. ¶Vel dic quod Petrus est quilibet iustus qui debet
tunicam honestæ conuersationis sibi succingere,& in mare
pœnitentiæ ponere, & ad Iesum qui est in littore paradisi,
per bona opera venire,& ab ipso prandium æternæ refe-
ctionis recipere. Matth.22. Ecce prandium meum paraui, ve
nite &c. ¶Vel dic ista ad commendationem fidei Petri, qui
per nauem venire noluit, sed in mari se posuit,& sic suppo
F sito super aquas vel saltem per aquas iuit. ¶Hic sequitur
de Petro, cui ter dixit dominus, petre amas me, pasce oues
meas. ¶In quo dicunt doctores aliqui triplicem negationē
purgatam. Fit etiam hic mentio de primatu ecclesię dato Pe
tro,& etiam de morte eius. De Ioanne euangelista, de mo-
do sui decessus, inquantum de eo dicit Christus. Sic volo eū
manere donec veniam. Ita quod exijt sermo & opinio inter
fratres, quod discipulus ille non moritur, idest quod mori
non debebat &c. Igitur ista ad commendationem Petri &
Ioannis possunt adduci, sed de omnibus omittamus.

Moralitatum super Ioannem Finis.

MORALITATVM Liber trigesimustertius super Actus Apostolorum.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Primum quidem sermonem feci de omnibus ò theophile. Moralitatum Cap. 1.

DE actibus Apostolorum pauca sub breuitate tran-
scurro,& pauca de multis accipiens, ad finē ope-
ris iam fatigatus accelero. Igitur de Iuda prodito
re & suspensione eius vide supra. Mat.27. Illud au
tem, quod hic dr̄ ꝙ Christus dixit discipulis de futuro tpe
quærentibus. Nō est inquit vestrum nosse tpa, quæ pater po
suit in sua potestate. ¶Hic potest allegari, quod ad viros re-
ligiosos Christi discipulos & amicos non pertinet uacare
ad inuestigandum futurorum temporum rationem, sicut fa
ciunt astronomi, qui scrutantur curiosas sciētias, quia quā-
uis ista possint habere in pluribus veritatem, habent tamē
annexam magnam vanitatem, paucam vtilitatem, & ma-
gnam distractionis à salute animæ laxitatem. Ista igitur sa-
pientiæ diuinæ relinquantur, nec circa hoc mens nostra
plus debito distrahatur: Dan.2. quia Deus est qui mutat tem-
pora. Vnde Eccl.3. Altiora te ne quesieris. ¶Matathias loco iudæ mortui fuit electus, & per sortes facto ieiunio a ... manifestatus. ¶Hic potest allegari, quod quærere uoluntatem Dei per sortes non fuit illicitum in principio, dum tamen veritas, quę quæritur, à Deo solo manifestari petatur, ieiunijs & orationibus exquiratur. Constat quod Deus quecunque modo voluerit, potest cuiuscunque negocij ueritatem ostendere, & ideo quantum est de sorte non videbantur esse mali, tamen omnes antiqui tam fideles quam infideles noscuntur sortibus vsi esse, sapiente teste. Sortes mittuntur in sinum, & à domino dicitur. Prou.16. Quamuis igitur ecclesia vsum sortium prohibuerit propter simplices, & propter eo quod pagani vim diuinitatis in sortibus esse credebant, vnde sicut ponit Plinius, certas sortes deæ fortunæ consecrabant, virtute quarum veritatem inuenire se certius existimabant, possumus tamen dicere, quod sortes, quæ ad Deum solummodo mediate vel immediate referuntur, non sunt prohibite, quia malæ, sed potius malæ & illicitę, quia per ecclesiam sunt prohibitæ. De his tamen nolo aliquid determinare, nec stilum meum circa talia dilatare.

CAPITVLVM II TEXTVS.
Et cum complerentur dies. Pentecostes, erant omnes pariter. Moralitatum Cap. 2.

DIscipulis cōgregatis die pentecostes in unum, factus est repente sonus audientis spiritus vehementis, & repleuit totā domum vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispertitę linguæ sicut ignis, & cęperunt loqui varijs linguis, prout dabat Spiritus sanctus eloqui illis. Cum igitur plures nationum populi conuenissent, sic actum est ꝙ prędicantibus Apostolis vnusquisque linguam suam intelligebat, & ipsos loquentes Dei magnalia lingua sua audiebat. Audientes igitur, quod isti, qui galilei erant, talia fecerent, mirabantur. Alij autem deridentes ipsos ebrios testabantur. Nonne (inquiunt) omnes isti, qui loquūtur, galilei sunt? Quomodo ergo audiuimus unusquisq; linguam nostram illos loquentes &c. ¶Recte videtur, quod isti beati Apostoli figurā bonorum prędicatorum gesserunt. Fit.n. q̄nq; ꝙ discipuli Christi, i. boni religiosi vel clerici, in unum primo, s. collegio & studio congregantur, vbi in unitate charitatis & concordiæ quotidie conuersantur studendo & contemplando, ibi sedētes & à tumultib. quiescētes, in sciētiis & moribus informātur. Quod uidens Spiritus sanctus, ipsos q̄nque visitat, domos cōsciētię suę donis & gratijs replet & ditat, linguas ipsorū dispertitas facit apparere inquātū facit eos nunc de vno nunc de alio prędicare, & suam eloquentiam & doctrinam, nūc ad illum nunc ad alium applicare, & sic secundum conditionem locorum, temporum & personarū verbum dictare. Apparuerunt eis dispertitę linguę, & loquebantur varijs linguis &c. quia lingua prędicatorum & ipsorum eloquentia & doctrina non debet esse vniformis, sed dispertita, non eadem sed distincta, quia aliter debet loqui diuitibus aliter pauperibus aliter desolatis, aliter lętis, aliter ... Nunc debet loqui de paradiso, nunc de inferno, nūc de gratia, nunc de culpa, & sic de alijs. Vt scilicet parthi, medi, elamitę & iudęi proselyti cretes & arabes, idest omnis conditio personarum audiat apud eos linguam, idest doctrinam suę conditioni conformem. 1. Corinth. 9. Vnde prędicator debet esse omnibus omnia, sicut Apostolus de seipso dicit Romanor.1. Omnibus omnia factus sum. Quia sicut ... dicit. Grecis atque barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Fecit igitur Spiritus sanctus quando ... lingua prędicatorum vel doctorum affluxerunt, varie ... uare, & scripturam diuersimode intelligere, de thesauro suo noua & uetera propinare, tamen ipse spiritus super singulos sedere debet, inquantum singulariter & sigillatim singulas gratias diuersis diuersimode partitur, quia ... cit Apostolus. 1. Corinth. 2. Diuisiones gratiarum ... idem autem spiritus diuidens singulis prout vult. ... te tamen, quod mali faciliter solent de iustis & prędicatoribus & viris scientificis Spiritu sancto repletis iudicare, maxime quando vident eos de humili plebe natos, & eorum veritatem & doctrinam vilipendere, & eos ebrios & phantasticos reputare. Nunquid (inquiunt) omnes isti qui loquuntur galilei sunt &c. Et mali similiter dicunt. Nonne omnes isti rustici sunt, de plebe humili nati? Vnde præsumunt coram nobis & alijs ita loqui. Illud potissime videntur dicere nobiles, quibus non videtur, quod nullus inferioris generis est dignus coram eis apparere, officium dignitatis habere, & eos reprehendere vel docere. Marc.6. Sicut dicebant de Christo. Luc.4. Nonne hic est filius fabri? Vnde omnia ista vide si vis in euangel. Ioanni.3. Et tamen isti debent aduertere, quod spiritus vbi vult spirat, & quod nō est apud eum acceptio personarum. Alij mali quādoque viros iustos phantasticos & ebrios reputant quando Dei magnalia, i. alta Dei opera & iudicia tractant, sicut ad litteram patet de secularibus, qui omnes solent phantasticos dicere, quos vidēt in scientijs philosophicis, in consideratione operum naturalium studere, sicut de Christo apparet, quando feruentius prædicabat, dicebant quod dæmonium habebat. Omnes isti qui non intelligebant Apostolos cum linguis varijs loquerentur, ipsos dicebant ebrios, sicut mundani qui non intelligunt scientias antedictas. Ideo eorum sectatores reputāt fatuos, sicut dicit Apostolus. 1. Corinthior. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est illi, qui non potest intelligere.

CAPITVLVM TERTIVM TEXTVS.
Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum. Moralitatum Cap. 3.

QVidam, qui erat claudus ab vtero matris suæ, quem baiulabāt quotidie ad portam templi, quę dicitur speciosa, vt ab intrantibus in templum eleemosynam mendicaret, Cum eleemosymonam postulasset à Petro & Ioanne, qui ascendebant in templum ad horam orationis nonā intendens in eum Petrus dixit. Aurum & argentum non est mihi, ꝙ autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu nazareni surge & ambula in pace. Apprehēsa igitur dextera eius eleuauit eum Petrus & statim consoliditatæ sunt bases eius & plantæ, & exiliens ambulauit, & intrauit cum illis in templum, & magnificabat Deum. ¶Iste claudus significat hominem peccatorem, qui ab vtero matris dicitur claudus, eo quod ab ipso matris vtero naturale est homini in moribus claudicare. Vnde dicitur. Iohan.9. Præteriens Iesus videns hominem cæcum à natiuitate. Per templum intelligitur Paradisus seu ecclesia. Per portam intelligitur ecclesia militās, quæ virtutibus dicitur speciosa. Per Petrum & Ioānem boni prælati & prædicatores intelliguntur, qui per templum paradisi ad orandum debent per contemplationem ascendere in hora nona, idest cum nouem ordinibus angelorum mentaliter conuersantur. Ista est veritas quod in porta templi quæ dicitur speciosa, idest in ecclesia militante inueniūtur multi claudi ab vtero matris suæ, idest multi peccatores qui nunquam in moribus recte successerunt, sed per iniustitiam claudicauerunt, qui cum non curant nisi eleemosynas, idest terrena bona accipere, & de spiritualibus non curantes, ista solent per auaritiam ab hominibus mendicare, & ea diligentissime procurare, tunc Petrus & Iohannes boni prælati debent talibus spiritualiter compati, & eorum miseriæ misereri, & istis non temporalia quę appetunt sed spiritualia quæ negligunt largiri. Debent igitur ipsis dicere, quod in nomine domini de terrenis affectionibus surgant, & per bona opera procedant, dicentes. Io.5. Surge tolle grabatum tuum &c. Tunc enim talis claudus per manum Dei potest surgere, & à statu peccati conuerti & bassum moralis fortitudinis soliditatem recipere, & cum eis, qui ipsum conuertunt, templum Paradisi per bona opera, ambulans & exiliens, & Deum laudans finaliter introire. Vnde. Matthę.27. Post resurrectionem, idest post conuersionem veniēt in sanctam ciuitatem, & breuiter illi, qui sunt Petrus, idest boni actiui: Iohannes, i. boni cōtemplatiui qui templum paradisi, idest per contemplationem & orationē volunt ascendere, & ad claudos saluandos, idest peccatores conuertendos se vertere, & eos prædicando à surgendo de peccato inducere, & manu tangendo, idest exemplariter manuducendo ipsos erigere, taliter quādoq; faciunt quod ipsos in templo paradisi procurant intrare. Vnde dicitur. Act.9. Ad manus illum trahentes introduxerunt damascum. ¶Vel dic vt supra vterus matris nostræ est carnis concupiscentia, quæ facit filios omnes claudicare & cætera sicut supra. ¶Vel dic quod istud est originale peccatum &c.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.
Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes. Moralit. Cap. 4.

CVm in primitiua ecclesia omnes fideles in Hierusalem in communi viuerent ita quod multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia, ita ꝙ vēdentes domos & agros offerebant precium ante pedes Apostolorum, & diuidebatur singulis prout vnicuiq; opus erat, ita quod magna gratia erāt in illis, nec q̄squā erat egens inter eos. Contingit ꝙ ananias quidam vendebat agrum, & cōscia vxore sua fraudauit de precio, partem pedibus Apl'orum posuit, taliū retinuit. Cum Petrus ipsum increparet, super hoc statim mortuus cecidit. Vox eius, quæ tunc absens erat post tres horas veniens, & hoc audiens ꝓtinus experauit. Cur (inquit) Petrus tentauit sathanas cor tuum nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat ptāte? Non es mentitus hoībus, sed Deo. Vr̄ igitur supponere Petrus quod ipse non peccauerat retinendo totum vel partem, cum totum possit retinere, sed potius dicendo quod totum precium apposuerat, super hoc mentiendo. ¶Ista possunt allegari contra religiosos. Ista enim ecclesia primitiua vr̄ religionis typum gerere, & ipsius formam & rationem designare. Constat quod ipsi debent communiter viuere per concordiam & charitatem, vnum cor, vnam animam possidere, & omnia, quæ habent, debent vendere, & nihil sibi proprium remanere, nihil debent suum dicere sed omnia communia reputare, omnia quæ habet debent ad pedes Apostolorum, i. dispositionem prælatorū ponere, qui debent vnicuiq; de necessarijs prouidere. Vñ in Prou.1. Marsupium sit vnū oīum nostrorum, & sic si ita facient, magnam gratiam Dei & populi poterunt acquirere, ita ꝙ nullus egens erit inter eos inquantum eos faciat dominus in necessariis abundare. Ista est veritas, ꝙ si nos & alij religiosi istam regulam modo teneremus, nunquam indigeremus sed bonorum abundantiam haberemus. Vnde dr̄. Prouerbio.10. Non affliget dominus animam iusti. Sed multi sunt sicut Ananias, qui occulte terrenas diuitias retinent, & ante pedes Apostolorum, i. in dispositione prælatorum bona sua non totaliter exhibent sicut ad litteram sæpe faciunt proprietarij regulares, qui vix volunt veritatem suarum rerum requisiti a superioribus reuelare. Et tales pro certo, quia hoibus non mentiuntur, sed Deo, finaliter pereunt, & sic de suo mēdacio triste salarium ferunt secum. Igitur bene dr̄. Sapien.1. Os quod mētitur occidit animam. Licitum fuerat eis a principio res suas & diuitias retinere, sed ex quo religionem intrauerunt, non sine prælati licentia aliquid reseruare possunt & nullo modo se debent mendaciter excusare, cum apud Spiritum sanctum, cuius negocium geritur, nullus possit negocium occultare, vt patet in Actibus Apostolorum. Illa verba gamalielis, quæ de prædicatione sunt dicta. Si ex hominibus consilium hoc, dissoluetur, sicut ibi exemplificat de duobus c.5. Si autem ex Deo sit, ipsum non poteritis dissoluere, ne forte Deo repugnare videamini. ¶Hoc potest allegari, ut communiter illa opera, quæ a Deo non sunt, & quæ vera intentione non fiunt, durare non possunt, sicut patet de hypocritarum fictionibus, & de maliciosorum inuentionibus, sicut dicitur. Matth.15. Omnis plantatio & cætera. Illa vero, quæ sunt a Deo data, quandoque uidentur deficere non tamen deficiunt, sed excrescunt, & in multum conualescunt, & melius. Vnde dicitur. 1. Ioan. 2. Omne quod à Deo est, manet in æternum.

CAPITVLVM SEXTVM TEXTVS.
In diebus autem illis crescente numero discipulorum. Moralitatum Cap. 5.

APostoli dixerunt, quod non erat æquum eis dimittere verbum Dei & seruire mensis, & ideo certos viros ad hoc elegerunt quibus in conspectu Apostolorum statutis,

&

E & manibus ipsis impositis hoc ministerium tradiderunt.
¶Hoc potest allegari, quod viri scientifici & speculatiui, qui
possunt prædicare & docere, & qui nouerunt studio ora-
tioni & contemplationi vacare: non debent illud sanctum
officium dimittere, vt mensis, idest pauperum corporalibus
nutritionibus, & actiuæ vitæ occupationibus temporalium
prælaturarum promotionibus possint vacare, talia officia
inferioribus & indoctioribus debere committi, & eisdem p
apostolicarum manuum ipositionem, i. per prælatorum or-
dinationem immergi. Alij vero sciētifici ministerio verbi, i.
prædicationi non terrenæ administrationi debent specialr
deputari. Sic. n. Deus ad litteram videtur facere, cum præla-
turas terrenas raro vult viris sciētificis & theologicis dare,
quos ad vtiliora & magis ardua creare voluit & seruare.
Istas autem iuristis & terrenæ sciæ pariter cōcedit, quos for
sitan magis vtiles ad hoc nouit. Non est inquiūt æqueum nos
relinquere verbum Dei & ministrare mensis. Cōsiderate igi
tur viros quos cōstituamus super hoc opus, nos autem ora-
tioni & ministerio verbi Dei instantes erimus. Ista tamen nō
videntur facere moderni religiosi & theologici, quia isti
præ alijs se ingerunt, & relicto vero Dei ministerio ministra
re & præfici mēsis quærunt, quia sicut dicit Apostolus. Phi-
lipp. 12. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.
Sequitur in capitul. 7. de disputatione & lapidatione beati
Stephani, de hoc nihil ad præsens.

CAPITVLVM VIII TEXTVS.
Saulus autem erat consentiens neci eius Mora-
litatum Capitulum 6.

IN hoc capitulo. 8. dicitur, quod cum Symon magus vi-
disset in samaria quod Apostoli faciebant multa mira-
cula, & quod per suarum manuum impositionem, Spiritus
Sanctus dabatur gentibus credentibus, venit ad Apostolos
& obtulit pecuniam dicens. Date mihi hanc potestatem, vt
cuicunque imposuero manum, accipiat Spiritum Sanctum.
Petrus autem ipsum reprehendens per hæc verba repressit.
Pecunia inquit tua tecū sit in perditionem, qui donum Dei
F existimasti pecunia possidere. Nō est tibi pars neque sors in
sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. In
felle enim amaritudinis te esse video. ¶Iste Symon significat
simoniacos, qui ab ipso dæmoniaci fuerunt, qui bene magi
dicuntur, quia per dona sua oculos veri iudicij prælatorum
illudere probantur. Symones etiam, idest obediētes possunt
dici, eo quod tales præ cæteris solent obedire & adulari, &
sic possunt tam simoniaci quam dæmoniaci appellari. Tales
enim Spiritus Sancti gratiam, scilicet ordines, sacramenta,
beneficia: quibus annexa est potestas dandi Spiritum Sāctum
& sacramenta ministrandi mediante pecunia nituntur eme
re, & illud quod sufficientijs & virtutibus obtinere neque-
unt, muneribus volunt impetrare, dicentes. Date mihi hanc
potestatem. Veruntamen Petrus, idest bonus superior debet
tales acriter redarguere, & eorum munera refutare, dicens.
Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et simile habetur in
Daniel. 5. Munera tua tibi sint, & dona domus tuæ alteri da.
Tamen hodie apud multos prælatos est contrarium qui non
repudiant quod offertur, sed magis offerunt, vt pecunia tri-
buatur, dicentes. Matthæ. 26. Quid vultis mihi dare, & ego
eum vobis tradam? Videtur enim allegare illud cum Apo-
stolo. 1. Corinth. 9. Si spiritualia seminamus vobis, non ma-
gnum est si carnalia metamus. ¶Aethiops qdam eunuchus
& magister gazarum candacis reginæ æthiopum, receden-
tis de Hierusalem vbi causa orationis venerat, sedens in cur
ru legebat librum Esaiæ. 53. scilicet vbi dicitur. Generatio-
nem eius quis enarrabit? Philippus ex Spiritus Sancti man-
dato currui se adiungens, & occasione accepta per scriptu-
ram quam legebat sibi viam veritatis prædicans, ipsum ad
Christum conuertit & descendentem de curru continuo
baptizauit. Tādem vero sicut in gestis Beati Matthæi legitur,
idē æthiops B. Matthæo in æthiopia prædicanti quam pluri-
ma bona fecit, ipsumque in his, quæ ad fidem pertinent,
quamplurimum adiuuit. ¶Ista possunt allegari quomō ora-
tio, deuotio, lectio, sunt ad fidem manuductiua & salutis no
stræ causatiua. Ille paganus causa orationis de æthiopia in
Hierusalem venit, qui legendo scripturam sedens in curru
se occupabat, & ideo per illum ad fidem vocari me...
ius scripturam legebat, quia qui in scripturæ lectio...
capatur, ad omne bonum faciliter inclinatur. Apostol...
Thimo. 3. Scriptura diuinitus inspirata vtilis est. ¶Vel ...
gatur quomodo bona societas eunuchus reginarū, ide...
uitibus & principibus huius mundi proficit, & quomō ...
lippi Apostoli, qui interpretatur os lampadis, i. virorum ...
ctorum religiosorum, qui os lampadis dicuntur, quia ...
& docere verbis & illuminare exemplis alios dinoscun...
societas & allocutio talibus proficit, ipsos ad baptism...
ad puritatem conscientiæ inuitat pariter & inducit. Psal...
Cum sancto sanctus eris. Dato quod aliquis sit æthiops, ...
catorum fulgine denigratus, sedens in curru, i. in alti ...
dignitatib. eleuatus, & curriculo diuersorum negocior...
agitatus, si tamen scripturam libenter legit & societ...
bonorum diligit, ipsorumque verba & documenta aud...
citer ad salutem peruenit. Vnde dicitur. Iohan. 8. Qu...
Deo est, verba Dei audit.

CAPITVLVM NONVM TEXTVS.
Saulus autem erat consentiens neci eius. Mora-
litatum Capitulum 7.

BEati Pauli conuersio fuit mirabilis valde. Nam cu...
actualiter peccaret & ad ducendum vinctos in Hier...
lem, si qui iudæi in Christum crediderant, properaret in ...
mascum, subito circumfulsit eum lux de cœlo & caden...
terram audiuit vocem domini ipsum desuper arguent...
Saule saule quid me persequeris? durum est tibi cōtra ...
lum recalcitrare. Qui dixit. Quis es domine? Cui respō...
est. Ego sum Iesus nazarenus, quem tu persequeris. Surge ...
ingredere ciuitatem &c. Paulus igitur q dicebatur sa...
qui ex circunfulsione diuini luminis fuerat ad terram p...
stratus & excæcatus de terra surrexit: sed apertis oculis ...
hil vendens, per manus tractus à socijs in damascum, ab...
nia baptizatur fuit, & squamis de oculis cadentibus vis...
recepit, & cibo sumpto confortatus, & a discipulo ...
matus gentibus & iudæi prædicauit: & vas electionis ...
mino dictus fuit. Vade inquit Christus Anania, quoniam ...
electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram ...
bus & principibus & filijs Israel. Quod vtique factum ...
quanto existens in perfidia fuerat nequior, tanto ad...
conuersus est melior & constantior atque maior sic ...
de se dicit: Ro. 5. Vbi abundat delictum, ibi superabun...
gratia. ¶Ista possunt applicari ad modum & formam ...
possunt conuerti homines obstinati & in sua malitia co...
mati. Oportet enim quod Deus ante omnia ipsos luce ...
lesti, idest diuina gratia inspiret interius & infundat. ...
de per tribulationem & timorem ipsos ad terrā depri...
& suam superbiam & violentiam vel timorem mortis ...
cij & inferni conterat, tandem visum præsumptæ sapi...
auferat, & per conscientiæ stimulum ipsos acriter rep...
dat. Saule (inquit) quid me persequeris idest cognosce ...
ta contra Deum feceris, & tunc sequitur quòd ipso...
spem salutis erigat, & ad ingrediendum, considerand...
affectandum paradisi ciuitatē ipsos inducat dicens. Ge...
Surge & ingredere ciuitatē. Surgite & ascēdamus in ...
& tunc necesse est quod tales apertis oculis nihil vid...
.i. quod mentis oculos per mentis discretionem ape...
& si esse nihil cogitent de his quæ ante viderant, i. ...
mundi bona non respiciant. Mat. 17. Neminem uider...
solum Iesum. Tandem oportet q bonis socijs & fideli...
dicātibus isti committantur, à quib. per manus. i. p be...
pla trahantur, & ad ananiam qui interpretatur donu...
tiæ. i. diuinam gratiam & misericordiam, in damascu...
interpretatur sanguinis potus. i. ad sanguinis Christi ...
charitiæ receptionem introducantur, vbi per lach...
exuberantiam baptizantur, vt sic squamis. i. uitiorum ...
ditijs per confessionem cadentib. visus mentalis dis...
nis in eis reparetur, & quanto ante peiores fuerant ...
meliores homines conuertantur, ita quod uasa ele...
Deo vocari mereantur, & ad officium prælationis pr...
ris eligantur. ¶Vel dic, quod prælatus quando vult ...
tum corrigere, debet eum primo per fortem tri...
nem prosternere, & ad terram, idest ad mortis confid...

A ...emeijcere, & tandem per consolationem erigere, bonis
pedagogis & socijs committere, vt supra. Et sic saulus, qui
interpretatur abutens consilio, efficietur Paulus, qui inter-
pretatur os tubæ vel electionis miraculum, inquātum de abu-
sore & malo ipse efficietur bonus, & inquantum ad tuba-
lis prædicationis officium miraculose a domino erit electus
Esa. 58. Clama ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam. ¶Vel
dic q Paulus, qui ad terram prostratus excæcatus est; ita qđ
apertis oculis nihil videbat, donec introductus damascum
visum recepit, potest significare auaros, qui ad terram, i. ad
terrena per affectionem prostrati solent visum veræ discre-
tionis perdere, ita quod quamuis oculos intellectus, aper-
tos habeant quantum ad sapientiam sæcularem, & in mun
danis negocijs limpidos & acutos, nil tamen quod ad salu-
tem pertinet, vident nec quæ spectant ad animam student.
Psalm. 113. Oculos habent & non videbunt. Veruntamen
postquam ciuitatem damasci, quæ interpretatur sanguinē
propinas, i. in infernum, vbi sanguis crudeliter propinatur
damnatis intrauerunt, tunc incipient visum discretionis re-
cipere & se cognoscere. Vñ. Lu. 16. Eleuans oculos cum esset
in tormētis vidit. Super quem locum Greg. dicit, q aduersi-
tas aperit oculos. Esa. 28. Vexatio dabit intellectum. ¶Illud
q ponitur hic, quod Paulus quærebat se adiungere fratrib.
in Hierusalem, illi timebant & fugiebāt eum, nescientes ip-
sum conuersum, scientes quanta mala inferre fidelibus sole
bat. ¶Hoc pōt allegari, qđ mala fama difficile tollitur quod
qui semel criminosus extitit, dato qđ in veritate sit corre-
ptus, tñ pro suspecto habetur. Eccle. 10. Si hebetatum fuerit
ferrum, non vt prius multo labore exacuetur. ¶Socij Pauli
vocem erudientes nihil videbant. ¶Hoc pōt allegari, quod
moderni prædicatorum auditores multa audiunt, sed nihil
vident audiunt verba, sed non vident exempla, quia multi
inueniuntur, qui bona dicunt, pauci exemplariter faciunt.
Ideo dicitur. Mat. 23. Quæ dicunt facite & quæ faciunt noli-
te facere. ¶Vel dic contra auditores, qui bene prædicatorū
verba libenter audiunt, nunquam tñ accedunt ad facta, nec
volunt ab eis capere aliqua bona exempla operandi De. 4.
B Vocem audiuistis, sed faciem non vidistis.

CAPITVLVM DECIMVM TEXTVS.
Vir aūt, quidā erat in Cæsarea nomine cornelius.
Moralitatum Cap. 8.

COrnelius centurio gētilis italicus per imperatorem in
palestinæ Cæsarea constitutus, religiose viuebat, & ti-
mens Deum multas eleemosynas faciebat, & sæpius Deum
exorabat, quapropter Deus ipsum perire non sustinens, an-
gelum sibi misit, per quem ad beatum Petrum erectus fidem
& baptismum suscepit. ¶Illud allega, quomodo etiam elee-
mosyna in gentilib. & alijs est Deo grata, quæ apud Deum sa
lutem possessori suo meretur, ita quod diuina clementia &
communiter hominem pium & misericordē quamuis alias
sit peccato, non sustinet damnati, iuxta verbum Hier. dicen
tis se non audisse hoīem male mortuum pijs operibus assue-
tum. Sicut de Beato Greg. legitur, quod paganum suis rōni-
bus ab inferno suscitauit, eo q ipsum fuisse pium audierat,
iō dr. Tob. 4. qđ eleemosyna à peccato liberat &c. ¶Cum iu-
dæi abominarentur gentiles, ita quod in primitiua ecclesia
Christi discipuli, q pro maiori parte iudæi erant, gentilib. nō
prædicarent, nec eis communicarent, sed potius in iudæa cū
iudæis habitarēt: factum est qđ Petrus quadam die in ioppē
manebat, vbi i solariū vni9 dom9 ascēderet & orabat. Factus
igit in extasi, linteū p quatuor angulos à cœlo dimissum oī-
bus serpentibus, quadrupedibus & volatilibus plenum sibi
præsentatum in visu intuetur, & tunc de cœlo auditur, vox
monens vt comedat dicens. Surge petre macta & mandu-
ca. Sed tamen ne ista tanquam immunda & lege prohibita
refutaret, continuo subinfertur. Quod Deus purificauit tu
ne immundum dixeris. Vas igitur illud mox in cœlum reci-
pitur, & per hanc visionem intellexit Petrus, quod non est
personarum acceptio Apud Deum, & quod Deus ita bene
vult sanari gentiles, vt iudæos, & quod, indifferentes debēt
esse Apostoli quo ad bonos & malos. Exinde factum est qđ
discipuli gentib. prædicauerunt & eis communicantes, ip-
sos ad fidem & ecclesiam receperunt. Tunc igitur intrauit
nuncius cornelij gentiles qui fidem & baptismum petebat, C
& sic in visione cognouit quod neminem refutare deberet.
Inde etiam factum est q discretionem cerimonialem cibo-
rum legalium dimiserunt, & cuncta animalia dum tamen
sana essent corporibus in cibaria receperunt. ¶Dico contra
quosdam qui sunt tam in sæculo quam in claustro, qui ita de
sua iustitia præsumunt, quod gentiles & immunda anima-
lia, i. peccatores & impios vilipendunt, & cum ipsis com-
municare dedignantur, & eis prædicare non satagunt, sed
contemnūt. Luc. 18. Contēnebat. n. phariseus publicanū. Di-
cunt. n. illud Esa. 56 Recede à me &c. Sed illud in suis discipu
lis dñs repudiat & maxime in Petro. i. in prælato & pdicatori
bus illud non approbat. Vult. n. q tales nihil immundum re-
putent nullum quamuis peccatorem repudient & contem-
nant, sed gñaliter bonis & malis viam salutis ostēdant, & ad
oēs indifferenter se habeant cum sapientib. & insipiētibus,
græcis & barbaris debitores existant, debitum suum soluāt.
Matt. 9. Non. n. opus est valentibus medicus, sed male haben
tibus. Quod Deus purificauit &c. quia quos Deus baptismo
lauit, vel sanguine redemit, non dicunt alij contemnere, sed
charitatis amplexibus adamare. Matt. 18. Videte ne contem-
natis vnum ex pusillis his.

CAPITVLVM XII TEXTVS.
Eodem aūt tpe misit Herodes rex manus vt affli-
geret quosdam. Moralit. Cap. 9.

PEtrus captus ab Herode, vt post pascha ab eo occidere-
tur, primo in carcerem fuit missus, duabus catenis vin-
ctus, à quatuor quaternionib. militum custoditus. Verum cū
oratio fieret ab ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo,
factum est quòd eadem nocte, qua in crastinum debebat oc-
cidi, inter duos milites in carcere dormienti Angelus dñi
astitit, & lumen in habitaculo circunfulsit, percussoque late
re Petri, excitauitt eum dicens illi. Surge velociter, præcin-
ge te, & calciate caligas tuas, & circunda tibi vestimentum
tuū, & sequere me. Ceciderunt igitur catenæ de pedib. eius,
& ipse post angelū ibat & quod hoc per angelum fiebat, ne- D
sciebat, quinimmo se videre somnium æstimabat. Transeun
tes igitur primam & secundā custodiā, venerunt ad portam
ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro apta est eis, & sic
de ptāte Herodis exiuit, & continuo angelo recedente, Pe-
trus ad se reuersus, angelicum ministerium recognouit di-
cens. Nunc scio vere, quia misit dñs angelum suum &c. Ip-
se igitur ad fratres venit, & sic miraculose se libratum in-
uenit. ¶Re vera talis processus vr̄ qñque fieri in conuersio-
ne pctōris. Constat. n. q Petrus, qui interpretatur dissoluens
.i. peccator pænitens, robustus ad dissoluendum legis diuinæ
vincula assuetus, ab Herode diabolo per pctm̄ capit, in car-
cerem malæ consuetudinis truditur quatuor quaternionib.
.i. quatuor malis affectionib. traditur, duabus catenis. i. com-
placentia peccati & difficultate pænitēdi stringitur & sic ibi
dormit & quiescit, & inter duos milites. s. inter excæcatio-
nem mentis, & considerationem finis ibi commoratur. Nec
cogitat q de eius damnatione & morte tractetur, & quod
in castrino, i. subito damnandus à dæmonibus expectatur.
Vnde Luc. 19. Nunc autem abscodita sunt ab oculis tuis. Sed
Deus, qui videt damnationis periculum angelum suum. i. ali
quem euangelicum prædicatorē vel prælatum sibi mittit, q
ipsum arguendo percutit & ad surgendum de peccato ex-
eundumque de periculo excitat & inducit. Percutit igitur
latus. i. cor & pectus eius, puer contritionem cadunt catenæ
vitiorum, per cōfessionem & absolutionem surgit, per pec-
cati displicentiam, præcingit se per abstinentiam, & tempe
rantiam, & superfluitatum resecationē, calciat caligas suas
.i. multiplicem bonam affectionem, circundat tibi vestimē-
tum suum, i. bonam conuersationem, sequitur angelum præ
dicatorem per bonam imitationem, & obedientiæ executio
nem. Exo. 32. Angelus meus præcedet te, custodiet obserua
mandata eius. Primam & secundam custodiam transit per
culpæ & pœnæ euasionem & sic ad portam ferream, idest ad
duram pœnitentiam quæ ad ciuitatem paradisi perducitur
per propriæ carnis macerationem, & ita liber de manu He-
rodis, idest diaboli efficitur, & fratribus, i. fidelibus adiungi-
tur per gratiam & deuotionem. Lu. 1. De manu inimicorum
nostro-

E nostrorum liberati, seruiamus illi, ad laudandum Deum &
angelum, qui ipsum liberauit, i. prælatum, qui ipsum con-
uertit, per gratiarum actionem qñ se liberatum cognoscit,
& euasisse periculum & damnationem, dicens. Nunc scio ve
re, quia misit dominus angelum suum & liberauit me. Psal.
123. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. ¶Discipu-
lis audientibus Petrum stare ante ianuam, & non credẽtib.
dictum est quod angelus eius erat. ¶Hoc potest allegari, quo
modo quilibet habet angelũ sibi deputatum. Vnde dicitur.
Matt. 18. Angeli eorum vident faciem patris &c. ¶Cum He-
rodes quadam die in Cesarea, in ductus & veste regali pro
tribunali sederet, & tyrij & sydonij q̃bus iratus fuerat, adu
larentur eidem, & vocem Dei & non hominis acclamarẽt,
hoc est dictu, quod laudes Deo & non hominibus debitas si
bi adulando dicerent, ipsum eo sustinente & approbante tã
quam Deum collaudarent, affuit angelus domini qui per-
cussit ipsum, & statim consumptus à vermibus expirauit. ¶Il
lud potest exemplariter dici, quomodo illum Deus detesta-
tur & punit, qui propriam conditionem non cognoscit, sed
vltra propria merita se laudari permittit, angelus, i. diuina
sententia tales percutit, & vermium, i. dęmonum multitudo
ipsum consumit. Esa. 6. Vermis eorum non morietur, & ignis
eorum non extinguetur. ¶Vel allega contra Antichristum,
qui in regia maiestate sedebit, & se Deum magnificari gaude
bit, ideo vermis infernalis ipsum perpetuo deuorabit, & an
gelus, i. Christus ipsum percutiet & damnabit. ¶Vel dic ꝙ
Herodes qui interpretatũ, gloriãs in pellibus. i. qui in sua pul
chritudine gloriantur, & qui Iacobum. i. spoliationem dia-
boli in se occidunt, & Petrum, i. substantiã mentis in se ener
uare conantur, qui volunt in ornatu regio sedere, & adula-
torum laudibus scalpi, & vltra merita virtutem suam lauda
ri ab adulatoribus delectantur, tales dico ab angelo Dei, i.
ab anteriori ratione percutiuntur, & à vermibus idest con-
scientiæ remorsu interius corroduntur, inquantum conscia
talium ipsos percutit, qñ in se non sentit ꝙ ab adulatoribus
proclamatur. ¶Vel dic ꝙ reges & magnates huius mũdi ex-
ercitus publice habent adulatores, intus, idest occulte, uer-
F mes idest detractores & aliorum deuoratores.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Factum est autem in iconio, vt simul introirent sy-
nagogam. Moralitatum Cap. 10.

PAulo & Barnaba regionem lustrantibus contigit ꝙ dum
essent lystris, vir quidam sedebat claudus pedibus ex vte
ro matris suæ. Dum igitur iste audiens Paulo loquente & ui-
dens Paulus ꝙ haberet fidem vt sanus fieret, dixit ad eum
Paulus. Surge & sta supra pedes tuos rectus. Qui exiliens am
bulabat. Turbæ aũt licaonitæ clamauerunt. Dij similes facti
hominibus descenderunt ad nos. Barnabam igitur, Iouem
dixerunt: Paulum vero, qui dux erat verbi, Mercurium voca
uerunt. Ipsi adductis thesauris & coronis, ipsis sacrificare
uoluerunt, nisi apostoli prohibuissent. Ista applica ad prædi
catores, quia qñ ipsi de suis doctrinis & exemplis faciunt
claudos, i. peccatores & in moribus claudicantes recte per
iustitiam incedere, digni sunt quòd gentiles, idest seculares
ipsos Deos idest sanctos debeant æstimare, & sacrificia bo-
norum temporalium ipsis ministrare, dicentes. Dij similes fa
cti hominibus descenderunt ad nos. Tales dij, i. cælestes mæ
rentur dici, & tam Iupiter, qui dicitur, iuuans pater, quam
Mercurius, qui dicitur aperiens ciuitatem, possunt vocari,
eo quod peccatores per eos sicut per patres solent iuuari,
& ipsis cœli ciuitas aperiri. Psal. 81. Ego dixi dij estis, & filij
excelsi omnes. Talibus dicunt sacrificia, i. terreni honores
offerri, qui scilicet vltra modum excedunt debent per eos
refutari, teste Grego. Prędicatoribus qui largiũtur spiritua-
lia, debentur temporalia. Vel dic quòd nullus sanctus homo
debet sustinere, quod aliquis ipsum Deum reputet, i. quod
maiores laudes quam sua requirunt merita sibi formet. Vel
quod sacrificia vanæ laudis sibi offerat, quàm de ipso aliquid
vltra veritatem existimet. Hiere. 6. Vt quid offertis mihi thus
de saba? Act. 12. Cuius contrarium fecit Herodes, qui sicut su
pra visum est, Deum se vocari sustinuit, & ideo triste sala
rium reportauit. ¶Paulus lapidatus, & extra ciuitatem ly-
stris tractus, vbi prius tanquam Deus fuerat æstimatus, à tur-
bis extra ciuitatem proiectus, mortuus fuit creditus, q
dem post turbarum recessum surrexit, & circunstantib
tribus ciuitatem intrauit, & die postera de ciuitate rece
& calefaciẽs fratribus dixit. Per multas tribulationes o
tet nos introire regnum Dei. ¶Ista allega quòd illi, qui i
stris, quæ erat ciuitas gentilium, idest in mundo, quæ est
bitatio peccatorum, sicut dij aliquotiens honorantur, it
quandoque versa vice per infortunia lapidantur, vbi.n.
tuna hominem eleuat, ibidem ipsum quandoque lapid
condemnat. Vnde Seneca. Fortuna vitrea est, dum splen
frangitur. ¶Vel dic quod in hoc potest notari, quod qua
que viri sancti possunt mortuos se licite & alia similia
re, vt sic possint impiorum seuitiam declinare.

CAPITVLVM XV TEXTVS.

Et quidam descendentes de iudæa, docebant fra-
tres. Moralitatum Cap. 11.

IN capitulo decimoquinto fit mentio, quomodo deter
natum est conuersos ad Christi fidem ad onus graue ce
moniarum legis non teneri non indiget exponi, uide ibi
lud autem, quod tandem sequitur, quod orta est dissentio
ter Paulum & Barnabam, statuentes reuisitare per ciuit
tres in diuersis ciuitatibus conuersos, & eos in fide & m
bus solidare, ita quod abinuicem sunt diuisi, vnus quid
electo vno socio ad unam partem, alius cum alio ad ali
iuit. ¶Hoc allega, quod occulta Dei prouidentia inter
sanctos quandoque permittit dissentiones, uel aliqua
uia scandala, & hoc quando uidet huiusmodi mala i
posse conuerti, & in melius commutari. Isti quandiu
fuissent simul in uno loco, fructũ non fecissent. Nunc
inuicem diuisi sunt, & sic in pluribus locis prædica
& nomẽ Chri fidemq; eius multo amplius adduxerunt
igitur fuit illa dissensio ex qua occasionaliter orta
Christi multiplicatio. Lu. 12. Vnde Christus dicit, quod
venerit pacem mittere in terram, sed gladium.

CAPITVLVM XVI TEXTVS.

Peruenit autem in derben & lystram. Et ecce discipu-
lus quidam. Moralitatum Cap. 11.

PAulus circuncidit Timotheum qui erat gentilis, cum
men sciret circuncisionem non esse necessariam,
& alias cerimonias non esse fidelibus imponendas,
tet in capitulo præcedẽti, hoc tamen fecit ad iudæor
dalum vitandum, quorum multitudo in illis partibus
derat, qui adhuc circuncisionem tenebant. Non pote
ita subito ritus nouos accipere, & suos modos abdica
tiquos. Simile probatur infra vbi Paulus de concilio
rum, & se nazareum & legis obseruatorem ipsum uide
derent, & illa simulauit, & cum aliis nazareis ad tem
purificandus intrauit, vt legis obseruatorem ipsum
crederent, & illa quæ de ipso audierant falsa existim
offerentes sacrificium acceptauit. ¶Ista possunt alleg
duo. Vnum est, pro vitando scandalo & periculo licitu
fieri quod alias erat illicitum, & dissimulare quod no
verum. Vnde. Luc. 24. Fingebat se longius ire. Aliud est,
cito & faciliter non potest mutari quod diu fuit obse
Prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam ambulans, e
cũ senuerit &c. ¶Paulus & silas vocati sunt a Spiritu s
prædicare in frigia, bithinia & galacia. Vocati vero
Macedonia euangelizare, sicut Paulo per visum o
est, vbi videbatur sibi quod homo macedo ad eum
eus auxilium implorauit. ¶Hoc potest allegari, quo
spiritus vbi vult spirat, & quomodo quosdam voca
quosdam repudiat & quomodo prædicatores suos p
cultam inspirationem, nũc ab illo loco retrahit, nũc a
mittit. Nouit .n. Deus qui sunt eius, & ideo secundum
vnum vel alium elegit secundum hoc prædicatores
mittit. Vnde Ioha. 13. Ego scio quos elegerim. Cũ Phil
quæ est prima ciuitas Macedoniæ, esset quædam puella
tu phitonico plena, quæ diuinando, quęstum maximum
dominis exibebat. Factum est quòd Paulum, & silam
retur, & ad eorum laudem hominibus loqueretur
inquit serui Dei excelsi sunt, qui annunciant nobis
Compatiens ibi paulus, imperauit immundo spiritui
dimitteret, & sic eam protinus à spiritu phitonico
liberauit. Domini vero puellæ videntes ꝙ lucrum suum de-
perierat, & quòd puella sanata nihil amplius diuinabat, Apo
stolos inuaserunt, & facto concursu ipsos traxerunt ad prin
cipes qui ipsos publice cesos in carcerem detruserunt. ¶Ista
allega, quomodo multi sunt, qui non curant de filiorum suo
rum, & subditorum spiritualium salute, sed solum de pro-
pria & temporali vtilitate, non curant si diabolo vel spiri-
tui immundo, & peccato subiiciantur, dum tamen inde ali-
qua lucra suæ bursæ subornentur. Ista videmus de parentib.
& amicis secularibus, quæ si habent aliquam puellam. i. ali-
quem filium vel amicum spiritu phitonico. i. scientia diabo
lica plenum, diuinatorem & aduocatum, & in secularibus
scientiis eruditum, videntes ꝙ quæstus, honor, vtilitas tem-
poralis ex hoc ipsis aduenit, nolunt ipsum ad hoc cõuerti,
sed potius ipsum plus diligunt in seculari statu conuersari.
Phil. 2. Omnes. n. quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi.
Vnde si contingat ꝙ tales ad instinctum Pauli, & silæ. i. bono
rum religiosorum spiritualiter sanentur, & ad religionẽ cõ
uersi à potestate diaboli liberentur, statim domini talium
i. ipsorum temporales parentes, videntes ꝙ spes tempora-
lis lucri, quam habebant, in talem cecidit, & defecerit, inci-
piunt contristari, & contra ipsos, qui eum sanauerunt. i. qui
eum ad religionem duxerunt, solẽt turbari, & in eos debac-
chari, dicentes. Hi homines cõturbat ciuitatem nostrã cum
sint iudæi, & annunciant morem, quem non licet nobis re-
cipere, cum simus Romani. Ad litteram. n. seculares vocant
religiosos orbis turbatores, & ipsos iudæos, & superstitio-
sos dicunt, & respectu sui ipsos esse viles reputant, se vero
Romanos. i. nobiles esse fuerũt nõ licet nobis dñe hunc mo-
rem suscipere, cum simus Romani. i. non licet nobis religio
sos vel clericos fieri, cum simus nobiles, & magni. Vnde dr̃
in Ioã. 8. Semen Abrææ sumus, & nemini seruiuimus vnquã.
c. 16. ¶Paulus & sila trusis in carcere & eorum pedibus stri-
ctis ligno, factus est terremotus, fundamenta carceris mota
sunt, fores apertæ, vincula soluta, & lumen refulsit vndiq;,
quibus visis, custos carceris conuersus est ad dñm, & cũ tota
domo sua baptizatus. ¶ Hoc allegatur, ꝙ mores & tribula-
tio apostolorum valde proficit ad vtilitatẽ nostram, dum in
eorum tribulationibus, & morte miracula fiebant. Cumque
existentes in carcere p̃dicabant, vel epistolas scribebant, &
ad remota mittebant, qñq; actualiter ad Christum homines
conuertebant, vel saltem nos alios qui nunc talia legimus,
in fide solidabant, sicut de beato Paulo alibi legitur, qui in
carcere positus scribebat epistolas, q̃ nũc magis proficiunt
vniuersis, quàm si tunc liber existens personaliter prædicas-
set. Scit enim Deus de tribulationibus sanctorum, & aliorũ
bona elicere, quinimmo talia mala euenire non permitte-
ret, nisi sciret ex talibus vtilitatem aliquam prouenire. Deu.
32. Vt sugeretur mel de petra, & oleum de saxo durissimo.

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

Cum autem perambulassent amphipolim, & Ap-
polloniam. Moralitatum Cap. 13.

CVm Paulus esset athenis, & ibi nomen dñi prædicabat,
factum est quòd Philosophi, & alii audientes, quòd fu
turam resurrectionem diceret, cęperunt eũ deridere, & ver
ba eius nugatoria reputare. Vnde quidam dicebant, ꝙ nouo
rum dæmoniorũ videbatur esse denunciator. Alii dicebant,
ꝙ erat verborum inutilium seminator. Ipse propter hoc nõ
destitit, sed cum ipsis disputans, & fidem eis prædicans, mul
tos ad fidem conuertit. Et dicitur ibidem, quòd athenienses
& alii hospites ad nihil aliud vacabant, nisi dicere, & audire
aliquid noui. ¶Ista possunt applicari contra modernos audi
tores sermonum. Ad hoc deuenit humana demetria, quòd
homines plus quærunt audire nugas, quàm vtilia, quinim-
mo multi videntur esse similes atheniensibus, qui curiosita-
tis gratia magis, quàm vtilitatis sermones aliorum audiunt,
quos tãdem modica occasione despiciunt. Vnde Seneca na-
tura humana nouitatis est auida. Si autem prædicator dicat
communia, & vtilia, & non ad voluntatem ipsorum, statim
solent eum despicere, & omnia verba eius, quamquam san
cta & vtilia, damnare, dicentes. Quid vult seminator ver-
borum hic dicere? alij dicunt, ꝙ nouorum dæmoniorum vi C
detur denunciator esse. Prou. 18. Non recipit stultus verba
prudentiæ &c. ¶Videns paulus idolatriæ deditam athenien
sium ciuitatem, incitabatur eius spiritus, Inter cætera vero
simulachra inuenit ibi idolũ, cuius titulus erat, ignoto Deo
hominibus ipsis annunciauit dicens. Quod ignorantes coli
tis, hoc ego nuntio vobis. Narratur. n. ꝙ in passione Christi
cum solis eclipsis vniuersalis fieret, & ipsa eclipsis naturali-
ter non fieri valeret, pro eo ꝙ luna in oppositione, & nõ in
coniunctione solis esset, philosophi qui erant athenis, illud
tam mirandum factum alicui ignoto numini attribuerunt,
quem tunc pati alicubi dixerunt, & ideo ignoto Deo aram
fecerunt, & ibi titulum ignoto Deo erexerunt. Tunc fertur
Dionysius in ariopago idest loco vbi disputabat, præfectus
ista verba dixisse. Aut Deus naturæ patitur, aut mũdi machi
na dissipatur. Populo igitur super titulo huius idoli disputã
te iste Dionysius Christo credidit, & vna cũ multis alijs Pau
li discipulis fuit factus. ¶Illud allega contra gẽtiles, qui ado
rant Deum ignotum. Adorant enim Deum tanquam crea-
torem: ignotus tamẽ est eis, q̃a Christum nesciũt redempto-
rem. Vnde possumus dicere. Ioan. 4. Nos adoramus, quod sci
mus, vos adoratis, quod nescitis &c. ¶Vel allega inter mira-
cula facta in Christi passione, vel de conuersione Dionysij.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.

Factum est autem cum Apollo esset corinthi.
Moralitatum Cap. 14.

VIdentes quidam Iudæi miracula, quæ faciebat paulus
& quomodo dæmones de obsessis corporibus expel-
lebat, cęperunt per nomen Christi dæmones adiuuare, &
quamquam Christum non crederent, cęperunt tamen sup
obsessis nomen domini inuocare dicentes. Adiuro uos per
Deum, quem Paulus prædicat. Dum igitur quadã die hoc fa-
cerent, incepit dæmoniacus dæmon in dæmoniaco dicere
per hæc verba. Iesum noui, & paulum scio, vos autem qui
estis: insillens autem in ipsos ad terram prostrauit, & domi-
natus amborum, ipsos nudos, & vulneratos dimisit. ¶Illud
potest allegari contra prædicatores, qui dicunt, & non fa- D
ciunt, qui iuxta verbum Apostoli, confitentur se Deũ nosse,
factis autem negant. ad Ti. 1. Sicut ad litteram sunt hypocri-
tæ, qui in nomine Iesu solent prædicare, & quamuis ipsi nõ
obediant, nec fidem eius per bona opera tenent, gaudẽt ta-
men prædicando in eius nomine eius virtutes facere, ita ꝙ
quandoque bene docendo solent dæmones, & peccata de
peccatorib. propulsare. Vnde Mar. 9. Domine vidimus quẽ-
dam in nomine tuo &c. Sed quid? Pro certo dominus con-
tra tales indignatur, & eos tanquam indignos quòd prædi-
cent nomen suum, in manibus dæmonum tradit, à quib. fi-
naliter affliguntur. Ps. 49. Quare enarras iustitias meas, dixit
dominus peccatori, & assumis testamentum meum per os
tuũ. Tu vero odisti disciplinam &c. propterea Deus destruet
te in finem. ¶Vel dic ꝙ isti met dęmoniaci, quos ipse vole-
bat curare, i. peccatores, quos talis malus peccator vult cõ
uertere, solet ipsis dicere. Iesum noui, & paulum scio, uos au
tem qui estis. s. qui verba dictis, & opera non facitis, & ore
confitemini quem operibus impugnatis. Medice (inquiunt)
cura teipsum. Tales solent quandoque in iniurijs discerpe-
re, tribulare & opprimere, vestimenta temporalium tolle-
re, & eos infestare, sicut ad littteram patet de mundi tyran-
nis, qui quia vident religiosos & prælatos verba habere &
non opera, ideo ipsos spoliant, & contemnunt verba eorũ
& per iniurias ipsos grauant. Iob 24. Nudos dimittunt vesti-
menta tollentes. Igitur taliter prædicanti dicunt illud Ioh. 9.
In peccatis natus, & tu doces nos.

CAPITVLVM XX TEXTVS.

Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Pauli
discipulis. Moralitatum Cap. 15.

IVuenis quidam, qui prædicante Paulo dormiuit, & de ter
tio cęnaculo quasi mortuus cecidit, quẽ Apostolus mox
curauit. ¶Hoc allegari potest, ꝙ qui verbis apostolorũ dor-
miunt, & qui doctorum prædicatorum prudentumque ho-
minum sermonib. non intendunt, sed potius in vitijs dele-
ctantur,

E ctantur,faciliter per peccatum corruũt, & cadunt. ¶Paulus volens ire in Hierusalem, inter cætera dixit de se,alligatus spiritu, vado in Hierusalem, ignorãs quid mihi ibi sit futurum,nisi quia Spiritus sanctus vbique mihi dicit,quòd vincula, & carceres me manent. Act. 21. Vnde sequenti cap.dr̃,ꝙ Propheta Agabus Zona Pauli pedes suos ligans dixit. Hoc dicit Spiritus sanctus, virũ, cuius Zona hæc est,sic alligabũt in Hierusalem. Qua de causa cum a fratribus rogaretur ꝙ non iret,sibi suaderi non potuit,sed contra voluntatẽ omniũ illuc iuit, vbi statim captus,verberatus,alligatus,& Romam postea ductus fuit. ¶Recte quotidie similia experimur in actibus humanorum, sic enim nescio qua voce vel occulta Dei voluntate quandoque homo tanquam alligatus spiritu in infortunia ruit,& dato, ꝙ sciat sibi prospera non succedere,negocium tamen illud prosequi non obmittit, & cũ possit fugere,non fugit, sed acsi voluntarie in pœnam rueret,ab opere huiusmodi non desistit, alligatus vtique spiritu,quod.n.Deus futurum decreuerit, non põt humana sagacitas impedire,sed potius creatura creatori deseruiens solet occultis Dei ordinationibus cum hora venerit obedire. Gen.24.A dño egressus est sermo, illud impedire,non possumus. ¶Paulus non grauabat expensis illos, quibus prædicabat,sed potius manib. laborabat, vt haberet vnde viueret, nec ab eis aliq̃d accipiebat, sed eos libere instruebat. ¶Hic potest notari,ꝙ prędicatores quando prędicant,non debẽt p̄ eleemosynas petere,& hoc, ne videantur quæstus gratia p̄dicare. Vnde Mat.10 Gratis accepistis, gratis dare debetis.

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Cum autem factum est vt nauigaremus abstracti ab eis. Moralitatum Cap. 16.

QVamuis beatus Paulus se alligandum in Hierusalem, & tribulationes se passurum audiret, & hoc sibi Spiritus sanctus reuelaret,& propheta agabus prædicaret,fratribus dissuadentibus &c.noluit credere,sed futura tribulamina vilipendens,paratũ se asseruit pro Christi nomine mortem & vincula sustinere. ¶In hoc docetur,quòd prædicator
F euangelicus vel quicunq; professor catholicus,vbi de Christi fidei vtilitate agitur,nõ debet tribulationes metuere,nec iter suum ad fidei, & prædicationis opera dimittere,sed ꝑ nomine domini vinculis,mortique & laboribus si fuerit necesse se donare,dicens domino illud, quod dicitur Lucæ 22. Paratus sum tecum in mortem, & carcerẽ ire. Et alibi. Mar. 26. Si oporteret me mori tecum &c. ¶Consequenter hic & in c.22.& 23. fit mentio, quomodo Paulus in seditione fuit captus,& à tribuno ereptus,tortoribus traditus, sed se Romanum dicens,à torsionibus dimissus.Tandẽ in iudicio multipliciter accusatus,à iudæis per summum sacerdotem percuti iussus,ita quòd idem princeps sacerdotum à populo extitit maledictus. Percutiet te Deus paries de albate. Tu sedẽs secundum legem, contra legem iubes me percuti. Sed hæc omnia transeo, & excepto hoc quòd cum ipsum torquere vellent, Romanum se ciuem allegauit. Act. 26.Cuius simile supra fecerat,vbi propter phitonissam liberatam in carcerem missus fuit. ¶Hoc allega, quòd non est malum viro Dei quandoque bonis temporalibus, priuilegiis & auxiliis Dei onus vel pœnitentiam facere, vt ibi propter Dei timorem non parcitur, saltem timore vel amore hominum aliqualiter faueatur. ¶Illud autem hic consequenter infero, ꝙ cum iudæi tam pharisæi quàm saducei, qui erant sectæ diuersæ, quia pharisæi resurrectionem futuram credebant,angelos, & animas post mortem viuere asserebant, saducei vero negabant,simul contra Paulum conuenissent,& ipsum contra mortem peterent,caute cępit clamare,& dicere coram eis. Viri fratres,& ego pharisæus sum filius pharisæorum, & de spe,& resurrectione futurorum ego iudico. Quod audiẽtes pharisæi,statim à saduceis diuisi sunt, ita quòd inter se contendere,& disputare cęperunt, & ita pharisæi, qui contra Paulum acerbius seuieriunt,pro ipso pugnare cęperunt. ¶Illud potest allegari, quòd si quis plures aduersarios cõtra se confęderatos habeat,summa prudentia est, si eorum fędus, & concordiam ad inuicem aliquo articulo dirumpat, vt ipsos per partes diuisos facilius superet,& euadat.c.23. ¶Illud etiam, quod sequitur scilicet quòd quadraginta viri vene-
runt ad principes sacerdotum,dicentes illis.Deuo
uouimus nos nihil gustaturos donec occidamus Pau
ideo ordinauerunt inter se, ꝙ iterum ad iudicium co
buno vocaretur, vt dum veniret ad locum interficere
eis,quod tamen Deo nolente fuit aliter ordinatũ.¶Ho
allegari,ꝙ hodie multi sunt homines iniqui,qui se rep
deuote & sancte agere, qñ sanctos viros possunt oc
Sicut ad litteram videmus de multis malis secularib
rectè se reputant bonos, qñ religiosis & clericis pe
cere.Vnde sic vr̃ illud.Ioan.16.Venient (inquit) dies
omnis,qui interficit vos, arbitretur se obsequium præ

CAPITVLVM XXVI TEXTV
Agrippa vero ad Paulum ait. Permittitur tibi loqui pro temetipso. Moralitatum Cap. 17.

DOminus diposuerat quòd Paulus Romam iret,&
nomen domini prædicaret. Vnde supra dixit sibi
22.Constans esto Paule, sicut de me testificatus es in Hie
salem,ita Romæ oportet te testificari. Veruntamen p
vias,modos & causas Romam peruenit, infra patet,
de Hierusalem in cæsaream ductus, & ibi coram fœlice
cusatus,tandem ab eo dimissus,& per biennium relat
postea iterum vinctus, & festo successori traditus est,
eo volente gratiam præstare iudæis, vt reduceretur in
rusalem,iudicatus. Tunc vero Paulus Cæsarem appella
& sic missus ad Cæsarem, Romam venit, coram quo
domini prædicauit, & multum populum domino co
vbi postea mortem pro domino tolerauit. ¶Ista allega
modo Deus per multas vias solet effectus suos produ
quomodo & quando decreuit aliquid fieri, dato,quòd
ta interualla fiant,ita quòd negocium ex toto, videtur
tum finaliter tamen solet suscitare, & occasione
procurat quod decreuerat euenire. Habet enim dom
in omni negocio,quod decreuit,modos, causas,ordina
nem,tempus,horam, & regulam ordinatam, quæ o
suspendit,& post qñ tempus fuerit,negociũ, quod dec
rat,introducit.Vnde Eccle.8.Omni negocio tempus e

CAPITVLVM XXVII TEXT
Vt autem iudicatum est nauigari eos in Italiam. Moralitatum Capitulum 18.

CVm Paulus cum multis nauigando de terra prom
nis in Italiam duceretur,factum est, quòd post
maris impetus,malis vbi erat bitalassum,i.profundum
cem, & bituminosum impegit, ita ꝙ prora stabat im
lis,& puppis soluebatur à vi maris. Armamentis igi
uis in mare proiectis,& neque sole neq; syderibus pe
tos dies apparentibus, sed tempestate non exigua im
te,ablata erat omnis spes & fiducia singulorum.Veru
Deus salutem animarum Paulo concessit, ita quòd
ibidem periit aut defecit naufragantesque Paulus al
& ad sumendum panem incitat,& hortatur. Satiati ig
bo nauim alleuiabant, & frumenta in mare iactabant
dem vero fracta naui, aliqui natando ad litus venerũ
per tabulas applicuerent, & sic omnes periculum eua
¶Nauis ista est anima,quæ scilicet inferius ad terrena
esse clausa,superius ad cœlestia aperta interius per h
tatem concaua, per charitatem lata,per perseuerantia
ga,in principio & in fine per abstinentiam & tempera
& continentiam stricta Prouerb.31 Facta est quasi na
stitoris de longe portans panem suum.Habet etiam
uis duas principales partes scilicet proram, quæ sig
amorem,puppim, quæ significat timorem. Habet e
nauis armamenta scilicet virtutes,& scientias,porta
quandoque frumenta idest terrenas possessiones &
tias.Ista igitur est veritas, quòd quando Paulus idest
nus animus vel homo tentat nauigare de terra pro
nis,de statu gratiæ in Italiam,quæ interpretatur exce
mũdum,vbi faciliter excedimus per peccatum, & p
hoc mari idest mundi fluctibus, & amaritudinibus
suæ nauem exponit, quandoque contingit quòd te
tribulationum sibi nascitur,lux vero solis, & syder
Dei gratia,& sanctorum, vel doctrina bonorum præ

A idem pęnitus denegat.Vnde dicitur.Sap.17.Ignis quidē nulla vis poterat eis lucere,nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horridam. Ita ꝙ prora prima pars nauis animæ.s.amor ipsius in bitalassum, quæ est terra tenacissima. i. in mundi bonis, & terrenis per affectionum tenacitatem impingit, vbi per auaritiam arescat, & sistit. Puppis vero,idest timor impetu maris. i. tribulationibus soluitur,& sic per diuersa peccata nauis animæ dissipatur armamenta virtutum perduntur,& Paulus cum populo suo.i.ratio cum cordis affectibus periculis exponitur. Veruntamen quandoq; contingit,quòd post illam fractionem .i. post animæ peccatum aliqui per mare pœnitentiæ nauigantes,& aliqui tabulis diuinæ misericordiæ se committentes,saluatur & ad portum salutis & gratiæ deducunt̃. Quod potissime contingit, quando cibo diuinæ lectionis sunt refecti,frumenta.i.bona mundi,in mari.i.ad amaros pauperes per eleemosynas proiiciunt, & nauem maris à terrenis exonerant,atque per terrenorum contemptum alleuiant,& extollunt.Vnde Mat.8.Nauicula in mari magnis iactabatur fluctibus &c. ¶Vel dic quòd nauis significat ecclesiã,cuius prima pars prælatos & superiores designat, vltima vero pars subditos & seculares significat. Igitur ista prima pars ecclesiæ.s.prælati, quando ex toto impingit in bitalassum idest in amorem,& auaritiam terrenorum, necessario fit vt pars posterior idest populus subditorum malorum, istorum exemplo soluatur,vt quòd propter istorũ auaritiam ,terrenis pęnitus adhærentem,& de spiritualibus,& æternis minime curantem tota nauis ecclesiæ tentationum, & tribulationũ fluctibus dissipetur, tempestates enim vitiorum insurgunt, armamenta virtutum proiiciuntur,& perit lux solis, & syderum idest exempla sanctorum deficiũt, & sic qui sunt in hac maris dãnationis periculum pertimescere satis possunt. Vnde Ambro. in sermone de confessoribus nauigantibus, vbi per hoc mare magnum valde pertimescendum est ,ne nauẽ nostram fluctus voluptatis absorbeat, aut in æternam damnationis prædam pirata crudelis abducat. Qui igitur saluari vult, debet se in mare idest in amaritudinem pœnitentiæ mittere,tabulæ diuinæ misericordię se committere,frumenta idest bona mundi proiicere,& ad portum salutis qui Chri
B stus est,per bona opera natitare. Vnde Iob 21.Tunica succinxit se,& misit se in mare. ¶Vel dic quòd Paulo animæ dantur ne pereant,in quo notatur,quòd quandoque societas,& oratio vnius boni,causa est salutis multorum.Animæ autẽ, & non nauis saluantur, quia Deus de perditione temporalium non tristatur.Itaque in hoc notari potest, ꝙ apud Deũ animæ corporibus, & spiritualia temporalibus pręferunt̃. ¶Vel dic quòd per nauim pauli intelligitur ecclesia, quam ipse conuertit scilicet asia minor, quæ est turcia cum omnibus suis prouinciis, & græcia & communiter tota ecclesia orientalis,quia ista Pauli nauis periit,inquantum illa ecclesia per schismata & hæreses oberrauit.

CAPITVLVM XXVIII TEXTVS.
Et cum euasissemus tunc ognouimus, quia mytelene. Moralitatum Capitulum 19.

CVm Paulus euasisset de naufragio, pro calefaciendo se pyram sarmentorum congereret, contigit quòd vipera vi caloris commota,manum Pauli arriperet, & morsu manu inferius dependeret,quod videntes viri insulę,ipsum homicidam dicebant.Vtique(inquiunt)homicida est homo ille,qui cum à mari euaserit, vltio diuina non sinet eum viuere ipsum in tumorem conuertendum,& subito moriturũ credebant,sed vidẽtes, quòd excussa bestia in ignem nil omnino nocuit,ipsum Deum esse ferebant. ¶Ista allega contra vanam,& mutabilem opinionem quorundam fatuorũ, qui nescientes Dei iudicia, quando vident aliquod infortuniũ alicui accidere, & serpentes idest dæmones vel tyrannos ipsum atrociter inuadere, statim solent eum homicidam vel malum hominem æstimare, & per æternam damnationem perire,& vt mori debeat expectare eum, quandoque tamẽ vident contrarium accidere & læsionem nullam subsequi, sed post tribulationem huiusmodi pacem, & solatium sibi esse.Tob.13.Post tempestatem tranquillum facit,& econuerso,quando vident sibi prospera succedere, & nullam læsionem serpentum idest nullam tribulationem maiorum incur C rere,solent statim eum Deum,& iustum hominem iudicare, cum tamen sæpe contingat vt bonis mala, & malis bona soleant prouenire,ita quòd temporales casus, qui accidunt, siue boni siue mali bonitatem vel malitiam hominum non possint declarare,sicut ostensum est Lucæ 13. vide ibi. ¶Vel dic,quòd cum homo euasit naufragium damnationis æternæ,mundi nauem fractam exeundo,& ad littus religionis ꝑ pœnitentiam se transferendo,sæpe contingit,quòd dum ꝑ aliquam recreationem temporalem se calefacere nititur, serpentes idest detractores contra eum insurgunt, qui manum idest opera ipsius mordent,& eum(si possent) inuenenant,& diffamant,sicque fit,quòd vbi ad trãquillitatem portus religionis crediderat venisse, detractorum rabies ipsum fortius lædat.Veruntamen talis Paulus idest homo iustus debet tales serpentes in ignem suæ inuidiæ excutere, & sic de eorum detractionibus non curare, & si ipsos excusserit, & non curauerit,ipsum nequibũt lædere vel nocere, ita quòd alii suam perfectionem videntes, ipsum Deum & iustum hominem poterunt æstimare. Mat. 27.Vere filius Dei erat iste. ¶Vel dic,quòd in littore religionis solent dæmones serpenti illos acrius per tentationes mordere, quos vident de naui mundi maris periculum euasisse, & de mundo ad religionis ac pœnitentiæ littora transfugisse. ¶Vel dic quòd quando Paulus idest bonus prælatus aliquem serpentem idest aliquem malum subditum in ignẽ tribulationis per correctionem mittit,statim contra eum si potest insurgit,& eum diffamat & pungit. Quia dicitur. Eccle. 10. Qui dissipat sæpem, mordebit eum coluber,quia quando prælatus nititur in malis subditis sępem malarum excusationum,spinarum vitiorum per correctionem destruere, talis coluber solet eũ inuadere. Quod videns prælatus ipsum debet in istum ignem fortiter excutere, & ad subeũdum correctionem acrius cõpellere,& à tali morsu,i. rebellione compescere,& arcere, Psalmista.139.In ignẽ deiicies eos, in miseriis nõ subsistent.

Moralitatum Actuum Apostolorum finis.

MORALITATVM D
Liber trigesimusquartus super Apocalipsim.

CAPITVLVM PRIMVM TEXTVS.
Apocalipsis Iesu Christi quam dedit illi Deus palam facere seruis suis. Moral. Cap. 1.

IOhannes in insula, quæ dicitur pathmos quæ adhuc est prope ephesum in asia minori, quæ nunc dicitur turchia. Vidit raptus in spiritu septem candelabra aurea. In quorum medio similis erat filio hominis vestitus pondere,præcinctus ad mamillas Zona aurea,caput eius & pili candidi tanquam lana alba, & tanquã nix, oculi eius sicut flamma ignis, pedes similes aurichalco in camino ardenti, vox eius sicut vox aquarum multarum, & in dextera eius septem stellę,& ex ore eius exiuit gladius bis acutus,& facies eius lucebat sicut sol in virtute sua, qui dicebat omnibus per hæc verba.Ego sum primus,& nouissimus,fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. ¶Moraliter ista insula est ecclesia,quæ à mari.i. maris tribulationibus velut insula circumitur.Ista dicitur pathmos.i.separatio hostium vel palpantium,quia exinde debent separari hostes.i.detractores palpantes.i.adulatores. Ille vir mirabilis,qui ibi videtur, est vir iustus & perfectus,vel prælatus,qui pro certo ipsi filio hominis similis dicitur, pro eo ꝙ Christo Filio Virginis per bona opera conformatur. Vnde Esa.14.Similis ero altissimo. Septem candelabra significant vniuersitatem bonorum & honestarum personarum, quia per septem vniuersitas(teste Greg.)designatur, & isti dicuntur aurei quantum ad valorem sanctitatis, & quantum ad splendorem scientiæ,& sagacitatis,apparentiæ & honestatis,quia pro certo in medio istorum idest in societate perfectorum debet istæ prælatus, & perfectus ambulare & viuere,& quia sancta bona societas,honesta & discreta maximè ad prælatos religiosos,& alios viros perfectos noscit pertinere,

E tinere,quia cum sancto sanctus eris.In medio (inquit) can-
delabrorum aureorum.Vnde Eccl.27. In medio cogitantiũ
legem Dei assiduus esto . Iste igitur circa mammillas idest in
pectore, & in corde debet habere Zonam auream idest ru·
borem feruidæ charitatis .Caput eius. i. intentio debet esse
ad modum niuis albæ vt lana, per candorem innocentiæ &
puritatis,& per molliciem laneæ simplicitatis. Debet habe-
re vestimẽtum poderis idest decorem exterioris honestatis .
Oculi intellectus sui debent esse ignei , per splendorem di-
scretionis & veritatis.Pedes eius idest affectiones debent es
se ignei,& sonare per clamorem feruidæ charitatis,oratio-
nis,desiderii,& spiritualis cupiditatis. Apoc. 10. Pedes eius
sicut columna ignis. Vox eius debet esse sonora per clamo-
rem prædicationis,& per ostensionem autoritatis, quia ip-
sum decet loqui autenticè, & seuerè , ne sua autoritas con-
temnatur.Dan.10 Vox sermonum eius sicut vox multitudi-
nis,& bene multitudinis, quia in omni actu vox solennis p-
sonæ,æquipollere debet multitudini aliorũ. Item debet ha·
bere septem stellas scilicet septem dona sancti spiritus , id-
est perfectionem sanctitatis.Apoca.2.Qui habet septem stel
las in dextera sua.Facies eius debet splẽdere per dulcorem
lætitiæ,& affabilitatis,quia in omnibus debet se ostẽdere lę-
tum,affabilem,& benignum.Mat.6. Vnge caput tuum oleo,
& faciem tuam laua, & tamen ipse debet habere in ore gla-
dium bis acutum idest rigorem duplicis iustitiæ, & seuerita-
tis,quia ipse debet malos corrigere idest comminãdo amis-
sionem gloriæ,& immissionem pœnæ æternæ.Psalm.56 Lin-
gua eorum gladius acutus,quia secundum Aposto. Hebr.4.
viuus debet esse sermo,& efficax, & penetrabilior omni gla
dio ancipiti.Et tũc tales pro certo dicere possunt . Ego sum
primus,& nouissimus,etiam qui.s. primi mortui sunt & no-
uissimi in hac vita per vilitatem deiectionis , & humilitatis,
sed finaliter in paradiso fiunt viuẽtes , & primi per virorem
perpetuæ dignitatis,& per vigorem felicitatis,& perpetuæ
firmitatis,& tunc erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.
Illi, qui modo sunt per humilitatem mortui mundo idest ni-
hil valentes,& nihil reputati quo ad mundum, & nouissimi
quo ad dignitates & mundi prosperitates,erunt primi & fę
F liciores.Et ecõuerso illi, qui modo sunt in prosperitatibus,
dignitatibus,& honoribus primi,erunt tũc temporis in de-
solatione,& miseria vltimi, & depressi inferius. s.in infer-
no,quia Deus esuriẽtes impleuit bonis & diuites dimisit ina
nes.Luc.1 Fui(inquit)mortuus,& ecce sum viuens. Quasi di
ceret.De morte ad vitã deuenitur, & de mortificatione car-
nis & paupertatis , ad humilitatem ad gloriam pertrãsitur.
¶Vel dic quòd tales ita perfectæ personæ primo fiunt mor-
tui idest in statu humilitatis,tamen finaliter debent viuifica-
ri idest promoueri ad statum prælationis,& dignitatis. ¶Vel
dic quòd septem candelabra sunt septem dona , septem ve-
ro stellæ,septem sunt pietatis opera. ¶ Vel septem candela-
bra,septem sunt sacramenta, septem stellæ sunt septem vir
tutes,& remedia sicut supra . ¶ Vel dic quòd prælatus debet
dicere,ego sum primus & nouissimus,quia dato quòd sit pri
mus in dignitate,debet tamẽ esse vltimus in humilitate.Iux-
ta illud Eccle.3.Quanto maior es,humilia te in omnibus.Di
cit enim ego fui mortuus,& ecce sum viuens,quia quando
que debet apparere mortuus , & non aduertens multa dissi
mulando,tandem debet monstrare se viuentem,scelera pu-
niendo,& malis obuiando.¶Vel dic ꝙ ille filius hominis est
Christus,mysticus filius virginis vel Papa, qui Christo debet
esse similis.Corpus eius significat statum curiæ Romanæ,vel
statum ecclesiæ militantis . Dic igitur, quòd in illo corpore
Christi mystico caput sunt prælati , qui debent esse per in-
nocentiam candidi,per mollem clementiam lanei, per fri-
gidam & rigidam iustitiam niuei atque austeri . Vnde de ip-
so capite dicitur. Cantic. 5. Caput eius aurum optimum. Et
capilli isti capiti adhærentes , sunt prælatorum familiares ,
qui debent esse albi & innocentes,mundi casti,& continẽ-
tes.Ecc.9. Omni tempore sint vestimenta tua candida.Ocu-
li illius corporis sunt auditores & iudices , qui debent esse
per lucem discretionis flammei per iustitiã,& rigorẽ ignei.
Vnde dicitur. Dan. 10. Oculi eius vt lampas ardens &c. Vox
istius corporis significat prædicatores,qui ad similitudinem
aquarum multarum idest scripturarum , & scientiarũ debẽt
clamare , & suo clamore viam domini demonstrare . Vndę
Iob.1.Ego vox clamantis in deserto.Zona istius corp-
gnificat correctores,qui cingunt corpus ecclesię ex
do,& ne defluant per vitia restringendo,qui debent
rei iustitiam obseruando.Vnde Eccl.45.Circuncinxit eum
na iustitiæ,vt Papa & prælati figurẽtur in illis angelis. A
15.Qui erant præcincti Zonis aureis idest correctoribus
ctis.Dextera corporis significat clericos , qui tenent locu
primum in corpore ecclesiæ militantis. Vnde.Psal.Dexte
domini fecit virtutem.Ista igitur dextera septem stell
ptem dona spiritussancti,vel septem virtutes debet habe
quibus totam noctem.i. statum secularem debet exemp
ter illustrare.Vnde.Genes.1. Stellas posuit in firmamen
in statu ecclesiastico.Facies huius corporis significat do
res,in quibus omnis sensus discretionis sicut in facie de
vigere, & qui per honestam conuersationem ad modum
lis lucere debent.Vnde Matth.17.Resplenduit facies eius
cut sol.Pedes huius corporis qui corpus sustentant,sunt
feriores agricolæ,qui ad modum aurichalci debent esse
nori, Deo regratiando , & sicut ignis per claritatem arde
in camino tribulationis, & doloris viuendo. Dan. 18.Pede
quasi species æris candentis.Os vero, quod loquitur,signi-
ficat aduocatos,qui gladium linguæ debent habere bisac
tum,inquantum debent allegare pro iustitia vnius parti
de iustitia alterius partis,vel inquantum ipsi tenentur
cedere pro promotione bonorum, & punitione malorum.
Vnde Luc.22.Domine, ecce gladii duo hic.Candelabra
istũ & membra istius lustrabant , significant spiritualia
dona,quæ totum corpus ecclesiæ illuminant, quia Christus
& membra sua sunt qui ambulant in medio septem can
labrorum aureorum , de quo dicitur in capitulo seque.

CAPITVLVM II TEXTV[S]
Et angelo ephesi ecclesiæ scribæ Hæc dicit,qui tene
Moralitatum Capitulum 2.

ET angelo ephesi &c. Vnus Angelus commendatur
lio hominis.De multis(inquit)scio laborem tuum,
ra tua & patientiam tuam, & quòd non potes sustinere
los,& tentas mendaces Apostolos, & sustinuisti propter
men meum,& facta nicolaitarum, quos odio odisti. Se
prehenditur in vno.Charitatem(inquit)tuam primam
quisti , sed memor esto vnde excideris , & prima opera
alioquin mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi
tentiam egeris,& tunc promittitur sibi,& si vicerit,da
sibi edere de ligno vitæ,quod est in paradiso. ¶Hic re
gelus designatur vita prælati.Prælatus perfectus pote
angelus,quia debet esse angelicus & cœlestis. Iste debe
bere bona opera , laborem, patientiam, & iustitiam,
nõ debet sustinere,sed corrigere & punire . Nicolaitas
qui interpretãtur stulti ecclesiæ , debet etiam langue
malos clericos vel religiosos etiã Apostolos idest hypo
tas & fictos debet tentare, & pro Dei nomine fine de
ne sustinere omnia.Matt.15.Sustinete & vigilate mecum
quandoque accidit, quòd ipse perdit charitatem suam
mam,quia multi per superbiam,odium & vindictã per
virtutem sæpissimè charitatis. Nam sæpe accidit ꝙ p
perdunt gratiam Dei,superbiendo de dignitate, præ
do de sanctitate.Ex tunc dicit eis Christus.Memor esto
excideris,& age pœnitentiam,& prima opera fac. Q
ceret.Extrahe te ab istis,& hoc duplici modo increpa
more & amore.Timore,nisi quia hoc fecerit,minatur
candelabrum suum,idest suam lucem , & prosperita
ricalem mouebit , & cassauit temporaliter , & æter
dissipabit.Item amore,quia promittit ei si ad gratiã,&
ritatem rediens peccata vicerit, & prima opera bene
rit, quòd dabit ei de ligno vitæ paradisi edere idest
tate gloriæ sempiternæ.Et breuiter nullus est ita perfe
quin possit cadere in peccatum.Veruntamen pœnite
debet facere,& primum statum recordari,timore pœ
amotæ gloriæ prima opera perpetrare.Hiere.31.Dirig
tuum in via recta in qua ambulasti. ¶ Angelus smirn
mẽdatur de paupertate, tribulatione,diuitiis spiritu
Hic blasphematur ab illis,qui se dicebant esse iudæos
sunt,sed dr̃ sibi ꝙ non timeat,quæ passurus est,neces
li carceres,& tentationes, sed sit fidelis vsque ad mo

A ... dabitur ei corona, & non lædetur à morte se-
cunda.¶Sic vere qui sustinent hic miserias,paupertates,ten
tationes,malorum contemptus,blasphemias,vexationes si
fuerint fideles,& perseuerauerint vsque ad mortẽ , dabitur eis
corona vitæ.i.gloria,& seruabuntur à morte secũda.i.à mor
te inferni,& damnatione animę.Nihil (inquit) horũ timeas
quæ passurus es,sed esto fidelis vsque ad mortem & dabitur
tibi corona vitæ. ¶Angelo pergami dicitur.Scio vbi habitas
vbi sedes est sathanæ,& tenens nomen meum, & non nega
sti fidem meam.Postquam de quibusdam reprehenditur,di-
citur sibi ꝙ si pœnitentiam egerit & vicerit,dabitur sibi mã
na absconditum,& calculum candidum,vbi nomen Dei scri-
ptum est,quod nemo scit nisi qui accipit. ¶Tales sunt multi
boni existentes,& moram contrahentes in mala societate
vbi est sedes sathanæ,vbi tamen boni perseuerant,nomen
& fidem Dei seruant,nec eum denegant per peccatum,& iõ
talibus si vincunt,si in bonitate sua perseuerant, nec ꝑ pec-
catum succubuerit,promittitur manna absconditum.i.dul-
cedo æternæ gloriæ,quæ à nobis nunc absconditur, promit
titur etiam calculus sibi candidus,soliditas perpetuæ damna
tionis quantum ad gloriam corporis. Nam calculus est du-
rus & candidus,lænis & rotundus,sic & gloria corporis ha-
bet duriciem impassibilis,candorem charitatis , lænitatem
subtilitatis,rotunditatem agilitatis . Igiturnomen.i. æterna
sua potentia vel maiestas,ibi dr̃ esse scriptum, quia in p̄mio
æternę beatitudinis patet Prou 18.præcipuè Dei virtus,quia
turris fortissima nomen domini,ad eam fugiet iustus & sal-
uabitur.¶Angelo smirnæ dicitur à Deo,habeo aduersum te
pauca,quia habes tecum tenentes doctrinam Balaam,q̃ do-
cebat Balach ponere scandalum coram filijs Israel, sed age
pœnitentiam alioquin pugnabo tecum in gladio oris mei.
¶Sic vere angeli.i.prælati reprehenduntur,qui habent secũ
malas personas & eas non puniunt,immo fouent , & maxi-
mè qui sunt in scandalum plebi Israel.i.populo Dei. Isti er-
go tenentes doctrinam Balaam significant fornicatores &
idolatras.i.idola,hoc est dictu mulieres pictas adorantes.i.
sacerdotes & clericos luxuriosos. Nam si prælatus eos non
B corrigat, & pœnitentiam non agant , ipse Deus gladio oris
sui,idest diuina sententia eos in æternum occidet, & illum,
qui fuit negligens in puniendo.Quia sicut dicit. Apostolus.
Roman.1.Tales digni sunt morte, non solum qui talia agũt,
sed qui eis consentiunt. Non sufficit enim quòd Angelus,
idest pręlatus sit bonus,immo necesse est quòd ipse non su-
stineat secum malos,quod tamen est hodie contra multos,
qui quamuis in se sint boni,& tamen student extirpare ma-
los subditos,immo prece vel precio aliquotiens fouẽt eos.
¶Angelo tyatire dictum est.Noui opera tua,fidem, charita-
tem,mysterium,patientiam,& opera tua plura prioribus,&
qui vicerit vsque in finem,& custodierit,dabo ei potestatẽ
super gẽtes,& regna.¶Sic illi,qui sunt in ecclesia vel religio
ne,habent fidem,charitatem etiam,quorum nouissima sunt
semper prioribus meliora,idest qui semper viuunt in emẽ-
dando in melius,istis dico,quòd si vicerint, & hæc custodie
rint vsque in finem,& perseuerauerint, dignum erit , quòd
promoueantur temporaliter,& æternaliter, & quòd acci-
piant à Deo potestatem super gentes,& regna,& fiant præ-
lati,& aliorum magistri.Hebr.septimo.Talis enim dicebat,
vt nobis esset pontifex,sanctus,innocẽs.impollutus,segre-
gatus à peccatoribus.Erat autem in tyatira secundum visio
nem.Ioannis Apostoli mulier Iezabel,quæ prophanabat,&
seruos Dei seducebat,& docebat comedere de idolothyris
& fornicari:& dato,quòd ei datum est pœnitentiæ tempus,
ibi tamen nullatenus penitebat,sed dicitur ei,quòd ipsa po
netur in lectum,& illi,qui mechati sunt cum ea,essent in tri
bulatione maxima.¶Iezabel , quæ interpretatur fluxus san-
guinis,significat mundum,à quosanguis,idest carnalis volu
ptas quotidie emanat.Iste quotidie docet,& ꝓphatizai for
nicari,seducere,& idolothyta,idest mũdi bona diabolis de
dicata per auaritiam manducare,& per contemplationem
incorporare,& quod peius est,quia cum tempus huius vitę
sit ei concessum ad pęnitentiam,ipsa tamen nunquam peni
tet,sed semper in suis iniquitatibus perseuerat.Vnde Iob vi
gesimoquarto.Dedit Deus ei locum pęnitentiæ,& ipse abu-
titur eo in superbiam,sed pro certo ista mulier , idest mun-
dus,vna cum amatoribus suis,qui per diuersa vitia quotidie
cum ea mechantur,finaliter ponentur in lecto mortis æter- C
næ,vbi pro certo in tribulatione maxima,idest penis infer-
nalibus affligẽtur.¶Vel dic litteraliter,quòd talis est mulier
luxuriosa alios seducens in luxuria peseuerans,& impeni-
tens.Ecclesiast.23.Omni fornicario panis est dulcis.Non fa-
tigatur transgrediens vsque in finem,sed tam ipse,quã for-
nicatores in lecto mortis & inferni tribulabuntur finaliter
in æternum,& nisi pœnitentiam fecerint in hac vita,damna
buntur.Vnde Lucæ decimotertio.Nisi pœnitentiam feceri-
tis,omnes simul peribitis.

CAPITVLVM III TEXTVS.
Et Angelo ecclesiæ sardis scribæ,Hæc dicit , qui
habet septem spiritus Dei. Mo-
ralitatum Cap. 3.

REprehenditur angelus sardis sic. Scio opera tua , quia
nomen habes ꝙ viuis,& mortuus es, sed vigilia & cõ
firma cætera,q̃ moritura sunt,& in mente habe qualiter ac
ceperis,alioquin veniã ad te sicut fur hora,qua nescis . Sic
igit̃ multi ecclesiastici q̃ nomẽ & famã hñt , ꝙ viuant ꝑ gra-
tias & virtutes,q̃a credunt̃ esse multę sanctitatis & ꝑfectio-
nis,& tñ mortui sunt per peccatum.Istis igitur & omnibus
alijs prælatis dicitur,ꝙ ipsi vigilent per diligentiam sup gre
gem pastoralem domini,& ipsi confirment dicendo & ad-
monẽdo illos,qui per imbecillitatem, & vitia putrescũt,&
moriuntur.Dr̃ ẽt ei, ꝙ in mente habeat qualiter acceperit
curam,& regimen animarum,alioquin super ipsum veniat
ira Dei.Lucę.12.Vigilate,quia nescitis qua hora dominus ve
niet:¶Commendatur Angelus sardis,quia secum habet il-
los,qui non inquinauerunt vestimenta sua. Et ideo sibi & a-
lijs promittitur,quod si vicerint,ambulabunt cum filio ho-
minis in vestimentis albis,& erunt scripti in libro vitę.¶Sic
uere prælatus commendatur,quando habet subditos hone
stos,& castos,qui vestimenta carnis suæ per luxuriam non
inquinant.Ideo si vicerint,& perseuerauerauerint, promit-
titur eis,ꝙ cum Christo ambulabunt in cœlo sursum,induti
vestib.albis idest dotibus æternæ gloriæ,& in libro æternæ
prædestinationis scripti erunt.Vnde Act.1.Ecce duo viri ste D
terũt inuestib.albis. ¶Angelo philadelphiæ dicitur.Scio o-
pera tua,& dedi coram te ostium apertum,quod nemo po-
test claudere,quia modicam habes virtutem,& confirmasti
nomen meum,& non negasti nomẽ meum, & ego seruabo
te.Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuam , quia
qui vicerit,faciam illum columnam templum Dei mei.¶Iste
Angelus gerebat personam infirmorum.Nam isti habẽt mo
dicam virtutem resistendi,Ideo Deus dat ostium apertũ ve-
niæ & pœnitentiæ.Illud semper apertum est pro tẽpore hu
ius vitæ.Sinus.n.ecclesiæ,qui rectè est ostium paradisi,semp
est apertus,& nunquam pro vita ista clauditur penitenti,&
hoc,quia infirmi modicam habent virtutem resistẽdi vitijs
& peccatis,quare necesse est , ꝙ habeant facilius remediũ
penitendi.Apoc. 21. Portæ ciuitatis non claudentur die ac
nocte,qui.n.non intrat per ostium.i.per veniam & pœnitẽ-
tiã,fur est,& latro.Illud enim non potest claudi alicui,quã-
diu durat ista misera vita præsens,quapropter infirmus quã
tumcunq; fragilis & ad uitia sit procliuus, desperare nõ de-
bet.Et ideo sibi dicitur,ꝙ faciat,quod in se est , & ꝙ seruet
uerbum,& pręceptum Dei,nec deneget per heresim nomẽ
eius,& sic pro certo Deus seruabit eum ab hora tẽtationis,
quia.s.Deus faciet cum tentatione prouentum. Apostolus.
1.Corint.10.Non permittet vos tentari vltra,q̃ potestis.Te-
neat igitur quilibet illud,quod habet.i.gratiã & perfectio-
nem,ne forte perdat coronam suum.i.honorem,& p̄mium
gloriæ,quod sibi debetur,& ne alium habeat successorem,
qui ipso reprobato habeat coronam gloriæ suæ.Nam si ui-
cerit uitia erit in templo Dei.i.in Paradiso uel ecclesia,colũ
na.i.persona stabils,& æterna , & foras non egredietur am-
plius, quia in Paradiso perpetuo remanebit . Vel ad litte-
ram,in ecclesia fit,quòd illis,qui peccata uincunt,columnę
stabiles uiri fiunt,& ea interim uincere assuescunt,ita quòd
de templo.i.de statu gratię non ex tunc amplius recedunt
seu cadunt. ¶Angelo laodicię taliter comminatur . Vtinam
(inquit)frigidus esses aut calidus,sed quoniam tepidus es.i.
neque frigidus neque calidus, incipiam te euomere , quia

E dictus diues sum & nullius egeo, & nescis ꝙ sis miser paup
& cecus, & nudus, suadeo tibi emere aurum & argentũ igni
tum ꝙ probatum à me, vt locuples fias, & vestimentis albis
induaris, vt non appareat cõfusio nuditatis tuæ, & collirio
inunge oculos tuos vt videas, quia qui vicerit, dabo ei sedẽ
in throno meo. ¶Tales Angeli multi sunt, qui pro certo nõ
sunt calidi per feruorem deuotionis, nec frigidi per algo-
rem diuini timoris & subiectionis, sed sunt medij, quia
tepidi & indeuoti, quia nec per feruorem Deum perfecte
diligunt, nec per timorem ei obediunt perfectè, sed sub Dei
misericordia confidentes, tepidi & medij sic incedunt. Et iõ
tales negligentes, & tepidi ab ore Dei sæpe euomuntur. i. à
statu gratiæ, & veritatis cadere permittunt. Aliquando acci
dit, quòd quidam tales sunt ita præsumptuosi, & de proprijs
meritis confidentes, quòd credũt se diuites in virtutib. esse,
& nullius auxilio indigere, & tamen secundum veritatẽ sæ-
pe accidit, quòd spiritualiter ipsi gratijs sint nudi, & virtuti-
bus miseri, & pauperes, quo ad Deum ignorantes, & cœci,
quia non vident nec aduertunt illa, quæ habent, s. mortem,
infernum, Paradisum, mundum, peccatum, occulto Dei ꝓui
dentiæ opera, vel propriam insufficientiam &c. Vnde Luc.
18. Cæcus sedebat secus viam. Istis igitur suadetur, ꝙ à Deo
emant aurum, i. discretionem vel valorem sanctitatis perfe
ctioris, quæ sunt ignita per charitatem, probata per tribula
tionem, vt sic in donis, & gratijs locuples esse possit, præci-
pitur cuilibet tali ꝙ ipse collirio. i. aliqua amaritudine com
punctionis inungat oculos cordis sui, vt visum spiritualis di
scretionis recipiat, quem amisit, præcipitur sibi, quod albis
vestibus. i. honesta conuersatione induat se, ne nuditas imp-
fectionis suæ appareat, & ne quilibet ipsum irrideat aut cõ-
temnat, quia vix est aliquis ita sanctus, quin habeat in cor-
de, & opere plura irrisione digna, si vita sua videatur nuda,
& si honestatis velamine non fuerit cooperta. Ideo consolã
do desolatos, & tribulatos atque desperatos dicit Deus hic.
Ecce quos amo, arguo & castigo. Ecce sto ad ostium, & pul-
F so, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam intra
bo ad illum, & cenabo cum illo, & ille mecum. Acsi diceret.
Paratus sum in spirando vel prædicando pulsare, & si ape-
riat cor, per gratiam subintrare.

CAPITVLVM IIII TEXTVS.

Post hæc vidi, & ecce ostium apertum in cœlo.
Moralitatum Cap. 4.

IOannes raptus in spiritu vidit ostium apertum in cœlũ,
& ecce (inquit) sedes, & supra eam sedens, & qui sede-
bat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis. Et iris e-
rat in circumitu sedis similis visioni smaragdine, & circa se-
dem sedilia vigintiquattuor, & desuper sedebant viginti-
quattuor seniores, habentes in capitibus suis coronas au-
reas, & de throno procedebant fulgura, voces & tonitrua,
ante thronum erant septem lampades ardentes, & in cõspe
ctu sedis mare vitreum simile crystallo, & in circuitu sedis
quattuor animalia plena oculis ante, & retro. ¶Dicit igitur,
quòd vidit in cœlo. Cœlum est ecclesia. Sicut. n. in cœlo est
sol & luna, & planetæ & stellæ, quæ semper voluuntur, & nũ
quã cadunt, sic in ecclesia lucent, & influunt sol. i. Christus,
luna. i. beata virgo, planetæ, & stellæ, i. sancti, & sanctæ, & li-
cet voluantur per tribulationes continuè, nunquam tamen
deficit ecclesiæ sedes, neque etiam perit, quia dicitur Lucæ
22. Ego rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua. ¶Vel dic ꝙ sol
est Papa, luna est Imperator, & Reges planetæ. i. cardinales,
& prælati stellæ sunt clerici, & cęteri christiani, sedes, quę e-
rant ibi est dignitas ecclesiastica vel secularis sedes. ¶Vel se-
dens super eam est ꝓlatus vel iudex, officialis vel princeps,
qui supra dignitatis sedem iudicat, quia supra cathedram
Moysi sederunt scribę & pharisæi. Sed pro certo quicunque
sit sessor, iudex, ꝓlatus, multa sũt ibi necessaria, & primo iste
debet esse similis iaspidi & sardini, q̃ sunt lapides preciosi,
q̃a dẽt esse similis Chr̃o, vel sanctis viris perfectis, preciosis
& virtuosis, q̃a bonus superior vel prælatus debet super oĩa
conari, ꝙ possit bonis, & honestis suis ꝓdecessorib. assimila-
ri, & maxime illis, qui fuerunt iaspis, qui resistit maleficis, &
vt sardis, qui omnis malefici malitiam si sit purus cohibet. i.
illis bonis prælatis, qui maleficis hominibus restiterunt, &

tutam patriam reddiderant. ¶Secundo dicitur, q
rat in circumitu sedis. ¶Per iridem arcum cœleste
lucent omnes colores, intelligo regulam religion
cessum iudiciariæ potestatis, qui quidem arcus cæle
tur, pro eo quod per eum impij sagittantur, & corre
iaculis feriuntur. Psal. 7. Arcum suum tetendit, & pa
lum &c. quia prælatus vel iudex mediante iustitia re
ordine iudiciario, habet sagittare, & punire reos, &
tores, & facere iustitiæ complementum, & ibi pro ce
bent relucere multi colores. i. multæ causæ, multæ ra
multæ leges, multæ sanctiones, multi sensus, multæ
nes, antequam aliquem puniat de delicto, vt sic tali
dicatur illud Apocalip. 10 Vidi Angelum amictum
iris erat in capite eius. Et sic iris videtur tangere cœ
terram. Sic vero rigor iustitiæ debet tangere cœlu
nobiles sublimes, terram, idest infirmos atque viles si
ceptione personarum. ¶Vel dic, quòd sicut iris mag
terram, quam cœlum, quia duob. suis cornibus. Sic
gor iudiciariæ potestatis plus debet tangere, & iudi
terram idest terrenos peccatores, quàm cęlum idest
innocentes spirituales, & cœlestes. Sed dicitur, quò
milis erat uisioni smaragdine. Est enim ille lapis uirid
fortans oculos, quia ordo iustitiarius debet fieri ita
& iustè, quòd oculi, & indicia aliorum non lędantur
gis confortentur, & quicquid agitur, oculos eorũ d
& ab omnib. commendetur. Matth. 5. Videant opera
bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est.
tio dicitur quòd circa sedem erant uigintiquattuor
& desuper seniores uigintiquattuor. ¶Per ista sedil
liguntur minora beneficia, officia uel prębendæ, qu
tus iudex habet sub se ex iurisdictione. Et pro cert
debent sedere seniores idest uiri discreti, & maturi
etiam debent habere secum senes. Ezech. 8. Et senes
debant coram me. Quod tamen est contra multos
qui pessimos homines ponunt in officijs, & contra p
qui pueros in beneficijs suis &c. ¶Quarto dicebatur
senes debent esse in societate sua, ut eorum consilij
tur, talibus debent dari coronæ in capitibus. s. honor
gnitates, non paruulis ignorantibus & iuuenibus in
Ideo prælato dicitur. Ecclesi. 27. In medio sensatorũ
duus esto, ut sic prælatus dicat illud Ezechiel 8. Sede
domo mea, & senes habebant ante se lampades, & de
no exibant fulgura uoces & tonitrua. ¶Lampades si
ficant septem dona spiritussancti, quæ iudex, & præl
bent habere, ut mens eius per ea illuminetur, & in
bus dirigatur. ¶Vel septem lampades cum igne chari
oleo pietatis sunt septem opera misericordiæ, quę
cent iudicem uel prælatum. Apocal. 2. Dixit ille, qui
lat in medio septem lampadum, & sic de throno i
de talibus personis uel eorum domib. aut iudicijs de
re fulgura idest splendor bonorum exemplorum,
gor splendentis conuersationis, uoces dulcis consol
& tonitruum altæ prædicationis, correctionis & rep
sionis. Psalm 76. Vox tonitrui tui in rota. ¶Vel fulgu
ræ disciplinæ uoces prędicationis altę, tonitrua rep
nis duræ. ¶Quinto uero dicitur, quòd in circumitu
rat uitreum mare seu lauatorium uitreum simile cry
& illud significat sacrã scripturam. Dicitur. n. ipsa ma
pter profunditatem inscrutabilem, uitreum propter
spicuitatem intellectualem, crystallinum propter so
tem immutabilem. Ista enim debet iudex habere, &
cta sua lauare. Psalm 76. In mari uia tua, & semitæ tu
multis. ¶Sexto dicitur, quòd circa sedem erant anim
culata. ¶Ista significant assessores, & consiliatores p
rum, quæ debent esse animalia. i. animati per gratiam
tutes. Quattuor etiam uirtutes debent esse priuileg
dotati, & pleni oculis. i. claritate sapientiæ, & discre
ante, & retro, quantum ad considerationem præsen
futurorum. Iuxta illud Ezec. 1. Totum corpus in circ
erat plenum oculis. ¶Vel dic ꝙ ista sedes est Christus
manitate. Quattuor animalia sunt quattuor euange
licet homo Matthæus, Lucas uitulus, Leo Marcus,
Ioannes. uigintiquatuor seniores sunt patres ueter
menti, & noui. Duodecim dicuntur esse ibi de lege
quia à duodecim patriarchis descenderunt. Duod

A ... patres noui testamenti, quia duodecim articulis cre-
... Mare est scriptura. Iris est perfectio, etiam sicut su
pra. Et pro certo tales debet iudex secum habere, & eorum
consilijs, & societate vti & regi, & per eos gubernari, non
per adulatores & iniquos. ¶Dicitur ꝙ ante thronum erant
quattuor animalia plena oculis ante & retro, & habebant
singula alas suas. Vnum tamen erat, quòd quotiescunque ani
malia oculata dabant gloriam Deo, statim vigintiquattuor
seniores procidebãt in facies suas & deponebant coronas
suas, & adorabant viuentem. ¶Animalia ista significant præ-
latos clericos, & autenticas personas, in statu religionis vel
in ecclesia cõuersantes, quia verè illi, qui sunt circa sedem,
& ante thronum, seu conspectu Dei idest illi, qui in ecclesia
sunt, & qui vacant regimini etiam, & prælationi aliorũ, isti
debent esse pleni oculis. i. claritate discretionis ante, & re-
tro, quantum ad præterita & futura. Debent habere alas, q̃a
ipsi debent volare ad cœlũ. Et si vis melius exponere de sex
animalibus, vide, vbi dicitur Esa. 6. Sex alæ vni &c. Sed quan
do illa animalia idest quando prælati, & autentici dant glo-
riam Deo, & faciunt bona opera, statim inferiores, & subdi
ti boni & maturi, qui super sedilia inferiorum sedent, bonũ
accipiunt exemplum, & exemplo eorum bono ipsi finali-
ter honorant Deum cęli per bona opera, & coronas gloriæ
mundanæ deponunt, & in corde suo vilipendunt, & Deum
honorant, & adorãt. ¶Vel dic, quòd animalia sunt clerici &
religiosi, qui sunt propinqui quantum ad gradum sedi Chri
sti. Nam exẽplo istorum, qui sunt boni seniores. i. principes,
non obstantibus coronis gloriæ temporalis, Deum cęli glo
rificãt. Et breuiter ad exemplum clericorum segerit vita sæ
cularium personarum, siue bonum fecerint siue malum. Esa.
24. Vnde sicut populus sic sacerdos. ¶Vel dic, quòd circa se-
dem alicuius prælati vel principis, sunt quattuor oculati cõ
siliarii siue principaliores, quibus proloquentibus & sentẽ-
tiam suam dicẽtibus, alii inferiores, quamuis sint sapientes
& senes, solent adulando ipsorum dictis alludere, coronas
& bireta de capitibus eorum deponere, & ipsorum dicta &
consilia commendare. Vnde Eccle. 13. Diues locutus est, &
B omnes tacuerunt. Verbum eius vsque ad cœlum extulerũt,
Et expone, quòd isti ecclesiastici, & subtiles mali consiliarii
habẽt alas sex idest sex specialia vitia scilicet adulationem
& malitiam, volant quidem illis ad dominos decipiendos,
& appetitum laudis & auaritiam, quibus volant, ad se ipsos
ditandos, & rapinam, & superbiam, quibus volant, ad subdi
tos opprimendos, & istæ sunt illæ sex alæ, de quibus dicitur
Esa. 6. Sex alæ vni &c.

CAPITVLVM V TEXTVS.

Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scri-
ptum intus & foris. Moralitatum Cap. 5.

VIdit Ioannes in dextera sedentis super thronum li-
brum scriptum intus & foris, signatum sigillis septẽ,
& nemo inuentus est dignus nec in cęlo, nec in terra, librũ
respicere, & aperire atque soluere eius signacula, excepto
leone de tribu iuda, qui est radix Dauid, qui venit aperire li
brum, & eius signacula soluere. ¶Sedes iste est pater Deus, q̃
ab æterno sedet in throno glorię suę. Iste liber significat mũ
dum, & ordinem rerum processusque earum, qui pro certo
à principio semper est in manu Dei, quantum ad eius ordi-
nationem, & prouisionem, & ille est scriptus intus, & foris.
Intus quantum ad causas rerum nobis occultas, quæ sunt in
mente diuina, & foris inquantum ad creaturas, & apparen-
tes euentus rerum. Iste est signatus sigillis septem. i. septẽ æta
tibus, quia quandiu durãt septem ætates vitæ præsentis, mũ-
dus est nobis clausus. Vel etiam septem planetis, quorũ in-
fluentiis regunt mundum, quia nemo est inter homines ne-
que in cęlo, neque in terra, qui per se intuitiue videat veri-
tates rerũ in existentia propria, & cuilibet creaturarũ sit no
torius, & apertus, nisi leo Christus Dei filius de tribu Iuda. i.
de progenie Dauid fuit natus, qui propter vnionem beatifi
cam, quam habet anima sua cum verbo, non obstantibus fi-
liis, res in propriis essentiis intuetur. Esa. 29. Dabitur li-
ber scienti litteras, & dicit, nescio legere, signatus est enim.
¶Vel dic, quòd sedens est Deus pater, dextera eius est Dei
filius, qui dicitur dextera patris, per quem fecit omnes crea

turas. Ista dextera habet vnum librum. i. nostram humanita- C
tem, quam assumpsit in virgine, quæ dicitur liber, quia intus
ibi in conscientia, exterius in apparentia omnes virtutes,
perfectiones, gr̃æ & exempla scribunt̃. ¶Iste liber fuit nobis
clausus, signatus, velatus in sacramento altaris, quia ꝓ cer-
to ibi sunt sigilla septem, i. septem accidentia, quib. substan-
tia corporis occultatur. Ista sunt sapor, color, odor, figura,
quantitas actio, passio, remanet autem ibi idem color, idem
sapor, idem odor, eadem figura rotunda vel quadrata, eadẽ
quantitas magna vel parua, eadẽ actio, quia ista põt agere,
nutrire, inebriare, ponderare, sonare &c. sicut ante passionẽ
quia ita põt tangi, & ita durum inuenitur post sicut ante, &
sub istis accidentibus, & sigillis cęlatur & abscondit̃ corpus
Chr̃i. Esa. 45. Vere tu es Deus abscõditus, intantum ꝙ nõ est
homo, neque in cœlo, neque in terra, qui relictis proprijs
naturalibus possit soluere & cognoscere ista accidentia &
sigilla, & quomodo sub istis latitat corpus Chr̃i quãdiu su-
mus, in via & erit nobis visio oĩum sicut liber signati. Es. 29.
Excepto tñ leone de tribu Iuda, i. Christo, qui fuit de radice
Dauid, de tribu Iuda exiuit, & quia iste solus inter homines
hoc vidit, & cognouit, quia ille per spem, uos per fidem.

EX CAPITVLO IIII TEXTVS.

Et quattuor animalia singula eorum habebant.
Moralitatum Cap. 6.

IO annes vidit in medio throni, & quattuor animalium
vigintiquattuor seniores habentes singuli citharas, &
& phialas, & ceciderunt coram agno, & cantauerunt canti-
cum nouum. ¶Iste agnus benignissimus est Christus, qui qua
si agnus ductus ad victimam Esa. 53. Iste. n. sedet in throno sa
cræ scripturæ, vbi sunt quattuor animalia. i. quattuor euãge
listæ, & vigintiquattuor seniores. i. vigintiquattuor libri ve-
teris testamenti secundum expositionem hebręorũ. Iste fuit
quasi occisus per passionem, sed modo est stans & immorta
lis per resurrectionem. Iste habet cornua septem. i. potestatẽ
in septem mundi climatib. per cornu enim potẽtia designa
tur. Hẽt ẽt septem oculos, i. septẽ dona spiritussancti. Zach. D
3. Super lapidem vnum septem oculi sunt: Iste de dextra se-
dentis. i. Dei patris, accepit librum, & omnem sapiẽtiam. Et
cum aperuisset primum sigillum idest cum hominib. reuelas
set primum secretum diuinæ sapientiæ. s. fidem sanctæ trini-
tatis, cum prædicaret mundo, tunc animalia. i. euangelia, &
vigintiquattuor seniores idest libri veteris testamenti, cum
citharis idest diuinis laudibus, cum phialis adornatis. i. cum
sanctorum meritis, historijs, & viris famosis, laudem agno,
idest Christo dederunt, inquantum canticum nouum, & ꝓ-
phetias de suo aduentu iam reuelata facie cecinerunt. Psal.
98. Cantate domino canticum nouum idest prophetias de
suo aduentu, quia mirabilia fecit. ¶Vel dic quòd agnus est
bonus prælatus, qui dẽt esse humilis & pacificus sicut agnus.
Ille enim in throno maiestatis suæ sedens, debet esse circun
datus, & associatus animalib. quattuor oculatis &c. idest bo-
nis & discretis clericis, quattuor. s. virtutibus cardinalibus
adornatis, & senioribus idest personis maturis atque subdi
tis morigeratis, ille in representatione sua debet esse quasi
occisus, quia præ humilitate debet se reputare mortuum &
occisum idest quasi statim moriturum. Debet habere coro-
nas septem idest septem principales virtutes, & septem ocu
los idest septem dona spiritussancti. Ille debet accipere li-
brum. i. sacram scripturam præ manibus, & ipsam à sedente
in throno idest à Christo per deuotionem, & orationem ac-
quirere. Ille debet aperire sigilla libri. i. obscuritates scri-
pturæ, & eas subditis suis reuelare docendo, & tunc anima
lia, & seniores. i. clerici, & seculares. i. bonæ, & honestæ per-
sonæ quæcunque, & maximè illæ personæ quæ habent citha
ras & canticum diuinæ laudis, & gratiarum actionis, & phia
la cum adornamentis idest fragrantiam deuotionis, & ora
tionis. Tales ipsum adorabunt, & laudabunt, & canticum
laudis, & recommendationis sibi in cunctis partibus reso-
nabunt. Vnde dicitur Ecclesi. 44. Laudemus patres nostros vi
ros gloriosos. Et secundum quod dicitur ibidem, cum ani-
malia, & seniores laudarent Deum, audita est vox milia mi-
lium angelorum, qui benedixerunt agnum. Sic vero quan-
do inuenitur talis agnus. i. bonus prælatus, qui ab animali-

E bus,i.à senioribus,& honorabilioribus personis benedicũt & laudatur,pro certo milia milium angelorum idest multitudo secularium populorum ipsorum similiter benedicũt, & de hoc glorificant & laudant.

CAPITVLVM VI TEXTVS.
Et vidi q aperuisset agnus vnum de septem sigillis.
Moralitatum Cap. 7.

ET vidi q aperuisset agnus vnus de septem sigillis, & audiui vnum de quattuor animalibus dicens,tanquam vocem tonitrui.Veni & vide. Et vidi,& ecce equus albus, & q sedebat super illum,habebat arcum,& data est ei corona,& exiuit vincẽs vt vinceret.Et cum aperuisset sigillum secundum audiui secundum animal dicens.Veni & vide.Et exiuit alius equus rufus,& qui sedebat super illum,datum est ei vt sumeret pacem de terra,& vt inuicem se interficiãt, datus est ei gladius magnus.Et cum aperuisset sigillum tertium,audiui tertium animal dicens,Veni & vide. Et ecce equus niger,& qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua,& audiui uocem in medio tanquam quattuor animaliũ dicentium.Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno,& vinum & oleum ne læseris.Et cum aperuisset sigillum quartum,audiui vocem quarti animalis dicẽtis.Veni & videt.Et ecce equus pallidus, & qui sedebat sup eum , nomen illi mors, & infernus sequebatur eum,& data est illi potestas sup quattuor partes terræ, interficere gladio,fame,& morte & bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillũ quintum,vidi subtus altare animas interfectorum, propter verbum Dei & propter testimonium,quod habebant.Et clamabant voce magna,dicentes:Vsquequo domine sanctus, & verus non iudicas,& non vindicas sanguinem nostrũ de his,qui habitant in terra? & datæ sunt eis singulæ stolæ albę dictum est illis,vt requiescerent adhuc tempus modicũ, donec compleantur conserui eorum,& fratres eorum, q interficiendi sunt sicut & illi. Et vidi cum aperuisset sigillũ sextum,& ecce terremotus magnus factus est. Et sol factus est
F scura, quia mundus est mutus quo ad Dei laudem, & obscurus propter ignorantiam,& errorem, sed finaliter in die iudicij ipsi reuiuiscent, & in cœlum ascẽdent videntibus suis diffamatoribus inimicis. ¶Vel dic quòd tales iniuste occisi, & depressi in fine patescente veritate resurgunt,& redeunt ad honorem, & in cœlum indignitatem & gloriam ascendunt, malis gratibus inimicorum suorum qui de ipsorum depressionibus lætabantur. Vnde dicitur. Sap.5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt videntes turbabuntur &c. dicentes. Hi sunt quos &cæ. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Vel dic, quòd isti prophetæ significant aliquem bonum virum discretum, iuste regnantem in officio prælaturæ, in religione ecclesiæ, vel in curia principis secularis, qui rectè dicitur oliua propter pietatem, candelabrum per honostatem, terram idest prædicatorem percutit per iustitiæ æquitatem. Bestia ista significat malitiosum hominem inimicum suum, qui quandoque de abysso idest de statu vili & humili plebe venit, qui forte est in eadem religione, curia vel ecclesia, qui insidiatur eidem. Et quid? Pro certo accidit quòd ista bestia idest rationalis ꝑsona præliatur contra illos prophetas idest contra bonum iudicem vel prælatum, mouet sibi litem scilicet eum apud maiores accusando, ita quòd finaliter ipsum suppeditat, atque contra ipsum præualet. Ipsumque facit deponi ab officio & beneficio vel facit eum damnari temporaliter, vel occidi, quòd in platea huius mũdi vel religionis iacet mortuus idest sine potestate,& honore depressus, carnes eorum idest illi, qui sunt de parentela sua uel familiaritate ipsius, disperguntur per plateam idest prioratus vel conuentus ad litterã ab eo exhæredantur, ita quòd coguntur per plateam mendicare. Et tunc gaudent maliuoli sui, maxime illi, quos correxerant,& punierant, quamuis iustè, contra illud Prouerb. 24. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. Sed pro certo sæpe accidit Dei iudicio, quòd tales iterum reuiuiscunt, & redeunt ad prosperitatem, & ascendunt in cœlum idest ad maiorem, quàm ante fuerant, dignitatem. Et tunc qui de eorum casu gauisi sunt contristantur, timent, admirantur,& stupent, quia sæpe accidit, quòd qui lætantur in casu alio-

rum, cadunt postmodum ipsis resurgentibus, quia fi... tur in Prouerb.17. Qui in ruina lætatur alterius, non e... punitus.¶Vel dic quòd isti sunt boni, qui à bestijs idest ... cipibus iniquis, vel mundi potestatibus occiduntur vel ... redantur, ita quòd eorum carnes & filij iacent in pla... ne honore, sed finaliter in die iudicij resurgent & in cœ... ascendent,& sui inuasores in infernum succumbent. ... secundum sensum litterę expone de antichristo, qui de ... so idest de diabolo veniet, & contra Heliam & Enoch ... cabit,& eos in Hierusalem occidet, sed tñ ipsi resurgent ... cœlum ascendent.¶Vidit Iohannes templum apertum ... lo,& visa est arca testamenti in templo, & tunc facta ... fulgura & voces & terremotus,& grando. ¶Cœlum est ... clesia. Templum est religio. Arca testamenti est bonus ... tus, vel quæcunque bona persona ibi habitans, quæ ad ... dum arcæ virtutes & merita in se seruat. Quando igitur in templo religionis apparet arca testamenti idest bonus ... latus vel perfectus homo, tunc exinde procedunt fulg... bonorum operum,& exemplorum, splendor honestæ ... uersationis, voces diuinæ laudis & altæ prædicationis, ... do asperæ correctionis,& ex parte aliorum terremotus ... moris & contritionis, uoces etiam confessionis, quia ... bonus prælatus, & bona persona in religione causa... alijs multa bona. Psalm. 17 Fulgura multiplicabit idest ... na documenta,& exempla, & conturbabit eos, s. pecca... res videntes audientesque

CAPITVLVM XII TEXTV

Et signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. Moralitatum Cap. 13.

SIgnum apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole,& Luna ... pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duo... cim,& erat ibi mulier pręgnans puerum masculum,& ... mauit,& cruciabatur parturiens. Et aliud signum visum ... in cœlo scilicet quidam draco rufus, qui insidiabatur mu... ri,& deuoraret filium eius, sed filius eius raptus est ad De... & mulier fugit in solitudinem, & draco proiectus est in ... ram. ¶Ista mulier est anima beata, quæ à Deo despon... Sol, qui semper lucet, significat gloriam æternã, quæ in ... petuo non mutatur. Luna significat mundi prosperitatem mortalem, mutabilem, & defectibilem, quæ faciliter ... psatur. In cœlo igitur anima beata, mulier.i.coniunx D... ... eris amicitur sole & tegit. s. æterna claritate. Luna.i.mo... lis vita & mutabilis prosperitas sub pedibus eius,& qu... sam iam superauit,& eam vilipendit & calcat. In capi... tem eius est corona duodecim stellarum.i.duodecim ga... rum. In quodam sermone quidam exponens coronam ... mulieris dicit, ꝙ corona duodecim stellarum in patria ... memoria sine obliuione, ratio sine diminutione, vo... sine perturbatione, impassibilitas sine corruptione, c... ris claritas sine offuscatione, carnis agilitas sine retarda... ne, corporis subtilitas sine obuiatione. Item octaua era... gere proximum sicut seipsum. Nona erat videre prox... in omni virtute diligente se sicut seipsum. Decima Deu... fecte diligere plus quàm seipsum. Vndecima diligere ... tantummodo propter Deum. Duodecima videre Deum ... gentem se plus quàm homo diligat seipsum. Ista vlterius prægnans, quia filium masculum.i. Christum habet in ... dilectionem, & deuotionem. Sed pro certo draco ma... diabolus quam plurimum ei inuidet, sed ipse non præ... quia ipse fuit de cœlo proiectus,& in terram cecidit. ... sanctos, qui sunt in pãria, lædere non valebit. ¶Vel dic ꝙ mulier est uir perfectus, qui dr mulier quasi mollis ae... dico propter scientiæ puritatem, mollis per pietatem, ... nignitatem, & iste sole.i.clara sagaci discretione, vel ... uersationis honestate amicitur,& luna.i.mutabilis pro... tas sub pedib. eius uilipendit & calcat,& in capite eius ... mẽte illius, duodecim stellæ, idest duodecim articuli firmiter & tenaciter radicati tenẽtur. Apoc.22. Afferens ... ctus duodecim per menses singulos. Ista vlterius dicitur ... gnans, quia uere tales in vtero conscientiæ continent ... masculũ, i. bonum,& firmum propositum, qđ summe ... parere,& demõstrare per bonorum operum executio... &cæ.

A ...nentum. Ideo dicitur Ioan.16. Mulier, cum parit, ...habet, sed cum peperit, non meminit pressuræ suæ ... gaudium. Sed quando draco ruffus, i.malitiosus,& ...nosus,& infamis diabolus videt talem mulierem, i.bo... personam bono proposito impregnatam,& bona ope... parere cupientem, vere ipse insidiatur ei per malas suas ...stiones, ipse nititur deuorare,& annihilare,& propo... partum impedire, ne exeat ad bonum opus. Sed vere ... ista nihilominus debet parere, & suum bonum pro... adimplere,& illud debet Deo cõmittere, quia par... debet esse raptus apud Deum, i.ad laudem,& gloriã De ordinatus, & ipse debet in desertum religionis vel pœnitentiæ fugere. Et sic draco diabolus cadere,& ipsum non poterit superare. Psalmus 54. Ecce elongaui fugiens,& man... in solitudine. ¶Vel dic, quòd ista mulier est ecclesia, quæ antiquitus habuit solem, i. Christũ, & bona spiritualia pro vestimento. Luna.i.mutabilis mundi prosperitas sub pedibus conserat, s. contempta & calcata, quia pro certo tunc sola spiritualia eligebant atque diligebãtur, caduca vero & luna spernebantur,& hoc maxime in principio, quando ipsa habebat in capite coronã duodecim stellarum.i. duodecim apostolos, qui in capite.i.in principio ipsam coronauerunt, & sic stellis duodecim ornauerunt, sicut de ciuitate noua dr in Apoca.21. Qđ habebat pro portis duodecim Margaritas. Tunc igitur draco.i. diabolus vel tyranni non potuerunt impedire, quin pareret populum fidelium prædicando, & conuertendo,& quin acquireret bona temporalia pro Christo pauperes nutriendo. Veruntamen, quia videtur iam hodie ẽcõuerso de dicta luna,& solem sub pedib. eius tenere.i.tẽporalia diligere, & spiritualia calcare, Ideo timendum est ne ipsam draco insidiãs possit deuorare. ¶Vel dic quòd talis draco significat malos tyrannos,& principes seculares, qui ecclesiæ vel personæ, si quam prægnantem viderint idest diuitem, insidiantur, ipsemque capere conantur, quapropter multotiens fugere compelluntur, sicut ad litteram patet de subditis tyrannorum. Psal. Draco ille, quem tu formasti ad illudendum ei. ¶Michael & draco præliabantur in cœlo, sed vincente Michaele, draco proiectus est cum Angelis suis in terram, habens iram magnam, sciens quoniam modicum tempus habet. Draco autem videns se proiectum, secutus est mulierem, quæ peperit masculum, sed dicitur, quòd isti mulieri datæ sunt duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum locum, vt alatur certo tempore. Et tunc videns draco fugere mulierem, misit post ipsam ex ore suo fluuiũ magnum vt faceret ipsam à flumine trahi, sed terra adiuuit mulierem,& aperuit terra os suum & absorbuit fluuium. Et iratus est draco contra mulierem, qa vidit ꝙ ei nocere non poterat,& habuit facere prælium cum his de semine eius, qui custodiebat mandata Dei. ¶Draco iste significat diabolum, qui cum pugnaret in principio cum Michaele, & Angelis eius bonis, contradicendo & superbiendo, fuit in terrã dãnatus,& reprobatus,& in aere caliginoso inclusus, vbi pro certo iram & inuidiam, desperationem, & tristitiam magnam habet. Mulier ista est humana natura fragilis & debilis vltra modum. Quando igitur videt se proiectum, inuidet mulieri scilicet humanæ naturæ,& ideo statim persecutus est eam in persona adæ & adę. Tamen ex Dei benignitate finaliter datæ sunt isti mulieri. s. humanæ naturę, alę duę idest duo sacramenta. s. baptismus & pęnitentia, quibus mediantibus potest volare usq; ad solitudinem,& locum secretum Paradisi, vt ibi alatur æternæ glorię voluptate. Igitur ipsa mulier põt dicere illud Psalm.54. Quis mihi dabit pennas sicut columbæ,& volabo & requiescam? Sed qd facit diabolus? Quãdo videt ꝙ humana natura non potest in cœlum ascendere cũ alis suis, vere emittet de ore suo idest de suis suggestionib. flumẽ magnum.i. innũdationem fortium tentationum, vel fluuium.i.aquas carnalium atque temporalium voluptatum, vt sic faciat eum ad se trahi,& à volatu in cœlum impedire & retrahi, & ideo statim qñ homo videt hunc fluuiũ terræ, debet eum adiuuare.i. memoria terrestreitatis & mortalitatis nostræ, vel asperitas pœnitentiæ & infirmitas humanitatis nostræ.¶Vel terra idest Beata virgo pro eo orando, quia pro certo si ista terra aperiat os suum per confessionem idest diuini auxilij implorationem, statim flumen tentationum erit absorptum, nec contra hominem præualebit.

Psalm.105. Aperta est terra & deglutiuit dathan.¶Vel dic ꝙ C terra significat timorem Dei, qui pro certo multum iuuat peccatorem. Psalm.75. Terra tremuit,& quieuit.¶Vel dic ꝙ mulier est bonus,& simplex homo, cui diabolus insidiatur & inuidet, quando videt quòd in hoc seculo innocentiam, & iustitiam seruat,& de multis criminibus eum tentat,& cõtra eum multimode præliatur, Ideo ipse debet assumere alas boni propositi, vt alas aquilinas claræ discretionis, & altæ contemplationis,& volare & fugere vsq; ad solitudinem religionis, & ibi nutriri pabulo deuotionis debet. Et si draco diabolus mittat post ipsum fluuium tentationis, vel sibi offerat fluuium carnalis & temporalis delectationis, terra.i. corpus suum proprium adiuuet. s. sustinendo pęnam & macerationem culturam pœnitentiæ,& maximè aperiendo os per cõfessionem, orationem & laudem. ¶Vel si vis solitudo significat Paradisum, vbi debet volare per desideriũ,& affectum.¶Vel dic ꝙ mulier prægnans est bonus & simplex subditus, prægnans plenus & diues. Draco rufus est princeps vel prælatus vel iudex causidicus, malitiosus, rapax & venenosus. Iste igitur draco quando videt iuxta se aliquam mulierem prægnantem idest aliquam simplicem personam plenã diuitijs temporalibus, statim insidiatur ei,& cogitat modos, & vias, quomodo ab ista fętum suum idest diuitias & facultates extorqueat,& acquirat, easque deuoret, & manducet fraude, malitia vel rapina, sed qñque fit ꝙ ista mulier.i. iste homo bonus habet aliquas alas idest aliquos amicos vel defensores, qui ipsum portant & sustinent, & quibus mediantibus iste qñque fugit & euadit manus istius impij draconis, Et videt se ei non posse nocere, tunc mittit post eum flumẽ ex ore, idest impetum minarum, accusationum & impositionum, quia imponit sibi multa crimina,& accusat eum apud maiores,& sic faciat eum trahi ad suum propositum & inclinari. Hierem.51. Absorbuit me quasi draco, implet ventrem suum. Et tunc non habet remedium, nisi terra aperiat os suũ idest aduocati vel aliqui adulatores, testes vel defensores ipsum proprio ore excusent, & fluuium accusationum extirpent. Sæpe tamen accidit, ꝙ quando draco.i. maliciosa persona, videt se non posse nocere mulieri, idest alicui personæ D contra quam habet cor, vere tunc contra amicos, & filios insurgit, quod est contra rationem, quia filius nõ debet portare iniquitatem patris nec pater iniquitatem filij.¶ Vel dic ad litteram ꝙ mulier quandoque inuaditur à dracone idest à luxurioso venenoso, qui ipsam rogat de malo, quæ statim debet fugere,& vitare consortiũ suum, & si ipse mittit post eam fluuium.i. leones, vel fluuium.i. molliciem verborum,& donorum vere ipsa terra debet eam iuuare.i. consideratio, mortis & terrestreitatis proprie, quæ debet hæc omnia refutare. Et dicit ꝙ ista mulier est qñq; amicta sole idest generis claritate,& luna sub pedibus eius.i.ꝙ oĩs defectus,& rusticitas est sub ea, nihil horum est in ea, vel ẽt patria vel ciuitas est ei subiecta, sed coronata stellis.i.amicis & parentib. solũ tamen remedium est fugere,& terræ.i. vilitatis nr̃æ miseriã cogitare. Vel dic ꝙ mulier est bonus vel perfectus prælatus, habens solem discretionis, calcans lunam prosperitatis, coronatus & associatus stellis.i. bonis & honestis personis, claris, nobilibus & discretis Draco est aliquis maliciosus subditus, quem ipse habet, venenatus & brigosus. Qñ igitur mulier ista.i. prælatus, debet parere.i. aliquod beneficium alicui concedere, statim fit prælium & contentio in cœlo ecclesiæ vel religionis inter draconem & Michaelem .i. inter bonos, & ambitiosos. Nam draco.i. maliciosus subditus, cupit istum fętum.i. beneficium deuorare & obtinere. Sed qñ iste fœtus rapitur à Deo,& ex Dei voluntate alicui bono conceditur, & draco ambitiosus eijcitur in terrã, i. dimittitur in statu infimo, nec promouetur, tunc draco iste irascitur contra mulierem.i. contra ꝓlatum,& facit contra eum conspirationes,& compellit eum fugere.i. adire curiam romanam vt ibi tueatur. Exemplo Dauid, quem filius suus ambitiosus compulit fugere in desertum, & tũc iste draco idest subditus ambitiosus, immittit contra eum fluuium idest occasionem criminalium impositionum, quem nisi terra.i. Deus vel beata virgo vel firmitas suæ veritatis, sanctitatis,& iustitiæ adiuuerit, vel terra.i. aduocatorum sagacitas donis,& precibus bene culta ore suo excusauerit, & fluuium istarum accusationum absorbuerit, vel terra.i. terrenorum donorum multiplicitas con-

E confouerit,pro certo in magno periculo erit. Et tunc dra-
co iste videns se non posse sibi nocere, illos de semine suo
& familiares pro posse persequitur & inuadit.Ezech.22.Leo
ni gentium assimilaui te.

CAPITVLVM XIII TEXTVS.

Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capi-
ta septem.Moralit. Cap. 14

VIdit Ioannes vnam bestiam ascendentem de mari,ha-
bentem cornua septem,& capita decem, & super ca
pur eius nomina blasphemiæ. Ista bestia similis erat vrso q̃-
tum ad pedes,quia habebat pedes vrsi, caput pardi, os leo-
nis,& loquebatur grādia,& blasphemias in Deum & in san
ctos.Et draco quidem dedit ei potestatem maximam, intan-
tum q̇ nullus erat in terra,qui poterat ei resistere,& ideo fa
cit bellum contra sanctos,& deuicit eos,& blasphemias lo
quebatur contra illos, qui in cœlis habitant. Et data est ei
potestas super omnem populum, tribum & linguam, & nu-
merati sunt uniuersi,& adorauerunt draconem, qui potesta
tem dedit bestiæ. Ista tamen bestia finaliter missa est in sta-
gnum ignis ardentis sulphuris. ¶Ista bestia est balliuus,qui
dicitur bestia quasi vastia,quia tales solent vastare omnia bo
na subditorum. Mare significat statum humilem,pauperem
& auarum. Bestia ascendens de mari est balliuus, officialis
vel aduocatus, qui venit ex humili & vili plebe & paupere
statu,qui.s.tantum ascendit quandoque paulatim,quod acq
rit plura capita,i.plura officia, dignitates. Habet etiā plura
cornua,i.magistros,adiutores,familiares, per quorum virtu
tem omnes alios corrumpit & inuadit.Aba.3.Cornua in ma
nibus eius,ante faciem eius ibit mors.Tales sunt similes par
do per crudelitatem,quantum ad corpus intentionis. Par-
dus enim est animal præceps ad sanguinem, sic isti non gau
dent nisi quando possunt occidere, vel officium suum cru-
deliter exercere.Esa.1.Manus vestrę plenę sunt sanguine.Itē
sunt similes vrso per luxuriam, quantum ad pedes affectio-
nis.Vrsus enim diligit summe dulcedinem mellis. Sic vero
amor & affectio istorum non est nisi ad mel,idest ad dulcedi
nem luxuriæ & carnalitatis. Cantic.4.Mel & lac sub lingua
F tua. Item sunt similes leoni per superbiam & iactantiæ va-
nitatem, quantum ad os locutionis. Leo enim est anima su-
perbissimum,& os eius semper fœtat.Sic isti semper habent
os.i.verba leonina, superba & luxuriosa,autentica, iactan-
tia, minātia atque vana, fætida & luxuriosa. Psalm.49.Os
tuum abundauit malitia.Ideo vero tales loquūtur grandia,
iactando blasphemias,& contra Deum & sanctos mentien
do,vel contra sanctos, idest contra bonas personas & sim-
plices comminādo, scilicet accusando.Iob 23. Os meum im
plebo increpationibus.Sed quid?Pro certo tales habent dra
conem,qui dat eis potestatem,scilicet aliquem malum prin
cipem & magistrum,cum quo sunt in seruitio,& à quo de-
pendet eorum potestas principalis. Vel aliquem consilia-
rium magnum in curia principis vel prælati, q̃ eos sustinet,
intantum quòd nullus potest eis resistere,immo populus &
lingua, idest omnia genera hominem timent & adorant ēt
talem draconem & principem,qui eis dat huiusmodi pote-
statem.Et breuiter ipsi faciunt bellum contra sanctos,i.cum
bonis simplicibus & pauperibus & sanctis. Draco enim sūt
in terra,qui.s.sine terrena prosperitate viuunt,ipsosq; supe-
rant & vincunt,contra illos etiam,qui sunt in cœlo,i. in sta
tu religionis vel ecclesiæ, vel in cœlo,i.in statu dignitatis &
excellentiæ.Blasphemias.i. accusationes & murmurationes
impie proloquuntur. Et finaliter totus populus miratur,to-
ta patria loquitur de eorum gloria & maiestate, excellen-
tia & veritate. Sed caueant ne accidat illis sicut isti bestiæ,
quæ finaliter posita fuit in stagno ardentis ignis & sulphu-
ris. Sic vero isti in tormentis infernalibus comburent æter-
naliter,& sic videmus tales sæpe igne tribulationis combu-
ri temporaliter, & etiam Deo iudice ad miseriam veniunt
finaliter. Psalm.36. Vidi impium super exaltatum, & ecce
transiui & non erat.Raro enim contingit, quod qui de nihi
lo veniunt ad tantam prosperitatem, finaliter non reci-
dant in infortunij pœnalitatem.¶Vel dic quod ista bestia est
clericus bestialis, qui amari idest ab humili plebe & paupe-
re statu veniens, quandoque acquirit plura capita, idest di-
gnitates & præbendas,& quandoque cornua,i.mitra
que fit episcopus vel abbas,vel cornua,i. pompam
tiones. Et iste pro certo acquirit partem magnam
sed à dracone.i.ab aliquo amico vel fautore, episco
dinali eius promotore, virtute cuius nullus potest
stere quo quomō.¶Vel dic quod iste antichristus,quem
co,i.lucifer,introducet, idest ei dabit maximam pote
Iste à mari.i.à peccatorū amaritudine veniet & ascē
in peccato erit conceptus & nutritus,& ideo habebi
nua septem,idest septem peccata mortalia, vel in a
in habitu.Item habebit decem capita,idest decem tran
siones mandatorum legis.Iste habebit caput pardi, per
delitatem, pedes idest affectiones vrsi p̄ fictam benign
quia vrsus est aīal quod amat ludere. Sic iste alios terr
sicut pardus, alios ludendo & blandiendo sicut vrsus
cet. Daniel.7.Ecce alia bestia similis vrso.Os eius erit le
num per superbiam iactātiam & blasphemiā contra De
Et tribus annis cum dimidio præualebit. Et breuiter nu
potest ei resistere,sed tribus & linguæ obedient ei & om
mirabūtur de eius ptāte, sed finalr̄ peribit in igne,& su
re comburentur in inferno. ¶Vidit Ioannes secundam
stiam ascendentem de terra, & data est ei potestas ap
bestia, & omnem potestatem ipsius faciebat, & fecit
magna in terra,quod fecit ignem de cęlo descendere
ram in cōspectu oīum hoīum,& fecit oēs habitantes
ra,pusillos, magnos & liberos seruos, pauperes & d
adorare bestiam primam,& portare imaginem eius,
merum nominis eius & characterem bestię in manu d
& in frontibus eorum. Apocal.19. In fine tamen prim
stia & secunda missæ sunt in stagnum ignis ardentis,
phuris sicut dicitur infra. 19. Ista autem bestia habeba
nua sicut agnus & loquebatur sicut draco. ¶Prima b
est antichristus sicut dictum est. Et ista secunda bestia s
ficat suos ministros pseudo prophetas, qui cum magn
testate christianos seducent,falsa miracula & signa fac
omnia hominum genera ad eum conuertent, & ipsu
cient ab omnibus credi Deum, & honorari nomen e
imaginem reuereri,& characterem eius idest imagine
potentiæ per impressionem in fronte, idest in mente
ter retineri.Habebunt etiam cornua agni.i. fictam be
tatem,& loquentur sicut draco per apertam crudelita
quia alios blandiendo sicut agnus,alios sicut draco
do seducent. Finaliter tamen cum magistro suo ignis in
dijs cremabuntur.Ezech.38. Ignis & sulphur super eo
per populum eius.¶Vel dic, quod prima bestia,qua
cone habet potestatem,est malus iudex, princeps vel p
tus,habēs plura capita.i.plures dignitates uel castra,a
cone.i.à diabolo simoniace introductus, s.in exercitu
norum & malorum. ¶Secunda bestia significat ipsorum
dices & balliuos,qui ab ista bestia prima recipiunt po
tem siue auctoritatem. Isti igitur habent maximam in
mundo potestatem & faciūt prodigia & signa in terra
vere dato,quod isti ascenderunt a terra, idest a statu in
paupere & humili nati plebe, ipsi tamen faciunt æd
turres & prædia,& alia multa magna,ita quod de ope
quæ isti faciunt, alij uidentur dicere illud. Daniel.3.S
& mirabilia facta sunt apud me. Isti faciunt ignem de
dere in terram quia ignem rapinæ & excorationis ust
auaritiæ faciunt pullulare, quia per eorum suggestion
accusationes,principes & prælati suos deprædantur,&
igne rapinæ deuorant & inflammant, dicentes illud
12.Ignem veni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut a
Et breuiter isti seducunt omnes habitantes in terra:Et
re hoc? quia ipsi habent cornua sicut agnus & loquun
cut draco. Cornua enim quæ sunt in prima parte &
bestiæ, significant introitum & ingressum & principi
sorum,quia pro certo in cornibus, idest in principio
sui ipsi videntur benignissimi sicut agnus, sed uere
quando aliquādiu fuerint in officio,& creuerint,ipsi
tur sicut draco, idest crudeliter & autentice populum
mundo accusando,& ad modum draconis omnem p
uenenando.Vnde populus potest dicere.Hierem.51.d
buit me quasi draco, impleuit ventrem teneritudin
Et breuiter, in tota terra vbi præsunt, non remanet
nec liber, i. nec religiosus nec secularis,nec diues,n
A magnus, quin istorum compulsionibus, malitiis &
ibus oporteat ipsam primam bestiam, s.principē
vel prælati adorare, & munera & emendans dare,vel alias
honorare.Isti enim faciūt per suas exactiones, q̇ omnes alij
veniant,honorent & adorēt principes & prælatos,s.mune-
ra afferendo,subuentiones pręstando,& emendas indebite
corrigendo,& imagines eorum,i. ipsorū vxores filios,filias
& nepotes atq; secretarios eorundem. Non est.n.qui se ab-
scondat a colore talium. Vnde Iob 3.Paruus & magnus ibi
sunt,seruus & liber.Sed finaliter ista bestia prima, s. prīceps
malus,& bestia secūda,s.mali balliui eorum,igne & sulphu-
re comburētur, & in inferno perpetuo cruciabuntur.Eccl.
7.Vindicta carnis impii, ignis & vermis. ¶ Vel dic quod pri-
ma bestia,cui nullus potest resistere,est peccatum luxuriæ,q̃
facit hominem bestialem: vel mulier pulchra & luxuriosa.
Isti enim peccato pauci resistunt.Nam luxuria vel luxuriosa
& pulchra mulier præliatur contra sanctos, & deuincit eos
multotiens,sicut patet in Sansone & Salomone.Eccl.25.Nō
est malitia super malitiam mulieris. ¶ Secunda bestia signifi-
cat vetulas maquerellas, quæ seducunt habitantes in terra
suis verbis.Et hoc patet,quia ipsæ sunt sicut agnus,dum blā
diendo benigniter iuuenculas alloquuntur.Et sicut draco,s.
insistando,venenando,decipiendo,inquantum per eas alię
ad peccatum trahuntur.Et breuiter, quod omnes habitan-
tes in terra, serui, liberi & sæculares & religiosi, diuites &
pauperes,obediunt primæ bestiæ,i.peccato luxuriæ,vel ali-
cui meretrici mulieri,& quod omnes adorent imaginē eius
.i.ipsius pulchritudinem. Illud patet, quia feræ modo quasi
oēs homines portant in frontibus suis.i. in apparentia cha-
racteris istius bestiæ.i.impressiones luxuriæ, s.gestus,dicta &
facta.Etiam ad litteram multi sunt, qui portant ipsorum no
mina in vestibus suis. i. ipsarum imagines vel signa,vel etiā
imaginem & characterem habent in fronte, inquantum in
gerunt membra suæ pulchritudinis in animo vel in corde.
Numerum etiam nominis sui deferunt, inquantum nomen
suum in litteris scriptum secum gerunt. Psal. 38.Veruntamē
in imagine pertransit homo.Ideo tam prima quam secunda
bestia.i.tam luxuria vel mulier luxuriosa, quam sua vetula,
B ignis & sulphuris fætoribus finaliter in inferno comburen-
tur.Psal.20. Ignis sulphur & spiritus procellarum pars cali-
cis eorum.¶Vel dic, quod secunda bestia est detractor, cu-
ius cornua idest exterior fastus est ad modum agni idest hu
milis & benignus, ipse tamen loquitur sicut draco detrahē
do,ita quod ignem discordiæ & rixæ generat.

CAPITVLVM XIIII TEXTVS.

Et vidi & ecce agnus stabat super montem sion.
Moralitatum Capitulum 15.

VIdit Ioannes supra montem sion agnum stantem: &
in conspectu eius centum quadragintaquatuor milia
habentia nomen eius,& nomen patris eius scriptum in frō
tibus eorum.Et audita est vox in cęlo quasi aquarum multa-
rum,& audiuit tanquam vocem tonitrui magni, & sicut vo-
cem citharedorum citharizātium in citharis suis ante sedē
agni. Et cantabant canticum nouum in conspectu agni &
quatuor animalium,& vigintiquatuor seniorum.Et dr̄ quod
isti sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati,& qui em-
pti sunt de terra, & sequuntur agnum quocunq; ierit, & in
quorum ore nō est inuentum mendacium. ¶Iste agnus signi
ficat homines mites & humiles & benignos, qui pro certo
debent esse constituti super montem ecclesię vel religionis.
s.in excellentia dignitatis, quia semper sunt aliis tales præ-
ferendi.Isti igitur debent habere secū in societate plura ge
nera hominum,s.animalia plena oculis ante & retro.i.viros
discretos clericos clare videntes.Item seniores.i.laicos ma-
turos & honestos, ac morum venustate fulgentes.Itē citha-
ristas,i.cantores Deum & sanctos laudantes,& canticum no
uum,i.diuinum officium concinentes,& multa milia aliorū,
i.bonorum subditotum.Eccle.9. Viri iusti sint tibi conuiuæ.
Et isti debent habere considerationes quatuor,quia nomen
patris eorum,idest virtus nominis Christiani debet scribi in
frontibus eorum. i. in apparentia eorum per honestam con
uersationem.Agnum etiam, i. bonum prælatum suū debent
sequi per imitationem,nec debent cum mulieribus coinq-
nari per luxuriæ fęditatem,& a terra debent esse empti,per C
auaritiæ contemptum,& abominationem, & in ore eorum
non debet inueniri mendacium, per aliquam malam locu-
tionem.Eccl.7.Noli mentiri velle omne mēdacium. Et tales
pro certo, s. viri discreti & ecclesiastici & maturi, & in Dei
laudibus eleuati,& veritate suffulti,& a terrę auaritia empti
& segregati,sunt digni esse in conspectu agni,i. in conspe-
ctu bonorum prælatorum in diuersis officiis promoti.Et ma
xime omne mendacium in ore ipsorum non est inuentum,
& vt viri veraces & sine macula, quales proculdubio decet
esse seruitores prælatorum & quorumcunq; magnatorum.
Vnde in Psal.100. dr̄ Non habitauit in medio domus meæ q̃
facit superbiam,qui loquitur iniqua, non direxit in conspe
ctu oculorum meorum.Oculi mei ad fideles terræ vt sedeāt
mecum ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
Ecce quales debent stare ante thronum & in officiis præla-
torum.Apocalip.7.In conspectu throni amicti sunt stolis al
bis,& palmæ in manibus eorū.¶Vel dic quod agnus est Chri
stus qui ad occisionem ductus est.Esa.53.Mons siō significat
cessitudinem paradisi.Sion.n. interpretatur specula,quia in
paradiso Deus speculatur. Iste secum habet quatuor anima
lia,idest quatuor euangelistas, & vigintiquatuor seniores,
idest vniuersitatem patriarcharum, prophetarum. Item
citharistas. i. chorum angelorum & archangelorum Deum
continue laudantium & dicentium illud.Psal.93.& 97.Can-
tate dn̄o canticum nouum.Et quid? pro certo isti omnes qui
habent in frontibus,i.in mentibus suis nomen Dei patris,&
fidem trinitatis scriptam & impressam, & maxime qui sine
macula sine mendacio sine mulierum contagio perseuerāt,
digni sunt esse in conspectu Dei sursum in paradiso, & ma-
xime quando empti sunt de terra,i.terrena cupiditate,quia
vere tales sequuntur & sequi possunt agnum Christum quo
cunque ierit,i. vsque ad altitudinem paradisi Mat. 8.Sequar
te magister quocunque ieris Sequuntur.n. boni Christū per
omnes vias perfectionis ipsum imitando, tandem sequun-
tur eum in paradisum ipsum contemplando.Vnde dr̄.Mar.
14.Sequimini eum quocunque introiret. ¶ Vel dic q̇ agnus
est ignarus iuuenis prælatus, quia vere multi tales stant ho-
die supra montem sion,s.in statu regiminis, & in excellētia D
dignitatis, quia hodie dato qđ in religione & ecclesia sint
multa animalia occulta,idest multi viri discreti, multi senio
res prouidi,fit tamen sic,quod quandoque in throno,i.in di-
gnitate & prælatione non ponunt hodie tales, sed magis
agni,i.iuuenes & ignari hodie fauore precio & præce occu
pant ecclesiasticas dignitates. Esa.3. Dabo pueros princi-
pes eorū.Eccl.10.Vidi stultum in dignitate sublimi. Et ideo
quid faciunt isti?Certe ipsi ponunt suos in diuersis præben-
dis & beneficijs ecclesiæ, ac multa milia eorum qui portāt
nomen patris sui,i.qui sunt de parētela sua & suorum,& de
patria & familia circa ipsum. Etiam auditur maxima multi
tudo citharistarum,i.adulatorum, qui citharis, i. nouis lin-
guis non cessant noua cantica resonare.Et breuiter quando
tales prælati sunt sic in thronis & in prælationibus indigne
promoti,nolunt habere secum nisi adulatores, i.malas per
sonas,& suis notis, familiaribus & amicis replent totā san-
ctam ecclesiam Dei.Dicunt.n.illud Can.5. Conuenite amici
mei & bibite,ita quod tales conuocando videntur dicere
illud.Esa.57.Accedite huc. ¶ Vidit Ioannes angelum volan-
tem per medium cęli, habentem euangelium æternum, vt
euangelizaret sedentibus super terram. Et clamauit voce
magna,dicens.Timere dominum qui fecit cęlum & terram,
& mare & fontes aquarum, quia appropinquat iudicii eius
hora.¶Iste est prædicator,qui debet dici angelus, i. nuncius
Dei patris,qui durus & angelicus debet esse. Isti. n.traditum
est euangelium,i.officium prædicādi, vt doceat & informet
sedentes super terram, i. peccatores qui in hoc mundo su-
per terram,idest in amore terrenorum quiescūt. Vnde.Luc.
1.Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent,
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Istis autem di-
cit, quod ipsi timeant dominum, & adorent eum qui fecit
cęlum,i.ecclesiam triumphantem,& terram,i.ecclesiam mi
litantē,quæ sæpe teritur tribulatonibus, mare fluctuosum,i.
statum sæcularem, fontes aquarum,i.status & conuentus re
gularium,vbi aqua dulcis deuotionis inuenitur.Hierem.10.
Quis non timebit te o rex gentium?Summa intentio præ-
dicatorum

E dicatorum debet esse, quod imprimāt timorem diuinum in
cordibus audientium exemplo Tobiæ. Ratio autem assignat
quare timere debent, quia appropinquabit hora iudicij, vbi
impios cōdemnabit dominus. 1. Reg. 2. Iudicabit fines terrę.
¶Quidam angelus clamauit, ꝙ babylon ciuitas magna ceci
dit q̄ de vino suæ fornicationis potauit omnes gentes. ¶Iste
angelus significat omnes prædicatores, qui pro certo om-
nes clamant, & à principio clamauerunt babylon, i. mūdū
plenum cōfusione cecidisse, & à statu virtutum à principio
corruisse, & vino. i. consolatione suæ fornicationis, i. suæ ꝓ-
speritatis peccatores inebriatos fuisse. Vnde Hier. 51. De vi-
no furoris eius biberunt gentes ideo commotæ sunt. ¶Cla-
mauit quidam angelus, ꝙ quicunque adorauerit bestiam &
imaginem eius, & acceperit characterem eius oportebit eū
bibere de vino furoris dn̄i, & cruciabitur igne & sulphure
in conspectu angelorum & agni, & fumus eius in secula a-
scendet, nec habebit requiem die ac nocte. ¶Angelus iste est
sacra scriptura vel communitas sanctorum. Ista enim prædi-
cat & clamat, quod illi qui adorant & honorant bestiam. i.
malam mulierem bestialem luxuriosam, & qui eius imaginē
idest pulchritudinem venerantur, qui etiam characterem, i.
impressionem sui amoris retinent atque seruāt tales dico ca
licem furoris. i. vindictæ Dei & suam austeram sententiā po
tabunt. Ezec. 23. Calicem furoris domini bibisti, & potasti il
lum vsque ad fęces, i. vsque ad æternam damnationem. Et
igne & sulphure cremabuntur, i. erunt in ardore & fœtore.
in hoc mundo per culpam, & finaliter in inferno per pœnā
Et fumus eorum. i. eorum infamia perpetuo ascenderet, &
perpetuo ipsorum dolor & gemitus non requiescet. Tre. 5.
Lassis non dabitur requies. Ad litteram enim luxuriosus qui
est infatuatus de imagine & pulchritudine mulierum, sem-
per est in igne & in angustia, labore & infamia, & finaliter
in perpetuo dolore & tristitia. Ps. 48. Laborauit in æternum.
¶Visa est nubes candida in cœlo, & super eam similis filio
hominis, & habebat coronam auream in capite, & falcem
acutam in manibus & dictum est ei à quodam angelo ꝙ ip-
se mitteret falcem suam, & meteret messem terræ, quoniā
maturauit, & misit falcem suam, & messuit terram. ¶Per nu-
F bem quæ de vaporibus terrenis & a queis constituitur intel-
ligitur corpus humanum de terra & aqua idest de carne &
sanguine constitutum. Angelus qui est in nube candida, est
bonus prælatus vel angelus q ‥ in nube corporis hēt cando
rem castitatis. Iste habet coronam auream, idest excellentiā
dignitatis. Habet falcem in manu sua, i. acum etiam rigoris
iudiciariæ potestatis, sed alius angel⁹. i. aliæ ꝑsonę bonę col
legij sui, qui habent zelum ecclesiæ vel religionis: debent sti
mulare quo ipse mittat falcem suā idest quod ipse exerceat
iustitiam & rigorem suum, & quod terram, i. subditos terre
nos & auaros metat & abscindat atque castiget. Vnde ꝓ cer
to quando ipsi vident malos in patria abundare, ipsi debent
dicere & consulere ipsi principi vel prælato illud. Iohel. 3.
Mittite falces vestras, quoniam maturauit messis. ¶Vel dic
quod hic est Christus, qui in nube candida idest in purissima
virgine fuit visus. Iste enim habet coronam auream, idest re
giam maiestatem & honoris dignitatem. Falcem etiam acu-
tam. i. rigoris austeritatem. Quando igitur in iudicio messis
terræ. i. reproborum multitudo maturauerit, i. satis creuerit,
tunc vero ad instinctum angelorum martyrum & sanctorū,
& per eorum ministerium, ipse mittet falcem suam. i. emit-
tet vindictam sui rigoris & suæ iudiciarie potestatis, & falca
bit & euellet de mundo messem terræ. i. collegium reprobo-
rū. Matt. 13. Mittet filius hominis angelos suos, & colligēt de
regno eius omnia scandala. ¶Vel dic quod iste est malus p̄la
tus, qui in nube candida, idest in candore mundanæ gloriæ
conuersatur, qui cum falce acuta austere correctionis &
crudelitatis, ad vocem alterius angeli, idest ad uocem ange
lorum suorum balliuorum, falcant & colligunt messem ter-
ræ, idest bona terræ & subditorum suorum, quos excoriant
& prædantur. Dicunt enim mali angeli & balliui dominis
suis, quando occasionem nocendi adinuenerunt. Mitte fal-
cem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniā ma-
turauit messis. Vnde satis cito post sequetur. Mitte falcē tuā
& vindemia botros uineæ terræ. Et hoc maxime dicunt, qn̄
vident rusticos pullulasse. Vnde de talibus dicitur Iohan. 4.
Alij laborauerunt & uos in labores eorum introistis. ¶Vi-
dit Iohannes quendam angelum exire de templo [...]
falcem acutā, & venit alius angelus de altari, qui [...]
potestatem super ignem, & clamauit voce magna a[...]
angelum. Mitte falcem tuam, & vindemia botros vin[...]
ræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit falcem su[...]
vindemiauit vineam terræ & misit in lacum Dei mag[...]
& calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sangui[...]
cu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcen[...]
¶Angelus est Christus, qui de templo paradisi in die [...]
veniet. Iste. n. angelus habebit falcem acutam. i. potes[...]
acuti rigoris, & iudiciariæ potestatis, qua peccatores [...]
ter defalcabit. Secundus angelus significat angelos De[...]
nistros, qui tunc temporis erunt executores suæ sente[...]
& ideo isti dicuntur habere potestatem super ignem, [...]
ignis est ardor diuinæ iustitiæ, & per eorum ministeri[...]
cetur. Dicitur etiam iste angelus venire de altari. i. ab [...]
de maiestatis diuinæ, a qua accipiant potestatem. Isto [...]
angelo secundo & in exercitu angelorum clamante & [...]
nistrante veniet filius Dei angelus testamenti & mittet [...]
iustitiæ suæ in vineam terræ, i. in collegium hominum [...]
renorum, qui dicuntur vinea, quia alios inebriant [...]
factis suis malis, vino, s. in quo est luxuria. Botros etiā [...]
mines succidet & vindemiabit, & a terra euellet, & vine[...]
i. mundum suis fructibus, i. habitatoribus denudabit. Tre[...]
Vindemiauit me sicut locutus est dominus. Botros illos
molles & teneros peccatores mittet in lacum Dei magn[...]
in infernum, vbi erunt calcati & depressi & sanguis, i. [...]
& damnatio illius lacus inferni attinget vsq; ad equo[...]
que ad carnales peccatores, & vsq; ad frenos equorum [...]
que ad illos qui eos frenant & regunt, s. mundi princ[...]
rectores, qui in sanguine æternæ damnationis erunt [...]
tores tam subditi quam magni. Ideo dicitur. Esa. 24. Co[...]
gabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & cl[...]
tur ibi in carcere. ¶Vel dic quod primus angelus signi[...]
principes & tyrannos, qui pro certo omni die de tem[...]
idest de amore templi ecclesiæ fugiunt & recedunt. Il[...]
tur habere falcē acutam; idest potestatem puniendi, [...]
ctoritatem iurisdictionis. Secundus angelus significat
balliuos & officiales qui vere de altari veniūt, quia [...]
diligunt nec missam, nec altare, immo exinde fugiunt [...]
cedunt. Ideo dicuntur ex altare ueniri non ad ipsum in[...]
cundus. s. angelus clamat ad primū, i. balliuus malus [...]
& consulit prælato, principi vel tyranno, quod ipse [...]
falcem suæ potestatis in vineam terræ, i. in terram sibi [...]
ctam, & in patria sua, & hoc certe vt ipse per rapinam [...]
piat & colligat botros uineæ, idest bona temporalia [...]
torum, dicens cum Iezabel illud quod in libris. 3. Reg. [...]
Surge posside vineam naboth. Et isti secundi angeli [...]
praui balliui & cōsiliatores, dicūtur habere potestat[...]
per ignem, & super ardorē auaritiæ & rapinæ, quia [...]
tenentur a principibus, ut alios igniant inflamment & [...]
lestent. Dan. 7. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur [...]
cie eius. Ideo ad eorum instinctum & consilium, ipsi [...]
angeli falcant & spoliant terram suam, & botros, i. bo[...]
poralia subditorum, & emittunt in lacum, idest in ho[...]
suum, & ipsum exinde calcant & replent, ita quod [...]
i. huiusmodi actionis & crudelitatis infamia necesse [...]
exeat & appareat, & quādoque perueniat vsque ad f[...]
equorum & vsque ad superiores mundi principes & [...]
res, s. ad regem vel ad Papam qui alios dirigunt & fre[...]
inquantum subditi sic depressi coguntur appellare, & [...]
crudelitates superioribus intimare. ¶Vel dic ad litter[...]
hodie sanguis substātiæ subditorum vsque ad frenos [...]
rum peruenit, inquantum phalerati equi de bonis il[...]
emuntur, & inquantum pompæ dominorum ad exp[...]
istius sanguinis deducuntur. Ita quod istis potest dic[...]
Esa. 1. Manus vestræ plenæ sunt sanguine.

CAPITVLVM XV TEXT[...]
Et vidi aliud signum in cœlo magnum & mirab[...]
le. Moralitatum Capitulum 16.

Vidit Iohānes mare vitreum igne myxtū, & eos [...]
cerunt bestiam eius, & numerum nominis ei[...]
supra mare, habentes citharam Dei, & cantabant [...]
[...] significat æternæ gloriæ volupta-
[...] mare propter inexhaustibilem abundantiā.
[...] vitreum, propter claritatem inoffuscabilem. Dicit
[...] igne, propter charitatem inextinguibilem. In tali
[...] mari, i. in æternæ gloriæ claritate, videbunt finaliter il
[...] qui vicerunt dum viuerēt, bestiam, i. diabolum, qui oīa va
[...] seu filium eius, i. peccatum superbiæ, & imagines eius,
[...] mulieres & fictionem luxuriæ, & numerum nois eius. i. nu-
merationem pecuniæ vel peccatū auaritiæ. Tales dico erūt
in isto mari idest in affluentia gloriæ sempiternæ, & ibi can-
tabunt canticum Moysi, idest canticum veteris testamenti,
& canticū agni & euāgelii. Moyses vero & agnus idest Chri-
stus fuerunt duo legislatores, a quo pendent lex & prophe-
tæ. Ideo tūc quælibet anima beata poterit dicere de isto ma
illud Eze. 27. Perfecti decoris ego sum, & in corde sita. Ecō
[...] vero qui ista tria non vicerunt, sed acceperunt nomen,
imaginem & numerum, idest superbiam, luxuriam & auari-
tiam, in stagno ignis, idest in inferno ponentur, & in ipso ꝑ-
petuo comburentur. Vnde. Apo. 15. Qui acceperunt chara-
cterem bestiæ, & numerum nominis eius.

[...]X CAPITVLO XV TEXTVS.
c. Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum
tabernaculi. Moralita. Cap. 17.

Apertum est templum tabernaculi testimonii in cęlo &
exierunt septem angeli habentes septem plagas de
templo, vestiti lapide mundo & candido, amicti circa pecto
ra Zonis aureis, & dedit eis vnum ex quattuor animalibus
septem phialas aureas plenas iracūdia Dei viuentis, & tunc
impletum est templum Dei fumo a maiestate Dei & virtute,
& nemo poterat introire in templum, donec consummarē
tur septem plagæ angelorum istorum. Isti septem angeli
significant vniuersitatem prædicatorum, & virorum perfe-
ctorum, qui de templo ecclesiæ vel religionis in mundum
exeunt & mittuntur. Isti habent septem plagas, quia audito-
ribus suis possunt inferre plagam & dolorem contritionis
pro septem vitiis capitalibus quæ fecerūt. Et isti vestiti sunt
lapide idest duritia & firmitate propositi, qui lapis idest cō-
scientia, debet esse munda ab omni prauitate, candida & ca-
sta. Isti debent esse cincti Zonis aureis circa pectus, quia cir-
ca cor & circa pectus debēt babere Zonā aureā, i. egeuāliū,
& charitatis vinculum, quæ ipsos debet stringere & cinge-
re, ne per vanos defluant cogitatus. Aurum enim rubet & cū
ctis metallis est preciosius, & sic significat ruborem charita-
tis, quæ omnibus supereminet. Apocalip. 1. Præcinctum ad
mamillas Zona aurea. Isti igitur septem accipiunt phialas
aureas, idest prædicationes, quæ sunt phialæ ad potandū &
inebriandum auditores, & hoc ab vno de quatuor animali-
bus, idest de quatuor euangelistis, & euangelicis eorundem
prædicationibus, vtputa quia de euangelio vel scriptura de
bent prædicatores accipere thema suum. Istæ autem phialæ
ira Dei dicuntur plenæ, quia in prædicationibus doctorum,
& in scriptura de ira & iustitia diuina fit mentio, tunc tem-
plum Dei, idest locus vel ecclesia vbi prædicatur, fumo im-
pletur & obscuritate, quia quilibet fit fumosus & turbidus
de statu proprio, quando audit prædicationem, & Dei vindi
ctam & iram imminere, quæ sibi in phiala propinatur, quia
tunc nescit homo, vtrum amore vel odio dignus sit. Eccl. 9.
Vnde Esa. 9. Impleta est domus Dei fumo, & hoc a maiestate
Dei considerata & annunciata. Tunc enim nemo potest in-
trare templum Dei, quia tunc homo æstimat se non posse,
nec debere intrare templum paradisi, videns iram Dei & ri-
gorem suæ iustitiæ, quæ sibi paratur. Et sic homo timidus &
fumidus necesse habet recurrere ad Deum, requirere salu-
tem non ex propriis meritis, sed ex Dei largitate. Apostolus
Ephe. 2. Donum Dei est non ex operibus, alioquin non esset
gra. ¶Vel dic qđ isti angeli significāt balliuos & officiales, q
in templo, idest in domibus principum conuersantur, tales
enim hodie sunt induti vestibus mundis & candidis, & ad lit
teram lapidibus & margaritis sunt ornati, & Zonis aureis
circumamicti. Tales habent plagas nouissimas, quia vsq; ad
nouissimum ipsi per rapinas vulnerant subditos, quibus prę
sunt. isti habēt phialas plenas ira Dei. Phiala quæ est vas ple-
num liquore, significat conscientias & voluntates taliū ini-
quorum, quæ pro certo plenæ sunt veneno malitiæ & iracū C
diæ, quia ꝑ rapinas omnes inuenenant & decipiunt. Et ideo
templum impletur fumo, quia vere templum domus prin-
cipum & prælatorum, sunt hodie plenæ fumo idest infamia,
propter istorum nequitias & rapinas. Baruch. 6. Nigræ sunt
facies eorum, & de fumo, qui in domo fit. Nemo autem po-
terat intrare templum, donec consummarentur plagæ isto-
rum angelorum, quia vere nullus potest intrare domū prin
cipum, nec fieri de familia sua, nisi velit esse talis angelus,
scilicet qui consumet & perficiat plagas istas, aliosque pla-
get & vulneret per rapinam. ¶Vel dic quòd isti sunt dæmo-
nes, qui habent plagas tribulationum & phialas & pocula
tentationum, quibus mediantibus fumus obscuritatis & er-
ror ignorantiæ & peccati generantur in templo conscien-
tię, & sic impediuntur homines ne intrent in templum para
disi. ¶Vel dic quòd templum est ecclesia, quæ pro certo ho-
die est plena fumo idest oīmoda vanitate, infamia vel igno-
rantia & obscuritate, vel fumo, qui lachrymas inducit. i. tri-
bulationum amaritudinem & dolorem. Angeli isti sunt mali
spirituales vel ecclesiastici viri, qui habēt phialas plenas ira
Dei idest conscientias plenas vitiis & peccatis. Habent etiā
isti angeli plagas nouissimas & grauissimas, quia isti suis ma
lis exemplis plagant & vulnerant totum mundum Breuiter
igitur sic fit hodie, quòd nullus potest intrare templum ec-
clesiæ ad bn̄ficia obtinenda donec consummentur super eū
plagæ multæ, quia nullus hodie promouetur quin tribula-
tiones plurimas etiam ipsis malis ecclesiasticis patiatur. Ho
mo enim hodie ibi vix ingreditur, nisi plaga simoniæ & adu
lationis vel violentiam erga eum consummetur. Zach. 13.
Quæ sunt hæ plagæ in manibus tuis? Et dicet. His plagatus
sum in domo eorum qui diligunt me. cap. 16. ¶Primus ange
lus effudit phialam suum in terra, & factum est vulnus sæuū
& pessimum hominibus, qui habent characterem bestiæ &
in eos, qui adorauerunt imaginē eius. ¶Iste angelus est Chri
stus, qui dicit angelus testamēti, & dicitur primus idest pri-
mogenitus in multis fratribus. Apostolus Ro. 8. Phiala eius
est sententia & iustitia. Bestia est diabolus. Character quòd D
ipse imprimit, est peccatum. Imago eius est mundi gloria, q̄
non est realis, sed fictitia & imaginaria. ¶Vel imago est pul-
chritudo mulierum. Bestia autem est peccatū luxuriæ, quod
facit hominem bestialem. Character sunt nutus & gestus. Fi
gura sunt dicta insolentiæ & leuitatis, cantus & saltus, quæ
omnia a bestia idest a luxuria imprimuntur. Quando igitur
primus angelus Christus effuderit phialam iræ suæ idest sen
tentiæ iudiciariæ super terram impios terrenos condemnā
do, tunc vere fiet vulnus sæuum & pessimum, & vulnus æter
næ damnationis illis, qui bestias diabolo obediendo adora-
uerunt, qui characterem peccati, & impressionem suæ sug-
gestionis receperunt, & imaginem eius idest mūdi gloriam
dilexerunt. ¶Vel vulnus damnationis fiet illis, qui Characte-
rem idest impressionem bestiæ idest luxuriæ receperunt &
qui imaginem huius bestiæ idest mulieres luxuriosas adora-
uerunt & honorauerunt. ¶Vel dic ꝙ quando primus aduo-
catus vel consiliarius effudit phialam suam, idest accusatio-
nem & venenum malorum consiliorum supra terram, idest
contra subditos, tunc sequitur vulnus sæuum & pessimum,
idest sæuitia excoriationis & rapinæ subditorum. ¶Vel dic,
quod angelus est diabolus, qui dicitur primus, quia ipse est
principium viarum Dei. Iob 40. Iste effudit phialam in terra,
idest venenum tentationum. Et sic sequitur vulnus sæuum,
idest diuersa vitia & peccata, maxime super illos, qui chara
cterem bestiæ, i. carnis suggestionem habēt, & qui imagines
mundi, i. mulieres vel res delectabiles amplectuntur. Vnde
in lib. Sap. 15. Diligit mortuæ imaginis effigiem. ¶Vel dic, qđ
phiala est prosperitas, quæ vulnus damnationis inducit, vel
mala suggestio, quæ in patria vulnus discordiæ introducit.
¶Vel dic quòd iste est proditor & detractor, per quorū ma-
litias sequētur lites & vulnera & c. c. 16. ¶Secundus angelus
effudit phiala sua supra mare, & factus est sanguis tanquam
mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. ¶Mare
fluctuosum, amarum & turbidum est mundus, vbi fluctus tē-
tationum, obscuritas, rubor tristitię & desolationis, & ama
ritudo tribulationis viget. Quādo igitur secundus angelus,
i. diabolus. s. effudit phialam suam, i. suam penosam tentatio
nem, tunc vere efficitur sanguineus & carnalis, quia sugge-
stio

E stio diaboli facit in mundo generari sanguinem luxuriæ & carnalitatis, qui more sanguinis qcquid tãgit, inficit & corrumpit. Ideo illi qui in isto mari, idest in mundo viuunt vita corporali, moriuntur morte spirituali, & peccato luxuriæ corrumpuntur Esa. 3. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustione & cibus ignis. ¶Vel dic, quod mare est religio, quæ debet esse amara per pęnitentiam & contritionẽ. Quando igitur angelus effudit in mare phialam suã, i. in religione bona temporalia & prosperitatem, tunc vere facta fuit sanguinea & carnalis, & sanguine voluptatis & luxuriæ tota plena; ideo animæ, quæ in isto mari. i. in religione versantur quasi omnes hodie sunt mortuæ scilicet per luxuriam, & infecte. Psal. 77. Conuertit aquas eorum in sanguine. ¶Vel dic ꝙ iste secundus angelus significat aliquem principem vel consiliarium, qui est secundus in domo vel in curia alicuius principis vel prælati. Nam quando talis effundit phialam suam, idest venenum suorum malorum consiliorũ in aurem magistri sui, tunc vero mare fit sanguis, quia in mari, i. in patria subiecta, sanguis, idest crudelitas generatur. Et ideo qui viuunt in hoc mari, scilicet simplices subditi, occiduntur per excoriationes & rapinas. Constat enim, quod ꝑ cõsilia malorum, principes faciunt crudeles exactiones, & quandoque sanguinem & rapinam. c. 16. ¶ Tertius angelus effudit phialam suam super fontes & flumina, & factus est sanguis. Et auditus est alius angelus dicẽs Iustus es domine, qui hos iudicasti, sanguinem sanctorum tuorum effuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere. ¶Iste angelus est Christus, q̃ dicitur secundus, quia ipse est persona secunda in trinitate. Iste enim effundet in die iudicii phialam suam super fontes & flumina idest super delitias & voluptates, & tunc conuertentur in pœnam & damnationem, quæ per sanguinem designantur. Et ideo dicitur Deum iuste iudicare, nam illis, qui effuderunt sanguinem sanctorum idest substantiam temporalem simpliciũ subditorum, talibus dico datur sanguis bibere, idest æterna damnatio seu pœna. Psalmist. 77. Conuertit aquas eorum in sanguinem. ¶Vel dic quòd quando angelus idest diabolus effundit phialam suarum tentationũ, tunc fontes & flumina, idest mundi diuitiæ & delitię in sanguinẽ,
F idest in peccatum luxuriæ conuertuntur. Facile enim est vt homo de diuitiis & delitiis ad luxuriam dilabatur. Vnde dicitur Sap. 11. Pro fonte sempiterni fluminis sanguinem bibere dedisti iniquis. c. 16. ¶ Quartus angelus effudit phialã suã in sole, & datũ est ei affligere homines æstu & igne, & ęstuauerat æstu magno & blasphemauerunt nomen Dei habẽtis potestatem supernas plagas, & non egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. ¶Iste angelus est diabolus, qui phialã suæ suggestionis effudit in solem, i. in Papam, vel regẽ, ac alios princeps vel prælatos. ¶ Vel iste angelus significat eorũ consiliarios, officiales, aduocatos & senescallos, q̃ phialam, idest venenum malorum consiliorum, actionum, suggestionum, ipsi soli, idest ipsis solis principibus & prælatis ꝓpinant, & tunc iste sol, idest princeps vel prælatus fulgens autentica potestate atque maiestate & mundana claritate, eorũ consilijs & litigationibus concitatus, affligit homines sibi subditos æstu & igne idest ardore rapinæ & exactionis, ita quod ipsi quandoque blasphemant & vilificant nomen Dei præ tristitia & dolore. Iudith. 8. Cecidit sol super caput eius, & mortuus est. ¶Vel dic, quod angelus iste est diabolus, qui phialam suæ suggestionis admiscet soli, idest splendori gloriæ mundanæ, ideo iste sol, idest ista prosperitas mundi, affligit & cruciat homines, qui ipsam diligunt igne & ardore cupiditatis & æstu luxuriæ & carnalitatis, & quandoque cogit eos nomen Dei per diuersa vitia blasphemare. Psalm. 139. In ignem deiicies eos &c. ¶Vel dic, quod homines obstinati, dato quod a sole Christo affligantur ardore tribulationum ipsi tamen non agunt pęnitentiam, sed Deum blasphemantes potius in peccatis obdurantur. Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. c. 16. ¶ Quintus angelus effudit phialam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum & manducauerat linguas suas præ dolore, & blasphemauerat Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis & non egerunt pęnitentiam ex operibus suis. ¶Bestia est crudelis princeps vel prælatus, qui dissipat terram suam. Et bestia secundum Isydorum dicitur quasi vastia a vastando. Sedes ipsius est iudex vel balliui sui, vel ipsorum potestas iudiciaria.

Angelus igitur, idest diabolus effundit quandoque phialam auaritiæ acceptionisque personarum super sedem bestiæ super illos, qui regunt iurisdictionem principis vel prælati & super iudices & balliuos, & tunc totum regnum. i. patria fit turbata & tenebrosa, quia sicut dicitur in Prouer. Regnantibus impijs, ruinæ hominum. Nã tot dolores & vulnera, rapinæ & uerbera pauperibus subditis inferuntur, ipsi cogunt per tristitiam linguas & labia sua masticare, contra Deum cęli murmurando & blasphemando desperare, & sine pœnitentia contra Deum murmurare. Vnde Prou. 29. Cum impij sumpserint principatum, gemit populus. ¶Vel dic, qđ angelus est hæreticus, cuius phiala est corrupta & venenosa doctrina, quam vt effudit super sedẽ bestiæ, i. super illos, qui sedent in prælatione, & iudicaturi huius mundi statum, totum regnum & omnes subditi fiũt obscuri & tenebrosi per ignorantiam & errorem. Et ideo sępe accidit, quod præ desperatione isti frendent contra Deum linguis suis & dentibus blasphemando, non curãt amplius pœnitere. Vnde dicitur Apocalip. 2. Dedit ei dominus locũ pœnitentiæ, & ipsa non vult pœnitere à fornicatione sua. ¶Vel dic, quod sedes est iudex vel prælatus, in quem procto cum angelus, idest adulator effudit phialam adulationis suæ statim fit totum regnum uel collegium tenebrosum & turbatum, quia ad uocem adulatorum mali prælati & iudices turbant & destruunt suam terram. Et ideo homines præ dolore & murmuratione manducant & deuorant linguas de eo loquendo. ¶Vel angelus est Christus in iudicio, q phialam suæ sententiæ super sedem, idest super præsidentes in thronis huius seculi fulminabit, & tunc totum regnum bestiæ, idest totum collegium reproborum, in cuius bestia diabolus antichristus regnabit, fit tenebrosum, quia in infernalibus tenebris recludentur, vbi prę dolore & desperatione linguas proprias masticabunt Deum & sanctos blasphemabunt & præ obstinatione de malis commissis nunquam pœnitebũt. c. 16. ¶Sextus angelus effundit phialã suã in flumen euphratem, & siccauit aquas eius, vt præpararetur uia regibus ab ortu solis, & tunc uidit Ioannes exire de ore draconis, & bestiæ pseudo prophetæ, tres spiritus immundos in modum ranarum qui sunt spiritus dæmoniorum facientes signa, & isti spiritus procedunt ad reges totius terræ congregare eos ad prælium, ad diem magnum Dei omnipotentis & congregati sunt in monte, qui dr̃ hermagedon, i. mons [illegible] rum vel mons globosus. Et tunc dicitur quod beatus, qui vigilat & qui custodit vestimentum suum, ne nudus ambulet & videant turpitudinem eius. ¶Iste angelus est diabolus. Euphrates frugifer est religio, q̃ solebat fruges & fructus bonorum operum & virtutum facere. Diabolus enim cũ phiala suæ tentationis siccat hodie à flumine religionis, aquas eius, i. aquam compunctionis & compassionis. Ideo reges, qui sunt ab ortu solis, idest perfecti viri, qui in ortu gratiæ & virtutum alios regunt, & docent, in prælium congregantur, quia vere reges & prælati maiores & prouecti, qui in ecclesia uel religione, sunt hodie præliantes adinuicem idest discordes & diuisi, quia quilibet uult apparere maior quam socius suus, ideo quilibet facit secta suam, quod accidit per siccationem & defectum aquarum compunctionis & deuotionis. Si enim isti semper durarent, semper ecclesiæ concordarent, & nunquam discreparent. Psal. Abierat in sicco flumina. Sed quomodo fit ista briga seu contentio ecclesiæ? Nam dracones idest detractores mali, bestiæ enim idest rudes, viles & monstruosi pseudo prophetę, i. hypocritæ ficti & superstitiosi, tales (dico) mittunt die de ore suo multos spiritus immundos. i. multa uerba iniusta & praua in modum ranarum, quia ista verba uidentur esse ranæ per clamorem improbæ loquacitatis. Nam [illegible] tiosus emittit verbum adulationis, propheta falsus [illegible] cus uel hypocrita uerbum deceptionis & fictionis. Et [illegible] quod istæ ranæ. i. ista malorum mala verba currunt hodie que ad ortum solis idest circunquaque. Et ideo fit quod verba istorum adulatorum, detractorum & simplicium hypocritarum, reges terræ, i. multæ bonæ ꝑsonæ qui alios deberent regere, diuiduntur, & præliantur, & sibi inuicem publicè vel secretè aduersantur. Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus &c. Et iõ uisis tot tribulationib. beatus [illegible] facit, ac tenet se de una parte nisi quantum de alia [illegible]

A [illegible] vestimenta sua. i. qui tenet se clausum inuolutum, ne nudus ambulet, i. ne nude appareat turpitudo suarum malarum affectionum vel aliorum vitiorũ, qa verę in oĩ casu maxima beatitudo, est qñ hõ se tenet ita clausum & vestitum atque celatum, quod nudus atque manifestus non appareat, & quod turpitudo suorum actuum & vitiorum, & nuditas & paupertas bonorum, quæ in ipso est, nemini ostẽdat se. Vñ dicit Act. 12. Circunda tibi vestimenta tua, & sequere angelum. ¶Vel dic, quod eufrates est homo, qui fruges gratiarum & virtutum debet habere. Iste igitur per phialam diabolicæ tentationis siccatur ab humore deuotionis & compassionis. & ideo vere consumptis, aquis deuotionis & lachrymarum, statim præparatũ via regib. terræ. i. capitalibus vitijs & peccatis, quæ in eius conscia cogregantur, nisi per diuersos motus & affectus & cogitatus contrarios præliantur. Psalm. 47. Reges terræ congregati sunt &c. Beatus igitur, qui vigilat. i. sollicitus est de virtute, & qui vestimentum virtutum custodit, ne post mortem nudus appareat coram Deo. ¶ Vel dic quod vestimentum est virtus honestatis, quæ omnia cooperit & celat, q̃ boni & mali debent custodire, ne turpitudo suarum conceptionum appareat circunquaq;. Quia sicut dr̃ in Prou. 25. Infelix est, qui perdidit pallium &c. c. 17. ¶Septimus angelus effudit phialam suam in aere, & exiuit vox magna de templo. Et facta sunt fulgura, tonitrua & voces & terremotus factus est magnus, qualis antea non fuit. Et tunc facta est ciuitas magna in tres partes & ciuitates gentium ceciderũt. ¶Aer clarus & limpidus, sigñat statum clericorum litteratorũ, qui sunt clari ꝑ subtilitatem sciarum & discretionum. In istis igiẽ effudit angelus sathanæ phialã venenatarum tentationum, & phialam, i. poculum prosperitatis temporalis & voluptatis. Et tunc pro certo vox de templo audita est, quia ad litteram dr̃, quod qñ procurante diabolo primo fuerunt dati redditus ecclesiæ, audita est vox in aere, dicẽs. Hodie effusum est venenũ in ecclesia. Dei. Et quare venenum? quia tunc in statu clericorum & religiosorum audiri cæperunt & videri fulgura, quæ lædunt oculos malorum exemplorum & tonitrua litium & turbationũ, voces infamiarum & contentionum, terremotus tribulationum,
B rapinarum, inuasionem. Et breuiter tota ciuitas & magna & sancta. s. ecclesia, diuisa fuit in tres partes, quia ibi est una pars, quę sequitur superbiam & uanitatem. Alia luxuriam & carnalitatem. Alia auaritiam & cupiditatem. Istę sũt tres lanceæ infixæ in corde Absalon, idest peccatoris, & iõ sequitur tertium, quod ciuitates gentium ceciderunt. Est enim cõueniens, quod clericis concidentibus & delinquentibus ciuitates, idest status gentium & personarum secularium, per eorum mala exempla & uitia corrumpantur, & faciliter cadant in peccatum. Ideo dicitur Thr. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo &c. ¶Vel dic, qđ aer est ꝑlatus ecclesiæ vel religionis alicuius & clarus excellentia vel dignitate. Quando igitur talis est imbutus phiala diabolica, idest malicia & iniquitate, tunc in templo religionis vel ecclesię audiuntur uoces magnæ litium, contentionum, detractionũ, appellationum. Videntur etiam ibi fulgura, i. mala exempla, quæ ab ipso & malis subditis ostẽduntur. Item tonitrua iactantiæ & blasphemiæ & comminationes quantũ ad subditos. Et ultra hoc terremotus tribulationum & oppressionum, quia tales verbis comminationibus & oppressionibus grauant subditos & innocentes, & maxime illos, qui non sunt de parte sua. Ideo ciuitas ecclesiæ vel religionis diuiditur in plures partes, per particularitatem & plures sectas, & ex hoc sequiẽ casus ciuitatis gentium, idest destructio secularium populorum, qui per exempla eorũ decipiunẽ & currunt in profundum. Vnde Lu. 11. Omne regnum in se diuisũ desolabitur, & domus supra domum cadet. ¶Vel dic, qđ talis angelus cum sua phiala est detractor vel adulator cũ sua locutione venenosa, à quo. s. aer societatis inficitur, & lis, i. discordia & diuisio generatur &c. cap. 16. ¶ Factum est, quod babylon illa magna ciuitas uenit ad memoriam ante dominum, vt daretur illi calix vini indignationis iræ eius. Tunc enim omnis insula fuit, & montes non sunt inuenti. Et sequitur, quod grando magnus sicut talentum descendit de cœlo super homines, & blasphemauerunt Deum propter plagam grandinis, quia est magna facta & vehementer. Babylon, qui interpretatur confusio, significat mundum vbi

omnia sunt confusa & male ordinata, quia peiores sunt melius promoti melioribus. C Iste enim venit in memoriam ante Deum, qui hodie propter peccata mundi necesse est, qđ Deus potet homines vino indignationis suę. Illud autem vinum est damnatio vel tribulatio. Hodie enim non inuenitur insula, idest status perfectus religionis, qui. s. mari sicut insula. i. pœnitentia & amaritudine circundetur. Hodie non inuenitur mons. i. vir altæ contemplationis. Quid? Pro certo innuitur grando rapinæ & exactionis quantum ad superiores, blasphemia & iuratio desperationis & tristis desolationis quantum ad inferiores. Vnde dicitur Apoc. 6. Oẽs montes & insulæ de loco suo moti sunt. ¶Vel dic qđ grãdo magnus quasi talentum descendit de cœlo. Iste grando significat præsentem & æternam damnationem, quę infertur hominibus propter peccatum, quia merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, ideò venit super nos tribulatio. Gen. 42. Sed iste grando est sicut talentum, quod est põdus & mensura. Circa quod est notandum quod tribulatio, quę nunc infertur vel in futuro, ponderata est à Deo, mensurata & limata secundum demerita personarum. Ideo dicitur talentum à talis. Quia qualis culpa, talis pœna. Vnde dr̃ Deut. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarũ modus. Et ille uenit de cœlo super homines, idest à sursum à Dei ordinatione bona & iusta, quamquam nobis ignota, q̃a non est malum in ciuitate ꝙ non fecerit dominus, vt dicit in Amb. 3. Sed sequitur vnũ terribile, s. quod homines blasphemauerũt Deum propter grandines, quia dato quod peccatores videant se iuste pati ꝑꝑ peccata sua, & uideant Deũ iuste offensum sibijpsi, tamen non emendantur, nec ad Deũ conuertuntur, sed magis Deum suis factis & uerbis irritant & blasphemant. Quod maxime erit verum de damnatis, qui erunt in suis malitijs obstinati. Vnde dicitur Hier. 5. Domine vulnerasti eos & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Vel expone de die iudicij, vbi babylon. i. mundus à Deo condemnabitur, & grandine, idest ęterna damnatione punietur, & vbi mons & insula ad litteram non inuenitur, quia tota terra erit plana.

D

CAPITVLVM XVII TEXTVS.

Et venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas. Moralitatum Cap. 18.

IOannes sublatus in desertum vidit mulierem meretricem, cum qua fornicati sunt oẽs reges terrę, & omnes habitantes ĩ terra biberũt de vino prostitutionis suæ, quæ sedebat super aquas multas. Et vidit quod mulier sedebat super vnam bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem cornua decem. Et erat mulier circundata cocco purpureo, auro & lapide precioso & margaritis, & habebat in manibus suis vas aureum, plenum abominatione & immunditia fornicationis suæ, & in fronte eius erat scriptum Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidit mulierem ebriam de sanguine martyrum Iesu, & mirati sunt omnes de muliere & bestia, quę portabat eam, sed communiter dr̃, quod bestia ista ascẽdit de abysso, & ad interitum vadit. Apoc. 18. ¶ De muliere autẽ dr̃ infra capitulo sequenti, quod quantum glorificauit se in delitijs suis, tantum datum est ei tormentum & luctum, & quod vna hora venerunt plagę eius. s. luctus, mors, fames & ignis, quia magnus (inquit) dominus, qui iudicabit eã. ¶ Desertum est mundus iste, vbi pauca bona crescunt. Mat. 14. Desertus est locus hic, mulier ista significat aduocatos & sapiẽtes cęteros huius mundi, qui dñr mulier, quasi mollis aer, q̃a in delitiarum mollitie sunt nutriti. Et dñr meretrix, quia tales more meretricis semper diligunt, non personam meliorem, sed largiorem donatorem. Ezec. 16. Cunctis meretricibus dantur mercedes. Cum ista igitur muliere, idest mundi sapientibus fornicantur reges terræ, & principes habent cum illis sua colloquia, & cum eis associantur, etiam oẽs habitatores terræ indigent vino prostitutionis. i. sua fallaci sapientia, discretione & astutia. Hierem. 51. Calix aureus babylon in manu domini, de vino eius biberũt gentes, & ideo commotę sunt. Et sequitur, quod ista mulier, i. sapientes, sedent & principantur super aquas, idest super populos multos, quia aquæ, sup quas mulier sedet, populi sunt & trib.

E & linguæ.infra eodem dicitur,quod ista mulier principaliter sedebat super vnam bestiam coccineam,quia tales semper habent vnam bestiam,i.vnum magistrum vel prælatum cui principaliter innituntur,quia principaliter ipsos fouet & sustinet,cui principaliter famulantur,& quem principaliter consulunt atque regunt.Et pro certo ista bestia.i.mali principes & fautores taliũ iniquorum, dicuntur coccinei, rubei & inflammati.Dicuntur etiam bestiæ, quia vere quasi omnes sunt bestiales,luxuriosi,hebetati & ignorantes. Habent etiam plura capita.i.plura castra, prædia & homagia, plura etiã cornua & plures balliuos & collaterales sibi in diuersis officijs adhærentes,quibus mediantib. multos seruos suos cornu percutiunt atque lædunt.Zac.1.Ista sunt cornua quę uentilauerũt iudam.Et talis bestia.i.tales fautores malorum,sunt pleni nominibus blasphemiæ,quia vere isti habẽt plura nomina, infamia & blasphemia plena, quia dicunt luxuriosi,raptores & malorum fautores,superbi & pomposi &c.Prou.10.Nomen impiorum putrescet. Super tales igitur innititur & sedet mulier.i.fallaces aduocati, quia istos isti domini bestiales sustinent, & tales ad literam sunt hodie vestiti,ornati,ditati,purpura,cocco,auro, lapidibus & margaritis,& cunctis diuitijs preciosis.Ps.72.Ecce ipsi peccatores abundantes in seculo,obtinuerunt diuitias. Isti.n. habent vas aureum,i.intellectũ subtilissimum,clarũ & splẽdidum quasi aurum,sed illud est plenum malo liquore,idest immunditia & abominatione fornicationis suæ. Hoc est dictu immunditia corrupta & uenenosa, sęculari scientia & copia cautelarum,quæ est abominatio coram Deo, quia sicut dicit Apostolus.1.Cor.3.Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.Isti in fronte,idest publica facie,via, nomine & apparentia sua habent scriptum vnum commune nomen,quia dicuntur babylon.i.pleni confusione & peccato, mater fornicationum terræ & abominationum, quia vere ab istis magistris & aduocatis,quasi à matribus principalib. prouenerunt mũdi fornicationes,abominationes,falsa cõsilia,prauæ consuetudines,cautelæ & malitiæ,quas isti seminant circũquaque,quæ omnia sunt abominatiua apud Deũ. Esa. 66. Anima eorum in abominationibus suis delectata est.Et isti pro certo sunt ebrij sanguine martyrum Iesu.Martyres Iesu sunt pauperes, qui in hoc mundo sustinẽt multa
F mala.Igitur istorum sanguine,i.ipsorum substantia tpali sũt tales ebrij & repleti,quia istum continue bibunt & hauriũt per excoriationes, fraudes,malitias & rapinas.¶Apostolus 1.Thes.5.Qui ebrij sunt,nocte ebrij sunt. Et maxime apparent ebrij sine sensu, quia communiter in morte deficit talib.sensus &c.Ps.106.Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius & omnis sapientia eorum deuorata est.Ista mulier,i. istæ ꝑsonę hodie tanta gloria temporali pollent,quod oẽs homines admirantur de eorum prosperitatibus.Sed vere dolorosus sequitur sibi finis,quia dicitur,quod bestia,quæ eos portabat,idest mali principes talium fautores de abysso venerunt,& tamen in interitum vadunt,de abysso.i.de diabolica inspiratione,vel simoniaca promotione, vel uiolenta oppressione,fuerunt facti principes vel ꝑlati.Iuxta illud Ozeæ 8.Isti regnauerunt sed non ex me,principes extiterunt, sed non per spiritum meum,& ideo in interitum mortis æternæ necesse est eos ire.Mulier etiam.i.iniquus iudex,balliuus vel officialis,vel quicunque malus sapiens, vsurarius seu diues,quãtum in uita sua se glorificauit, aut in delitijs fuit, tantum traditur sibi in inferno tormentum & luctus. Vnde dicitur Ozeæ 4.Gloriam eius ignominiam mutabo.Nam in una hora,s.in puncto mortis corporalis uenient plagæ eius .i.ęterna damnatio,fames sine saturatione,luctus sine cõsolatione,mors sine curatione,ignis sine extinctione. Fuerũt enim in hac vita famelici per auaritiam,lugubres per tristitiam,mortui per pigritiam,ingrati & inflammati per iracũdiam.Iõ merito eis infligitur ꝑpetua fames,luctus, mors,& ignis.Et hoc quia magnus est dominus,qui ipsos iudicat & cõdẽnat.Vnde dr̃ Ezec.14.Quatuor iudicia mea pessima,gladium,famem,bestiã & pestilentiã,mittã in Hierusalẽ. ¶Vel dic ad literam,quòd ista meretrix luxuriosa, quæ moratur super aquas delitiarum,quæ fornicatur cum regibus,i.cum clericis & religiosis,qui habẽt alios regere,cuius uino,i.cuius fallacitate, quasi omnes habitatores terrę vel patrię imbuunt,& tales sunt induti auro & purpura, & cæteris ꝑciosis,ut magis illiciant intuentes,& in frontibus ... certo scribitur nomen suũ,quia vere quilibet pő... fronte.i.in apparentia istarum quod ipsæ sunt baby... gnæ cõfusione,mr̃es & nutrices fornicationũ & abo... tionũ.Vnde Hier.3.Frons mulieris meretricis facta e... & noluisti erubescere.Ista ẽt mulier qñque habet vna... stiam,quę portat eam.i.aliquam vetulam maquerellam... est eius consiliatrix,quia communiter tale opus no... mediante aliquo fautore.Et ista pro certo est plena no... bus blasphemię,quia tales mediatrices habent nome... turpe & infame.Finaliter aũt bestia & mulier.i.mere... mediatrix uadunt in interitum mortis, & quantum h... runt hic de gloria & delitijs,tantum habebunt ibi de... tis.Vnde dicitur.1.Mach.1.Secundum multitudinem g... eius est multiplicata ignominia eius.¶Vidit Ioannes m... rem super bestiam equitantem., & illa bestia habeba... cornua:sed dicitur,quod illa cornua occiderunt mulie... illã fornicariã,& desolatam eam fecerunt,& carnes... comederunt,& ipsas ignibus cremauerunt. ¶Ista mulie... iudex,aduocatus,fornicarius & uariatus,sed acceptor... nerum & personarum,qui à bestia.i.à malo prælato su... tur & fouetur.Sed vere accidit quod cornua istius be... filij & successores istius prelati vel principis ab eo q... tur,odiunt & persequuntur illam mulierem,i.talem m... patris sui consiliarium iusto Dei iudicio operante,ip... xta sua demerita punientem, quandoque depaupera... denudant,& faciunt desolatum, & carnes eius.i.vxo... filios post eius decessum comedunt per rapinas,& eo... burunt & per diuersas tribulationes cruciant & affl... Sæpe enim accidit,quod illos, quos patres dilexerant... persequuntur,& carnibus suæ temporalis substantiæ... tur.¶Vel dic, quod mulier est diabolus vel antichristus... quo reges.i.mundi rectores & maiores fornicantur &... guntur per peccata,quia iste est,qui super aquas mu... prosperitatis sedet & peruertitur.Ista equitat bestiam... minem peccatorem,bestialem & carnalem, qui pro c... fit cornutus per superbiam & elationem.Fit etiam ha... plura capita per obstinationem & per ceruicositatem... citur etiam coccineus per sanguineam carnalitatem... etiam equitat diabolus, & ducit illum per lutum del... & diuitiarum,iuxta arbitrium voluntatis.Ista enim m... diabolus vel antichristus,habebat in manu sua pocul... reum.i.sacram scripturam,quam ipse optime expon... runtamen ipsa tunc erit plena immunditia & abomina... ne,peruersa & hæretica expositione.¶Vel poculum est... bolica tentatio,qua diabolus inebriat peccatores.Ideo... citur babylon mater fornicationum & abominationum... quia diabolus est mater omnium malorum.Isti tamen... stię suę.i.peccatori sibi obedienti dabitur interitus,... ignis & luctus.Iob 20.Luet quę fecit,nec restituetur.

CAPITVLVM XVIII TEXT...

Et post hęc vidi alium Angelum ascendentem,de cœ... lo Moralitatum Cap. 19.

VIdit Ioannes quẽdã angelũ descendentẽ de cœ... bentẽ claritatẽ Dei, & terra illuminata est à cla... eius.Qui clamauit voce magna.Cecidit,cecidit baby... magna & facta ẽ habitatio dęmoniorũ,& oĩs spũs im... & uolucris immũdę, & cũ ea fornicati sũt oẽs reges... & mercatores de uirtute diuitiarũ eius,diuites facti... iõ cõsuluit alia vox,q̃ venit de cœlo,dicẽs.Exite de e... pule meus,ne participes sitis delitiarũ eius,& de plagis... nõ capiatis,q̃a ꝑuenerũt ad cœlũ pc̃tã eius,& recor... est dñs iniquitatũ eius.¶Angelus signat Chrm̃ vel ꝑlat... ros ꝑdicatores,q̃ de cęlo.i.cęlesti ordinatione puene... pleni sũt claritate,i.lucida discretione,vel claritate... rẽtia.Iõ tota terra.i.tota patria illustrabit claritate... exẽplorũ,documẽtorũ.Lu.1.Illuminare his q̃ i tene... vmbra mortis sedẽt.Isti igit̃ clamãt alta uoce,qđ baby... mũdus cecidit & corruit à statu & rectitudine veri... facta est hodie habitatio dęmoniorũ, i.crudeli auar... & raptorum,spũs immũdi.i.immundorum,luxurioso... omnis volucris immundæ.i.sublimium & superbo... cut dr̃.1.Io.2.Oẽ,quod est in mundo, aut est concup... carn...

... aut oculorum,aut superbia vitæ.Nam reges terræ & mundi principes,qui alios habent regere,vel etiam clerici & religiosi,cum ista ciuitate,i.cum mundo fornicãtur,se ei commiscendo,& de eius negocijs se occupãdo.Mercatores ... & operarij i ista ciuitate, lucris & delitijs sunt ditati ꝑ auaritiam.Et iõ sequitur cõsilium.Exite de ea,s.ipsam contẽnendo mentaliter,vel religionem intrando corporaliter, & ne sitis participes in eius vitijs, ne plagis ipsius & damnationibus pereatis,quia pc̃tã eius ad cœlum ante dñm ascenderũt, ita quod necesse hẽt Deus recordari iniquitates eius, & has rigore iustitiæ vindicare &c.¶Erat quędam mulier meretrix circundata auro & lapidibus preciosis, & diuitijs infinitis, cum qua ipsi reges terræ fornicabantur & de cuius diuitijs negociatores terræ ditabant̃,quæ tanta gloria pollebat, quod ipsa dicere videbatur.Sedeo vt regina,& vidua non sum, & luctum non videbo.Sed dr̃,quod quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tm̃ detur ei tormentum & luctus.Nam vna hora venerũt istæ plagæ,luctus,mors,fames & ignis,& igne est succensa.Et dicitur ibi,quod reges, qui cum ea fornicati sunt,& mercatores,qui ex ea sunt ditati,planxerũt & doluerunt de longe cum steterunt, præ timore videntes fumum incendij eius & dixerunt.Ve ve,ciuitas illa magna,quę amicta erat purpura & bysso,& cocco, deaurata auro & lapide precioso & Margaritis, quoniã in vna hora destruitæ sunt tãtæ diuitiæ. ¶Mulier ista vel ciuitas significat ecclesiam vel religionem,quæ dicitur mulier, quasi mollis aer. Ista debet esse mollis per benignitatem, aer etiam per conscientiæ puritatem. Dicitur ciuitas quasi ciuium vnitas per concordiam. Ista dudum amicta erat bysso,idest castitatis puritate.Purpura,idest martyrij siue constantiæ stabilitate.Cocco, idest ardenti charitate.Auro,idest sapientiæ claritate.Argẽto,idest eloquentiæ venustate.Margaritis, idest sanctorum virorum & bonorum multiplicitate.Lapide precioso idest omnimoda sanctitate.Ideo tũc poterat dicere. Sedeo vt regina vidua non sum. Quia vere ecclesia & religio antiquitus sedebat, quiescebat, regnabat & principabatur, & hoc quia vidua tunc non erat,quia tunc erat desponsata viro proprio suo, i. Deo vel bono prælato, ideo non patiebatur luctum nec desolationem.Sed quid.Pro certo hodie potest dicere ecclesia vel religio illud.Vidua mulier ego sum,vir meus mortuus est,quia viri ecclesiæ,i.boni prælati mortui sunt,& ideo ista mulier est fornicaria, quia reges terræ,idest moderni prælati cum ea fornicati sunt, quia non sunt proprij viri sui, quia tot sunt vitijs intenti,ꝙ digni non sunt ei copulari nec coniungi.Mercatores autem sunt illi,qui per simoniam emunt ecclesiæ beneficia vt ditentur.Et breuiter ita fuit,quod quãtum habuit antiquitus ecclesia de delitijs ,honore & gloria tantum habet hodie de tribulationibus & dolore. Nam hodie venerunt plagæ eius. s.luctus per recordationem præteritæ prosperitatis.Fames penuriæ & paupertatis,quia hodie auferunt sibi principes bona temporalia. Mors, quia caret vita gratiæ & deuotionis.Ignis,i.ardor tribulationis,vel fames auaritiæ & ambitionis. Et ideo quia ecclesia tanta hodie patitur,reges fornicarii,mali prælati & negociatores & simoniace promoti in ecclesia timent hodie videntes ecclesiam succumbere,lugent etiam & contristentur, dum desolationem ecclesiæ contemplantur.De longe tamen stant q̃a nullus est,qui appropinquat ad pugnandum pro ecclesia cõtra principes & tyrannos.Ma.16.Petrus autem à lõge sequebatur,vt videret finem.Petrus dico,idest clericus. Petrus tamen non fuit à longe in mẽsa in cæna,sicut nec prælati nec clerici sunt longe, quando debent capere fructus vel præbendas &c.Psalmista.37.Amici mei & proximi mei de lõge steterunt.Et alibi.Psalmist.108. Qui oderunt me, expugnabant me gratis.Hodie potest dici de ecclesia, quod sequit̃. Ve ve,ciuitas illa magna.Ve,dico temporaliter quo ad pœnam.Ve,dico spiritualiter quo ad culpam.Ve,dico ciuitas magna,quę bysso puritatis dudum fuit operta,auro sapientiæ, argento eloquentiæ,purpura firmitatis,cocco charitatis,& lapidibus omnimodæ sanctitatis.Et quare ve?quia vere hodie destitutæ sunt tantæ diuitiæ.Iob.20.Diuitias, quas deuorauit,euomet & de uentre eius extrahet eas Deus.¶Vel dic, quod ista mulier potest significare diuites mundi,qui fulgẽt auro,lapidibus & diuitijs infinitis,gloria, prosperitate etiã temporali,qui quandoque spoliant se gloria sua, & veniũt ad magnam paupertatem, famẽ & luctum tribulationem, C
infortunium & tormentum,& tunc reges,i. principes & ꝑlati,qui prius ipsos sustinebant & fouebant, & se eis cõmiscebat ab eis consilia petendo vel eos gubernando negociatores etiam,i.noti & familiares,qui ab eis & per eos beneficia,diuitias & officia obtinuerunt de longe stant,non curãtes amplius de ipso nec ipsi adiutorium facientes.Lugẽt tamen & desolantur,& quandoque verba lugubria dicũt,sed illud est totum,quia nullus est,qui sibi manum porrigat adiutricem,sed dñt.Ve, ve, ciuitas illa magna. Magnũ damnũ est (inquiunt) de isto infortunio.Vnde illud Treno.1.Nõ est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.¶Dicitur,quod mulier meretrix ciuitas babylonica,quando cecidit & corruit,non habuit amplius diuitias,quas prius habebat. Vnde dicitur,quod ipsa perdidit aurum & argentum,lapides preciosos,margaritas,byssum,purpuram,cocceum, sericum,lignum,thus,ebur,ferrum,æs,marmor,cinamomum,aromata,vnguentum,vinum,oleum,triticum,similam,copiam armentorum,ouium,equorum , thedarum , mancipiorum & pomorum.Et breuiter dr̃,quod omnia desiderabilia sua recesserunt ab ipsa,& ipsa succensa est igni,& timuerunt omnes,qui nauigabant mare videntes locum incendij eius.Cęlum autem & sancti eius exultauerunt de eius destructione, quia ipsos cruciauerat,dum durabat.¶Ista mulier significat mundi sapientes & diuites,qui pro certo quando corruunt in inferno per mortem,tunc isti perdunt omnia prospera, perdunt enim aurum mundanę sapientię,argentum eloquẽtiæ,lapides & margaritas,i.copia amicorum. Nã amici carnales nec volunt nec possunt eos iuuare.Spirituales,i.sancti qui sunt in gloria,ipsos contemnunt & abhorrent.Vnde dicitur.Treno.1. Omnes amici eius spreuerunt eam , & facti sunt ei inimici.Item ibi non est byssus puritatis,purpura dignitatis,quę est vestis regum,sericum honestatis,de quo fiũt paramenta,coccus charitatis,lignum thuris,quod est imputribile constantiæ & firmitatis,cessabit etiam ibi ebur exterioris pulchritudinis, æs resonans & impatientis celsitudinis,ferrum crudelitatis,marmor durum longanimitatis,ci- D
namomum & ornamenta populorum,famositatis unguenta,& thus,i.lenitas & suauitas laudis & adulationis,vinũ & oleum mundanæ consolationis,simila & triticum,idest abũdantia corporalis delectationis,oues & boues,equi,rhedæ, idest abundantia temporalis facultatis. Et breuiter omnia desideria eorum,quicquid habebãt de bonis gratuitis & fortuitis cuncta perdunt.Quia sicut dicitur Treno.1. Manũ suã misit hostis,i.Deus per potẽtiam & sententiam, qui odio habet omnes peccatores,ad omnia desiderabilia eius,& inimici eius apprehenderunt eam inter angustias & plus etiã ipsi succensi sunt igne inextinguibili.Cœlum autem & sancti populi,& tota curia cœlestis de hoc non tristatur, sed lætatur,quia diuinam sententiam approbant, de rigore iustitiæ Deum laudant,& maxime lætantur de damnatione eorum, qui se & alios,dum viuerent,cruciabant.Vnde in libro.Sapient.5.Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos,qui se angustiauerunt & cætera. Ideo vere nos, qui nauigamus per hoc mare magnum, debemus timere locum incendij istius,scilicet damnationem istorum finium, idest infectionem suorum horribilium tormentorum, & cauere ne in simile periculum incidamus.Prouerb.19.Quia pestilente flagellato sapientior erit prouidus Sapient.5.Videntes igitur turbabuntur timore horribili.¶Vel expone de ecclesia, quę vr̃ hodie quasi dãnata, & quasi corruisse, & oĩb. supradictis str̃ carere &c.¶Vidit Ioannes angelum unum, qui habebat vnum lapidem molarem,& misit in mare dicens.Hoc impetu mittetur babylon illa magna ciuitas, & vltra nõ inuenietur,& vox citharedorum & musicorum non erit in ea, & vox molæ & vox sponsi & sponsæ non audietamplius, lux lucernæ non lucebit in ea.¶Sic vere quando angelus Christus proiecerit peccatores amaros,lapidem maiorem,i.durã sententiam & põdus æternæ dãnationis,quæ ipsos in inferno molet & conteret in tormentis,s.in die iudicij mittet & tunc dr̃ fulminata sententia,babylon,i.reproborum cõgregatio impetuose & cito mittetur in infernum, ubi non erit uox citharæ,idest lætitia alicuius canoris & vox molæ, idest panis delicatus, scilicet delectamentum alicuius saporis,nec vox sponsi,idest coniunctio alicuius amoris, nec

E lux lucernæ,ideſt limpitudo alicuius ſplendoris, quia aufe-
retur ab impijs lux ſua.Iob 38.

CAPITVLVM XIX TEXTVS.

Poſthæc audiui quaſi vocem magnam tubarum mul-
tarum . Moralitatum Cap. 20.

Damnata muliere meretrice, facta eſt in cęlo lætitia ma
gna , & quattuor animalia & vigintiquatuor ſeniores
dixerunt.Alleluia. Et audita eſt vox quaſi aquarum multa-
rum & tonitruorum dicentium,alleluia.Et hoc quia iudica-
uit Deus de muliere meretrice magna,quę corripuit terram
& vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manib. ſuis.
Et dicitur,quod laudem dicebant Deo puſilli & magni , qa
regnabit Deus noſter in perpetuum,& venerunt nuptiæ, &
vxor agni parauit ſe ,'& datum eſt ei vt cooperiat ſe byſſo
candido & ſplendido,qui ſunt iuſtificationes, & proclama-
tum eſt ſcriptum ęditũ , illud .ſ.beati,qui ad cœnam nuptia-
rum agni vocati ſunt.¶Sic vere quando mulier meretrix,i.
congregatio reproborum erit damnata & iudicata in iudi
cio,tunc animalia quattuor,ideſt euãgeliſtæ,ſeniores , ideſt
prophetæ & patriarchæ erunt in magna lætitia & conſola-
tione.Tunc enim omnes beati alta voce dicẽt,alleluia,& pu
ſilli & magni laudabunt dominum,& Deus ſimiliter regna-
bit cũ eis in æternum.Vnde Eſ.51.Gaudium inuenitur in ea,
gratiarum actio & vox laudis.Ipſi enim beati gaudebunt de
iuſtitiæ impletione,de malorum damnatione, & de ſua ſal-
uatione,& ſanguinis cruciatu,& pœnæ bonorum uindica-
tione.Tunc enim erunt nuptiæ agni,i. conſolatio & feſtiui-
tas ſempiterna, vbi agni vxor, ideſt eccleſia militans , tunc
triumphans erit parata & ornata dotibus animæ & corpo-
ris,& opera byſſo ſplendido,ideſt æternæ gloriæ charitate,
& candore puritatis iuſtitiæ & ſanctitatis, & tunc verũ erit
decretum Dei, quod beati erunt qui ad cęnam agni uocati
ſunt.Lu.14.quia beatus eſt hõ,ꝗ manducabit panẽ in regno
Dei. ¶Vidit Ioannes cœlum apertum , & ecce equus albus
& qui ſedebat ſuper eum,vocabatur fidelis & verax , & cũ
F iuſtitia iudicabat & pugnabat,& oculi eius ſicut flãma ignis
& in capite eius multa diademata,habens nomen ſcriptum
quod nemo nouit niſi ipſe. ¶Et veſtitus erat veſte ſanguine
aſperſa,& vocabatur nomen eius verbum Dei,& exercitus,
qui in cœlo ſunt,ſequebantur eum in equis albis veſtiti byſ
ſo albo & mundo, & in ore eius gladius ex vtraque parte
acutus,& in ipſo percutiebat gentes, & regebat eos in vir-
ga ferrea,& habebat ſcriptum in fœmore ſuo.Rex regũ,do-
minus dominantium. Et iſte apprehendit vtranque beſtiã,
& miſit eam in ſtagnum ignis & ſulphuris.¶Iſte ſignificat vi-
rum perfectum & bonum prælatum, principem ſeu regem.
Ille enim debet habere equum album , ideſt corpus mũdum
& immaculatum ac caſtum . Equus enim corpus ſignificat.
Vnde Eſaia.31.Equi eorum caro,& non ſpiritus. Iſte debet
eſſe fidelis in commiſſis,verax in promiſſis,iuſtus in iudicã-
dis,fortis in dimicando contra malos & aduerſarios eccle
ſiæ,& contra diabolum reſiſtendo.Pſalmiſt.57. Iuſte iudica-
te filij hominum.Oculi eius,ideſt intellectus & mens, debẽt
eſſe ſicut flamma ignis per chariſſimam diſcretionem In ca
pite autem ideſt in mente debet habere multa diademata,i.
multimodam virtutem & perfectionem,quibus anima eius
debet eſſe coronata & ornata,quia in capite eius debet eſſe
corona ſtellarum duodecim ſupra.12.Nomen iſtius,i.ſua ꝑ-
fectio,ſua fama,ſua bonitas debet eſſe tantummodo ſibi no
ta,quia non debet alijs propalare , nec perfectionem ſuam
per iactantiam,& hypocriſim declarare , ſufficit enim ſibi
quod ſolus ſciat.Vnde in Prouer. 25. Secretum extraneo nõ
reueles.Et Eſa.24.Secretum meum mihi . Veſtis enim,ideſt
exterior apparentia debet eſſe aſperſa ſanguine , quia vere
ſanguis & pœnalitas & paſſio Chriſti dẽt in conuerſatione
cuiuslibet relucere per pœnitentiam , & macerationem,&
paſſionis compaſſionem,vel ſanguis,ideſt pęna,labor,& mi
ſeria aliorum,debet per compaſſionem ipſum tingere & e-
ius affectum doloribus colorare . Vnde Eſa.63.Aſperſus eſt
ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea . Etiam iſte debet ha-
bere verbum Dei per ſcripturæ prædicationem , quia ſicut
verbum declarat mentem , ſic iſte prædicandõ debet men-
tem,& voluntatem cuiuslibet declarare. Et ſi talis fuerit,ra
tionabile eſt quòd exercitus cœli,ideſt collegium,co
tus,villæ,patriæ ſibi ſubiectæ , ſequantur eum per c
tiam & imitationem & cæteræ perſonæ infirmæ & im
ctæ,& maxime ſubditi ſui,qui ſi prælatus talis fuerit,ſequ
tur eum in equis albis, ideſt in corporibus puris & mu
eum imitando & obediendo. Vnde dicitur Apocalip.14.
ſequuntur agnum quocunque ierit.Iſte igitur debet habe
gladium in ore,ideſt auctoritatem verborum & ſententia
iudiciariam bis acutam , ſcilicet vnam ad ſeuere punie
obſtinatos,aliam ad benigne caſtigandum pęnitentes.¶
gladius biceps eſt vtrunque teſtamentum,quẽ prælatus
bet habere,& ideo talis debet ꝑcutere & regere ferrea
ga,ideſt dura correctione ferire gentes,& impios ſine le
viuentes.Vnde ipſe debet calcare torcular vini furoris
mini,hoc eſt dictu,quod ipſe debet eſſe miniſter & execu
furoris,ideſt diuinæ iuſtitiæ contra malos.Vnde Eſa.63.To
cular calcaui ſolus & cætera.¶Vel dic,quod iſte eſt Chriſt
cuius equus,ideſt beata virgo vel propria caro fuit alba &
immaculata,veſtis eius,ideſt humanitas,fuit ſanguine ma
data,exercitus cœli, ideſt angeli & chriſtiani ſequuntur e
honorando vel obediendo. Vel exercitus,ideſt iudæi &
tiles fidem eius credendo,in equis albis,ideſt innocentia
baptiſmalem acquirendo.Iſte habet gladium,ideſt duram &
bicipitem ſententiam,ſcilicet corpus & animam conde
nando,& ipſe calcat & percutit gentes & impios ſine le
viuentes,patris iudicium exequendo,& iſte eſt fidelis,vera
& iuſtus & verbum Dei,cuius nomen nullus proprie ſci
ſi ipſe,qui habet diademata,ideſt dignitates infinitas,
rex regum & cætera.Loquente ergo quodam angelo Io
ni:Ioannes uoluit ipſum pronus in terra adorare,ſed
ei angelus.Vide ne feceris.Conſeruus enim tuus ſum &
fratrum tuorum & cætera.Dicitur autem in Geneſi.18.qu
Abraam videns tres angelos adorauit & cętera.¶In
attende nobilitatem humanæ conditionis.Nam angelus
dens naturam humanam deificatam uerbi incarnatione
tiam ex hoc totam naturę nobilitatem timuit, noluit
homine adorari,& tamen ante Chriſti aduentum perm
re videbatur,ſicut in Abraam eſt oſtenſum,quando tres
gelos adorare noluit,quod ipſi permiſerunt. Vidit Ioan
quendam angelum ſtantem in ſole,qui uoce magna cla
bat cunctis auibus uolantibus per medium cæli,quod co
gregarentur ad cænam agni Dei, vt manducarent car
tribunorum fortium equorum,& ſedentium in ipſis,& c
nes omnium ſeruorum,puſillorum & magnorum. ¶Iſte
gelus eſt Chriſtus,qui in ſole ſtat, ideſt in ſplendore gl
æternæ,in qua veniens ad iudicium,apparebit facies e
cut Sol lucet in virtute ſua.Iſte enim in iudicio clamabi
aduocabit uolucres cęli,ideſt dæmones , vt ibi conuen
ad cęnam Dei,ideſt ad diem iudicij , vbi carnes, quæ in
in ueſte, ideſt animas , quæ latent ſub corpore fort
tribunorum ideſt impiorum principum & ſuperiorum
quorum, ideſt mulierum corruptarum , ſuorum ſed
luxurioſorum ſeruorum,ideſt malorum religioſorum
giſtrorum,ideſt diuitum auarorum,puſillorum, ideſt m
rum pauperum & minorum,perpetuo crucient & ma
cent . Vnde Deuteron. 32. Dentes beſtiarum mitta
eos,& deuorabũt eos aues morſu amariſſimo.Dentes e
& morſus auium ſignificant immanitatem diabolicæ
delitatis , quæ damnatos lacerabit. ¶Vel dic quod a
lus,qui ſedebat in ſole ideſt in mundanæ gloriæ ſplen
eſt magnus princeps uel prælatus,impius tamen,& pa
qui ſemper ſecum vult habere aues , quæ volant pe
lum ideſt viros ſuperbos, crudeles & raptores, tale
ciunt de domo & familia ſua,& tales malos & iniques
ciunt ſecum conuenire ad cœnas, feſta , conuiuia &
tia domus ſuæ . Sed quid? Certe ut ipſi comedant,rapi
excorient atque vaſtent carnes ideſt vaſtent tempor
ſubſtantias illorum de terra ſua,magnorum,puſillorum
uorum tribunorum,ideſt ſubditorum,uaſallorum &
ideſt diuitum agricolarum, qui ex fortitudine labor
bẽt illud,quod habent.Et breuiter tales iniqui, rapto
ſuperbi non tenentur in officio principum & magiſt
niſi vt diuitias & munera extorqueant pro magiſtri
nec falco mittitur niſi ratione prædæ,quam procura
giſtro ſuo.Vnde dicitur Gen.25. Iſaac diligebat Eſau,
ntione eius veſcebatur.¶Vidit Ioannes beſtiam,& re-
ges terræ & exercitus eorum congregatos ad faciendũ bel-
lum cum illo,qui ſedebat in equo albo,& exercitu eius , &
apprehẽſa eſt beſtia & pſeudo propheta,qui ſeducebat eos
qui acceperant characterem beſtię,& adorauerunt imaginẽ
eius,& miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis,& ſulphuris , &
cæteri occiſi ſunt gladio,qui ex ſedentis ore procedit,& oẽs
aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.¶Iſta beſtia eſt diabolus
Reges terræ & exercitus eorum familiares iudices, qui mũ-
dum regunt & ibi regnant.Et iſti igitur pugnant & contra-
dicunt contra ſedentem in equo albo,ideſt in corpore mũ-
do habitat & moratur. Et cum exercitu eius ideſt contra il-
los,qui ſunt boni & iuſti, quia bonum eſt contra malum, &
contra vitam mors,& contra virum iuſtum peccator. Sed
finaliter vere in morte uel in iudicio,beſtia & ſui reges & e-
xercitus,i.diabolus & mundi diuites cum ſuis imitatorib.ap
prehendentur,& in ſtagno ignis,hoc eſt in abundãtia infer
nalium tormentorum,vbi eſt ardor & ignis inextinguibilis
ſulphur & fętor intolerabilis mittentur,& gladio ſuæ diui-
næ ſententiæ ferientur,& ab auibus cœli.i. à demonibus vo
rabũtur,vel ab auib.i.ab angelis Dei ſententiæ executorib.
damnabuntur,& maxime pſeudo prophetæ , & illi, qui be-
ſtiam.i.diabolum faciunt adorari,ſ.illi,qui alios incitant ad
peccatum.Quia ſicut dicit Apoſtolus Ro.1.Non ſolum qui
talia agunt digni ſunt morte,ſed etiam hi, qui eis talia con-
ſentiunt.¶Vel dic ꝙ beſtia eſt Antichriſtus.Propheta ſignifi-
cat ſuos apoſtolos.Reges & exercitus ſunt ſui ſequaces , &
eum recipientes,qui omnes igne & ſulphure,ardore , feto-
re & gladio,ideſt diuinæ ſententiæ rigore damnabuntur,&
auibus ideſt dæmonibus deuorandi perpetuo exponentur.

CAPITVLVM XX TEXTVS.

Et vidi angelum deſcendentem de cœlo habentem
clauem abyſſi.Moralitatum Cap. 21.

Vidit Ioannes quendam angelum deſcendentem de cę
lo habentem clauem abyſſi,& habebat cathenam ma
gnam in manu ſua,& apprehendit draconem ſerpentẽ anti
B quũ,qui eſt diabolus,& ligauit eum in carcere per mille an-
nos,& ſignauit ſuper illũ ne ſeducat amplius gẽtes, & poſt
oportet ipſum modicum ſolui,quando videbunt ſedes , &
ſedebunt ſuper eas & iudicium datum eſt illis. ¶Serpens il-
le fraudulentus eſt vſurarius vel aduocatus,uel aliquis aua-
rus & diues,qui eſt ſerpentinus tortuoſus,malitioſus , vene
noſus diabolus,& ſathanas, ideſt aduerſarius omnibus tri-
bubus & vicinis,quia manus eius contra omnes &c. Gene.
16.Qui etiam bene dr̃ antiquus quia tales iniqui vt commu-
niter diu viuunt.Angelus teſtamẽti Chriſtus de cœlo deſcẽ-
det ad iudicium in valle Ioſaphat & pro certo habebit cla-
uem abyſſi ideſt poteſtatem claudendi & aperiendi infer-
num,qui dicitur abyſſus ideſt ſine byſſo ideſt ſine candore lu
cis & claritatis.Illud enim claudit bonis,& aperit malis.Vn
de dicitur.Apo.1.Habebit clauem mortis,& inferni. Et ali-
bi.Apo.3.Qui claudit & nemo aperit &c.Iſte enim habet ca
thenam,ideſt poteſtatem ligandi & incarcerandi , & æter-
nis vinculis condemnandi. Iſte finaliter apprehendet iſtos
dracones & ſerpentes,ideſt iſtos auaros inflammatos , tor-
tuoſos & malitioſos pauperum aduerſarios & nociuos , li-
gabitque in carcere infernali per mille annos, ideſt per tẽ-
pora longiora uſque ad iudicium,& ſignabit ſuper eos ſigil
lum,ſ.æternæ damnationis ſuper ipſos concludet,quod nul
lus poterit aperire.Et hoc quidem faciet Deus,vt non ſedu
cant amplius pauperes & vicinos, quos ſuis falſis conſilijs,
fraudibus,malitijs,vſuris & rapinis dum viuerẽt ſeducebãt.
Vnde Eſa.14.Heu cecidiſti qui vulnerabas gentes,vt dicitur
in Pſ.124.quod non reliquet Deus virgam peccatorum ſup
ſortem iuſtorum &c. Quando tamen iudicium venit , ideſt
ſedes & throni poſiti fuerint, tunc tales modico tempore
ſoluentur,& dum corpus reſumpſerint , & iudex iudicaue-
rit, tunc ſtatim in corpore & anima tales iterum ad ſuppli-
cium rapientur,& in æternis tenebris includentur. Iob. 12.
Si incluſerit,nemo eſt ꝙ aperiat.¶Vel dic ꝙ qñ Chriſtus de-
ſcendit de cœlo per incarnationem,tunc attulit ſecum cla-
uem & catenam.i.poteſtatem includendi & ligandi dæmo-
num & draconem antiquum,i.luciferum , Quod etiã in ſua
paſſione fecit,vt non ſeducat homines ſicut prius.Iſte tamẽ C
iterum ſoluetur. ſ.tempore antichriſti ſecũdum aliquos,ſed
illuderit modicum.ſ. per tempus & tempora & dimidium
temporis & tunc vſque ad iudicium durabit , ſed ſtatim fa-
cto iudicio,perpetuo erit clauſus.¶Dicitur hic,ꝙ poſtquam
ſedes poſita fuerit,& iudicium factum fuerit,illi,qui decol-
lati ſunt per teſtimonium Ieſu, & qui non adorauerunt be-
ſtiam,nec receperunt imaginem eius, uel eius characterem
in frontibus ſuis & in manibus regnabunt cum Chriſto per
mille annos. ¶Sic vere facto iudicio decollati propter Ieſũ
ideſt Martyres qui non adorant beſtiam.i.qui non obediũt
carni propriæ.i.virgines & continentes,ꝗ imaginem mũda-
næ proſperitatis , nec characterem diabolicæ ſuggeſtionis
recipiunt,vt omnes ſancti confeſſores, omnes tales pro cer
to cum Chriſto ſunt regnaturi.¶Dum conſummati fuerint
mille anni,ſoluetur Sathanas de carcere ſuo, & exibit & ſe
ducet gentes,quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ,gog &
magog,& congregabit eos in prælium,& aſcendet ſuper al
titudinem terræ,& circunibunt caſtra ſanctorum, & ciuita-
tem dilectam,& deſcendet ignis de cœlo & deuorabit eos,
ſeductor autem cum beſtia miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſul
phuris,die ac nocte cruciãdus.¶Gog & magog, ꝗ ſunt duo
montes,vel ſecundum aliquos duo caſtra in ſyria orientali
vltra montes rifeos,ſignificant duos ſtatus.ſ.clerum & reli-
gionem,& qui ſunt ſuper angulos terræ, ſignificant terre-
nos,cupidos & auaros,qui terrenis operibus ſemper vacãt.
Sathanas,qui quandoque exijt de inferno , & venit tentare
fideles,iſte dico exit hodie,& ſeducit illos,ꝗ ſunt ſuper an-
gulos quattuor terræ,gog & magog.i.illos,qui in mundo &
in clauſtro habitant & illi,qui inhiant per ambitionẽ & aua
ritiam diuitijs temporalibus & terrenis,nam tales faciliter
congregantur ad prælium,quia faciliter propter tempora-
lia ſurgunt prælia,lites, iurgia,diſcordiæ & appellationes.
Nam tales hodie auari,qui ſunt quaſi innumerabiles,intelli
guntur aſcendere ſuper terræ altitudinem.i. ſuper alta offi-
cia,dignitates,beneficia clauſtralia vel ſecularia . Iſti inua- D
dunt caſtra ſanctorum.i.bona ſimplicium & pauperum, &
ſanctorum iuſtorum.Ciuitatem etiam dilectam & ſanctam
religionem eccleſiam & aliorum ſtatus circuneunt & con-
turbant,ipſum cõcludere uolentes uerbis & iniurijs bonos
grauant.Pſ.58.Famen patientur vt canes,& circunibunt ci-
uitatem.Sed verè finaliter ignis æternus infligetur eis de cę-
lo,ideſt à cœleſti ſententia & diuina , & deceptor eorum.i.
diabolus,in ſtagno ignis cum beſtia,i. cum peccatorib. po-
netur,dire perpetuo cruciandus.¶Vel dic ꝙ ſathanas & ad-
uerſarius eſt bilinguis verborum relator, quo ſeducente &
obloquente,tam in gog quam in magog,i.in mundo & reli
gione multi inuicem præliantur,detrahunt & loquunt̃. Iſti
caſtra ſanctorum,i.ſtatus bonorum circuneunt,& explorã-
do inſidiantur,& ciuitatem religionis & eccleſiæ detractio-
ne lacerant & prædãtur.Sed vere finaliter ſuper tales rebel
les,detractores,litigioſos,& ſuper ſathanam,i. ſuper huius
relatorem,ignis,i.æterna dãnatio de cęlo veniet,& eos dñs
damnabit,& æternis incendijs fulminabit.Vñ Lucę.12.Ignẽ
veni mittere in terrã .¶Vel dic,ꝙ talis ſathanas ſignãt mali
tioſo baliuos,ꝗ non ceſſant cõtra eccleſia principes cõcita
re,quapp iuſtũ eſt eos in inferno igne interire.¶Vel dic,ꝙ il
li,ꝗ in clauſtro vel religione vocãt circa temporalia nego-
cia, faciliter ꝑliant̃ ꝑ diſcordiam,& igniũt ꝑ auaritiã,terrã
volunt aſcendere per ambitionem,caſtra circuneũt per ſui
oſtentationem &c.¶Vidit Ioannes thronũ candidũ & ma-
gnũ,& ſedentem ſuper eũ,à cuius cõſpectu fugit cęlũ & ter
ra,& tunc mare,mors & infernus dederũt mortuos ſuos.Et
ſteterunt mortui,puſilli & magni in conſpectu throni,& li-
bri aperti ſunt,& iudicati ſunt ſ̃m ea,ꝗ̃ ſcripta erãt in libris
& ſ̃m opera eorundem,& apertus eſt alius liber, ꝗ erat li-
ber vitæ,& ꝗ non eſt inuentus in libro vitę ſcriptus, miſſus
eſt in ſtagnũ ignis & ſulphuris.¶Thronus iſte ſignificat celſi
tudinem maieſtatis, in qua Chr̃s ſedebit qñ in iudicio appa
rebit.Ita.n.magnifice ueniet,qđ à cõſpectu ſuo.Cęlũ & ter-
ra fugient,inquãtum à ſtatu & forma priſtina mutabunt̃, &
trãſibunt ad ſpeciẽ pulchriorẽ.Et tũc mare,infernus, mors
& terra dabunt mortuos ſuos,qa reſurgent mortui vbicũ-
que fuerint,& ſtabunt in valle Ioſaphat in conſpectu thro
ni,i.in conſpectu iudicis noſtri Chr̃i.Vñ Apoſtolus 2.Cor.5.

E Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Et nunc libri, ideſt ſingulorum conſcientiæ aperientur, ita ꝙ alter in alterius conſcientia intuebitur quicquid boni aut mali fecerit in hac vita, & quicquid alij fecerunt dum viuerent, & ſic ſecũdum huiuſmodi ſcripturam, i. opera ſiue merita vel demerita, recipiẽt iudicium vniuerſi. Liber etiam vitæ, i. ſecretum mentis diuinæ tunc erit apertus. Et qui per pdeſtinationem & acceptionem ibi ſcriptus non fuerit, ab æterno neceſſe habebit damnari, & in ſtagno, ideſt in abundantia ignis perpetuis incendijs aſſignare. Vnde Exodi. 32. Qui peccauerit in me, delebo illum de libro meo, quẽ ſcripſi &c. ¶Vel dic, quòd à conſpectu iudicis, i. à cõſideratione iudicij, mors, i. fœtidus, immundus & luxurioſus, mare, i. tumens & fluctuoſus, ſuperbus, infernus, i. inſatiabilis auarus, debẽt dare, vomere, & confiteri mortuos ſuos. i. vitia & pecata, & libros conſcientiarum aperire, & à ſacerdote iudicari, & pœnam condeſcendentem ſubire, alioquin in libro vitæ. i. æternæ gloriæ non ſcribẽtur, & ſic igne perpetuo cremabuntur. ¶Vel dic, quòd quando iudex habet ante thronum ſuos mortuos ideſt ſuas perſonas accuſatas, tunc vere debet facere, quòd libri aperiantur, & quòd ſingulorum merita eluceſcant, & ſecundum ea debet eos iudicare. Veruntamen quicquid apparet in libris, ideſt in libellis & accuſationibus ſeu proceſſiuus ſingulorum, ipſe tamen à parte ſua ſemper debet habere librum vitæ, ideſt conſcientiam bene regulatam, æquitatem & myſterium cum pietate & clementia moderatam, vt ſic ſecundum merita iudicet æqualiter. Et nota iſtum iudicem, quod cœlum & terra fugit à conſpectu eius, quia vere totus mundus ſolet tremere in conſpectu iudicis in iuſtitia iudicatis. Iudex enim debet eſſe rigidus & auſterus in apparentia, mitis & benignus in conſcientia. Vel dic, ꝙ liber eſt voluntas & amor iudicis in quo omnis iudicandus qui ſcriptus non fuerit per acceptionem & recommendationem & munerum præſentationem, vel alias, vere neceſſe habet mitti in ignem & tribulationẽ, ſine remedio condemnari, quia ſi quis non dederit more eorum quippiã, ſuſcitabit ſuper eum prælium.

F

CAPITVLVM XXI TEXTVS.
Et vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum. Moralitatum Cap. 22.

VIdi (inquit Ioannes) cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt & mare nõ eſt. ¶Cœlum altum ſignificat ſuperiores, terra infima, ſubditos & inferiores. Cœlum ſtellatum ſignificat eccleſiam vel religionem, vbi ſtellæ. i. claræ, honeſtæ & diſcretæ perſonæ debent lucere per doctrinam & exempla. Terra autẽ ſignificat ſeculares. Cœlum igitur & terra ſunt hodie noua, quia omnes mundi ſtatus ſunt hodie innouati, & à bonis primis conſuetudinibus immutati, quia vere moderni ſtatus nõ videntur eſſe illi qui primi. Primum enim cœlum & terra abijt ſed pro certo, mare iam non eſt. Eſt enim ibi facta talis mutatio. i. amaritudo pœnitẽtiæ iam ceſſauit in ſeculo & in claſtro. Pſ. 113. Quid eſt tibi mare, quod fugiſti &c. Nunc enim mare. i. pœnitentia Iordanis. i. deuotio, fugerunt & defecerũt. ¶Ioannes ſublatus in ſpiritu in montem magnum, & altum, vidit quandam nouam & nobilem ciuitatem, ornatam cum omni lapide precioſo, ita menſuratam, ꝙ longitudo, latitudo, & altitudo erant æquales, & erat ciuitas aurum mũdum, Deus erat lucerna, & templum eius in ea non erat, nec Sol nec Luna illi lucebant, quia lucerna eius eſt agnus & portæ eius non claudebantur die ac nocte, nihil coinquinatum intrabit in illam. ¶Ciuitas iſta moraliter eſt vir pfectus vel beata virgo. Iſta videlicet in monte alto, i. in eminentia ſanctitatis, ornata eſt omni lapide precioſo, i. cum gratia & virtute. Vnde dicitur Eze. 8. Omnis lapis precioſus operimẽtum tuum. Iſte igitur eſt menſuratus & adæquatus, temperatus & moderatus in tribus diuiſionibus, ſ. longitudine fidei, & in altitudine ſpei, & in latitudine charitatis. Ro. 12. Eſt. n. in fide neceſſaria menſura, quia nõ plus ſapere quam oportet ſapere. In ſpe etiam, ne forte ſpes degeneret in præſumptione. Etiam in amore, ne forte exeat terminos ad corruptionem, & ideo tota ciuitas. i. totus homo debet eſſe aurũ mundum. Aurum dico, & ideo dico, ꝙ lucerna eius eſt agnus quia vere claritas agni, i. ſcientia debet hominem illu-
re & illuſtrare per ſpiritualem diſcretionem. Debet hũ-
cor mundum, & ideo nihil coinquinatum, i. nullum vitium
debet intrare in eum per opera vel conſenſu. Dicitur etiam
habere templum ſuum, & nihil adorare, nihil credere nõ
Deum. Portæ etiam eius, ſ. voluntas & ſenſus debent eſſe ap-
tæ, ad recipiendum bonam doctrinam & bona exempla. Vn
de Zach. 11. Aperi libane portas tuas. ¶Vel dic ad litteram,
ꝙ porta debet eſſe aperta omnibus per hoſpitalitatem. Vn
de Iob 13. Foris non manſit peregrinus, hoſpitium meũ va-
tori patuit. Illud maximè habuit beata virgo, quia ſemper
eſt aperta ad recipiendum ad miſericordiam peccatores.
¶Vel dic ꝙ ciuitas iſta eſt eccleſia vel religio, vbi debet eſſe
ciuium vnitas, quæ re vera debet eſſe ornata virtutib. debet
eſſe munda aurea, menſurata, & diuinis gratijs illuſtrata, ea-
ius templum & lux debet eſſe Deus, quia nullius alterius
dem vel ſapientiam debet recipere. Cuius tamen contraria
faciunt moderni eccleſiaſtici audiendo leges. Semper debet
eſſe aperta. Nõ clauditur enim per terminos huius vitæ, ita
aperta eſt ad recipiendum fidem & pœnitentiam peccato-
rum. Vnde illud prædictum: Foris nõ manſit peregrinus &c.
Iob 13. Nullus coinquinatus vel Simoniacus debet intrare
in ea, nec ad eius officia promoueri. Sed hodie (prohdolor)
verificatur illud Tren. 1. Vidi gentes ingreſſas ſanctuarium
de quibus præceperas ne intrarent eccleſiam tuam. Dilata-
vis ſicut in præcedenti capitulo. ¶Vel expone de gloria
terna, vbi non intrat aliquis coinquinatus, vbi eſt claritas
indefectibilis. ¶Ciuitas noua Hieruſalem, quam vidit Ioan-
nes, habebat murum magnum & altum, in quo duodecim
erant portę, poſtea quælibet duodecim habuit angulos &
mina duodecim filiorum Iſrael in portis ſingulis erant ſc
pta, & erat ciuitas in quadro poſita, & longitudo eius tan
quanta & latitudo, latera eius erant æqualia. Hic dicitur
ꝙ duodecim portæ duodecim Margaritæ, ſingulæ porta
rant ex ſingulis Margaritis. Illam enim quidam Angelus
arundine aurea menſurauerat, & in ſuis partibus adequa-
rat. ¶Per iſtam ciuitatem, ideſt ciuium vnitatem, eccleſiã
telligimus. De quo Pſalmiſta 86. Gloriоſa dicta ſunt de
uitas Dei. Murus iſtius ciuitatis ſignificat fidem Chriſti, ſi
murus inexpugnabilis ciuitatis. Vnde Lucæ. 22. Ego rogo
pro te vt non deficiat fides tua. Per duodecim portas in
guntur duodecim Apoſtoli, & quicunque boni prædica-
res & prælati, qui pro eo portæ dictæ ſunt, quia per eos
les murum & ambitum ciuitatis, i. fidem eccleſię intrare
Vnde Iſa. 26. Aperte portas iuſtitiæ, & ingredietur gens
ſta. Margaritæ etiã, quæ ſunt candidæ, confeſſores dicti
pro eo ꝙ per caſtimoniam & innocentiam candueru
per ſapientiam ſplendiderũt. Mat. 13. Vnde Chriſtus dic
tuit ſimilis homini paterfamilias, quærenti bonas Marga
tas. Per duodecim angulos intelligimus duodecim artic
fidei, quia quælibet porta, i. quilibet Angelus vel bonus
dicator vel prelatus, duodecim angulos habet, i. duode
articulos fidei credit. Articuli vero fidei anguli dicun
eo quia in ipſis. ſ. in lapidib. angularib. totus vitę conge
cõtinuetur, atque ſuſtinetur. Vnde Ioſuę. 4. Elegerũt de
dio aluei duodecim lapides duriſſimos. Per duodecim
Iſrael & per eorum nomina intelligo fidem veteris te
ti, & omnium patriarcharum, quia pro certo & duode
anguli & duodecim Patriarcharum nomina in portis
ad denotandum ꝙ duodecim Apoſtoli & duodecim Pa
chæ cum eorum ſequacibus, duodecim articulos fide
diderunt, ſimulque in eandem fidem & Apoſtoli & Patri
chę conuenerũt. Ideo tam Apoſtoli quam Patriarchę
decim eſſe dicuntur, pro eo ꝙ eadem fides duodecim
lorum ab ipſis creditur & habetur. Vnde in Geneſi. 42.
decim fratres vnius patris filij ſumus. Iſta enim ciuitas
cleſia, dicitur quadrata per quatuor virtutum cardina
quadraturam, menſurata per debiti regiminis prelatu
dicitur adæquata per debitam iuſtitiam & cenſuram,
pro certo latera ipſius ciuitatis, ideſt perſonę, debent
ſe æqualitatem habere, inquantum proportionabiliter
bent in gradu & ſtatu conuenire inuicem. Dico igitur
ciuitas muro fidei circuncincta, per quatuor virtutes
drata, & ab ipſo Angelo teſtamenti arundine ſuæ occ
diſpoſitionis in ſuis perſonis proportionabiliter ad

A duodecim portas. i. duodecim Apoſtolos eum duodecim angulis, i. cum duodecim articulis fidei habuit, in quibus etiam nomina filiorum Iſrael, i. antiquorum patrum fidem continuit, & ſic vtranque fidem noui & veteris teſtamenti ſimul conuenire monſtrauerunt, & ſic etiam Chriſtus eſt pater familias, ꝙ profert de theſauro ſuo vetera, & noua. Mat. 13. ¶Vel dic ꝙ iſta ciuitas eſt anima in qua. ſ. intellectus eſt rex, & voluntas regina populus potentiæ ſenſitiuæ, quæ munus diuinæ gratiæ, & protectionis continent, & duodecim portas, i. duodecim Apoſtolorum doctrinas tenet, duodecim angulos, i. duodecim articulos fidei credit, & nomina duodecim Patriarcharum & ſanctorum patrum nomina, & exempla per imitationẽ oſtendit. Quæ per quattuor virtutes eſt quadrata, per iuſtitiam adæquata, per temperantiam debitæ menſurata. Vnde Eſa. 43. Extendetur ſuper eũ menſura. ¶Vel dic ꝙ Angelus, qui menſurat ciuitatẽ eſt bonus prælatus, qui cum menſura aurea. i. mediante iuſtitia, & prudentia debet eccleſiam ſibi cõmiſſam & etiam ſubditos menſurare, & quantũ proficiãt, vel deficiãt cogitare, vt ſic poſſit eos ſecũdũ merita in officijs, & beneficijs promouere. ¶Ciuitas noua hieruſalem habebat in ſuis partibus. ſ. orientali, aquilonari, occidentali, auſtrali duodecim portas, quia. ſ. ab oriente erant tres portę, ab occidente ſimiliter tres protendebantur, ab auſtrali ſimiliter tres &c. ſic cõcludebatur portis duodecim &c. ¶Iſta, quæ iam de hieruſalem dicta ſunt, miſtice, intelligi & aliter poſſunt. Sic enim perfectus homo moraliter habet quattuor portas. i. quattuor Cardinales virtutes, ſ. orientalem, quæ eſt pars lucida, & hæc eſt prudentia. Aquilonarem, quæ eſt pars conſtricta & ſolida, & hæc eſt fortitudo ſeu conſtantia. Occidentalẽ, quæ eſt pars frigida & humida hæc eſt temperantia. Meridionalem, quæ eſt pars feruida & eſt iuſtitia, quia pro certo homo iuſtus ſeu ciuitas animæ, vel cordis religio, vel ecclęſia debet habere prudentiam ad illuminandum tanquam orientem. Fortitudinẽ ad mala ſuſtinendum tanquam aquilonem. Temperantiam ad proſperis bene vtendum tanquã occidentem. Iuſtitia ad mala puniendum tanquam meridionalem partem feruidam & vrentem. Vnde. Eze. 1. Apparuit rota vna ſuper terram habens quattuor facies, i. quattuor virtutes cardinales, ſed quælibet illarum partium ſeu virtutum habet tres portas, i. tres particulares virtutes, quia oriẽtalis prudentia habet portam ſapientiæ, per quam intrat notitiam ſuperiorum. Portam ſcientiæ, per quam intrat notitiam rerum inferiorum. Portam conſilii, per quam intrat notitiam actuum & agibilium exteriorum. Vnde dicitur. 1. Io. 5 Tres ſunt, qui teſtimoniũ perhibent in cœlo, i. tres ſunt virtutes, quæ cœleſti ſubminiſtrant prudentiæ, vt de viro prudenti dicatur illud. 2. Reg. 23. Dauid ſedet in cathedra ſapientiſſimus inter eos. Item aquilonaris fortitudo tres ſimiliter habet portas, i. tres alias particulares virtutes, per quas ingreditur ciuitatem mentis, & iſtæ ſunt humilitas, ſpes & oratio. Spes enim attendit ad premium. Oratio procurat adiutorium. Humilitas debilitat aduerſariũ. Iſtis enim tribus virtutibus roboratur fortitudo mentis & corporis. Et per iſtas tres portas intrãt merita domũ cordis. 2. Reg. 23. Vnde de iſtis tribus partibus fortitudinis põt dici illud. Irruperũt tres fortes caſtra philiſtinorum &c. Itẽ occidentalis temperantia habet tres portas, i. tres virtutes thelogicas particulares, ſ. timorem, quo temperantur cordis vanitates. Abſtinentiam, qua temperantur carnis voluptates. Paupertatem voluntariam, qua temperantur rerum ſuperfluitates. Et ſic poteſt dici de temperantia illud, quod dicit Iſa. 40. Quod ip ſe apprehendet tribus digitis molem terræ &c. Item meridionalis iuſtitia ſimiliter habet tres portas, i. habet tres ſpeciales virtutes, ſ. liberalitatem, quæ præmiat bonos, & ſeueritatem, quæ ſententiat malos & peruerſos, equitatem, quę iudicat inter vniuerſos. Vnde. 3. Reg. 7. iuſtitia põt dici illud atrium maius rotundum, quod habebat ordines de lapidibus ſectis. Iuſtitia enim atrium maius dicitur, quia maior & vtilior cæteris virtutibus perhibeẽ. Dicitur etiã rotunda qa iſta debet eſſe plena & vera, & nũquã per fallaciã obliqua, & per diſſimulationem variã anguloſa. Tres etiam ordines dicuntur habere, inquantum tres partes ſuæ ſeu virtutes prædictæ ſemper debent concomitare. Iſte igitur ſunt duodecim partes portæ, per quas intrat ad animam Spiritus-

B

C

D

ſanctus & gratiæ & virtutes, quia pro certo per portas prudentiæ intrat Deus ad nos eruditndum. Per portas fortitudinis intrat ad nos roborandum. Per portas temperantiæ intrat ad nos mundificãdum. Per portas iuſtitiæ intrat ad nos iuſtificandum. Vnde Dauid in Pſal. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ. Et de tali triplicitate dicitur illud Eccle. 25. in tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo. ¶Vel dic ꝙ ciuitas eſt eccleſia. Portæ duodecim ſignificant fidem, quæ duodecim articulos habet, ſed iſtæ portæ in tres diſtinguuntur, pro eo quod in quattuor plagis terræ circunquaque eſt eccleſia ſeu fideles, vt trinitatis myſterium credatur, & fides ipſius teneatur. ¶Vel dic quod ciuitas eſt homo, qui in oriente pueritiæ, in aquilone adoleſcentiæ, in meridie iuuentutis in occidente ſenectutis, neceſſe eſt ꝙ tres portas habeat, i. ꝙ ſanctæ trinitatis fidem credat, vel tres portas, i. tres virtutes theologicas, ſ. fidem, ſpem, & charitatem habeat. Vel tres portas, i. munditiam cordis, oris & operis gerat, vt dicat illud prædictum. Eccle. 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo. ¶ Noua ciuitas hieruſalem multa duodenaria continebat. Continebat enim duodecim ſtadia, duodecim portas, duodecim angulos, duodecim lapides precioſos, duodecim nomina Apoſtolorum, duodecim nomina filiorum Iſrael. ¶ Cum dictum ſit quòd ciuitas animam ſignificet, ſciendum eſt quòd per ſtadia, quæ dicuntur à ſtando intelligitur ſuæ perſeuerantiæ ſtabilitas. Per fundamenta, quæ habet, intelligitur virtutum cardinalium firmitas. Per portas eius intelligitur ſacramentorum vtilitas. Per lapides precioſos intelligitur ſuarum virtutum moralium nobilitas. Per Apoſtolorum nomina, doctrinæ Apoſtolorum auctoritas. Per nomina filiorum Iſrael, ſanctorũm patrum & ſuorum exemplorum ſanctitas ſiue bonitas. Iſtæ ſunt partes ciuitatis moralis, i. animæ, ſine quibus non diceretur noua hieruſalem neque noua, quæ Deus ſpiritualiter continet. Hieruſalem, i. pacifica, & noua, i. gratioſa & placida debet dici. Vnde dicitur. Apo. 21. Vidi ciuitatem ſanctam hieruſalem de cœlo deſcendentem. Sed quid? In omnibus iſtis perfectæ animæ partibus debet numerus duodenarius, per quem fides catholica intelligitur relucere. Numerus duodenarius duodecim fidei articulos ſignificat, quos pro certo in omnibus actibus anima ſancta portat, quia re uera nulla pars ipſius ſufficiens eſſet, niſi ibi fidei veritas reluceret, quia nec porte ſenſuum, nec fundamenta virtutum cardinalium, nec lapides precioſi virtutum moralium, anguli ſacramentorum, nec nomina ſeu doctrina Apoſtolorum, nec exempla ſanctorum patrum proficiunt, niſi duodenarius fidei ſemper ad ſit. Vñ dicit Apoſtolus. Heb. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. nVel dic quòd iſta ciuitas eſt eccleſia, cuius ſtadia, quæ ipſum menſurauerũt, fuerunt Angeli, fundamenta fuerunt Patriarchæ. Portæ fuerũt Apoſtoli. Anguli fuerunt virtutes. Lapides precioſi fuerunt virgines & confeſſores. Apoſtoli ſunt prælati & prędicatores. Filii Iſrael ſunt omnes fideles. in iſtis autẽ omnibus duodenarius numerus, i. fides catholica reſplenduit, & ipſis fidei veritas ſemper fuit. ¶Vel dic ꝙ iſte duodenarius numerus eſt nobis ſtadium ac currendum, fundamentum ad ſuſtinendum, porta ad intrandum, angulus ad fortificandum, lapis precioſus ad nos ditandum Apoſtolus ad nos docendum Patriarcha ad nos ſpiritualiter generandum. ¶ Vidit Ioannes ciuitatem nouam, cuius plateæ erant ex auro puriſſimo, perlucidæ tanquam vitrum cuius fundamentum erat ornatum omni lapide precioſo. Ibi enim nominat duodecim lapides precioſos, quibus eſt ornatum fundamentũ ciuitatis, Primus lapis fuit iaſpis. Secundus ſaphirus. Tertius calcedonius, Quartus ſmaragdus. Quintus ſardonius. Sextus ſardius. Septimus cryſolytus. Octauus beryllus. Nonus topazius. Decimus cryſopaſſus. Vndecimus hyacinthus. Duodecimus ametyſtus. ¶Iſta ciuitas eſt aĩa vel quilibet vir perfectus, cuius plateæ conſcientiæ debent eſſe aureæ per ſanctitatem, ſeu vitreæ ſeu lucidæ per ſapientiæ claritatem. Fũdamentum. n. cordis ſui debet habere duodecim ornamenta, duodecim virtutes figuratas in iſtis duodecim lapidibus precioſis, vt ſic proprie ſit illud fundamentum, ſicut vas aurum ſolidum, ornatum omni lapide precioſo. Eccl. 50. Eſt igitur primus lapis iaſpis, qui phanta ſmata fugat, & incantatoribus reſiſtit, ſedes oculorũ purgat & viſum acuit. Hęc eſt

fides

E fides quæ est prima aliarum virtutũ, quia secundum Apostolum Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Ista enim est quæ phantasmata, i. demonia fugat, & incantatoribus, i. hæreticis obuiat, oculum cordis, i. visum discretionis acuit atque purgat. Vnde Esai. 54. ponam iaspidem propugnacula tua. ¶Secundus lapis est saphirus, qui cœlestem habet colorem, & secundum Dioscoridem, virtutem lætificatiuam, p quàm significatur spes, quæ tota est lucida, & cœlestis, inquantum cœlestia sperat bona, quæ etiam desolatos letificat, & ideo de hoc dicit Dominus animæ vel ecclesiæ. Fundabo te in saphiris. Esai. 54. ¶Tertius lapis est cancedonius, qui secundum Dioscoridem facit vincere causas, & calefactus attrahit paleas, per quem intelligitur charitas, quæ aliarum virtutum est seruatrix; quæ causas. i. tentationes vincit, & quæ paleas, idest infimos ad salutem trahit. Vnde dicit Apostolus. 1. Corint. 13. Charitas omnia suffert. ¶Quartus lapis est smaragdus, qui est viridis coloris, cõfortans oculos, & qui visum confortat, & portanti se dat persuasoria verba, & diuinare, volentibus valet secundum lapidarium. Et per istum intelligitur prudentia, quæ oculos aliorum confortat, inquantum delectabile est videre hominem prudentem. Visum intellectus seruat, verba persuasoria & loquentia dat, diuinare & prædicare volentes super omnia iuuat. Ista enim est prima cardinalium virtutum, quam homo summe debet appetere, s. prudentiam, & hoc quia sine ista cæteræ parum noscuntur valere. Iõ bene docet sapiẽs. Prou. 7. Dixi sapientiæ, soror mea es, & prudentiam amicam meam vocaui. ¶Quintus lapis est sardonius, qui luxuriam depellit, & hoĩem humilem & pudicum facit, & significat temperãtiã, quæ luxuriam, i. omnem superfluitatem tollit, humilitatem, & pudicitiam semper gignit. De qua Prosper in libro de vita contemplatiua ait. Temperantia facit hominem sobriũ, parcum, moderatum & pudicum. Hæc. n. libidinis affectum tẽperet, desideria, sancta multiplicat, vitiosa castigat, internos confusa omnia ordinat, prauas cogitationes remouet, sancta inserit, voluptates extinguit, & totum hominem tẽperat & componit. ¶Sextus lapis est sardius, qui sanguinei coloris est, in cuius præsenti a onix lapis maleficus non potest nocere, timorem pellit, & hominem audacem facit. Iste
F significat fortitudinem, quia pro certo iste coloris sanguinei debet esse inquantum propriũ sanguinem fundere non solet timere, quinimmo solet timorem pellere, & hominẽ audacem facere, & nocumentum onycis, i. tentationẽ diabolicam resistendo refrenare. Vnde Ambrosius libro primo de officijs de fortitudine dicit, ꝙ fortitudo virtutes custodit, iustitiam seruat contra vitia est inimica, ad laborem fortis, ad pericula rigida & aduersa. ¶Septimus lapis est chrysolitus, ignem velocissime rapiens, qui demones fuggat, & terret, & timores nocturnos pellit. Et iste significat iustitiã, quæ igne zeli & seueritatis faciliter concipit, demones, i. maleficos homines tollit, & timore malornm sublato patriam securam reddit. Vnde de isto lapide. s. de iustitia, & iusto homine dr̃ illud Danielis. 10. Quod ipse vidit filium hoĩs, cuius corpus erat quasi chrysolythus. ¶Octauus lapis est beryllus, cuius virtus secundũ Dioscoridem est contra pericula hostiũ & cõtra inimicum hoĩem inuictum facit, & inter beryllos ille, qui est pallidior, est melior, per quem intelligitur patientia, quæ inter lites & pericula summe valet, quia sicut dicit Seneca. Cuiuslibet doloris remedium est patientia. ¶Nonus lapis, & topazius, siue topaziõ indeclinabile, lapis clarissimus, quia secundum Lapidarium ad sanguinem stringendum, ad aquam bullire non permittẽdum valet, omnium lapidum superat claritatẽ. Et sic iste significat castitatẽ, quæ est proculdubio virtus raraq; rara auis in terris & nigro similima cigno, quæ sanguinem luxuriæ restringit, & feruorem concupiscentiæ compescit, & aliarum virtutum pulchritudinem antecedit. Vnde dicitur. Sap. 5. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Decimus lapis est crysopassus, quẽ lux cellat, & prodit obscuritas. In obscuro. n. splendet, & sub diuo positus eius claritas absconditur atque pallet, & iste est humilitas, quæ sub diuo, i. in hoĩs apparentia non quærit splendere, sed in obscuro, i. in abscondito & secreto, quia pro certo humilitas obscuritatem quærit & omnem hominis præsentiam, omnemq; vanam gloriam semper fugit. Vnde illud. Mat. 6. Intra cubiculum tuum, & ora patrem tuum, qui in cœlis est, qui videt in absc ¶Vndecimus lapis est hyacinthus, qui est lapis secun pora conditionem mutans, quia secundum ꝙ tempus est tur bidum vel serenum, lapis iste fit serenus & turbidus. Et sig ficat virtutem discretionis, quæ secundum bona tpa & per sonas se solet mutare, & vnam cum vno, & aliam cum al nunc clara & affabilis, nunc obscura & tristabilis debe se. Vel dic ꝙ ista est comparatio, quæ nouit cum flentibus flere & cum gaudẽtibus gaudere, exẽplo Apostoli. 1. Cor. qui dicebat. Omnibus omnia factus sum. ¶Duodecimus lapis est amethystus, lapis violacius in colore, qui secundum Dio scoridem valet contra ebrietatem, bonum confert intelle ctum, & hoĩem facit vigilem. Et iste significat sobrietatem quę ad literam ebrietati resistit, hominem vigilem & di tem efficit, malas & immundas cogitationes repellit, & in tellectum acuit. Vnde Leo Papa in summa. De abstinentia prodeunt castę cogitationes, rationabiles voluntates, sa bria consilia, Per hanc. n. caro concupiscens moritur, & spi ritus virtutibus innouatur. ¶Ista sunt duodecim hoĩs fun damenta, seu duodecim fundamẽta nostræ conscientiæ gr̃æ, vel ẽt ecclesiæ ornamẽta, & duodecim lapidum pre sorum. i. virtutum spiritualium paramenta, ita ꝙ cuilibet homini sic fundamento, vel ipsi ecclesiæ sic à Deo stabilitæ vel etiam cuilibet prælato, qui est subditorum seu eccle fundamentum, potest dici illud Ezech. 28. Omnis lapis pre ciosus operimentum tuum, sardius, topazius iaspis, chry tus & onyx, beryllus, saphirus & carbunculus, & smarag dus, vt de talibus fundamentis dicatur illud Psal. 86. Funda menta eius, in montibus sanctis.

CAPITVLVM XXII TEXTVS.
Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum Moralitatum Capit. 23.

SIcut dicitur in Apoca. 22. ciuitas noua nouum habe templum, nec sole nec luna egebat, quia ipsam do nus illuminabat. Et lucerna ipsius agnus erat. Ista. n. nulla prorsus habebat noctem, portæ eius nullatenus claude tur, & nullus coinquinatus aut abominationem aut me dacium faciens illuc ingrediebatur, immo canes vene impudici, homicidæ, seruientes idolis, & mendacia faci tes fortes eiiciebantur, quia ibi erat sedes dei, & agni & ui eius ad seruiendum ei, ad videndum faciem eius ibi solummodo admittebantur. ¶Ista possunt allegori ci de ecclesia vel religione, quia pro certo ista non debe bere vel quærere templum, i. cuiuscunque hypocrisis tatem, solem. i. mundanæ gloriæ claritatem. Lunam, i. danæ prosperitatis mutabilitatem & eclipsibilem tem, quia pro certo solum Deum debet habere pro ne, & stolam agni, i. Christi gratiã debet appetere pro na, quia ecclesia vel religio a Deo debet illumination cipere, mundi lumen aut gloriam non quærere, sed lu quæ Christus est solummodo affectare. Psal. 118. Lucerna dibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Portæ lius debent esse aperte, quia portæ eius spirituales de esse apertæ ad recipiendum peccatores ad fidẽ & ad pæ tẽtiã, quia ista non debet claudere gremium peniten & dignos ad officia vel beneficia ad admittendũ. Vñ E Aperite portas, ingredietur gens iusta, custodiens ver portæ ipsus materiales ad pauperes sustentandum & spitalitatẽ indigẽtibus faciẽdum, vt sic dicatur illud Iob Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori pa Vnde Versificator ait. Porta patens esto, nulli claud honesto. Quia reuera serui Dei & agni, i. viri iusti, de infra portas ecclesiæ per promotionẽ admitti, vt ibi sint Deo seruire, & faciem eius contemplari, vt dicitur in Psal. 117. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas fitebor Domino, hæc porta domini iusto intrabũt in ea. lus tamen immundus aut peccator ibidem recipi de quinimmo canes. i. satiabiles, cupidi, & auari, venefici feri, immundi, i. luxuriosi, homicidæ. i. detractores, & ci & idolatræ, i. superstitiosi & hæretici, & sortilegi de foris extra ecclesiam impromoti relinqui. Non. n. dig est, ꝙ tales, ad fidẽ Dei & agni, i. ad statum ecclesiastica gra

A ... ascendant, vel ad portas ecclesiæ introcant. Psalmi ... Iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meã. ... (prohdolor) fit hodie oppositum, quia mali per portas ecclesiæ introducuntur, boni vero & serui Dñi ab ecclesiæ beneficijs repelluntur. Vnde dr̃. Tren. 1. Vidi gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent ecclesiam tuam. ¶Vel dic quòd ista ciuitas est paradisus, vbi non est templum manufactum, nec sol, nec luna, quia speculum eius in æternum est Deus ipsis luminare & lucerna, ista est ciuitas, quæ vsque ad finem seculi apertas habet ianuas, solos tamen seruus Dei recipit, coninquinatos, & peccatores alios non admittit, quia secundum Augustinum sicut nulli digno negabitur, ita nulli indigno conferetur. ¶Vel dic, quòd in malo significato talis ciuitas est anima peccatrix, vel ecclesia moderna, quia iam non est templum deuotionis, vbi deficit sol discretionis, vel cessat luna rectæ compassionis, vbi non clauduntur portæ sensuum delectabilium, nec portæ beneficiorum clauduntur ambitiosis, seu munera apportantibus. ¶Vel dic quòd ciuitas est verbũ iusti, in quo est sedes Dei, & agni per gratiam, quæ a Deo illuminatur per fidem, & sapientiam, ita quòd non habet noctem, i. errorem aut ignorantiam, nec quærit templum, i. ecclesiasticam dignitatem, nec solem. i. mundanæ scientiæ claritatem, nec lunam. i. mundanæ opulentiæ facultatem. Portas cordis, & sensuum habet apertas, ad recipiendum res, quæ ad salutem sunt necessariæ. Veruntamen nihil coinquinatum. i. nulla mala cogitatio aut affectio mala debet ibi recipi per alicuius malæ complacentiæ voluptatem. Vnde illud Mat. 13. Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. ¶Vidit Iohannes fluuium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum in medio plateæ ciuitatis procedentẽ de sede Dei viui, & agni, & ex vna parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim per menses singulos, reddens fructus & folia sua ad sanitatem gentium. ¶Per istum fluuium intelligitur voluptas æternæ gloriæ, quæ satiat, potat, & refrigerat beatos, & quæ in ciuitate Dei, i. paradisi de ipsa sede maiestatis diuinę immediate influit. Psal. 35. Torrente voluptatis tuæ putabis eos quoniam apud te est fons
B vitæ. Iste igitur fluuius æternæ vitæ vel gloriæ duas hẽt partes, i. Christi diuinitatem, & humanitatem, quia in istis duabus pendet tota contemplatio beatorum, sed ex vtraque parte istius fluminis inuenitur lignum vitæ. i. ex vna natura vitalis, perpetua & æterna, videlicet natura angelica ex parte eius diuinitatis & natura humana ex parte ipsius humanitatis. Homo. n. & Angelus sunt duo ligna vitæ quæ percipiunt visionem beatam, & potantur flumine voluptatis æternæ. Vnde de quolibet beato dicitur illud Psal. 1. Qđ ipse sit tãquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Psal. 1. Et folium eius, id est decor eius, non defluet, ideo quæcunque faciet, semper prosperabuntur. Sed pro certo ista ligna, i. beati, proferunt per menses singulos fructus duodecim. Mẽsis enim dicitur a mene, quod est defectus, eo quòd in quolibet mense luna deficit, & signficat defectus huius mortalis vitæ, fructus vero ligni vitæ significant gaudia, & præmia paradisi. Oportet enim ostendere quomodo per menses singulos, i. contra duodecim defectus quos patitur ista vita, illę arbores paradisi, s. beati, habent duodecim fructus i. duodecim gaudia siue præmia, ita vt singuli fructus singulis mensibus, & singula præmia siue gaudia singulis huius vitæ defectibus applicentur. Menses igitur, i. defectus nostri, in hac vita sunt sex quantũ ad animam, s. obliuio in memoria, in intellectu, ignorãtia, in affectu cõcupiscentia, dolor præsentium malorum, timor futurorum, languor virtutum naturalium. Quantum ad corpus sunt alii sex, s. passibilitas sine sanitate, grauitas sine agilitate obscuritas sine claritate & plena cæcitate, condensitas sine subtilitate, labor sine quiete, mors cum necessitate. Sed pro certo contra istos duodecim mẽses seu defectus sancti habẽt duodecim fructus, i. duodecim gaudia. Et primo, s. quantum ad animã, in memoria firmitatem, sine obliuionis feruore; in intellectu veritatem, sine ignorantiæ errore; in affectu sufficientiã, sine cupiditatis ardore; in animo voluptatẽ, sine tristitia vel dolore, in statu securitatem, sine dubio vel timore; in natura prosperitatẽ, sine desiderio vel languore. Itẽ quantum ad corpus habebũt sanctitatem sine passibilitate, agilitatem sine ponderositate, claritatem sine obscuritate, subtilitatem sine densitate, quietem sine turbatione, vitam sine mortis terminatione. Et sic beati, qui sunt ligna vitæ, per singulos menses habent singulos fructus, remedia vel profectus, ita quod quęlibet anima potest dici illa mullier, de qua dr̃ Apoca 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna, sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. ¶Vel dic ꝙ lignum vitæ, quod sedet, super oram fluminis Dei sedentis, est vir iustus, q̃a super fluuiũ deuotionis, compassionis, & compunctionis sedet, qui fluuius a sede Dei & agni, i. inspiratione vel influentia Christi prouenit, quia pro certo ille duodecim fructus solet portare, i. duodecim pietatis opera facere, & inde alios recreare, qui fructus, i. pietatis opera sunt duodecim, s. sex spiritualia & sex corporalia, qui in istis duobus versibus cõtinetur. Instrue, castiga, remitte, solare, fer ora. Vestio, poto, cibo, recolligo, visito, condo. Vt sic de homine pio, & fructuoso dicatur illud. 3. Regum. 11. ꝙ Abias diuisit pallium suum in duodecim partes, Pallium. n. bonorum nostrorum tam spiritualium quam corporalium in duodecim partes duiuiditur, quando duodecim pietatis opera à nobis in alios diffundũtur. Et proculdubio folia istius ligni, i. verba viri iusti ad sanitatem aliorum proficiunt, inquantum verbis talium alij boni fiũt. ¶Vel ꝙ illud lignum significat crucem cum suo crucifixo, ꝙ in medio ciuitatis ecclesiæ super fluuium deuotionis est situm, quia pro certo per menses singulos, i. contra singulos vitiorum defectus ibi inueniuntur duodecim gratiarum, virtutum & exemplorum fructus. Mensis. n. dictus est à mene, quòd est defectus, & significat mundi defectus vel vitia. ¶Est enim primus mensis in anno peccati Ianuarius, qui dicitur quasi anni ianua, significans superbiam, quæ est initium, & ianua peccatorum. Vnde illud Ecclesiastici. 10. Initium omnis peccati est superbia. Et illa pingitur cum tribus faciebus, eo quod triplex est superbia, scilicet præferre se maioribus, paribus, & minoribus. Vel eo quòd superbia nascitur ex tribus causis, scilicet eminentiis, diuitis, & ex gratiis naturalibus. Vel istas tres, facies habere dicitur, D pro eo quod superbus supra plures homines valere se opinatur. Vnde dicitur Eze. 1. Quattuor facies vni, & ideo sol in aquario tunc dicitur esse, qui scilicet pincerna deorum dicitur fuisse, ad denotandum, quod superbi summe gaudent in magnatum officiis alti esse. ¶Secundus mensis est februarius, dictus à febre, quia pingitur se calefacere ad ignẽ & significat defectum luxuriæ, qui facit eam per mala desideria calefieri, & febricitare, & semper in igne concupiscẽtiæ æstuare. Vnde illud Ecclesiastici. 38. Vapor ignis vret carnes eius & in calore fornacis concertatur. Et tunc sol in piscibus esse dicitur, quia scilicet sol, id est ratio luxuriosorum, in piscibus, id est in carnis voluptatibus ĩplicatur. ¶Tertius mensis, est Martius, dictus a marte Deo belli, qui pingitur scindens vineam, & in ipso sol est in ariete, & significat iracundiam, quæ contra homines per impatientiam mouet bella, atque vineas. i. simplices scindit & lædit, & more arietis ipsos litibus & cõtentionibus percutit & inuadit verbis & verberibus & accusatione non modica ipsos ferit. Eccl. 28. Homo homini seruat iram. ¶Quartus mensis est aprilis, vbi terra se incipit aperire, qui pingitur homo armatus, vadens ab bella super equum. Et tunc est sol in thauro, qui significat peccatum crudelitatis & seuitiæ, quod est semper armatum ad vindictam de aduersariis sumendam, & more thauri semper seuitiose incedit, & terram seu patriam suam rapinis, & exactionibus aliorum virescere facit. Contra quos dicitur illud Eccle. 6. Nõ te extollas in cogitatione tua, sicut thaurus euertens domesticos tuos. Quia sicut dicitur ibidem Eccl. 28. Qui vindicare vult a Deo inueniet vindictam. ¶Quintus mensis est maius, madificatione pluuiarum dictus, qui pingitur iuuenis, floribus circumseptus, significans peccatum lasciuiæ, quo fatui iuuenes floribus, i. curiosis vestibus & moribus se adorant, & nihil aliud quam flores mundanæ gloriæ optant, & delitiis carnalibus præ cęteris se madidant & humectant, dicentes illud, quod dicitur in libro Sap. 2. Vino & vnguẽtis preciosis impleamus nos, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequã marcescant. Ideo sol tũc videt̃ esse

in

E in geminis, quia isti lætitiam suã geminãt & duplicant. ¶Sextus mensis est Iunius, in quo iam terra calescit & siccatur. Et ideo prata tunc temporis desalcantur, quia istæ cum falce secando herbam depingit. Et sol in cancro eius medio subinfertur. Et significat peccatum parcitatis & auaritiæ, quod est in male seruando quod. s. facit terram nostri cordis per cupiditatem calefieri, & in compassionem secari, & quod herbas. i. diuitias falcare & amplecti, & sibi per parcitatem retineri curat, & nihil expendere, omnia autem seruat, & ꝙ solem. i. animam in cancro (quod est animal retrogadũ) intrare facit, inquantum ipsum a cœlestibus, ad terrena retrogredi procurat. Vnde Innocentius de miseria humana dicit, ꝙ auarus nec patientibus compatitur, nec miseris miseretur. Seq̃tur. Iste est, qui Deo præfert aurũ, paradiso præponit argentum. ¶Septimus mensis est Iulius, in quo oritur stella, quæ dicitur canis, & Sol in leonem intrat, in quo maximus regnat calor, & iste pingitur quasi segetes secans, quia tunc solent arua segetibus expoliari, significans detractionem & inuidiã, quam cõcomitatur canis mordens, leo ore fetẽs. i. mordax oblocutio fetida iſlãmatio, q̃ a detractor & inuidus solent segetes & virtutes & sufficientias aliorũ falce suæ linguæ truncare, & ipsos bonis suis & honoribus spoliare. Vnde Iob 24. Agrum non suum demetunt & vineam eius, quẽ vi oppresserunt, vindemiant. ¶Octauus mensis est Augustus, qui dicitur ab augendo, tunc. n. segetes triturantur & grana segetum augentur, & ideo iste blada triturans & executiẽs pingitur, & sol in signum virginis tũc mouetur, significans vitium rapinæ & auaritiæ, quod est in male acquirendo, quia auaritia non cessat grana segetum. i. diuitias pauperum per rapinas & vsuras excutere, & diuitias diuitijs adaugere, & ipsos pauperes tribulationibus triturare & ideo Sol. i. animus talium tunc temporis solet virginem. i. sterilitatem virtutum subintrare. Vnde dicitur Ozeæ. 10. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius. Ephraim. n. interpretatur augustus, & designat illos, qui diuitias suas augere nõ cessant. Vnde in Prouerbijs 22. dicitur Calumniatur pau-

F perem vt diuitias suas augeat, dabit ipse ditiori, & egebit. ¶Nonus est September, in quo vina colliguntur, & ideo vindemians, seu in dolijs vina fundens depingitur, & significat ebrietatem, seu delitiarum voluptatem, quæ de vinis, & delitijs curam gerit. De quo dicitur in Esa. 5. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, & ad sectandum ebrietatem vsque ad vesperam. Et ideo tunc temporis Sol intrare libram dicitur, quia isti ad nihil aliud vacant nisi ad liberandum, põderandumq; cui vinum præfertur, ad ipsaq; vina libandum domino ventri suo. ¶Decimus mensis est October in quo semina in terram proiiciuntur, ideo in forma hominis seminantis pingitur, quia tunc primus fructus per semina noua alios recuperare conantur, & significat vitium inconstantiæ, quod fructus bonorum operum non custodit, immo quotidie per ipsum perdit illos, & quotidie semina bonorum propositorum recuperare contendit. Ideo Sol tunc in scorpione dicitur, pro eo quod Sol id est mens talium more scorpionis in cauda, id est in fine, a facie, id est à principio, diuersificari dicitur. Ita quod talibus seminatoribus potest dici illud quod dicitur in Leuitico 26. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Iste enim mensis nunquam comedit, quod seminat sicut nec homo inconstans fructum capit de bono, quod inchoat. Vnde in Euangelio Lucæ 14. dicitur. Iste homo cępit adificare, & non potuit consummare. ¶Vndecimus mensis est Nouember, in quo tantum frigus viget, quod pori terrę & animalium clauduntur, & labor exterius impeditur. Ideo tunc quiescunt aues, & amplius, si cibum habeant, impinguantur. Ideo in forma hominis pascentis, & impinguãtis suos porcos, & excutientis glandes dipingitur. Sol tũc signum sagittarii peragratur, significans carnalem affectionem, & ex frigore indeuotionis portas cordis & aures claudit, & vires aiæ taliter stringit, quod laborare per bona opera non permittit quinimmo ista facit possessores suos quieti & ocio vocare, & suos, id est filios vel nepotes & cõsanguineos carnales diuitiis & beneficijs impinguare. Ita quòd Solent pro istis glandibus, id est pro terrenis bonis suis acquirendis quam plurimum laborare. Vnde Sol, idest animus talium sagittariorum dr̃ percutere, quia ... quod isti mali ecclesiastici & vsurarii ratione suæ ... affectionis pro filiis suis ditandis, & etiam nepotibus ... alios sagittare, & quandoq; rapinis, & exactionibus ... stare, vt sic possent glandes bonorum temporalium ... re & habere. Vnde Hieronymus. Quanta mala not... pellit facere carnalis affectus. ¶Duodecimus mensis e... cember, qui corpora frigorum fortitudine lædit, qui... gura hoīs porcum occidentis pingitur, pro eo quod ... temporis porci & animalia, quæ impinguata fuerant ... duntur. Sol etiam tunc temporis per signum capricor... gatur. Iste igitur mensis duriciem & seueritatem sign... quæ solet alios frigore & tribulatione percutere, & ... scunq; porcos, i. homines peccatores & infirmos sine ... ricordia occidere, & corrigere. Sicut ad litterã patet ... delib. iudicib. & p̃latis, q̃ sine cõpassione crudeliter p... delinquentes, nec quacunque leui occasione homo ... querit, eidem miserẽtur. De q̃bus dicit Seneca in lib. de ... mentia. Crudeles vocabo, qui puniendi causam habe... igitur capricorni dicuntur, quia dato ꝙ quandoque p... teris vitiis feriant alios, tamen peccatores cornu pe... cornu ventilare nimis austere noscuntur. Vnde dr̃ Da... Ecce hircus caprarum ueniebat impetu fortitudin... Isti sunt duodecim mali menses. i. duodecim defectus ... ni, contra quos pro certo (sicut iam supra dictum est ... vitæ i. crux cum crucifixo portat duodecim bona ex... vt singuli mẽses per fructus singulos, i. singula uitia ... tutes singulas tẽperent. ¶Dico igit̃ ꝙ de isto ligno vi... ce & crucifixo tu potes colligere contra Ianuarium ... litatem in capitis inclinatione, quia inclinato capi... sit spiritum, i. superbiam. ¶Contra februarium, lux... morem in cutis spinea perforatione, & in oculorum ... ram depressione, quia puncturæ timoris domini in co... ratione terrę. i. mortis carnis concupiscentia. Vnde d... Prou. 15. Per misericordiam & fidem purgantur pecc... timorem domini declinat omnis à malo. Mens iusti m... bitur obedientiam, os impiorum redundat malis. ¶C... Martium, iracundiæ patientiam in auris auscultatio... dato ꝙ improperia multa audisset, tamen cum mal... retur, non maledicebat, cum pateretur, nõ commin... Tradebat autem iudicanti se iniuste, dicens illud Ps... autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mut... aperiens os suum. ¶Contra aprilem uindictæ, & seu... lige misericordiã in benigna linguæ locutione, in ho... crucifixoribus misericorditer indulsit, dans exempl... hoc quod ipse docuit, dicens, vt habetur in euangeli... 6. Dimitte & dimittetur uobis. ¶Contra malum lasci... inanis lętitiæ contritionem & dolorem in oris felle ... ra potatione, dicens Ps. 68. cum Ezec. Mat. 27. Recog... bi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. ¶... Iunium parcitatis collige libertatem, in manuum pe... tione & extensione. Esa. 38. Manus. n. perforata male... net quod immittitur, extensa vero alteri porrigit qu... petit. Da igit̃ liberaliter iuxta verbum Eccl. 4. Non sit ... cta manus tua ad accipiendũ, & ad dandum collecta. ... tra Iulium detractionis, & inuidiæ, collige charitatẽ ... de & lateris apertione, quia cor suum vr̃ tibi velle d... latus tenet apertum. Vnde dicitur. Ioan. 5. Maiorem ... tem nemo habet, quam vt animam suam ponat q... amicis suis. ¶Contra Augustum rapinæ & auaritiæ, c... paupertatem in corporis denudatione. Nudus. n. in... mãsit, & nuditatem & paupertatem in hoc diligere ... struxit. Iuxta illud Gregorij. Nudi post nudum cur... Contra Septembrẽ delitiarum & voluptatum, colli... ram pœnitentiã in corporis flagellatione. Caro. n. ei... fuit in delitiis ibi, sed in pœnis & suppliciis, dans ... exemplum ꝙ magis sunt diligenda aspera quam pro... Vnde Iob 33. Consumpta est caro eius a suppliciis. ¶... octobrẽ incõstantiæ collige perseuerantiã in pedis ... uatione & confixione. Ita. n. fuit conclauatus, ꝙ nec ... rũ insultationibus, nec inimicorum tentationib. cru... mittere doluit, dans exemplum perseuerandi in cr... cruciatu & labore assumpto. Vnde Senec. Vtere offi... semel sumpsisti, turpe est. n. oneri cedere. ¶Contra No... brem carnalis affectionis, collige contemptum ...

...ioris superflui in discipulorum fuga, & desertione, & in ... corporis à terra eleuatione. In quo nobis dat exemplum, ꝙ circa nos per carnis affectionem, nõ debemus amicos & notos tenere. Vnde dicitur in Psal. 37. Noti mei longe steterũt, & vim faciebant, qui quærebãt animam meam. & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Quinimo debemus sursum per contemplationem suspensi à terra, & terrenis eleuati esse. Vnde dicit Iob. 7. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. ¶Contra Decembrem nimiæ seueritatis, & duritiæ, collige compassionem delinquentium in crucifixi corporis dispositione, quia iste fuit crucifixus facie ad occidentem, dorso ad orientem, dextera autem ad aquilonem, sinistra ad meridiem, versus in quo datur nobis intelligi, quòd ipse pie per passionem respicit occidentales congelatos, i. peccatores, dorsum vero vertit ad orientales, i. ad superbos, de suis præsumentes virtutibus. Dexteram etiam æternæ liberalitatis suæ porrigit aquilo naribus. i. suis pauperibus sinistram vero æternæ aduersitatis, & inimicitiæ minatur meridionalibus. i. diuitib. Lu. j. Quia iste, qui esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, dat nobis exemplum, quòd C peccatores delinquentes non debemus contemnere, nec per austeram seueritatem lædere, sed eis misericorditer cõpati, & eos extensis brachijs per misericordiam, & pœnitentiam amplecti & recipere. Quia sicut ipse dicit. Luc. 15. Gaudiũ est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Et sic dico ꝙ lignum vitæ. i. crux vel Christus contra duodecim menses, duodecim vitiorum profert fructus duodecim bonorum exẽplorum, s. humilitatẽ cõtra superbiã, timorem contra carnis concupiscentiam, patientiam contra iracundiam, misericordiam contra vindictam & seuitiam, contritionem contra lasciuiam, liberalitatem contra parcitatem, charitatem contra inuidiam, & paupertatem contra auaritiam, disciplinam contra voluptatem, perseuerãtiam contra vagabilitatem, contemplationem contra carnalem amorem, compassionem contra nimiæ seueritatis ardorem. Lignum igitur vitæ protulit nobis duodecim fructus per menses singulos. Ioan. 11. Duodecim enim horæ sunt diei. vide supra libro. 5. cap. vbi de duodecim mensibus inuenies aliter expositum. D

Finis Reductorij Moralis super totam Bibliam.

Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes sunt quaterniones, præter S, qui est Ternio.